Dion. Longinus

Tolli

Voſſii

Obſervationes

+ Isaaci
Vossi



4



J. Goeree delin: J. Baptist Sculp:

TRAJECTI AD RHENUM,
Apud FRANCISCUM HALMAM, Acad. Typogr. M.D.C.XCIV.

ΔΙΟΝΥΣΙ'ΟΥ ΛΟΓΓΙ'ΝΟΥ
ΠΕΡΙ'
Υ῞ Ψ Ο Υ Σ,
καὶ τἄλλα
Ε῾ΥΡΙΣΚΟ'ΜΕΝΑ.

DIONYSII LONGINI
DE
SUBLIMITATE
COMMENTARIUS,
Ceteraque, quæ reperiri potuere.

In usum

SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORALIS BRANDENBURGICI

JACOBUS TOLLIUS

E quinque Codicibus MSS. emendavit, & FR. ROBORTELLI, FR. PORTI, GABRIELIS de PETRA, GER. LANGBÆNII, & TANAQUILLI FABRI, notis integris suas subjecit, novamque versionem suam Latinam, & Gallicam BOILAVII, cum ejusdem, ac DACIERII, suisque notis Gallicis addidit.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ Typographi, cIↃ IↃC XCIV.

S E N E C A.

Omnem operam dedi, ut me multitudini educerem, & aliqua dote notabilem facerem. Quid aliud quam telis me opposui, & malivolentiæ, quod morderet, ostendi?

SERENISSIMO AC CELSISSIMO
PRINCIPI,

DOMINO, DOMINO

FREDERICO GUILIELMO,

D. G. MARCHIONI BRANDENBURGICO,

S. R. I. ARCHICAMERARIATUS, ET
ELECTORATUS HEREDI,

SUPREMO IN BORUSSIA DUCI,

MAGDEBURGI, CLIVIÆ, JULIACI, MONTIUM,
STETINI, POMERANIÆ, CASSUBIORUM, ET
VANDALORUM, UT ET IN SILESIA
CROSENÆ, ET SUIBUSII

DUCI,

NORIMBERGENSI BURGGRAVIO,
HALBERSTADII, MINDÆ, ET CAMINI,

PRINCIPI,
COMITI

HOHENZOLLERÆ, MARCÆ, ET
RAVENSBERGÆ,

DOMINO
RAVENSTEINII, ET TERRITORIORUM
LEOBURGII, ET BUTOVII, &c. &c. &c.

Domino meo Clementissimo.

DEDICATIO.

DEstinatum jam diu, promiſſumque publice Potentiſſimo Celſiſſimoque Parenti Tuo munus ad Te nunc defero, PRINCEPS SERENISSIME, ſecurus offenſæ, quod indulgentiſſimus Pater debitæ ſibi venerationis honorem orienti Filii unici tribui dignitati decorique, non modo non moleſte laturus, verum potius, qui paternæ mentis ſolet eſſe affectus, gaviſurus ſit. Munus, ſi molem ſpectes, exiguum: ſi pretium, inſtar videri poſſit unionis. Et pulchrior hic, longeque nobilior eſt, quam celebris ille Ægyptiæ fuit Cleopatræ; non ex aure laſcivæ Reginæ dereptus, ſed e fortiſſimæ bellatricis petitus ſinu ZENOBIÆ, cujus ille pectus illuſtri quondam ſpecie exornabat. LONGINUS eſt de SUBLIMITATE, PRINCEPS SERENISSIME, quem & argumenti præſtantia, & acrimonia judicii, tractandique magnificentia, cum Tuæ, tum omnium Principum curæ amorique abſque ullo alienæ laudis lenocinio facile per ſe ipſæ commendaverint. Hunc ego, quo ſtudiis aliquando Tuis utilior eſſe poſſit, nova verſione, & variorum ſimul ac meis Notis illuſtratum, adjecta etiam, quo dilucidior eſſet, elegantiſſima *Boilavii* Gallica verſione, CELSITUDINI Tuæ, Dico, Dedicoque: ſub cujus Tutela atque patrocinio nec temporis amplius injuriam ſentiet, nec invidiæ: Clementiſſimaque favoris Tui ſuffragatione multo etiam benigniora poſterorum judicia experietur, quam præcedentium hactenus expertus eſt ſeculorum. Accedet & Nominis Tui, PRINCEPS SERENISSIME, Æternitas, qua & ipſe fruetur,

Tuiſ-

Tuiſque cum laudibus ſuas quoque ſibi gratulabitur laudes in omne ævum prorogari. Non enim effulgentes in hac tam tenera ætate Tua virtutes animi, indoliſque excellentiſſima pulchritudo, & ingenium ultra annos vividum aliud quid, quam Avitæ, Paternæque Tibi gloriæ pollicentur hereditatem, non ſecus atque naſcendi felicitas ELECTORALIS ſplendorem dignitatis. Et hæcquidem CELSITUDINIS Tuæ decora jam tanta ſunt, atque in venuſtiſſimo corpore ita eniteſcunt, ut ad omnibus abſolutam numeris Naturæ perfectionem nihil omnino deeſſe videatur. Verumtamen quemadmodum Natura licet feliciſſima aliquibus nihilominus externis indiget adjumentis, ita & Domeſtica Majorum Tuorum excellentiſſimæ virtutis exempla permagnam Tibi illorum partem, PRINCEPS SERENISSIME, ſuppeditabunt ad imitandum; non exiguam vero LONGINUS meus offeret, quibus impetratum a Clementia Tua Tutelæ honorem grata mente redhoſtiat. Quamvis enim Auguſtum caput Tuum gemmis ac margaritis non ſit revincturus, pectori tamen Tuo Sacratiſſimo comprehenſam doctrinæ monumentis animi SUBLIMITATEM ſufficiet, atque infundet, mentemque Tuam ad Natalium Tuorum CELSITUDINEM componet. Finget hanc, & optimis ad ELECTORALE Faſtigium dicendi faciendique præceptis conformabit: ſemelque intra pectoris Tui penetralia admiſſus, nil animo Te volvere, nil ore loqui aſſuefaciet, niſi quod GRANDE ſit & MAGNIFICUM. In hoc Tibi namque Commentario, PRINCEPS SERENISSIME, MAGNUM ALEXANDRUM ante oculos ponet,

alterum, ut in universi moderamine Natura solem, ita & ipsum in imperio terrarum Regem dominumque non ferentem. Hic Tibi AJACEM ostentabit, diem sibi tantummodo lucemque ad exserenda fortitudinis suæ documenta ab Jove dari vel cum vitæ pernicie postulantem. Hic SEPTEM AD THEBAS summa animi magnitudine Principes in propriam necem ad ulciscendum scelus conjurantes cogitationibus Tuis offeret. Hic spiritum Tuum nobili implebit elatione: Hic animum Tuum ad amplissima cœlestium siderum evehet spectacula: Hic mentem Tuam in ipsum cœlum attollet, Deorumque consiliis immiscebit. Nec intima pectoris Tui finxisse contentus Linguam quoque Tuam, PRINCEPS SERENISSIME, excelsi, nihilque jam humani spirantis animi interpretem, ad parem sermonis evehet altitudinem. RATIO & ORATIO Tua, MENS & LINGUA in eodem fastigio, & eadem fulgebunt claritate. LONGINUS hic Tibi MERCURIUS erit Ἡγεμὼν, καὶ Διάκτωρ, PRINCEPS & INTERNUNTIUS: præibit, monstrabitque viam, qua plura Majorum decora unus assequare. LONGINO excitante, PRINCEPS SERENISSIME, maximo, ubi adoleveris, maximas belli domique res geres animo: & ut Alexander nonnisi ab Apelle se pingi, a Lysippo se fingi volebat, ita & Tu sapientiore multo judicio accuratissimis LONGINI præceptis confirmato, nobiles animi paresque tanto ponderi scriptores deliges, qui & Tuam virtutem animi, præclaraque facinora pollenti facundia celebrent, & invictos BRANDEBURGICÆ GENTIS Heroas grandi ac Thucididio

ore

ore deprædicent: qui FREDERICI MAGNI, qui FREDERICI SAPIENTIS, fortiſſimorum Principum, glorioſiſſimas victorias; qui POLONOS, GALLOS, SUECOS, ab illo belli fulmine Avo Tuo percuſſos, atque profligatos, qui egregium Gallorum ducem SOURDISIUM a Patre Tuo cæſum, fugatumque; qui expugnatam ab eodem CÆSARISWARTAM; qui captam, juſtoque reſtitutam Domino BONNAM, ſonora, & ad omnes poſteros perventura voce detonent. Non me fugit, PRINCEPS SERENISSIME, quanta iſtiuſmodi ſoleat eſſe ſcriptorum penuria: ſed unus Achilli ſuffecit Homerus, qui & Magno ſuffeciſſet Alexandro. Inveniet & maturior ætas tua, quos probet, laudetque: & altitudo mentis Tuæ Auguſtam Majorum Tuorum æmulata animi magnitudinem, quod domi forſan non inveniet, petet aliunde. Sed & inveniet domi, honoribus, ac Avita Paternaque liberalitate domeſtica fovens, & excitans ingenia. HONOS enim ALIT ARTES, quemadmodum facundiſſimus olim Romuli nepotum pronuntiavit, OMNESQUE INCENDIMUR AD STUDIA GLORIA. Cui dum cogitationi affixus hæreo, Tuamque contemplor fortunæ magnitudinem, non poſſum non ſummopere felicitatem Tuam, PRINCEPS SERENISSIME, admirari, in cujus aula Paterna tot ac tam illuſtres in omni ſcientiarum genere, velut lucida quædam ſidera, ſplendent homines eruditi: quos ſi commemorem, ab omni me quidem ſuſpicione adulationis candidiſſimus ingeniorum æſtimator animus meus facile vindicaverit: veruntamen ipſa mihi illorum obſtat copia, cui

hic explicandæ non eſt locus. Tentarem forſan & ipſe partem tanti operis, ni mea me fortuna invitum a tam præclaro cœpto revocaret; qui quidem, ut cetera taceam, nunquam ſine ſtupore mentis admirabilem in gerendis rebus FREDERICI MAGNI reſpicere poſſum celeritatem. Victoriam veteres *Alatam* finxere: ſed ipſam mihi Victoriam FREDERICUS MAGNUS vere huic ſeculo *Alatam* repræſentaſſe videtur, qui ipſam adventus ſui famam, quamquam & pinnigera Fama fingitur, celeritate ſua antevertit: parvaque manu, paucis cohortibus, percurſo incredibili feſtinatione ab Rheni ripa ad Ferberlinum uſque omni terrarum, quam lata Germania eſt, intervallo, fortiſſimum SUECORUM exercitum altero tanto majorem, & ingenio loci non minus atque armis munitum, nihil minus exſpectantem, ipſo impetu protrivit. Hic mihi jam non *Volucris* tantum Victoria, ſed & VICTRIX MINERVA occurrit, quæ & ipſa *alata* Victoriam FREDERICO MAGNO in manus tradidit. Conſilii namque illa fuit, quo Divinum illud pectus non ſecus atque animi robore excelluit. Sed quid ego hæc aliis plenius dicenda delibo? mihi illa ſufficiet gloria, PRINCEPS SERENISSIME, ſi quid CELSITUDINI Tuæ munere hoc literario nonnihil ad excelſius magnificentiuſque & ſentiendum & loquendum contuliſſe videar adjumenti. At ſi & Tuus, & Parentis Tui, ELECTORIS POTENTISSIMI atque CELSISSIMI favor acceſſerit, multo ille me ad plura alia hujuſce generis munuſcula IN USUM STUDIORUM TUORUM depromenda faciet alacriorem. Ea namque

eſt,

eſt, PRINCEPS SERENISSIME, hominum literis deditorum induſtriæ, quæ pulcherrimæ illius apud Divinum Poëtam arboris aureum ferentis ramum fertilitas:

—— Primo avolſo non deficit alter
Aureus; & ſimili frondeſcit virga metallo.

Deus Opt. Max. PRINCEPS SERENISSIME, Celſitudinem Tuam in hac ætatis teneritudine florentiſſime creſcentem magis indies magiſque confirmet, augeat, tueatur; AUGUSTOSQUE PARENTES, omnemque SER. ELECT. familiam BRANDENBURGICAM, quam diutiſſime ſervet incolumes, omnique cunctos beet, cumuletque felicitate. Hoc votis omnibus petit,

SERENISSIME ac CELSISSIME PRINCEPS,

SERENISSIMÆ CELSITUDINIS TUÆ

DEVOTISSIMUS CLIENS,

JACOBUS TOLLIUS.

JACOBUS TOLLIUS
LECTORI ERUDITO
S. P. D.

EN Tibi tandem, LECTOR BENIVOLE, CASSIUM LONGINUM. *Utrum amici mei operæ pretium fecerint, an potius amori suo nimium indulserint, qui cunctantem, & in alia magis diversi longe generis studia propendentem, ab his revocarint, & ad illius excitarint, adurserintque editionem, tui res erit arbitrii, judiciique. Ineptum ipse fore existimo, si impensos huic curæ labores velim extollere: hoc unum dixisse sufficiet, plurimis implicitum difficultatibus præstare vix aliquid doctis dignum auribus aut oculis potuisse. Sed valeat iniquioris fortunæ accusatio, quæ me quamplurimis peregrinantem subsidiis spoliavit. Gratias potius agam Viris illis Clarissimis, qui prolixissime, quantum in ipsis fuit, conatus meos adjuvere. In his primæ* τοῦ μακαρίτου ISAACI VOSSII *memoriæ debentur, qui, ut erat vir summæ humanitatis, Codicem mihi suum, quem cum MSto Bibliothecæ Regiæ Parisinæ contulerat, statim, ut consilium meum audiverat, benignissime obtulit. Proximum sibi locum* JOANNES GEORGIUS GRÆVIUS, *Vir Celeberrimus, ac suis in remp. literariam meritis omne meum præconium longe antevertens, vindicat: cujus amicitiæ benivolentiæque primæ Robortellianæ editionis usum acceptum refero. Langbænii editionem* THEODORI ALMELOVENII, *Medici literarum nostrarum gloria florentis, suppeditavit Bibliotheca. Quæ raptim corrasi potius, quam collegi, excerpsique, e Venetæ S. Marci Bibliothecæ Codice MS. meæ potius parvolam hanc utilitati publicæ navandi operam pertinaciæ adsignabo, quam beneficio cujusdam hominis, cui abunde magnam gratiam relatam existimo, si nihil amplius de illo dixero. Superavit exspectationem meam insignis comitas facilitasque* LAURENTII de ZACCAGNIS, *secundi Bibliothecæ Vaticanæ Custodis, Viri eximia Græcarum literarum cognitione, humanitateque excellentissimi: qui trium Codicum ejusdem Bibliothecæ varias Lectiones liberalissime mecum communicavit; quas & ad verbum huic editioni attexui, nequid egregii hujus beneficii laudi decederet. His instructus adjumentis versionem novam, quam ante annos aliquot inchoaveram, perfeci, in qua mihi eam permisi libertatem, ut, quæ Græca brevius sed obscurius dicta erant, Latine fusius & dilucidius quandoque interpretarer. Animus fuerat & illam Petræ adjungere, qui, ut vir eruditissimus fuit, tam belle plurimis Longinum locis transtulit, ut melius me potuisse diffidam. In multis tamen lapsus, nec doctis satisfaciens, effecit, ut integram & uno contextam filo interpretationem novam effingere satius judicarim, quam ipsius emendare. Addidi & Gallicam viri carminum gloria, & consum-*

consummatissima elegantia nobilissimi, D. DESPREAUX, *qui* BOILAVII *nomine notior: in qua nihil ferme, nisi quarundam textus Græci meliorum e Codicibus vetustis lectionum, quibus caruit, desideres cognitionem. In notis eum servavi ordinem, qui debebatur ætati: ut priores scilicet partes ferrent, qui vetustiores forent. Meas nonnullis auxi Animadversionibus, quarum in præfixis suo loco ratio redditur præfatiunculis. De* LONGINO *ipso nihil mihi dicendum duco, quod ea, quæ dici possint, pleraque omnia alii ante me collegerint, ac in medium protulerint. Hoc tamen adhuc docendus es, Lector Benivole, collegisse me nonnulla ejusdem scriptoris apud alios exstantia fragmenta, eaque huic de* SUBLIMITATE *Commentario cum nova eorundam versione, pauculisque notulis, conjunxisse. Lubentissime & illa* LONGINI Ἀνέκδοτα περὶ Μέτρων *addidissem, quæ Holstenius in notis ad Porphyrium de vita Pythagoræ cap.* VI, *pag.* 28, *in Bibliotheca Vaticana exstare docuit, ni id ipsum sero nimis e fortuita hujus libri lectione didicissem. Et hæc quidem* JOANNES CIAMPINUS, *Vir Illustrissimus & Reverendissimus, præclarisque ingenii monumentis, & instituto quotidiano domi suæ Virorum Eruditorum concilio, orbi literato cognitissimus, in suis ad* HENRICUM HUYSSENIUM *meum, JCtum politissimum, literis, curaturum se promisit, ut quamprimum ad me descripta transmittantur. Et ecce, dum hæc typis describenda traduntur, aliæ ab humanissimo viro literæ; in quis a Clariss.* ZACCAGNIO *hoc opusculi descriptum initium:* Ἀλλ' ἤτε νέα τῶν μέτρων ἡ θεωρία. *Præterea* LEXICI *sacri contenta; cujus hæc Inscriptio:* Λεξικὸν ἐνδιαθέντων γραφῶν ἐκτεθὲν παρὰ Στεφάνου, καὶ Θεοδώρου, καὶ ἑτέρων λεξιγράφων, Κασσιανοῦ, καὶ Λογγίνου Φιλοσόφου. *Sine dubio excerpta hæc ex ejus commentario* περὶ Ἀττικῶν Λέξεων. *Codex hic MS. ex ipsius Illustrissimi* CIAMPINI *depromptus est Bibliotheca, unde hæc a* JOANNE PASTRICIO, *Theologo eruditissimo, una cum reliquis, quæ illo continentur, descripta inscriptio est. Quibus igitur nunc frui non licuit, ea cum volente Deo* INSIGNIBUS *a me inserentur* ITINERIS ITALICI. *Quamquam adhuc alia sunt, quæ desiderare possis, quorum ante hosce dies pauculos interveniens* ALMELOVENIUS *V. Cl. indicium fecit: nimirum,* LEONIS ALLATII *Commentarius in Longinum, cujus ipse in suis ad Eustathii Hexaëmeron notis p.* VI *mentionem facit: nec non* ANTONII QUÆRENGI *Disputatiuncula de Longini judicio in comparatione Demosthenis & Ciceronis; cujus idem Allatius meminit in Apibus Urbanis p.* XLV, *& ex hoc forte Thomasinus Eloq. l.* II, *p.* CXLVIII. *Sed de his quid sperandum sit, adhuc nil certi video. Quare, Lector Benivole, iis, quæ in promtu sunt, utere fruere. Reliquas Petræ, ac Fabri Præfationes, quas ipsorum habuerunt editiones, ne quid boni neglectum foret, in calcem operis a me conjectas scito. Vale.*

DE DIONYSIO
LONGINO CASSIO,

Critico & Rhetore præstantissimo,

GABRIELIS de PETRA

Commentatiuncula.

QUÆ patria, qui natales Dionysii Longini fuerint, incertum est. Græcum se profitetur sect. XII: Λέγω δὲ εἰ καὶ ἡμῖν ὡς Ἕλλησιν ἐφεῖταί τι γινώσκειν: id est, *Hæc vero dico, quatenus etiam nobis ut Græcis hominibus de his aliqua permittitur cognitio.* Sed quum fuerit Porphyrii nobilis Tyrii præceptor: eumdemque ad se in Phœniciam ex Sicilia revocet, teste ipso Porphyrio in vita Plotini, ἀξιῶν με [ὁ Λογγῖνος] ἀπὸ τῆς Σικελίας κατιέναι πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν Φοινίκην, καὶ κομίζειν τὰ βιβλία τοῦ Πλωτίνου, φησίν. *Flagitans Longinus, ut ego ex Sicilia ad se proficiscar in Phœniciam, feramque mecum libros Plotini, ait:* ac denique Palmyræ, quæ urbs est in Phœnicia Syriæ regione, Zenobiæ illius loci Reginæ a consiliis esset, non sine gravi conjectura ipsum indigenam suspicari liceat. Hoc saltem constat, maximæ auctoritatis virum fuisse, quam illi eximia, qua inter suos excelluit, conciliavit tum prudentia, tum eruditio. Utrumque vero, eruditionem inquam & prudentiam, qui fuerit consequutus, ipse docet apud Porphyrium in vita Plotini, in libro, qui inscribitur DE FINE ad Plotinum & Gentilianum, cujus libri initium habes ibidem: ἔτι δὲ, inquit Longinus, μειρακίων ὄντων ἡμῶν οὐκ ὀλίγοι τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων προέστησαν, οὓς ἅπαντας μὲν ὑπῆρξε ἰδεῖν ἡμῖν διὰ τὴν ἐκ παίδων ἐπὶ πολλοὺς τόπους ἅμα τοῖς γονεῦσιν ἐπιδημίαν, *non pauci Philosophiæ & politioris literaturæ studiis excellebant me puero, vel saltem admodum adolescentulo, quos quidem omnes videre nobis contigit: quoniam a teneris annis multas passim regiones una cum parentibus peragravimus.* De Longino sic scribit Suidas: Λογγῖνος ὁ Κάσσιος φιλόσοφος, διδάσκαλος Πορφυρίου τοῦ φιλοσόφου· πολυμαθὴς κριτικὸς γενόμενος: Id est, *Longinus,* inquit, *Cassius Philosophus Porphyrii Philosophi præceptor, multæ eruditionis etiam Criticus fuit,* hoc est, *aliorum scriptorum Censor judiciosissimus.* Quanquam quod ad primum illud negat Porphyrius in vita Plotini, Plotino visum fuisse Philosophum. Sic enim ille: Ἀναγνωσθέντος δὲ αὐτῷ (τῷ Πλωτίνῳ) τοῦ τε περὶ ἀρχῶν Λογγίνου καὶ τοῦ Φιλαρχαίου, φιλόλογος μὲν ἔφη ὁ Λογγῖνος, φιλόσοφος δὲ οὐδαμῶς: id est, *Longini & Philarchæi de principiis libro perlecto, Plotinus Longinum politioris literaturæ peritissimum pronuntiavit, Philosophum vero mini-*

minime. Sed quum φιλόσοφος significet etiam τὸν περὶ λόγους καὶ παιδείαν σπουδάζοντα ἢ διατρίβοντα, literarum & disciplinarum humaniorum scientissimum, latiore significatione tum a Suida, tum a Flavio Vopisco Philosophum pro Philologo, hoc est, pro eximia literatura & eruditione conspicuo, crediderim vocitatum. Quo refero, οἷον ἐφερμηνευτικὴν, vocem πολυμαθὴς, hoc est, *multarum rerum notitia præsignis.* Criticum fuisse addit, qualem vero, & quantum, ex illius scriptis, quorum præter hunc περὶ Ὕψους libellum fragmenta quædam exstant apud Porphyrium in Plotini vita, & apud Eusebium Εὐαγγ. προπαρασκευῆς libro xv, tum maxime ex gravissimorum auctorum testimoniis intelligimus. Porphyrius inibi post recitatam partem Epistolæ Longini subjicit: ταῦτα ἐπὶ πλέον παρατέθεικα τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς κριτικωτάτου γενομένου, καὶ τὰ τῶν ἄλλων σχεδὸν πάντα τῶν καθ᾽ αὐτὸν διελέγξαντος, δεικνὺς οἵα γέγονεν ἡ περὶ Πλωτίνου κρίσις: id est, *hæc apposui fusius, ut ostenderem, quid de Plotino nostri ævi Criticus summus judicarit, qui ferme sui temporis omnia scriptorum opera discussit, atque redarguit.* Et non multo post: Ἀρκεῖ τοίνυν ὁ τοσοῦτος ἀνὴρ, καὶ ἐν κρίσει πρῶτος ὢν, id est, *satis est ergo vir tantus, judicioque primus.* Denique ἐλλογιμώτατον, καὶ ἐλεγκτικώτατον ἄνδρα, id est, *eximium & ad ingenia arguenda promptissimum virum appellat.* Eunapius Longinum βιβλιοθήκην τινὰ ἔμψυχον, καὶ περιπατοῦν μουσεῖον, hoc est, scientiarum & disciplinarum omnium receptaculum quoddam, ut hoc pacto incredibilem & inexhaustam hominis eruditionem nobis ingerat, vocare non dubitavit. Verba ejus sunt: Λογγῖνος δὲ κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον Βιβλιοθήκη τις ἦν ἔμψυχος, καὶ περιπατοῦν Μουσεῖον, καὶ κρίνειν γε τοὺς παλαιοὺς ἐπέτακτο, καθάπερ πρὸ ἐκείνου πολλοί τινες ἕτεροι, καὶ ὁ ἐκ Καρίας Διονύσιος πάντων ἀριδηλότερος. Μάλχος δὲ κατὰ τὴν Σύρων πόλιν ὁ Πορφύριος ἐκαλεῖτο τὰ πρῶτα. Τοῦτο δὲ δύναται Βασιλέα λέγειν. Πορφύριον δὲ αὐτὸν ὠνόμασε Λογγῖνος, ἐς τὸ Βασιλικὸν τοῦ ἐσθῆτος παράσημον τὴν προσηγορίαν ἀποτρέψας· παρ᾽ ἐκείνῳ δὴ τὴν ἄκραν ἐπαιδεύετο παιδείαν, γραμματικῆς τε εἰς ἄκρον ἁπάσης, ὥσπερ ἐκεῖνος, ἀφικόμενος, καὶ ῥητορικῆς. Πλὴν ὅσον οὐκ ἐπ᾽ ἐκείνην ἔνευσε· φιλοσοφίας τε πᾶν εἶδος ἐκματτόμενος. Ἦν γὰρ ὁ Λογγῖνος μακρῷ τῶν τότε ἀνδρῶν τὰ πάντα ἄριστος, καὶ τῶν βιβλίων τε αὐτοῦ πολὺ πλῆθος φέρεται, καὶ τὸ φερόμενον θαυμάζεται. Καὶ εἴ τις κατέγνω τινὸς τῶν παλαιῶν, οὐ τὸ δοξασθὲν ἐκράτει πρότερον, ἀλλ᾽ ἡ Λογγίνου πάντως ἐκράτει κρίσις: Id est, ut HADR. JUNIUS vertit; *Ea tempestate erat* Longinus *spirans quædam Bibliotheca, ac vivum Museum, cui de veteribus judicandi potestas permissa erat: quo munere ante illum, ut alii non pauci, ita & Dionysius e Caria, cunctis illustrior, perfunctus fuerat. Porphyrio nomen initio fuerat* Malchus, *quod Syrorum lingua regem sonat, sed detorta appellatione ad purpuram, regium in vestimento insigne,* Porphyrium, *veluti* Purpureum, *nominavit Longinus; apud quem sublimibus studiis erudiebatur; quippe qui Grammaticæ artis, & Rhetorices cognitionem non inferiore, quam ille, laude attigerat: mentem tamen eo non demisit, quin potius universum Philosophiæ genus effinxit, atque expressit. Porro Longinus ceteris omnibus suæ ætatis longe antecelluit: & librorum ejus ingens circumfertur copia, illique ipsi admirationem obtinent. Quod si quis vetustum auctorem aliqua in parte reprehendis-*

hendiſſet, non prius rata atque firma habebatur opinio, quam Longini illud confirmaſſet judicium. Quo tempore floruerit ſcribit continuo Suidas: Ἦν δὲ ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ τοῦ Καίσαρος, καὶ ἀνῃρέθη ὑπ' αὐτοῦ, ὡς σύμπνους Ζηνοβίᾳ τῇ Ὀδαινάθου γυναικί. Ἔγραψε περὶ τοῦ κατὰ Μειδίου. Ἀπορήματα Ὁμηρικά. Εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος. Προβλήματα Ὁμήρου, καὶ λύσεις, ἐν βιβλίοις β'. Τίνα παρὰ τὰς ἱστορίας οἱ Γραμματικοὶ ὡς ἱστορικὰ ἐξηγοῦνται. Περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ σημαινουσῶν λέξεων, δ'. Ἀττικῶν λέξεων ἐκδόσεις β'. Εἰσὶ δὲ κατὰ στοιχεῖον. Λέξεις Ἀντιμάχου, καὶ Ἡρακλέωνος· καὶ ἄλλα πολλά. *Vixit autem ſub Aureliano Imperatore, & ab eo occiſus eſt ob hanc cauſam, quod cum Zenobia Odenathi uxore ſentiret. Scripſit de oratione contra Midiam. Dubitationes Homericas. An Philoſophus fuerit Homerus. Problemata Homeri, & ſolutiones, libris duobus. Quænam contra fidem hiſtoriarum, tanquam hiſtorica enarrent Grammatici. De vocabulis apud Homerum multa ſignificantibus, libros quatuor. Atticorum vocabulorum editiones duas: ſunt autem ordine alphabetico. Vocabula Antimachi, & Heracleonis. Et alia multa.* Photius in ſua Bibliotheca Claudio imperante floruiſſe annotat: Ἐπὶ Κλαυδίου δὲ, inquit, οὗτος ἤκμαζε, καὶ τὰ πολλὰ συνηγωνίζετο Ζηνοβίᾳ τῇ τῶν Ὀσροηνῶν βασιλίδι, τὴν ἀρχὴν κατεχούσῃ Ὀδαινάθου τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τετελευτηκότος: *in plurimis adfuit Zenobiæ Oſroënorum reginæ imperium tenenti mortuo jam Odenatho marito.* Quam ob cauſam victa vinctaque Zenobia interemptum ab Imperatore addit Suidas, καὶ ἀνῃρέθη ὑπ' αὐτοῦ ὡς σύμπνους Ζηνοβίᾳ τῇ Ὀδαινάθου γυναικὶ, *quod cum Zenobia Odenathi uxore conſpiraſſet* (non *conſueſſet*, ut perperam vertit Rhodig. Antiq. lect. lib. XVIII, cap. XXVI) *in Imperatorem*; uti ex Flavio Vopiſco intelligimus, cujus hæc ſunt verba: *Grave inter eos, qui cæſi ſunt, de Longino Philoſopho fuiſſe perhibetur, quo Zenobia magiſtro uſa eſſe ad Græcas literas dicitur: quem quidem Aurelianus dicitur occidiſſe, quod ſuperbior illa Epiſtola ipſius diceretur dictata conſilio, quamvis Syro eſſet ſermone contexta.* Illius porro Epiſtolæ, quam Zenobia Imperatori ipſius deditionem petenti reſcripſit, exemplum ex eodem auctore appingere non gravabor:

Zenobia Regina Orientis. Nemo adhuc præter te, quod poſcis literis, petiit. Virtute faciendum eſt, quicquid in rebus bellicis eſt gerendum. Deditionem meam petis, quaſi neſcias Cleopatram Reginam perire maluiſſe, quam in qualibet vivere dignitate. Nobis Perſarum auxilia non deſunt, quæ jam ſperamus. Pro nobis ſunt Saraceni: pro nobis Armenii. Latrones Syri exercitum tuum, Aureliane, vicerunt. Quid igitur, ſi illa venerit manus, quæ undique ſperatur? Pones profecto ſupercilium, quo nunc mihi deditionem quaſi omnifariam victor imperas. De Longini mortis cauſa, eruditione, ejuſdemque in ſubeundo ſupplicio conſtantia, hæc Zoſimus: Ἡ δὲ αἰτίας ἔλεγχον, ἑαυτὴν ἐξαιροῦσα, πολλούς τε ἄλλους ἦγεν εἰς μέσον, ὡς παραγαγόντας οἷα γυναῖκα. Ἐν οἷς καὶ Λογγῖνος ἦν, οὗ συγγράμματά ἐστι μέγα τοῖς παιδείας μεταποιουμένοις ὄφελος φέροντα. ὅπερ ἐφ' οἷς κατηγορεῖτο ἐλεγχομένῳ παραχρῆμα ὁ Βασιλεὺς θανάτου ζημίαν ἐπέθηκεν. Ἣν οὕτω γενναίως ἤνεγκεν ὁ Λογγῖνος, ὥστε καὶ τοὺς σχετλιάζοντας ἐπὶ τῷ πάθει παραμυθεῖσθαι: *Zenobia culpæ ſemet eximens multos alios in medium produ-*

producebat, qui eam veluti fœminam ſeduxiſſent, quorum in numero & Longinus erat, cujus exſtant ſcripta, magnam doctrinæ ſtudioſis utilitatem adferentia. Ei convicto de his, propter quæ accuſabatur, ſtatim pœnam mortis Imperator ſtatuit. Quam adeo fortiter Longinus pertulit, ut illos etiam, qui hanc calamitatem ejus indigno ferebant animo, conſolaretur. Libros multos ediderat, ut præter a Suida memoratos, πρὸς Πλωτῖνον καὶ Γεντιλιανὸν ἐπιστολὴν, quam juſtæ voluminis magnitudini parem fuiſſe ſcribit Porphyrius. Περὶ ἀρχῶν βιβλίον, Plotino, ut judicium ferret, exhibitum. Item Λογγίνου πρὸς Πλοτῖνον καὶ Γεντιλιανὸν Ἀμέλιον περὶ τέλους. Περὶ τῶν παθητικῶν βιβλίον: quæ opuſcula omnia ſumma cum Reipublicæ literariæ jactura nobis perierunt. Ac denique libellum iſtum vere aureum, ut dictum eſt, περὶ ὕψους multis in locis mutilatum, uti ex frequentibus lacunis fit perſpicuum. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ Λογγίνου ἀρκέσει.

TANAQUILLI FABRI
NOTÆ
Ad Suidæ teſtimonium.

A*Ureliano*] Ita eſt; ſed cum ejus juſſu interfectus fuerit Longinus, & ipſe Aurelianus ſex annos, vix amplius, imperaverit, viverque deſierit circa annum Chriſti CCLXXVI, melius multo Suidas & diligentius, ſi ſub Gordiano, Decio, Valeriano, Gallieno, & Claudio jam floruiſſe ipſum dixiſſet. Itaque Origeni σύγχρονος fuit Longinus.

Odenati, Zenobia] Uterque ex hiſtoria Auguſta notiſſimus. Vide Valerianum Flavii Vopiſci.

Antimachi] Intelligo Antimachum Clarium.

Heracleonis] Illum Heracleonem Epheſium fuiſſe arbitror, cujus teſtimonio ſæpius uſus eſt Athenæus. Videtur autem de iis potiſſimum ſcripſiſſe, quæ ad rem cibariam pertineant.

Et alia multa] Quorum titulos diligentiſſime collegit Langbænius.

Porphyrio apud Euſebium κριτικώτατος τῶν καθ' ἑαυτὸν *dicitur. alibi* ἐν κρίσεσι πρῶτος ὤν. *alibi* ἐλλογιμώτατος, ἐλεγκτικώτατος.

Vopiſcus hæc ſcribit: Grave inter eos qui cæſi ſunt, de Longino philoſopho fuiſſe perhibetur: quo illa [*Zenobia*] magiſtro uſa eſſe ad Græcas literas dicitur: quem quidem Aurelianus idcirco occidiſſe dicitur, quod ſuperbior illa epiſtola ipſius diceretur conſilio ſcripta, quamvis Syro eſſet ſermone contexta.

Epiſtola]. Quam ibi Vopiſcus produxit.

Quamvis Syro] Hinc refelli poſſe videntur, qui Longinum e Syria oriundum fuiſſe ſcripſerunt.

 GERAR-

GERARDI LANGBÆNII
ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ
UBI
IN AUCTORIS PROSAPIAM, ET PATRIAM INQUIRITUR.

Criticus quare vocatus: qui olim ſic dicti. *Enumeratio Scriptorum* LONGINI. *De Antimacho. Cyclus epicus.*

Habes (Lector) *Longini* vitam ab interprete concinnatam; actum non agam; ea ſolum, quæ ab illo prætermiſſa ſunt, lubet ἐπανατρυγᾶν.

Quod ad proſapiam *Longini*, convenit illud e *Mileſiis Apuleji*, *Originis materna fundamenta a Plutarcho illo inclyto Philoſopho prodita gloriam illi faciunt.* (*Suid. in Frontone*) Mater enim illi nomine *Frontonis*, quæ fratrem habuit *Cornelium Frontonem* Oratorem, Magni *Plutarchi* nepotem: (*Rualdus in vita ex Sarisbur.*) qui *Athenis* vita functus *Longinum* Criticum ſororis filium hæredem ſcripſit. Erat, cum hac conjectura ductus, cum interprete, eum e *Syria* oriundum crederem. *Emiſa* enim *Syriæ* urbs. Sed ex quo in *Nicandri* ſcholia (*in Theriac.*) incidens illud legerem, Διονύσιος ὁ Φασηλίτης ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀντιμάχου ποιήσεως, in eo ſum, ut *Pamphyliæ*, in qua *Phaſelis*, eum nos debere putem. *Dionyſium* enim illum *Phaſelitem* ab hoc noſtro non alium fuiſſe facile credet, qui ex *Suida* didicit in *Antimachum* ſcripſiſſe *Longinum*. Quem auctores paſſim *Criticum* appellant. (*Dion. Chry. Or. de Homero.*) Critici autem olim dicti, qui poſtea Grammatici. Critica hæc quæ *Ariſtotelem* patrem agnoſcit, in eo præcipue verſatur, ut, quæ auctorum γνήσια, quæ ὑποβολιμαῖα, diſcernat: & hoc munus (*Athenis*, ut puto) *Longino* impoſitum; de quo *Eunapius in vita Porphyrii* ſic refert: εἴ τις κατέγνω τινὸς τῶν παλαιῶν, οὐ τὸ δοξασθὲν ἐκεκράτει πρότερον, ἀλλ' ἡ Λογγίνου πάντως ἐκράτει κρίσις: *Si quis in antiquorum aliquem calculum ferret, ſententia rata habita non eſt, priuſquam* Longinus *accederet:* quam provinciam ante eum adminiſtravit alter *Dionyſius* e *Caria*. *Athenis* autem, fidem

dem

dem facit ἀποσπασμάτιον illud *Porphyrii* ex libris περὶ φιλοσόφου ἱστορίας, (*quorum tertium citat Stephanus in γάδαρα*) ubi se a *Longino* Πλωτίνεια *Athenis* celelebrante inter alios ad festum vocatum tradit. *Plotinia* autem haud dubio, in *Plotini* defuncti præceptoris honorem instituit, die forsan emortuali; (*Porph. in vita Plot.*) natales enim suos ex consulto discipulos celari voluit.

Scripsit *Longinus* plurima, eaque non vulgaria; *Eunapius*: τῶν βιβλίων τε αὐτοῦ πολὺ πλῆθος φέρεται, καὶ τὸ φερόμενον θαυμάζεται. Quæ a *Suida* memorantur breviter percurram.

1 περὶ τῆς κατὰ Φειδίου commentarium, crediderim in orationem contra *Phidiam*; (fortè Μειδίου.) quæ *Demosthenis* est.

2 ἀπορήματα Ὁμηρικά: *Dubia Homerica*, ea sunt, quorum liber quintus citatur ab *Homeri* scholiaste, Ιλ. β'. ubi Draconem passeres devorantem *Sthenium* vocatum refert. οὕτως γὰρ ἱστόρηται Διονυσίῳ ἐν τῇ ε τῶν ἀπόρων. Ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν etiam libros sex conscripsit *Aristoteles*. *Laert.*

3 εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος? *An Homerus fuerit Philosophus*; Apud *Laertium in Pyrrhone*. Sunt qui *Scepticorum* Principem putant. Et (*ib. l.* 2.) *Anaxagoræ* succenturiat *Horatius*, *Epist. l.* 1, hoc ei elogium ferens,

—— *Quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,*
Plenius ac melius Chrysippo & Crantore dicit.

4 προβλήματα Ὁμήρου, καὶ λύσεις: *Quæstiones & solutiones Homericæ.* Ex quo mustaceo laureolam antea captarant haud pauci. Puta *Heraclitus* λύσεων Ὁμηρικῶν, *lib.* 2. quos vertit & in lucem dedit *Gesnerus*, titulo *Allegoriarum* in *Homeri* fabulas. *Porphyrii* etiam ζητήματα Ὁμηρικά, majoris operis progymnasmata, ad nos deduxit ævi fluxus; reliquis ejusdem nominis absorptis.

5 τίνα παρὰ τὰς ἱστορίας οἱ γραμματικοὶ ὡς ἱστορικὰ ἐξηγοῦνται: Quæ Grammatici præter historias ut historica commentantur: & in hoc etiam opere *Cæcilium* habuit facem præferentem, qui (ut idem *Suidas*) de iis scripserat, quæ a rhetoribus secundum historias, vel præter historias referuntur.

6 περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ σημαινουσῶν λέξεων: De dictionibus *Polysemis* apud *Homerum*: opus grammaticum, quale illud *Protagoræ* de *Homeri* glossis: (*Laert. ll.* 5 & 9) forte & *Demetrii* de Iliade & Odyssea: Nam de *Basilide*, quem in Epitomen redegit *Cratinus*, (*Etymol. in* ἀείζηλος) res est extra aleam, περὶ Ὁμηρικῆς λέξεως pariter inscripto.

7 Ἀττικῶν λέξεων ἐκδόσεις β'. Atticarum dictionum Editiones duæ: quibus in limine operis sui se in eo congerendo usum esse agnoscit *Suidas*; prævivit hic etiam *Cæcilius Siculus*; quibus eo in loco subjunguntur *Lupercus*, *Pacatus*, & *Pollio Alexandrinus*. Addit *Photius Dionysium Halicarnasseum*, *Pausaniam*, *Mœridem*, *Atticistas* omnes: melioris notæ,

 quam

quam paucula illa *Phrynichi*, *Magistri*, aut *Moschopuli*, quibus tamen reliquorum jacturam levamus ex parte.

8 Ἀντιμάχου καὶ Κλέωνος. (γρ. Ἡρακλέωνος)] *Cleones* duo, (*Curtius l.* 8.) unus poëta *Siculus*; alter (*Apollonii schol. lib.* 1) Κυριεὺς *Argonauticorum* scriptor, a quo multa *Apollonius*. *Antimachum* talem fuisse, ut *Delio* natatore opus haberet, ex iis patet, quæ apud auctores feruntur: (*Apollonii & Nicandri Schol.*) Hujus æmulus & mirator *Hadrianus Cæsar*, (*Spartian. in vita*) *Catacrianos*, libros obscurissimos, eum imitatus scripsit. Indicio etiam sunt, tum quæ a *Nicandri* scholiaste adducuntur, tum quod *Nicandrum* pariter ejus æmulum prædicat, & ab eo multa mutuatum: forte non in *Theriacis*, sed *Thebaicis*: uterque enim argumentum illud tractavit. *Tzetzes in prolegom. ad Lycoph.* inter Poëtas ὀνομαστοὺς eum reponit, quales illi sunt numero quinque, *Homerus*, *Hesiodus*, *Panyasis*, (corrupte Πάνυσις) *Antimachus*, & *Pisander*. Cum *Homero* conjungit *Propertius*, *lib.* 2. *el.* 34:

Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero.

Imo & præferre ausus est *Hadrianus*, (*Dio. l.* 69.) qui de abolendo penitus *Homero* cogitavit, ut *Antimachum* induceret, cujus antea ne nomen quidem apud plures innotuit: οὗ μηδὲ τὸ ὄνομα πολλοὶ πρότερον ἠπίσταντο. Litem dirimat *Gregorius Nazianzenus*. Theologus *ep.* 3. qui hoc inter eos discrimen ponit, quod *Homerus* multa paucis complexus sit, hic pauca multis; eoque brevitatis palmam *Homero* defert, τοῖς πράγμασι κείνων τὸ μῆκος, ἀλλ' οὐ τοῖς γράμμασι. Alterum etiam correctorem nactus est, *Longini* συμφοιτητὴν, (*Porphyr. de Plot.*) *Zoticum* scilicet, & ipsum *Criticum*; operis nomen Τὰ Ἀντιμάχου διορθωτικά. Fuit autem *Antimachus* Scriptor *Cyclicus*, si verum docet *Acron* Grammaticus, *In Horat. de Arte Poet.* tam ambitiose digressionum amans, ut viginti quatuor libros impleret, priusquam τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις perduceret. (*Porphyrio ibid.*) Verum *Proclus*, *apud Photium in Chrestom.* cui hac in parte tutius credendum, *Antimachum* & quatuor comites superius adductos ab Epico Cyclo aperte excludit. Κύκλος autem ἐπικὸς fuit historia mythologica a diversis descripta, sed in unum corpus congesta; in quo fabularum quicquid ab ipsis deorum incunabulis ad reditum *Ulyssis* in *Ithacam* invaluit, mendax *Græcia* lætanter agnovit. Auctores ejus passim audiunt, κύκλιοι, & ἐγκύκλιοι: opus ipsum, Κύκλος ἐπικὸς, κύκλια ἔπη, ποίημα ἐγκύκλιον, &, sine addito, aliquando κύκλος.

9 Hæc de operibus *Longini* a *Suida* memoratis: succedant, quæ *Porphyrius* (*ubi supra*) retulit: Inter quæ, ordinem ducit liber περὶ ἀρχῶν, *De principiis*. *Philarchæus* etiam geminum illi opus elaboravit, nisi malit quispiam τοῦ φιλαρχαίου sic accipere, ut φιλαρχαῖον sit inscriptio alterius operis *Longini*: utcunque habeat, hoc statuere possumus, syntagma illud politiori literatura refertum fuisse, licet prima fronte nihil minus polliceatur:

inde

inde enim illud *Plotini* effatum , *Longinum Philologum esse*, *Philosophum nequaquam.*

10 Πρὸς Πλωτῖνον καὶ Γεντιλιανὸν Α᾽μέλιον περὶ τέλους. *De fine*, *ad Plotinum & Amelium*; Continet responsum ad ea, quæ ab iis objecta: librum inscripsit *Marcello* cuidam.

11 Πρὸς τὴν Α᾽μελίου ἐπιστολή. Epistolam vocat, quod volumen erat; quia ad *Amelii* Epistolam rescripta.

12 Περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα δικαιοσύνης. *De justitia secundum Platonem*; & hoc etiam contra *Amelium.*

13 Περὶ τῶν ἰδεῶν: In quo sententiam suam de Ideis adversus *Plotinum*, ejusque hyperaspistem *Porphyrium* tuetur.

14 Πρὸς τὴν τῶν Στοϊκῶν περὶ ψυχῆς δόξαν ἀντίῤῥησις: (*Euseb. de Præpar. evang. l.* 15) *Disceptatio adversus Stoicorum de anima opinionem* : in qua probat animam non esse corpoream. Sed vereor ne titulum istum *Eusebius* ipse particulæ ab integro aliquo opere abstractæ imposuerit.

15 Περὶ συνθέσεως λόγων: *De compositione orationum*, qua de re duo syntagmata a se conscripta refert Sect. XXXVIII.

16 Περὶ παθῶν: *De passionibus* commentarium promittit ad finem hujus commentarioli; an absolverit incertum.

17 *De aciebus bellicis.* Librum *Romæ* servari refert *Gesnerus in biblioth.*

18 Περὶ ποιητῶν: *De Poëtis. Dionysii Phaselitæ* opus; citat *Nicandri* Scholiastes.

19 Κριτικά. *Laertius in Thalete* citat *Dionysium* ἐν Κριτικοῖς. Agnomen Critici huic nostro datum facit, ut hoc ei opus adscribam; nec enim dubito: quin *Laertius Longino* posterior esse possit.

20 Περὶ Ὕψους: *De sublimitate*; sic enim conceptum ab auctore titulum conjicio, tum quod passim ipse sic appellat; tum quod *Cæciliani* operis epigraphe talis fuerit. Circumforaneum illud περὶ ὕψους λόγου, & *Gesneri* alterum περὶ ὕψους λόγου ῥητορικὸν, minus probo. καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.

VETERUM ac RECENTIORUM
DE
L O N G I N O
JUDICIA & TESTIMONIA.

Plotini, Porphyrii, Vopisci, Eunapii, Suidæ judicia Gabriel de Petra in Commentatiuncula de Longino recensuit.

Libanius Sophista epist. CCXLIII l. III, cujus indicium Emericus Bigotius, vir elegantissimi ingenii & doctrinæ, Tanaquillo Fabro fecit, e Cod. MS. Bibliothecæ Vaticanæ:

Ὀδαίναθον τὸν λόγον· Λογγίνου δέ ἐστιν ὁ λόγος· ἐγὼ μὲν ἀπαιτῶ, σὲ δὲ δεῖ δοῦναι, καὶ γενέσθαι δίκαιον περὶ τὴν ὑπόσχεσιν: *Hodænathum (est autem Longini* oratio) ipse quidem peto, te vero dare oportet, fidemque promissi muneris exhibere.*

* Si ita tulisset fatum literarum, ut ne illa oratio perisset, multa hodie de bellis Orientalibus, quæ Odenatus sustinuit, quæque adeo jejune a minoribus illis Historiæ Augustæ scriptoribus prodita fuerunt, teneremus. *Faber.*

D. Hieronymus ad Rusticum:

Criticum diceres esse Longinum, censoremque Romanæ facundiæ.

Proclus l. I. pag. XXVII Comment. in Platonis Timæum.

Λογγῖνος μὲν ἐν τούτοις ἐπισημαίνεται πάλιν, ὅτι φροντίζει καὶ ὀνομάτων ὥρας καὶ ποικιλίας ὁ Πλάτων, ἀπαγγέλλων ἄλλως τὰ αὐτά, &c. Οὗτος μὲν οὖν φιλόλογος, ὥσπερ Πλωτῖνον εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ λέγεται, καὶ οὐ φιλόσοφος: *Longinus rursum hoc loco notat Platonem orationis elegantiæ & varietati studere, cum unam atque eandem rem diversis modis efferat,* &c. *atqui ille, quod Plotinus de eo dixisse fertur, Philologus est, non Philosophus.*

Theophylactus Archiep. Bulgariæ epist. XVII.

Μή μοι οὖν τὰς Λογγίνου κρίσεις περίαπτε, μὴ καὶ δόξῃς τισὶν αὐτός γε οὐ κατὰ Λογγῖνον κρίνειν. *Ne mihi igitur Longini censuras adtribuas, ne & ipse nonnullis non secundum Longinum judicare videaris.*

P. Victorius Præfat. in Demetr. Phalereum:

Idem etiam efficere voluisse Dionysium Longinum apparet, qui inscripsit librum suum, in quo de excelso loco inter oratores disputavit, περὶ Ὕψους: *ac quomodo certo itinere perveniri posset in altissimum illum eloquentiæ gradum, diligenter monstravit.*

Idem

Idem in lib. Ariſtot. de Arte Poët.

Meminit tamen Longinus in libro περὶ ὕψους hujus reditus Græcorum. Eſt autem, ubi magnus ille Rhetor, & qui plurimum judicio valuit, celebrat quaſdam eximias phantaſias poetarum; &c.

Idem Var. Lect. lib. XXIX. cap. XVIII:

Dionyſius tamen Longinus magiſter dicendi magnus, & qui ſtudii multum ponit in exiſtimandis ſcriptis veterum auctorum, putat, &c.

Et lib. XXXIII, cap. XII:

Ut accurate docuit eruditiſſimus magiſter dicendi, & maximus exiſtimator veterum ſcriptorum, Dionyſius Longinus.

H. Stephanus Diſſert. de Criticis:

Verum (ut a Græcis longius non diſcedam) inter eos, qui hoc juris aperte, & non tamquam aliud agentes ſibi ſumſerunt, præcipui longe diſtantibus inter ſe temporibus fuerunt Dionyſius Halicarnaſſeus, & Dionyſius Longinus.

G. Canterus lib. II Nov. lect. c. XXV:

In Sublimitatis præceptis hoc etiam recenſet Longinus Rhetor doctiſſimus.

Iſ. Caſaubonus in II lib. Suetonii:

Longinus in doctiſſimo περὶ ὕψους libello.

Idem ad Athenæi lib. I:

Habes apud Longinum in elegantiſſimo περὶ ὕψους libello.

Idem Excert. I Adv. Baronium:

Ac fecit olim Criticus inſignis, paganus tamen homo, Dionyſius Longinus, cujus exſtat aureolus περὶ ὕψους libellus. Aliud ejuſdem teſtimonium vide ad Sect. IX, n. 48.

Dom. Baudius Centur. III, epiſt. XXXVI:

Ἡ γὰρ τῶν λόγων κρίσις, &c. *Ut recte & ſapienter definit ſubactiſſimi judicii Rhetor Longinus, qui numquam dimittit ſedulum & attentum lectorem ſine bonæ frugis proventu,* & cum ſpe divite manat in venas animumque.

Nicol. Cauſſinus lib. II. cap. XXIII Eloq. Sacr. & profanæ:

Hæc magnus Oratorum Criticus, &c.

Jo.

JUDICIA ET TESTIMONIA.

Jo. Caselius in Rhetore:

Superest Dionysius Longinus, quem supra magistros dicendi colloco. Quando enim suam de summo genere dicendi sententiam ostendit, non solum ibi oratorum, sed omnis generis scriptorum subtilis, & acer, nec iniquus censor est; homo doctissimus, & summi, sincerique judicii.

Janus Rutgersius Var. Lect. l. 1. c. x:

Talem innuebat Euripides in versibus quibusdam, quos affert Dionysius Longinus in aureolo libello περὶ ὕψους λόγου.

Lucas Holstenius de vita & scriptis Porphyrii, cap. vi:

Longini ingenium accuratum, limatum judicium, atque eruditionis copiam satis ostendit libellus de sublimi genere orationis: tum quædam ἀνέκδοτα περὶ μέτρων, *quæ ex Vaticana Bibliotheca depromta mihi ostendit Leo Allatius.*

Dan. Heinsius in prolegomenis in Aristarchum sacrum:

Quo & maxima ex parte spectant, quæ in Alcidamante tertio Rhetor. Aristoteles, quæ in Leontino Gorgia, Callisthene, Clitarcho, Hegesia, Matride, atque aliis, summus Vir Longinus maximo judicio notavit, quæ nec imperiti, nec vulgares assequuntur. Est enim ut ingenii excelsi, ita quod præclare ab eodem dicitur, experientiæ suprema soboles hæc judicandi ratio. Et postpaullo: *Judex accuratus Longinus, quem ab eruditione varia* πολυμαθῆ, *ac Criticum fuisse dictum notat Suidas*, &c.

Idem paulo ante:

Criticæ non parva & peculiaris quædam pars ad eloquentiam translata est: quam ad artem Rhetorum, ut Criticorum Princeps Aristoteles, ita Cicero, Fabius, Longinus, Hermogenes, Demetrius, & Dionysius traduxerunt. Quorum scripta qui non legit, numquam in dicendo, quod oportet, obtinebit; numquam recte de antiquitate judicabit.

G. J. Vossius de Arte Gramm. l. 1, c. v:

Longinus Cassius Grammaticus, idem Rhetor, & Philosophus, qui Aureliani ætate egit apud Zenobiam Palmyrenorum Reginam, interque alia de Atticis vocibus duas reliquit editiones.

Idem lib. vi Instit. Orator.

Dionysio Longino Rhetori κριτικωτάτῳ, *qui sub Aureliano Cæsare de hoc charactere ablectum & plane aureolum reliquit libellum.*

INDEX

INDEX
SECTIONUM.

INDEX SECTIONUM.



ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΛΟΓΓΙΝΟΥ

ΠΕΡΙ

Υ Ψ Ο Υ Σ.

DIONYSII LONGINI

DE

SUBLIMITATE

LIBER COMMENTARIUS.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΛΟΓΓΙΝΟΥ

ΠΕΡΙ'

[1] ῾ΥΨΟΥΣ.

ΤΜΗ͂ΜΑ ά.

Ὅτι τὸ τοῦ Καικιλίου συγγραμμάτιον, τὸ περὶ Ὕψους, ἐλλιπές ἐστι, καὶ διότι.

1 [2] ΤῸ μὲν [3] Καικιλίου [4] συγγραμμάτιον, ὃ περὶ Ὕψους συνετάξατο, ἀνασκοπουμένοις ἡμῖν, ὡς οἶσθα, κοινῇ, [5] Ποστούμιε [6] Τερεντιανὲ φίλτατε, ταπεινότερον ἐφάνη τῆς ὅλης ὑποθέσεως, καὶ ἥκιστα τῶν καιρίων ἐφαπτόμενον, οὐ πολλήν τε ὠφέλειαν, ἧς μάλιστα δεῖ στοχάζεσθαι τὸν

1. ΠΕρὶ ὕψους] In titulis librorum articulus fere non adhibetur: adhibetur tamen aliquando. Sic enim Aristoteles inscripsit περὶ τῆς προνοίας. Aristippus περὶ τῆς παιδείας. PETRA.

Ibid. Περὶ Ὕψους] Titulus, quem plerique Longino præscripserunt, falsus est, [ΠΕΡΙ' Υ῞ΨΟΥΣ λόγου] delendum enim illud λόγου· quorsum, inquies? Videlicet itidem agit Rhetor, ac quilibet τεχνίτης: nempe περὶ τῆς ὑποκειμένης ὕλης. At materia subjecta Rhetori est λόγος, seu *oratio*. Quamobrem, ubi de orationis specie, aut forma, seu, ut Græci vocant, *idea*, scribere constituit, haud sane illi necesse est quidquam addere; sat enim facile est ad intelligendum, si profiteatur se περὶ ἰσχνότητος, περὶ ἁδρότητος, aut ὕψους, de gracilitate, aut sublimitate orationis acturum esse. Hoc satis apud eos fuerit, qui τῆς λογικῆς ἐμπειρίας gustum aliquem habuerint. FABER.

Ibid. Περὶ ὕψους λόγου] Tres e præstantissimis Mss. Parisinus, S. Marci Venetus, & primus Vaticanus non agnoscunt voculam λόγου: unde eam hinc ejecimus. Quin & noster illam plerumque plurali numero, non autem singulari usurpat, ut mox: ἐξοχή τις λόγων τὰ ὕψη; & in initio Sect. x, ὑψηλοὺς ποιεῖν τοὺς λόγους. & sic sæpe alibi. TOLLIUS.

2. Τὸ μὲν] Contra Cæcilium Rhetorem. Is autem est, quem sæpe nominat Quintilianus. ROBORTELLUS.

3. τοῦ Καικιλίου] Hic putatur esse Cæcilius Rhetor Siculus, qui Romæ floruit æqualis & amicus Dionysii Halicarnassei. Hujus præter Longinum meminerunt Dionysius Halicarnass. Quint. Plut. in vita Demosth statim initio. Athenæus δειπνοσοφ. *lib.* 6. Patria ejus Καλὴ Ἀκτὴ, vulgo Καλάκτα, oppidum in littore septentrionali Siciliæ. PETRA.

Ibid. Τοῦ μὲν Καικιλίου] Prætor Comicum, Jurisconsultum, & *Cæcilium Bionem* περὶ δυνάμεων, duos invenio *Cæcilios*; alterum [*Strabo lib.* 5.] historicum *Romanum*, illum forsan quem *Salustio* prætulit *Hadrianus*, [*Spartian.*] (sic enim antiquioris codices: sed Criticorum παραδιόρθωσις *Cæcilii* loco *Cælium* substituit) Rhetorem alterum, *Siculum*, [*Suid.*] qui olim *Archagathus* dictus. Ejus mentio apud *Plutarchum de decem Rhetor.* sæpius: vixit sub *Augusto*, *Dionysii Halicarnassei* [*Halic. in ep. ad Pomp.*] familiaris: quos conjungit *Quinctilianus Inst.* 3, 1. *Calactianum* vocat *Suidas*, rectius *Athenæus* ἀπὸ καλῆς Ἀκτῆς, E *Cala Acta*, quam *Siciliæ* urbem fuisse probat ὁ πολυμαθέστατος *Casaubonus*. Erat & altera καλὴ Ἀκτὴ urbs *Cretæ*: [*Steph.*] eandem existimo, quam in D. *Pauli* διάπλῳ synonyma voce signatam legimus *Actorum* 27, 8. καλοὺς λιμένας. Ex divisis vocibus καλὴ Ἀκτὴ in unam concrescentibus fit Καλάκτη, quod in aliis id genus insolens non est; ut Νέα πόλις, Νεάπολις. Μεγάλη πόλις, Μεγαλόπολις. Inde *Polybius Megalopolitanus* dictus: & ἀπὸ καλῆς Ἀκτῆς *Cæcilius Calactianus*: unde lapsus *Athenæi* interpres,

quî

DIONYSII LONGINI
DE
SUBLIMITATE
LIBER COMMENTARIUS.

SECTIO I.

Cæcilii de Sublimitate Commentarium imperfectum esse: & quare.

QUum Cæcilii de Sublimitate Commentatiunculam diligentius nuper una cognoſceremus, ea fuit utriuſque noſtrum exiſtimatio, Poſtumi Terentiane, Virorum amiciſſime, nimis illum tenuiter, atque perexiliter, id argumentum perſecutum, &, quod ea, quæ præcipua erant, & inprimis tractanda, ne quidem attingeret, lectoribus haud mul- 1

qui in *pulchra Attica* natum dixit, quia nimirum *Atticam* olim Ἀκτὴν vocatam novit. Langbænius.

Ibid. Καικιλίου] Vixit ille ſub Julio & Octaviano Cæſaribus, Dionyſii Halicarnaſſei familiaris: nam alicubi φίλτατος ab eo appellatus eſt. Ejus, præter ceteros, meminerunt Quintilianus, Photius, Suidas, [*Plutarchus in Lyſia, plura Caſaubon. ad Athen.* VI, 21. *Voſſ. de Arte Gr.* I, V.] Multa ſcripſerat; de quibus alias: Sed, ut ego quidem arbitror, omnium primus tractatum de *Sublimi genere dicendi* tentavit. Siculus fuit. Patria illi Calacta, quæ urbs erat medio intervallo inter Mylas & Panormum, hodie *Milazzo* & *Palermo*, ad oram maris Tyrrheni, ſeu in eo latere Siciliæ, quod Cauro & Favonio obverſum eſt. Faber.

4. Συγγραμμάτιον] *Cæcilii* opus σύγγραμμα vocat, vere; proprium autem ὑπόμνημα, modeſte *cap.* 1. *&* 33: quaſi illud *ſyntagma* eſſet, hoc tantum *Commentarius.* Quid interſit, lubet ex *Ammonio* [*In Ariſt. Categ.*] docere: Scripta ὑπομνηματικὰ ἐκεῖνα καλοῦσιν, ὅσα πρὸς οἰκείαν ἀποσημειοῦνται ὑπόμνησιν, &c. Commentarios vocant, quæcunque in ſubſidium memoriæ annotant. Solebant enim antiqui priorum opera relegentes, opiniones eorum & argumenta annotare: quin & ſua; ut, ſi quando ad ſcribendum ſe accingerent, in procinctu haberent antiquorum ea de re ſententiam, futuri operis materiam. συνταγματικὰ vero, ὅσα φράσιν ἔχει πρέπουσαν συντάγματι, καὶ τὴν τῶν κεφαλαίων εὔτακτον διαίρεσιν. In quibus & phraſis magis elaborata, quæque ſyntagma deceat, & ordinatior in capita partitio. Ideo *Agellii* liber proprie Commentarius eſt, *quem ad ſubſidium memoriæ, quaſi quoddam literarum penus, recondebat*; uti habet in calce operis, quæ tota narratio, quod à *Plinio* factum, potiori jure a fronte libri collocetur una cum *Elencho* capitum; ut in *Plinio* factum cernimus, exemplum cujus ſecutus eſt *Gellius*, (& præfationem maxima ex parte mutuatus) ut *Plinius Sorani*. Simili ſenſu & ἀπομνημονεύματα vocantur Grammaticis, qualia *Phavorinus* [*Gell. & Laert. paſſim.*] compoſuit: licet Rhetores vocem ſtrictius ſumant, quibus ut ait *Theon progym. cap.* 5, ἀπομνημόνευμα πρᾶξίς ἐστιν ἢ λόγος βιωφελής, *factum vel dictum utile.* Et inde *Cæſari* vitio vertitur, quod opus illud ſuum Commentarios inſcripſerit, quod verius hiſtoriam poterat. Langbænius.

5. Ποστούμιε] V. C. Pariſin. Bibl. Regiæ, Ποστούμιε φλῶρε Τερεντιανέ. Ille vero S. Marci Venetus, & tres Vaticani, Ποστούμιε Φλωρεντιανέ: male. ſectione enim IV, & poſt ſæpius, in omnibus legas, Τερεντιανὲ ἥδιστε. in primo & tertio Vat. etiam legebatur Πιστούμιε. Tollius.

6. Τερεντιανὲ] Utrum hic Terentianus ille ipſe fuerit, cujus hodieque libellus extat *De metris*, opus omni elegantiarum genere conditum, & amabili quadam ingenii amœnitate temperatum, res eſt quæſitu digna, & alias quæretur. Interea dum id fiat, libenter ſane dicerim, cur ingenioſiſſimus Grammaticorum in doctorum libris dicatur Carthaginienſis: nam

2 τὸν γράφοντα, περιποιοῦν τοῖς ἐντυγχάνουσιν. εἶτ' ἐπὶ πάσης τεχνολογίας δυοῖν ἀπαιτουμένων, προτέρου μὲν, τοῦ δεῖξαι, τί τὸ ὑποκείμενον· δευτέρου δὲ τῇ τάξει, τῇ δυνάμει δὲ κυριωτέρου, πῶς ἂν ἡμῖν αὐτὸ τοῦτο, καὶ
3 δι' ὧντινων μεθόδων κτητὸν γένοιτο· ὅμως ὁ Καικίλιος, ποῖον μέν τι ὑπάρχει τὸ ὑψηλὸν, διὰ μυρίων ὅσων, ὡς ἀγνοοῦσι, πειρᾶται δεικνύναι· τὸ δὲ δι' ὅτου τρόπου τὰς ἑαυτῶν φύσεις προάγειν ἰσχύοιμεν ἂν εἰς ποσὴν
4 μεγέθους ἐπίδοσιν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον, παρέλιπεν. [7] Πλὴν ἴσως τουτονὶ μὲν τὸν ἄνδρα οὐχ οὕτως αἰτιᾶσθαι τῶν ἐκλελειμμένων, ὡς
5 αὐτῆς τῆς ἐπινοίας καὶ σπουδῆς ἄξιον ἐπαινεῖν. Ἐπεὶ δ' ἐνεκελεύσω καὶ ἡμᾶς τι περὶ ὕψους πάντως εἰς σὴν ὑπομνηματίσασθαι χάριν, φέρε, εἴ τι δὴ δοκοῦμεν [8] ἀνδράσι πολιτικοῖς τεθεωρηκέναι χρήσιμον, ἐπισκεψώμεθα.
6 Αὐτὸς δ' ἡμῖν, ἑταῖρε, τὰ ἐπὶ μέρους, ὡς πέφυκε, καὶ καθήκει, [9] συνεπικρινεῖς

ex illius quidem ſcriptis contra ſentio. FABER.

7. Πλὴν ἴσως] Cicero ad Brutum, in Oratore, c. 50: *Nec ego id, quod deeſt antiquitati, flagito potius, quam laudo, quod eſt: præſertim quum ea majora judicem, quæ ſunt, quam illa, quæ deſunt.* Seneca de vita beata c. XX: *Studiorum ſalutarium, etiam citra effectum, laudanda tractatio eſt. Quid mirum, ſi non eſcendunt in altum ardua aggreſſi? Sed viros ſuſpice, etiam ſi decidunt, magna conantes.* TOLLIUS.

8. Ἀνδράσι πολιτικοῖς] Viros politicos appellat non tam qui rempub. adminiſtrant, quam Oratores illos, qui cauſas civiles in foro agebant; ut ab umbraticis illis doctoribus ſepararet, qui fictas tantum controverſias, μελέτας ſcilicet, vel Suaſorias in ſcholis declamitabant. Diſcrimen illud & *Pollux lib. 4, cap. 1*, admittit; ῥητορικὴ, ἡ αὐτὴ καὶ πολιτικὴ, καὶ σοφιστική. Rhetorica, inquit, quæ & politica, & ſophiſtica. Illam judicialem vocat *Philoſtratus de vitis ſoph. l. 2*: apud quem *Damianus* δικανικοῦ σοφιστικώτερος, σοφιστικοῦ δὲ δικανικώτερος audit. Et *in Apollonio Naucratite*, λόγον ἀγωνιζόμενον, qualem ſcilicet agones ſcholaſtici agnoſcunt, opponit politico. Huc facit illa *Pythagoræ* [*Theocrit. ſchol. ad Idyll.* 14.] diſcipulorum diſtinctio; quorum alii, qui contemplationi vacabant, *Auguſti*, σεβαστικοὶ appellati; qui rebus agendis, Politici; qui Geometriæ, & Aſtronomiæ, Mathematici. Adde quod [*Heinſ. in Heſiod.*] hodierni *Græculi* venalis pudicitiæ fœminas πολιτικὰς vocant. LANGBÆNIUS.

Ibid. ἀνδράσι πολιτικοῖς] Viri politici ſunt, qui τὸν πολιτικὸν λόγον ἀσκοῦσι. Halicarnaſſ. pag CXXXII, vol. II. πολιτικὸς autem λόγος ad forum, aut ad populum pertinet, tribuiturque εἰς δικανικὸν καὶ δημηγορικόν. Sub genere dicanico quid ſit, notum eſt: ſub demegorico autem longe plura ſunt, eaque grandiora. Complectitur enim illa omnia, de quibus agi ad populum ſoleat. Item legatorum orationes, εὐχαριστήρια ob felicem præliorum eventum, laudationes funebres ducum & imperatorum, alloquia, ſeu adhortationes copiarum, &c. Uno verbo πολιτικὸς λόγος opponitur rhetorum ſophiſtarumque μελέταις, quales ſunt declamationes, & illæ orationes, quæ in otio & umbra ſcholarum habentur. Eodem etiam conjicere haud dubitem panegyricos rhetorum quorumdam, qui populi fremitum, ſtrepitum, tumultum, ferre non poterant, quod nimiam frontis teneritudinem, nec ſatis firmas aures, haberent. Πολιτικὸν λόγον vocare poſſis *virilem & oratoriam eloquentiam*, ut auctor Dialogi *de cauſis corruptæ eloquentiæ*: quod opus non magis Quintiliani eſt, quam Taciti; quamvis ille alter alicubi tradat, ſe idem argumentum ſub eodem titulo tractaſſe. Verum de hoc alias. Sed, inquies, ῥητορικὴν & πολιτικὴν eandem eſſe ſcribit Pollux, & ῥήτορα eſſe πολιτικόν. Fateor; ſi rhetoras pro iis accipiat, qui rempubl. adminiſtrant; ſin aliter, errat. FABER.

Ibid. ἀνδράσι πολιτικοῖς] Verti, *viris civilibus*, auctore Quintiliano lib. I, cap. X: *Non igitur fruſtra Plato civili viro, quem* πολιτικὸν *vocat, neceſſariam Muſicam credidit.* Cicero in Bruto, c. 76, de L. Torquato: *Quem tu non tam cito Rhetorem dixiſſes, etſi non deerat oratio, quam, ut Græci dicunt,* πολιτικόν. *Erant enim in eo plurimæ literæ, nec eæ vulgares, ſed interiores quædam & reconditæ:*

divinæ

multum profuisse: tametsi hæc prima debet esse scribentium cura. Tum 2
& illud nobis observatum, quum in omni artis alicujus tractatione duo
soleant exigi, quorum alterum in ipsius argumenti consumatur explica-
tione; alterum ordine quidem posterius, at natura certe prius, illius
adipiscendi viam tradat atque rationem: Cæcilium nihilominus unum 3
illud, quid sit SUBLIMITAS, ac si res obscurior foret, nec satis no-
ta, sexcentis demonstrare conatum esse exemplis: ceterum illud alte-
rum, quod utilius multo erat, ac præstantius, quo nimirum modo in-
genii nostri vim atque facultatem ad faciendos in Sublimitate progres-
sus erigere potissimum, atque excitare possimus, nescio quibus addu-
ctum rationibus, veluti minime necessarium præterisse. Verumtamen 4
non tam culpandus ille mihi videtur ob ea, quæ desunt, quam quod
istam in se curam, cogitationemque susceperit, magnopere laudandus.
Quoniam igitur rogare me non cessas, hortarique, ut & ipse aliquid de 5
SUBLIMITATE tua de caussa velim commentari, agedum experia-
mur, ecquid & ego in hoc argumento viris civilibus, & in foro judi-
ciisque versantibus, profuturum animadvertisse videar. Quod dum ag- 6
gredior,

divina memoria, summa verborum & gravitas & elegantia: atque hæc omnia vitæ decorabat dignitas & integritas. Lactantius l. III, cap. XVI: *Recteque Tullius Civileis viros, qui remp. gubernant, &c. Philosophiæ doctoribus præfert.* Themistius Oratione XVI: Τῷ γὰρ νομοθέτῃ, ὃν προὐστησάμεθα, Πλάτωνι τῷ θεσπεσίῳ, οὐχ ἕν τι χρῆμα φαίνεται εἶναι πολιτικός τε, καὶ δημολόγος, καὶ σοφιστής. ἀλλὰ τὸν μὲν δημοσίᾳ σὺν μακροῖς λόγοις προσιόντα τοῖς πλήθεσιν, εἰ μὲν δρῴη αὐτὸ προθυμηθέμενος τῶν ἀκροωμένων, πολιτικὸν οἴεται, καὶ ὀνομάζειν κελεύει· τὸν δὲ αὐτοῦ μόνου ἐρῶντα τοῦ δημοσίου θορύβου, δημολόγον, καὶ δημεθαστήν· ὁ σοφιστὴς δὲ αὐτῷ βραχυῤῥήμων τε, ὡς τὸ πολὺ, καὶ πρὸς ἕνα ἀντίπαλον ἐσκευασμένος. Verum Plato e veritate potius, quam vulgi consuetudine, & usu loquitur, cum virum politicum a Sophistis & concionatoribus distinguit. Illi namque, quos in Euthydemo describit, Sophistæ, non alii erant, quam quos hic noster *politicos* appellat, viros in foro, & in judiciis, ac concionibus versantes, & vel ad populum, vel ad judices persæpe verba facientes: quos Latini *Oratores* vocant. alii sunt sophistæ illi, quos *declamatores*, dixere: quos Langbænius & Faber bene ab oratoribus, sive politicis viris distinxerunt. Possis eos latiore verborum ambitu vocare, *homines in foro atque judiciis versantes.* Tacitus de Ateio Capitone l. III Annal. c. 75: *Capito Atejus principem in civitate locum studiis civilibus adsecutus.* Politici etiam ab Oratoribus τοῖς δημαγωγοῦσι distinguuntur apud Sextum Emp. p. 71 adv. Math. ubi ait, ἀλλ᾽ ὃν λόγον ἔχει φαρμακοπώλης πρὸς τὸν ἰατρὸν, τοῦτον ὁ δημαγωγὸς πρὸς τὸν πολιτικόν. Aristoteles l. I. Rhet. Ἀληθές ἐστιν, ὅτι ἡ ῥητορικὴ συγκεῖται μὲν ἔκ τε τῆς ἀναλυτικῆς ἐπιστήμης, καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη πολιτικῆς. Plura videsis apud Cresollium in Theatro Rhetorum ac Sophistarum: quo scripto multa Longini nostri loca illustravit. TOLLIUS.

9. αὐτὸς δ᾽ ἡμῖν συνεπικρινεῖς ἀληθέστατα· εὖ γὰρ δὴ ὁ ἀποφηνάμενος, &c.] De Petra sic: *Ipse vero, &c. una nobiscum demum dijudicabis verissime: apposite enim ille, quid diis simile habeamus, designans, beneficentiam dixit & veritatem.* Mirabor equidem, si cui orationis consequentia satis recta appareat: debuit enim illud verbum futuri temporis, συνεπικρινεῖς, itidem converti ac si, ut fit passim, imperandi, aut rogandi formam habuisset. Sic itaque verterem: *Ipse autem, si me amas, veritatem in judicando sequere, &, quæ tua sententia sit, rescribe. Quid enim homini melius, quam vera proloqui? Et scis illud Pythagoræ* (neque enim Aristotelis est hoc dictum) *nihil esse omnino unde ad Deos immortales propius accedamus, quam ex beneficentia & veracitate.* FABER.

Ibid. συνεπικρινεῖς] Ita fere Dionysius Halicarn. in epist. ad Tuberonem, de Charactere Thucydidis: Περὶ δὲ τοῦ γνόμου τῆς γραφῆς πλείονα μὲν εἶχον λέγειν· ἀρκεσθήσομαι δ᾽ ὀλίγοις. εἰ δὲ ἀληθεῖς καὶ προσήκοντας ἐμαυτῷ προ-

7 κρινεῖς ἀληθέστατα. [10] Εὖ γὰρ δὴ ὁ ἀποφηνάμενος, τί θεοῖς ὅμοιον ἔχοι-
8 μεν, εὐεργεσίαν [11] εἶπε, καὶ ἀλήθειαν. [12] Γράφων δὲ πρὸς σὲ, φίλτα-
τε, τὸν παιδείας ἐπιστήμονα, σχεδὸν ἀπήλλαγμαι καὶ τοῦ διὰ πλειόνων προ-
ϋποτίθεσθαι, [13] ὡς ἀκρότης, καὶ ἐξοχή τις λόγων ἐστὶ τὰ ὕψη, καὶ ποιη-
τῶν τε οἱ μέγιστοι, καὶ συγγραφέων, οὐκ ἄλλοθεν, ἢ ἐνθένδε ποθὲν
ἐπρώτευσαν, [14] καὶ ταῖς ἑαυτῶν περιέβαλον εὐκλείαις τὸν αἰῶνα.
9 [15] Οὐ γὰρ εἰς πειθὼ τοὺς ἀκροωμένους, ἀλλ' εἰς ἔκστασιν ἄγει τὰ ὑπερφυᾶ·
[16] πάν-

περιῄρημαι λόγους, σύ τε κρινεῖς, καὶ τῶν ἄλλων φιλολόγων ἕκαστος. idem ibidem: εἰ δὲ τὰ ἐοικότα ἔγνωκα, σύ τε κρινεῖς, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος, ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν ἀγόμενος τῶν ἔργων. Pſeudo-Dioſcorides ineditus, in bibl. Medic. περὶ ἁπλῶν φαρμάκων: Ἀνατίθεμεν δέ σοι τὰ βιβλία τῷ δυναμένῳ ἐπικρῖναι δι' ἧς ἔχεις ἐμπειρίας τῶν ἡμετέρων πόνων. Phædrus lib. III, in initio:

Induxi te ad legendum: ſincerum mihi
Candore noto reddas judicium, precor.

De futuris, quod Faber ait, verum. Sic Pindarus ode IX Olympior. Χαμαιπετάων λόγων ἐφάψῃ, pro ἔφαπτε. Sophocles Oedipo Colon. Πρὸς ταῦτα πράξεις οἷον ἂν θέλῃς, pro πρᾶττε. quamquam ego hic vitium latere puto, & legendum, φράσεις. Sequitur enim: Ἐπεὶ Ἑρμιόνα με, κεἰ δίκαια ὅμως λέγω, Σμικρὸν τίθησι. πρὸς δὲ τὰς πράξεις ὅμως καὶ τηλικόσδ' ὢν ἀντιδρᾶν πειράσομαι. Formula autem loquendi non multum diverſa occurrit apud Ariſtophanem in Nubibus: Φράζε πρὸς ἡμᾶς ὅτι χρῄζεις. Sed & Latini futuris indic. pro Imperativo uſi. Sic Gallienus apud Pollionem in Claudio: *Quæ ut libenter accipiat, tu facies.* id eſt, *fac.* vide & Priſcianum l. XVIII, pag. 1132. TOLLIUS.

10. εὖ γὰρ δὴ] ὁ Δημοσθένης, ὃς ἐρωτηθεὶς, τί ἄνθρωπος ὅμοιον ἔχει θεῷ, ἔφη, τὸ εὐεργετεῖν καὶ ἀληθεύειν. Hujus generis ſententias καὶ ἀποφθέγματα χρείας dixit Aphthon. vide ὅρον τῆς χρείας. PETRA.

Ibid. Εὖ γὰρ δὴ ὁ ἀποφηνάμενος] Chriam iſtam, quam eruditus interpres ἀμαρτύρως ad *Demoſthenem* refert, ego productis tabulis in antiqui domini poſſeſſionem revoco. *Pythagoras* [*Ælian. var. hiſt. l. 2. c. 59.*] is eſt, qui duo hæc homines habere dixit deorum operibus quam ſimilia, τό τε ἀληθεύειν καὶ τὸ εὐεργετεῖν. LANGBÆNIUS.

Ibid. εὖ γὰρ δὴ] Stobæus Serm. IX: Πυθαγόρας ἐρωτηθεὶς, τί ποιοῦσιν ἄνθρωποι θεῷ ὅμοιον; ἔφη, ἐὰν ἀληθεύωσιν. ἀλήθεια γὰρ, ut ait Philo de vita Moſis, ὀπαδὸς θεοῦ. Porphyrius de vita Pythagoræ: μάλιστα δ' ἀληθεύειν τοῦτο γὰρ μόνον δύνασθαι τοὺς ἀνθρώπους ποιεῖν θεῷ παραπλησίους. ἐπεὶ καὶ τοῦ θεοῦ, ὡς παρὰ τῶν μάγων ἐπυνθάνετο, ὃν Ὠρομάζην καλοῦσιν ἐκεῖνοι, ἐοικέναι τὸ μὲν σῶμα φωτὶ, τὴν δὲ ψυχὴν ἀληθείᾳ. Jamblichus in Protreptico c. XX: τὸ γὰρ ἀληθεύειν καὶ πρὸς θεοὺς κατὰ τὴν θείαν ἀλήθειαν, καὶ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην, ἡγεῖται ἡμῖν πάντων τῶν θείων, καὶ ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν De *Urim* & *Thummim*, quæ δήλωσις & ἀλήθεια, vid. Marshamum, Spencerum, &c. item Pſalm. CXI. Alteram, quæ huic deeſt, Pythagoræ apophthegmatis partem, Strabo refert l. X: εὖ γὰρ εἴρηται καὶ τοῦτο, ἀνθρώπους μάλιστα μιμεῖσθαι θεοὺς, ὅταν εὐεργετῶσιν. tractat hoc autem uberius paululum, verum alia quadam ratione, Cicero lib. I, de Nat. Deor. c. XLIII: *Epicurus vero ex animis hominum extraxit radicitus religionem, cum Diis immortalibus & opem & gratiam ſuſtulit. Cum enim optimam & præſtantiſſimam naturam Dei dicat eſſe, negat idem eſſe in Deo gratiam: tollitque id, quod maxime proprium eſt optimæ præſtantiſſimæque naturæ. Quid enim eſt melius, aut quid præſtantius bonitate & beneficentia?* Idem lib. II, cap. XXV: *A majoribus autem noſtris* Optimus Maximus Jupiter *dicitur: & quidem ante* Optimus, *id eſt, benificentiſſimus, quam* Maximus: *quia majus eſt, certeque gratius, prodeſſe omnibus, quam opes magnas habere.* TOLLIUS.

11. εἶπε] Tres Vatic. εἴπας. TOLLIUS.

12. γράφων δὲ πρὸς σὲ, φίλτατον παιδείας ἐπιστήμονα] Emenda omnino, γράφων δὲ πρὸς σὲ φίλτατόν ΤΕ ΚΑΙ παιδείας ἐπιστήμονα. Sin minus, γράφων δὲ πρὸς σὲ, ΦΙΛΤΑΤΕ, παιδείας ἐπιστήμονα. Sed illud prius magis placet, & verius puto. FABER.

Ibid. γράφων δὲ &c.] Lege cum V. C. Pariſ. & Vatic. 2 & 3. γρ. δὲ πρὸς σὲ, φίλτατε, τὸν παιδείας ἐπιστήμονα. Codex S. Marci nil mutabat. TOLLIUS.

13. ὡς ἀκρότης] ὕψος, grande orationis genus illud, ex quo præſtantes cognoſcuntur orato-

gredior, hoc te vehementer etiam atque etiam rogo, ut, quid de ſingulis judicii tui ſit, ingenue, vereque, uti æquum eſt, ac te decet, indicare digneris. Præclare enim ille, qui rogatus, quibus rebus quamproxime 7
accederemus ad Deos, *Beneficentia*, inquit, *atque Veritate.* Quoniam 8
vero diſputatio hæc mea ad Te, mi Terentiane, inſtituitur, virum hiſce literarum ſtudiis apprime eruditum, ea mihi videor laboris parte poſſe ſuperſedere, qua pluribus præconſtituam, ponamque, *illud in oratione SUBLIME appellari, quod inſigniter præ ceteris eminet & excellit:* maximoſque cum in ligata, tum in ſoluta oratione Scriptores, non aliunde quam ab hac virtute adjutos ingenii facundiæque primas obtinuiſſe, ſuique nominis ac famæ celebritati immortalitatem prorogaſſe.
Nam quæ ad ſummum illud altitudinis faſtigium eſcendêre, jam non am- 9
plius

oratores. ROBORTELLUS.

Ibid. *ἀκρότης καὶ ἐξοχή*] Vera Ὕψους definitio. Probatur & illuſtratur per univerſam ſectionem X. FABER.

Ibid. *ὡς ἀκρότης*] dicam περὶ ὕψους, quod apud Senecam declamator de Oceano: *μέγιστόν ἐστιν, ὅτι αὐτὸ μετὰ πάντα, μετὰ δὲ αὐτὸ μηδέν.* TOLLIUS.

14. *Καὶ ταῖς ἑαυτῶν περιέβαλον εὐκλείαις τὸν αἰῶνα*] Vertit interpres, *Et laudibus ſuis orbem impleviſſe. Græca* non ferent: quæ per ſe etiam nimis dura. Ego ſic corrigendum cenſeo: *καὶ ταῖς ἑαυτῶν ὑπερέβαλον εὐκλείαις τὸν αἰῶνα*: & reddendum, *vitam fama ſupergreſſi. αἰῶνα* enim, præter alia, etiam humanam vitam ſignificare & pueri norunt. περιέβαλον autem pro ὑπερέβαλον lapſus proclivis. LANGBÆNIUS.

Ibid. *καὶ ταῖς ἑαυτῶν εὐκλείαις περιέβαλον τὸν αἰῶνα*] Conjicit Langbænius legendum ὑπερέβαλον (*ſuperarunt*) pro περιέβαλον (*complexi ſunt.*) Ego nihil mutandum eſſe contendo. Sic enim hic locus accipiendus: *Non anguſtum aliquod temporis intervallum, ſed interminabile ſæculorum ſpatium ſcriptores illos amplexos fuiſſe, quippe qui Æternitati, quæ ipſis ante oculos erat, ſcriberent.* Hoc ipſum eſt, quod ſcripſit init. ſect. IX, *θαυμαστόν τι καὶ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐξενεγκεῖν ἄξιον.* FABER.

Ibid. *καὶ ταῖς ἑαυτῶν*] *τὸ περιέβαλον* hic retinendum eſt. Ita ſect. XXXIX, 3: *ὅμως κοινοῖς καὶ δημώδεσι τοῖς ὀνόμασι*, &c. *ὄγκον καὶ διάστημα, καὶ τὸ μὴ ταπεινοὶ δοκεῖν εἶναι, περιεβάλλοντο.* *Circumdare ſibi famam*, Auctor dialogi de cauſſis corr. eloquentiæ dixit. Horatius autem in Arte:

His meret æra liber Soſiis: hic & mare tranſit,
Et longum noto ſcriptori prorogat ævum.

Phædrus lib. III, in initio:

Si Phryx Æſopus potuit, ſi Anacharſis Scytha
Æternam famam condere ingenio ſuo.

Ceterum vocem περιέβαλον interpres quoque Gallicus contra Langbænium defendit, oſtenditque ex Homero Il. Ψ. *ἴστε γὰρ, ὅσσον ἐμοὶ ἀρετῇ περιβάλλετον ἵπποι*, τὸ περιβάλλειν aliquando ſignificare ὑπερβάλλειν. Sic & Odyſſ. O, *ὁ γὰρ περιβάλλει ἅπαντας Μνηστῆρας δώροις.* TOLLIUS.

15. *οὐ γὰρ εἰς*] *συνομοιοπαθεῖ γὰρ ὁ ἀκούων ἀεὶ παθητικῶς λέγοντι.* Ariſt. Rhetoric. 3. PETRA.

Ibid. *Οὐ γὰρ εἰς πειθὼ τοὺς ἀκροωμένους*] Ἀκροώμενοι dicuntur, ſed latius ſumta voce, quivis auditores; ſtrictius, ſcholaſtici. Ἀκροάματα enim olim profeſſorum ad diſcipulos dictamina, πρὸς γνησίους ἀκροατὰς, ut *Ammonius in Ariſt. Categ.* quæ ἀκροατικοὺς λόγους vocavit *Ariſtoteles*, [*Gell. lib* 20, *c.* 5.] in quibus arcana Philoſophiæ recluſa: Imo & diſciplinæ ἐποπτικαὶ [*Plut. in Alex.*] vulgo audiebant: Vocabulum illud etiam *Latiari* toga olim donatum, & *Acroama* apud *Ciceronem Orat. pr. Seſt.* etiam de perſona dicitur: *Actor & acroama* Sequiori ſeculo *Acroama* [*Iſidor. in gloſſ.*] vocata eſt auditio tibiarum & lyrarum. Demum quæ vis vocis ἀκροώμενοι, apud Scriptores Eccleſiaſticos, licet doctioribus non ignota, quia tamen non ita vulgo cognita, lubet hic explicare. Erant in Eccleſia primitiva quatuor ordines pœnitentium, προσκλαίοντες, ἀκροώμενοι, ὑποπίπτοντες, & συνιστάμενοι. Primi intra portas oratorii non admiſſi; *Anon. MS*: Προσκλαίοντες μὲν ἦσαν οἱ ἔξω τῆς θύρας τοῦ εὐκτηρίου ἱστάμενοι, καὶ τοὺς τῶν εἰσιόντων τε καὶ ἐξιόντων πιστῶν εὐχάς τε αἰτούμενοι, καὶ τὴν τῆς ἁμαρ-

10 [16] πάντη δέ γε σὺν ἐκπλήξει τοῦ πιθανοῦ, καὶ τοῦ πρὸς χάριν ἀεὶ κρα-
τεῖ τὸ θαυμάσιον· [17] εἴγε τὸ μὲν πιθανὸν [18] ὡς τὰ πολλὰ ἐφ' ἡμῖν·
[19] ταῦτα δὲ δυναστείαν, καὶ βίαν ἄμαχον [20] προσφέροντα, [21] παντὸς ἐπάνω
11 τοῦ ἀκροωμένου καθίσταται. Καὶ τὴν μὲν ἐμπειρίαν τῆς εὑρέσεως, καὶ τὴν τῶν
πραγμάτων τάξιν καὶ οἰκονομίαν, οὐκ ἐξ ἑνὸς, οὐδ' ἐκ δυοῖν, ἐκ δὲ τοῦ
12 ὅλου τῶν λόγων ὕφους, μόλις [22] ἐκφαινομένην ὁρῶμεν· [23] ὕψος δέ
που [24] καιρίως [25] ἐξενεχθὲν τά τε πράγματα δίκην σκηπτοῦ [26] πάν-
τα [27] διεφόρησεν, καὶ τὴν τοῦ ῥήτορος εὐθὺς ἀθρόαν ἐνεδείξατο δύναμιν.
13 [28] Ταῦτα γὰρ οἶμαι, καὶ τὰ παραπλήσια, Τερεντιανὲ ἥδιστε, κἂν αὐτὸς
ἐκ πείρας ὑφηγήσαιο.

TMH-

ἁμαρτίας συγχώρησιν. Ἀκροώμενοι intra portas, in narthece, ſtabant, & ſacras Scripturas, & communem doctrinam audiebant; poſtea cum *Catechumenis* una exibant: *Ἀκροώμενοι οἱ ἔνδον τῆς θύρας ἱστάμενοι ἐν τῷ λεγομένῳ νάρθηκι, καὶ τῶν θείων γραφῶν καὶ τῆς κοινῆς ἐπακούοντες διδασκαλίας: εἶθ' οὕτω μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξερχόμενοι. Ὑποπίπτοντες,* intra Eccleſiam ſtantes, ſed poſt ambonem, *οἱ ἔνδον τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενοι κατόπιν δὲ τοῦ ἄμβωνος· καὶ μετὰ τῶν κατηχουμένων καὶ οὗτοι ἐξιόντες, ἡνίκα τὸ,* ὍΣΟΙ ΚΑΤΗΧΟΥΜΕΝΟΙ, *ἐκφωνηθείη παρὰ τοῦ διακόνου. Συνιστάμενοι,* qui precibus & pſalmis cum fidelibus communicant, ſed a ſacris myſteriis abiguntur: *οἱ τοῖς πιστοῖς μὲν συνευχόμενοι, καὶ συμψάλλοντες, τῆς δὲ τῶν ἁγίων μυστηρίων ἀπεχόμενοι συλλήψεως, μέχρις ἂν, ἐξήκοντος τοῦ νενομισμένου χρόνου, τὸ τέλειον αὐτοὺς τῆς θείας ἐκδέξηται κοινωνίας.* LANGBÆNIUS.

16. *Πάντη δέ γε σὺν ἐκπλήξει τοῦ πιθανοῦ*] Mallem legeretur *τὸ σὺν ἐκπλήξει*, ut ſint duo cola *ἐκ παραλλήλου* jacentia, & *κρατεῖ* verbum *ἀπὸ κοινοῦ* utrique reſpondeat; in hunc ſenſum: *Semper enim quod percellit, & illud, quod in ſtuporem agit, eo fortius, quod ad gratiam.* LANGBÆNIUS.

Ibid. *πάντη δέ γε σὺν ἐκπλήξει,* &c.] Exiſtimat Vir Doctus legendum eſſe, *πάντη δέ γε* ΤΟ' *σὺν ἐκπλήξει*, &c. ita enim fieri duo *κῶλα*. Sed ΤΟ' *σὺν ἐκπλήξει* & *τὸ θαυμάσιον*, nonne unum & idem erunt? at *θαυμάσιον* & *τὸ Ὕψος* plane eadem. Verum nil facilius, ſi: ſeriem verborum attenderis, quæ talis eſt, *Τὸ θαυμάσιον πάντη κρατεῖ τοῦ πιθανοῦ καὶ τοῦ πρὸς χάριν, κρατεῖ δὲ σὺν ἐκπλήξει.* De Petra hoc loco operam luſit; Græca enim Longini intelligi poſſunt, Latina non poſſunt. Sed ei rei remedium faciemus, ſi nos Ille Deus volet vivere. FABER.

17. *Εἴγε τὸ μὲν πιθανὸν, ὡς τὰ πολλὰ, ἐφ' ἡμῖν,* &c.] Locum hunc non intelligunt, qui *πιθανὸν,* &c. *τὴν πειθὼ*, ſignificationis paſſivæ eſſe credunt. Neque ego [*ὡς τὰ πολλὰ*] pro *plerumque* accipio. Sed de his in majori opere. FABER. Sic & ſequenti ſ. 2. legas *ὥσπερ τὰ πολλὰ* eadem ſignif. TOLLIUS.

Ibid. *Εἴγε τὸ μὲν πιθανὸν*] Photius epiſt. 198: *Ἡ δικαία πειθὼ οὐ τῆς τοῦ λέγοντός ἐστι δυνάμεως μᾶλλον, ἢ τῆς τοῦ ἀκούοντος διαθέσεως.* Sextus Empir. l. I. Pyrrhon. Hypotheſ. p. 47: *οἱ περὶ Καρνεάδην καὶ Κλειτόμαχον μετὰ προσκλίσεως σφοδρᾶς πείθεσθαί τε καὶ πιθανὸν εἶναί τι φασί.* TOLLIUS.

18. *Ὡς τὰ πολλά*] *Ut plurimum.* Non enim hoc vult, in nobis *ſemper* poſitum eſſe, ut perſuadeamus; præſertim ſine granditate, ſed *ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.* LANGBÆNIUS.

19. *ταῦτα δὲ δυναστείαν καὶ βίαν ἄμαχον προσφέροντα*] De Petra: *At iſta, Grandia nempe, vim & robur inexpugnabile orationi afferentia, quemlibet auditorem ſuperant.* Quid hoc, *afferunt vim & robur orationi?* Imo vertendum fuerat, *Machinas & tormenta auditorum animis admovent, ita ut iis ſe dedere, & imperata facere cogantur. Quid enim liberum, quid arbitrarium relinquitur, ubi Sublimem illam Granditatis orationem audias?* FABER.

Ibid. *ταῦτα δὲ δυναστείαν*] hoc eſt, quod Quintilianus lib. VI, c. 2, dicit; *Judicem rapere, & in quem velit habitum animi poſſe perducere:* item, *vim afferre judicum animis, & ab ipſa veri contemplatione mentem abducere. Hæc,* inquit, *eloquentiam regunt,* &c. Niſi potius illic legendum: *Hic eloquentia regnat.* ut apud Ciceronem in Oratore cap. 37: *in quo uno regnat oratio.* Ubi item aliqua in hunc

ad perſuaſionem tantum comparata ſunt, ſed eos etiam, qui audiunt, veluti mente motos, rapiunt extra ſe: ac ubique, & ſemper, hoc, quod in oratione eſt Admirabile, illud, quod perſuadendi vim habet, & quod delectationi compoſitum, non ſine quadam animi conſternatione longiſſime ſuperat. Perſuaſio namque, atque eorum, quæ dicuntur, appro- 10
batio, maxima ex parte in noſtra audientium voluntate & arbitrio poſita eſt: at illa, quæ Sublimia diximus & Admirabilia, vim atque impetum admovent, quæ ſuſtineri nullo pacto poſſit, omnemque adeo auditorem omni de mentis ſtatu dejiciat. Ceterum inventionis peritiam, rerum- 11
que ordinem, atque diſpoſitionem, non ex uno aliquo, alterove orationis articulo deprehendas; ſed ex toto vix ac ne vix quidem ejus corpore videas elucere. At opportune prolata Sublimitas cuncta jam peni- 12
tus ad inſtar fulminis momento citius disjecit, & univerſam oratoris vim facultatemque dicendi unico velut ictu oculis ſubjecit. Sed hæc tibi, 13
Terentiane jucundiſſime, aſſiduo hujuſce diſciplinæ uſu tam bene cognita ſunt, perceptaque, ut ea vel docere alios ipſe poſſis.

Sectio

hunc ſenſum; quæ Fabius latius interpretatus eſt. noſter infra ſect. xv, 19: ὐ πείθει τὸν ἀκροατὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ δουλοῦται. Seneca l. III Controverſ. de Severo Caſſio loquens: *Verum eſt*, inquit, *quod de illo dicit Gallio noſter:* Cum diceret, rerum potiebatur. *Adeo omnes imperata faciebant.* Hinc apud Ciceronem in Bruto cap. 80, *ex omnibus oratoris laudibus iſta maxima, inflammare animos audientium, & quocunque res poſtulet, flectere. Qui hac virtute caruerit, id ei, quod maximum fuerit, deeſſe.* Diotogenes apud Stobæum p. 331: ἁ δὲ δεινότας φοβερὸν μὲν καὶ ἀνίκατον ποτὶ πολεμίως. Tollius.

21. προσφέροντα] Sic Horatius lib. III, ode XXIII de Vino:

Tu lene tormentum ingenio admoves
Plerumque duro.

Tollius.

22. παντὸς ἐπάνω τοῦ ἀκροωμένου καθίσταται] Legendum πάντως. Faber.

23. ὕψος δέ που] In grandi oratione conficienda præcipua oratoris laus ſita eſt. Robortellus.

24. καιρίως] Bene hoc: nam intempeſtive uſurpata ſnblimitas infantiæ eſt. Petra.

25. ἐξενεχθὲν] Metaphora eſt a tempeſtate, quæ repente coorta in terras deferatur. Faber.

26. ἐκφαινομένην] Cod. Vat. 2. ἐκφαινομένως. forte pro ἐκφαινομένως. Tollius.

27. πάντα] Forte melius, πάντῃ, omni ex parte, penitus. Plat. in Epiſt. ταῦτα φερόμενα ὁρῶντα πάντῃ πάντως. Tcllius.

28. διεφόρησιν, &, ἐνεδείξατο] Sentis artem rhetoris? debuit enim dicere διαφορεῖ & ἐνδείκνυται. At præceps figura id jam actum reddit, quod etiamnum agitur. Sed unde nata illa eſt? Ἐκ τῆς φαντασίας fulminis, [σκηπτοῦ] quod ſæpe citius in terram raptum videas, quam e nube prorumpere videris. Faber.

Ibid. διεφόρησεν] bene hoc a Fabro obſervatum. Τὸ γὰρ δὴ γεγονὸς δεινότερον τοῦ μέλλοντος, ἢ γινομένου ἔτι, uti eſt apud Demetrium Phaler. de Elocutione. Tale quid in Virgilio occurrit l. 11 Æn. 480:

----- *Correpta dura bipenni*
Limina perrumpit, poſteſque a cardine vellit
Aeratos; jamque exciſa trabe, firma cavavit
Robora, & ingentem lato dedit ore feneſtram.

Tollius.

29. ταῦτα γὰρ, οἶμαι] Lege ταῦτα ΔΕ΄. Faber.

Ibid. ταῦτα γὰρ] Nihil mutandum. reddit enim rationem, cur non cogatur pluribus προϋποτίθεσθαι. Tollius.

ΤΜΗΜΑ β΄.

Πότερον διδακτόν ἐστι τὸ ὕψος.

1 [1] Ἡμῖν δὲ ἐκεῖνο διαπορητέον ἐν ἀρχῇ, εἰ ἔστιν ὕψους [2] τις ἢ βάθους τέχνη. ἐπεί τινες ὅλως οἴονται διηπατῆσθαι τοὺς τὰ τοιαῦτα ἄ-
2 γοντας εἰς τεχνικὰ παραγγέλματα. [3] Γεννᾶται γάρ, φασι, τὰ μεγαλοφυῆ, καὶ οὐ διδακτὰ παραγίνεται· καὶ μία τέχνη πρὸς αὐτά, [4] τὸ πεφυκέναι. [5] Χείρω τε τὰ φυσικὰ ἔργα, ὡς οἴονται, καὶ τῷ παντὶ [6] δειλότε-
3 ρα καθίσταται, ταῖς τεχνολογίαις [7] κατασκελετευόμενα. Ἐγὼ δὲ ἐλεγχθήσεσθαι τοῦθ' ἑτέρως ἔχον [8] φημί, [9] εἰ ἐπισκέψαιτό τις, ὅτι ἡ φύσις, ὥσπερ τὰ πολλὰ ἐν τοῖς παθητικοῖς καὶ διηρμένοις αὐτόνομον, [10] οὕτως οὐκ εἰκαῖόν τι, κἀκ παντὸς ἀμέθοδον εἶναι φιλεῖ· καὶ ὅτι αὕτη μὲν πρῶτόν τι καὶ ἀρ-
4 χέτυπον γενέσεως στοιχεῖον ἐπὶ πάντων ὑφέστηκεν· [11] τὰς δὲ ποσότητας, καὶ τὸν ἐφ' ἑκάστου καιρόν, ἔτι δὲ τὴν ἀπλανεστάτην ἄσκησίν τε, καὶ χρῆσιν, [12] ἱκανὴ πο-

1. Ἡμῖν δ' ἐκεῖνο] Dubitatio, an περὶ ὕψους tradi possit ars. ROBORTELLUS.

Ibid. Ἡμῖν] Ἀπορία τοῦ παντός. PETRA.

Ibid. Ἡμῖν] ita & Horat. de Carmine, in Arte:

Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæsitum est, &c.

TOLLIUS.

2. Τις ἢ βάθους] Ad verbum *altitudinem*. Ita auctor Dialogi de oratoribus, qui falso Cornelio Tacito, meliori conjectura Quintiliano tribuitur. PETRA.

Ibid. Εἰ ἔστιν ὕψους τις ἢ βάθους τέχνη.] βάθος & ὕψος nonnunquam voces synonymæ. Sic *Theocritus Idyll.* 4:

—— Ὡς δὲ βαθεῖαι ταὶ ἀτρακτυλίδες ἐντί;

Quam altæ sunt atractulides? Ita altum & profundum apud *Latinos*; ut, juvat ire per *altum*: Et,

Terrasque, tractusque maris, Cœlumque *profundum*.

LANGBÆNIUS

Ibid. Βάθους] De hac voce, ubi pro ὕψος sumitur, in præfatione agetur. FABER.

Ibid. Βάθους] id est granditatis. Sic Pindarus Olymp. c. VII: ἦν δὲ κλέος βαθύ. Et Carm. XII: ἐσλὸν βαθύ. Et Carm. XIII: βαθὺς κλῆρος. TOLLIUS.

3. Γεννᾶται γάρ] Pindarus. Σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ. PETRA.

Ibid. Γεννᾶται γάρ] Cic. I. de Orat. c. 2; ad Fratrem: *Solesque nonnumquam hac de re à me in disputationibus nostris dissentire, quod ego prudentissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuam; tu autem illam ab elegantia doctrinæ separandam putes, & in quodam ingenii & exercitationis genere ponendam.* Fabius lib. II, cap. XII: *Ne hoc quidem negaverim, sequi plerumque hanc opinionem, ut fortius dicere videantur indocti. Primum vitio male judicantium, qui majorem habere vim credunt ea, quæ non habent artem: ut effringere, quam aperire; rumpere, quam solvere, trahere, quam ducere, putant robustius*, &c. TOLLIUS.

4. Τὸ πεφυκέναι] Pindarus Olymp. Od. IX:

Τὸ δὲ φυᾷ κράτιστον ἅπαν·
Πολλοὶ δὲ διδακταῖς
Ἀνθρώπων ἀρεταῖς κλέος
Ὤρουσαν ἑλέσθαι. TOLLIUS.

5. Χείρω τε τά] videtur noster Fabium non perfunctorie legisse: ex illo enim hæc observatio depromta est. Ejus hæc sunt verba lib. I. in præfat. *Nam plerumque nudæ illæ artes nimia subtilitatis affectatione frangunt, atque concidunt, quidquid est in oratione generosius; & omnem succum ingenii bibunt, & ossa detegunt: quæ ut esse; & adstringi nervis suis debent, corpore operienda sunt.* Quod Fabius *ossa detegi*, noster κατασκελετεύεσθαι dixit. Idem Fabius lib. XII, cap. II, hoc ipsum, *sectas ad tenuitatem suam vires ipsa subtilitate consumere*: & lib. III, c. ult. *Corpus orationis in parva momenta deducendo consumere*, dixit: Et paulo ante, *per minutas rerum particulas rationem dicendi consumere*, de Hermagora loquens; in quo vitium notat diligentiæ in docendo nimium sollicitæ, ac subtilis. TOLLIUS.

6. Δει-

Sectio II.

Num quæ Sublimitatis ars sit?

Sed in ipso ingressu, ac velut limine disputationis nostræ hoc mihi pri- 1
mum disceptandum videtur, ecquibus illa sive Sublimitas, sive Al-
titudo, artis præceptis contineatur. Sunt enim nonnulli, qui eam
ab omni doctrinæ elegantia separandam putant, & aliter sentientes in er-
roris esse via existimant; *Ingenii illud esse donum*, dictitantes, *ac naturæ:* 2
ita ut una hæc adsciscendæ sibi sublimitatis ars sit, a natura ad eam factum
esse, atque institutum: adeoque & hoc naturæ bonum, non secus ac cetera
prorsus omnia, minutis illis, & exilibus artium præceptiunculis corrumpi, imo
penitus concidi, ac velut deossari. Ego vero longe secus rem se habere ajo, 3
& cuivis homini, modo is animum ad rem advorterit, clarissime li-
quere posse arbitror, *Naturam in elato, & affectibus fervente dicendi*
genere, sui quidem plerumque juris esse & arbitrii; veruntamen non ita te-
mere ferri, omnisque omnino rationis expertem esse, ut non quibusdam quasi
frenis artis regi sese patiatur, atque coërceri: Deinde, *esse illam primum qui-* 4
dem illud ac primigenium elementum. quod cuncta, quæ in sublimitatis cen-
sum referuntur, procreet, ac progignat: attamen, quo modo, loco, tempo-
re, &

6. Δειλότερα] Vatic. 1. δηλότερα. Δειλότερα sunt invalidiora, infirmiora. Ut apud Timonem in Sillis: μὴ προσέχων δειλοῖς ἡδυλόγου σοφίας: in quibus nil solidæ sanitatis. Pythagoras in aureo Carm. λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοί. Tollius.

7. Κατασκελετευόμενα] Rectè quidem, *arefacta*, inde enim [*Plut. sympos. l. 8. c. ult.*] ἀλίβας & σκέλετος de mortuis dicuntur (quos gabbaras vocant *Ægyptii*) λοιδορούμενης τὰ ὀνόματα τῆς ξηρότητος. Illud enim διὰ τὸ μὴ ἔχειν λιβάδα, hoc παρὰ τὸ σκεῖλαι dictum. Langbænius.

8. Φημί] Σεμνὴ καὶ χαρίεις ἔνδοιασμοῦ ἀπόφανσις ἐπικριτική. Petra.

Ibid. Φημί, εἰ] Cod. 2. Vat. φημὶ ἄν, εἰ. Tollius.

9. Εἴ τις ἐπισκέψαιτο, ὅτι ἡ φύσις, ὥσπερ τὰ πολλὰ ἐν τοῖς παθητικοῖς καὶ διηρμένοις αὐτόνομον, οὕτως οὐκ εἰκαῖόν τι καὶ πάντως ἀμέθοδον εἶναι φιλεῖ] De Petra, optimus interpretum, qui hunc scriptorem convertendum sumpserunt, hæc verba (ἐν τοῖς παθητικοῖς καὶ διηρμένοις) omisit: prudens autem an imprudens fecerit, nescio. Sed qui Græce intelligat, is facile viderit, locum hunc emendatione egere. Eum igitur sic lego, (ὅτι ΩΣΠΕΡ ἡ φύσις, &c. οὕτως, &c.) Id ni ita sit, vitium in sententia & turpis inconsequentia fuerit. Itaque sic converte: *Sed si ingenium humanum plerumque in pathetico & elato dicendi genere liberum est, & suis quodammodo legibus utitur, non continuo inde colligas, nullam illi methodum, nullas regulas, queis dirigatur, adhiberi posse.* Sed de his otiose alias. Quod autem παθητικὰ & διηρμένα distinguit Longinus, id & recte facit, & res vera est. Multa enim πάθη sunt, in quæ nulla Sublimitas convenire possit; quod alibi contra Cæcilium ostendit. Faber.

Ibid. Εἰ ἐπισκέψαιτό τις] transpositio illa Fabri minime mihi necessaria videtur: non nego tamen ita construendum. Versionis illa ab Fabro allatæ particula vix cum prioribus conjungi, connectique possit. Tollius.

10. Οὕτως οὐκ εἰκ.] Solutio dubitationis, an ὕψος arte tradi queat. Robortellus.

11. Τὰς δὲ ποσότητας] Democritus: Μάθησις τὰς φρένας αὔξει. Petra.

Ibid. Τὰς δὲ ποσότητας] Id est, τὸ μέτρον. Illustrabuntur hæc à sequentibus circa finem sequentis Sectionis, ubi de Parenthyrso agit. Tollius.

12. Ἱκανὴ παρορίσαι,] πορίσαι lego. Ita enim legendum patet ex verbo ἑφερμηνευτικῷ συνενεγκεῖν. Petra.

Ibid. Παρορίσαι] Et de Petra, & ante ipsum docti quidam, existimavere legendum πορίσαι, hodieque ita vulgo creditur. Sed egone illis credidero? Haud sane arbitror, si me

5 νὴ ποείσαι, καὶ συνενεγκεῖν ἡ μέθοδος. [13] Καὶ ὡς ἐπικινδυνότερα [14] αὖ
τὰ ἐφ' ἑαυτῶν, δίχα ἐπιστήμης ἀστήρικτα, καὶ [15] ἀνερμάτιστα ἐαθέντα,
6 [16] οὕτω τὰ μεγάλα ἐπὶ μόνῃ τῇ φορᾷ, καὶ ἀμαθεῖ τόλμῃ λειπόμενα. [17] Δεῖ
7 γὰρ αὐτοῖς ὡς κέντρου πολλάκις, οὕτω δὴ καὶ χαλινοῦ. Ὅπερ γὰρ ὁ Δημοσθέ-
νης ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων ἀποφαίνεται βίου, μέγιστον μὲν εἶναι τῶν
ἀγαθῶν, τὸ εὐτυχεῖν· δεύτερον δὲ, καὶ οὐκ ἔλαττον, τὸ [18] εὖ βουλεύεσθαι,
ὅπερ οἷς ἂν μὴ παρῇ, συναναιρεῖ πάντως καὶ θάτερον, τοῦτ' ἂν καὶ ἐπὶ τῶν
8 λόγων εἴποιμεν, [19] ὡς ἡ μὲν [20] φύσις τὴν τῆς εὐτυχίας τάξιν ἐπέχει· ἡ
τέχνη δὲ τὴν τῆς εὐβουλίας· τὸ δὲ κυριώτατόν τε, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναί τινα τῶν ἐν
λόγοις ἐπὶ μόνῃ τῇ φύσει, οὐκ ἄλλοθεν ἡμᾶς ἢ παρὰ τῆς τέχνης ἐκμαθεῖν δεῖ·
εἰ ταῦθ', ὡς ἔφην, ἐπιλογίσαιτο καθ' ἑαυτὸν ὁ τοῖς χρηστομαθοῦσιν ἐπιτιμῶν,
οὐκ ἂν ἔτι μοι δοκεῖ περιττὴν καὶ ἄχρηστον τὴν ἐπὶ τῶν προκειμένων κομίσαιτο
θεωρίαν.

ΤΜΗ-

novi satis. Quid enim erit ποείσαι ποσότητας? (*parare quantitates*) hoc certe tale est, id ut nemini invideam. Legendum dico προσορίσαι, *definire*, *circumscribere*, *determinare*, *quatenus illa aut illa re uti oporteat.* Locum quemdam habes apud Aristotelem in III Rhetoricorum, ubi de Chresmologis loquitur, unde mea sententia confirmetur. Quod sequitur, συνενεγκεῖν scilicet, id neutrale est, & idem significat quod prodesse, ὠφελεῖν. FAB.

Ibid. Παροείσαι] V. C. Parisin. & Vatic. I. ποείσαι, uti jam alii legendum esse censuerunt. Faber προσορίσαι, *definire* &c. In quo minus satisfacit. Mox enim noster eadem *suppeditandi* significatione τὴν τῶν λόγων διάγνωσιν ποείζεσθαι dixit extrema sect. VI: uti hic τὴν χρῆσιν πορίσαι. TOLLIUS.

13. Καὶ ὡς ἐπικινδυνότερα] Hermogenes pag. 211 sub finem, & 212. PETRA.

14. Αὖ τὰ] γρ. αὐτά. FR. PORTUS.

Ibid. Αὖ τὰ] al. αὐτὰ· & ita legendum. FABER.

Ibid. Αὖ τὰ] favent doctorum conjecturis veteres libri S. Marci & Vat. I. in queis αὐτὰ legitur. Sed quænam quæso sunt ista αὐτά? legam lubens: ὡς ἐπικινδυνότερα ἂν τὰ ἐφ' ἑαυτῶν. Sive potius: ὡς ἐπικινδυνότερα τὰ πλοῖα τὰ ἐφ' ἑαυτῶν, &c. Quod & interpres Gallicus vidit. TOLLIUS.

15. Ἀνερμάτιστα] Metaphora à navibus, quæ cum leviorem habent saburram, fluctuant, jactantur, quatiuntur. Vide Suidam in ἕρμα. Adde & locum Ovidii, qui mihi olim mirifice placuit, & nunc haud minus etiam placet. Loquitur de curru Phaëthontis:

Sed leve pondus erat, nec quod cognoscere possent
Solis equi: solitaque jugum gravitate carebat.
Utque labant curvæ justo sine pondere naves,
Perque mare instabiles nimia levitate feruntur;
Sic onere assueto vacuos dat in aëra saltus,
Succutiturque alte, similisque est currus inani. FARER.

Ibid. Ἀνερμάτιστα] Vat. I. ἀχειμάτιστα. Forte pro ἀχρηματιστα, i. mercibus carentia, & saburra. Vel ἀκρέμαστα, non portui adnexa funibus. Sed vulgata præstat. Herm. de Ideis c. I, l. I: Ἡ γάρτοι μίμησις, καὶ ὁ ζῆλος ὁ πρὸς ἐκείνους μετὰ μὲν ἐμπειρίας ψιλῆς, καί τινος ἀλόγου τριβῆς γινόμενος, οὐκ ἂν οἶμαι δύναιτο τυγχάνειν τοῦ ὀρθοῦ, κἂν πάνυ τίς ἔχῃ φύσεως εὖ· τοὐναντίον γὰρ ἴσως ἂν αὐτὸν καὶ σφάλλοι μᾶλλον τὰ τῆς φύσεως πλεονεκτήματα χωρὶς τέχνης τινὸς ἀλόγως ἄττοντα πρὸς ὅ τι καὶ τύχοι. TOLLIUS.

16. Οὕτω τὰ μεγάλα] οὕτω deest in tribus Vatt. malim, οὕτω καὶ τὰ μεγάλα. TOLLIUS.

17. Δεῖ γὰρ αὐτοῖς] Isocratis hoc de Theopompo & Ephoro dictum Cicero refert lib. III de Orat. c. IX: *Dicebat Isocrates, se calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis uti solere: alterum enim exsultantem verborum audacia reprimebat; alterum cunctantem, & quasi verecundantem incitabat.* TOLLIUS.

18. Εὐ βουλεύεσθαι] MS. Vatican. I, Εὖ διαθέσθαι. TOLLIUS.

19. Ὡς ἡ μὲν] Facile est ad videndum, quid voluerit Longinus; sed verba perierunt; Suspicor hanc fuisse sententiam, ὡς ἡ μὲν φύσις τὸ πᾶν· χωρὶς δὲ τέχνης καὶ μεθόδου, ἐπικίνδυνές ἐστιν. Post hanc lacunam, uti in ipso textu notari jussi, agere cœperat Longinus περὶ ὑποκένου ὄγκου, [*de tumore inani*] in quem sæpius

labitur

re, & ad quos, & quatenus eam conveniat adhiberi, omnemque adeo re-
ctum illius, atque emendatum uſum, & exercitationem, ab arte ac metho-
do proficiſci. Et, *quemadmodum navigia, quæ ſuæ permiſſa temeritati nul-* 5
lius ſaburræ pondere ſuſtentantur, firmanturve, periculo cum maxime obno-
xia ſunt, & expoſita; ita & illa, quæ ſublimia ſunt, ſi ſolus ea verſet, re-
gatque ſuus impetus, ac rudis audacia, ſummopere periclitari. Nam ut cal- 6
caribus illa ſæpe, ita nonnunquam & frenis indigent: adeo ut, quod de com-
muni vita Demoſthenem pronuntiaſſe ferunt, Primum omnium bonorum 7
eſſe Felicitatem: Proximum vero huic, ac tantum non par, Felicitate
illa ſapienter uti: quo deficiente, & illius hominibus fructus intereat,
atque evaneſcat: *id ipſum quoque in dicendi ratione commode uſurpari poſſe:*
Naturam quidem felicitatis vices ſuſtinere, Artem vero prudentiæ. *Quod* 8
autem & primarium eſt, & de quo nunc agitur, eſſe ſcilicet quædam in ora-
tione, quæ ſolius naturæ ſint aſſignanda, permittendaque felicitati, non aliun-
de nos, quam ex artis diſcere & haurire poſſe diſciplina: adeo ut, ſi quis
hoc animo ſecum reputaverit, qui noſtram in artium ac diſciplinarum ſtudiis
verſantium ſententiam reprehendet, non jam amplius, ut puto, velut ſuper-
fluam, & inutilem, hanc inſtituti ſit argumenti tractationem damnaturus.

SEC-

labitur inſana, æſtuans, & cerebroſa Granditas. In eam rem verſus aliquot Tragici veteris, quem ego Æſchylum eſſe puto, protulerat Di. Longinus: ſed ex illis ipſis verſibus, quantumvis paucis, quidam etiam exciderunt, ut mox apparebit. In iis autem nonnulla reprehendit Longinus: ego etiam plura. Primum enim, etiam ſi recte dicatur, σέλας πυρὸς, non ideo tamen impune dicas, σέλας καμίνου; Deinde illud, παρείρας, [*immittens*, non *attrahens*, ut vulgo accipiunt] ſatis roboris non habet, *telumque imbelle ſine ictu incidit*; at illud idem maxime improprium eſt, ſi cum πλεκτάνη jungatur. Ipſum porro πλεκτάνη, pro *contorta tempeſtate*, quale eſt? Nam Ariſtophanes quidem pag. DCXVIII recte & ſuo more dixit, πλεκτάνη καπνοῦ: quippe in animo habebat locum Homeri in I. Iliados, ubi de nidore victimarum, qui in cœlum fertur; nam ἑλισσόμενος idem eſt quod πλεκόμενος. Illud etiam καταιθαλώσομαι, humilius eſt, & ex charactere comico ductum. Quin & ille verſus,

Νῦν δ᾽ οὐ κέκραγά πω τὸ γενναῖον μέλος,

plane nobilis, rotundus & ſonorus eſt, fateor: ſed in eo tamen deridendus Æſchylus, quod, ut recte obſervat Longinus, Boream, qui hic loquitur, tibicinem facit; quæ imago tanto tumultui, tanto rerum fragori, haud ſane convenit. At, inquies, illud de Auſtro, quod produxit Plutarchus, [Λίβυς αὐλητὴς] an placet magis? Video ego quoque; ſed ea de re in animadverſionibus agetur. FABER.

Ibid. Ὡς ἡ μὲν] nihil hic a Pariſino Codice, duobus Vaticanis, & S. Marci Veneto fuit adjumenti. Quare poſt alios lacunam hanc, uti ſuus cuique rex reginæ placet, ita expleveram: ὡς ἡ μὲν φύσις τὸ μέγιστον, δεύτερον δὲ ἡ μέθοδος· ἥπερ ἐὰν μὴ παρῇ, καὶ θάτερον κινδυνεύει. Verteramque: *Naturam quidem ad conferendam orationi ſublimitatem plurimum valere: veruntamen non minoris eſſe ducendam hujus regendæ diſciplinam: qua cum abeſt, fertur equis auriga, neque audit currus habenas.* Rectius autem è MS. primo Vaticano ſuppletur, ad hunc modum: ὡς ἡ μὲν φύσις τὴν τῆς εὐτυχίας τάξιν ἐπέχει· ἡ τέχνη δὲ τὴν τῆς εὐβουλίας· τὸ δὲ κυριώτατόν τε, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναί τινα τῶν ἐν λόγοις ἐπὶ μόνῃ τῇ φύσει, οὐκ ἄλλοθεν ἡμᾶς ἢ παρὰ τῆς τέχνης ἐκμαθεῖν δεῖ· εἰ ταῦθ᾽, ὡς ἔφην, ἐπιλογίσαιτο καθ᾽ ἑαυτὰ ὁ τοῖς χρηστομαθοῦσιν ἐπιτιμῶν, οὐκ ἂν ἔτι μοι δοκεῖ περιττὴν καὶ ἄχρηστον τὴν ἐπὶ τῶν προκειμένων κομίσαιτο θεωρίαν. In eodem Codice erat, ſed non ſuo loco, ὁ ποιητὴς ἐπὶ τῷ κολύμνῳ. Ceterum in D. Marci Cod. MS. margini hic adſcriptum erat: ἐνταῦθα ἐλλείπει περὶ ἓν φύλλον· in Vaticani vero tertii margine legebatur, ἐνταῦθα λείπει φύλλον ἕν. TOLLIUS.

20. Φύσις.] ex Plut. περὶ παιδ. ἀγωγῆς ſuccurrimus huic loco, legimuſque: ὡς ἡ μὲν φύσις ἄνευ μαθήσεως τυφλὸν, δηλοῖ τὰ ἐπαγόμενα. Addamus ex Stobæo illud Simyli τούτοις ὁμόψηφον· οὔτε φύσις ἱκανὴ γίνεται τέχνης ἄτερ, οὔτε ἐπιτήδευμα παράπαν οὐδενί. PETRA.

ΤΜΗΜΑ γ΄.

Περὶ τοῦ ὑποκένου ὄγκου, καὶ παιδαριώδους.

* * * * *

1 [1] Καὶ μὴ καμίνου σχῶσι [2] μάκιστον σέλας.
Εἰ γάρ τιν᾽ ἑστιοῦχον ὄψομαι μόνον,
Μίαν παρείρας [3] πλεκτάνην χειμάῤῥοον,
Στέγην πυρώσω, καὶ κατανθρακώσομαι,
Νῦν δ᾽ οὐ [4] κέκραγά πω τὸ γενναῖον μέλος.

2 [5] Οὐ τραγικὰ ἔτι ταῦτα, ἀλλὰ [6] παρατράγῳδα, αἱ [7] πλεκτάναι, καὶ τὸ πρὸς οὐρανὸν ἐξεμεῖν, καὶ τὸ [8] τὸν Βορέαν αὐλητὴν ποιεῖν, καὶ τὰ ἄλλα
3 ἑξῆς. [9] Τεθόλωται γὰρ τῇ φράσει, καὶ τεθορύβηται ταῖς [10] φαντασίαις μᾶλ-
4 λον, ἢ [11] δεδείνωται. κἂν ἕκαστον αὐτῶν [12] πρὸς αὐγὰς ἀνασκοπῇς, ἐκ τοῦ φοβε-

1. Καὶ καμίνου] in Vaticano tertio margini additum: καὶ μὴ καμίνου: ut in quibusdam rectius, quam in vulgatis. Ceterum sectionem hanc a priore distinxi, quum diversa plane sit, & aliud argumentum tractet. TOLLIUS.

2. Μάκιστον] duo Vaticani, κάκιστον. Et tum verte, *pessimam.* TOLLIUS.

3. Πλεκτάνην] apud Æschylum in Prometheo legitur πυρὸς ἀμφήκης βόστρυχος. Et apud Poëtas passim πλόκαμοι καπνοῦ, teste Polluce l. 11, c. 1. Sic Nonnus l. 11 Dionys. Καὶ πλοκάμους πλεκτοῖο πυρὸς βοτρυδὸν ἑλίξας φέγγει λαχνήεντι σέλας τρήχυνε κομήτας. Apud Aristophanem in Avibus legas: Αὖραι διαψαίρουσι πλεκτάνην καπνοῦ. Qui procul dubio huc allusit, quippe cui perquam familiare est Æschylum parodiis istiusmodi & allusionibus traducere. TOLLIUS.

4. Κεκράγει] ἴσως, κέκραγά πω. FR. PORTUS. Ita & MS. Paris. & duo Vaticani.

5. Οὐ τραγικὰ] unde & ῥήματα ἱπποβάμονα Aristophani, & γομφοπαγῆ πινακηδὸν ἀποσπῶν γηγενεῖ φυσήματι δεινὸν ἐπισκύνιον ξυνάγων βρυχώμενος ἥσει dicitur: si tamen hoc Æschyli fragmentum est, quod hic Longinus exagitat. Idem Aristophanes tumida illa & plusquam tragica verba χαλάζας postpaulo in eadem Ranar. Comœdia appellat. TOLL.

6. Παρατράγῳδα] Plusquam tragica, ut *plusquam civilia*, Lucan. quod à multis temere vexatum fuit. Ceterum quod hunc Virgilii locum de Ætna Æneidos III,

--- *Horrificis juxta tonat Ætna ruinis:* &c.

Quod, inquam, hunc Virgilii locum Vir doctus existimavit iisdem esse vitiis affinem, quibus illa Æschyli carmina sunt, fallitur. Ubi enim *vanus tumor?* ubi ἀραιότης? Quid ibi elatius æquo reperias? Nam id tantum dixit Virgilius, quod res erat; naturam loci depinxit; sed veris nil addidit. Alia igitur quærenda exempla fuerant; quæ olim à me proferentur. Nam in ea sum sententia, Virgilium sæpe hypertragicum esse, & dithyrambico tumore turgidum; qui tumor tamen fere plerumque ὑπόκενος, & inaniis plenus reperietur, si omnia πρὸς αὐγὰς ἀνασκοπῇς. FABER.

7. Πλεκτάναι, καὶ τὸ πρὸς οὐρανὸν ἐξεμεῖν.] Audaces istæ translationes Pyrgopolynicis alicujus, apud tragicum nescio quem, jactantiam redolent; qui minatur sese cœlo oppedere, *Boream pro fistulatore* habere, & *undoso flammarum vortice* tectum incendere. Πλεκτάνη autem apud *Pollucem* cincinnos implexos designat. Et apud *Comicum*, in ὄρνισι, Αὖραι διαψαίρουσι πλεκτάνην κάπνου. *Auræ diventilant volumen fumi.* Invenias forsan & apud *Æschylum* quædam hisce gemina; imò (quòd mireris) *Virgilium Æneid.* 3. Lege, & pronuncia:

Horrificis juxta tonat Ætna ruinis:
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo, & candente favilla:

Attol-

SECTIO III.

De inani tumore, ac puerili dicendi genere, nec non Parenthyrso.

* * * *

FLammam foci nec maximam represserint. 1
Si quem etenim modo patremfamilias videro,
Unum rotando flammæ rapidum vorticem
Ambusta prunis tecta operiam ardentibus.
At nunc genuinum necdum insonui canticum.

Hæc enim non jam Tragica sunt, verum tumore nimio ultra cothurnum 2
Tragicum elata, inflataque; nimirum *flammarum vortices*, & *evomere in cælum:* nec non *Boream quasi tibicinem* inducere; quæque id genus alia illic sequuntur plura. Nam & elocutio inquinata est, & visiones illæ non 3
tam magnificæ sunt, & excelsæ, quam turbulentæ, & frivolo quodam inanium verborum strepitu exasperatæ. Quin &, si judicium corruptis 4
hisce acrius adhibueris, singulaque ad lumen suspexeris veritatis ac rationis,

Attollitque globos flammarum, & sydera lambit.
Interdum scopulos, avolsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat; fundoque exæstuat imo.

LANGBÆNIUS.

Ibid. Πρὸς οὐρανὸν ἐξεμεῖν] *In cœlum vomere.* Turpe est, tetrum, fœdum. Hæc autem verba, aut certe eorum sententia, non apparent in hoc Æschyli loco: nam, ut supra monui, tres aut quatuor versus in lacuna hæserunt. FABER.

8. Τὸν βορέαν αὐλητὴν] alia ratione Manilius l. v:

Hinc venient vocis dotes, Boreæque sonantis,
Garrula quæ modulis diverse tibia format.

Apud Plutarchum in vita Luculli Proserpina noctu in somnis Aristagoræ dicit se Libycum tibicinem in Ponticum tubicinem immissuram. Qui ventus auster fuit, machinas Mithridatis convellens. Καὶ μὴν ἐγώ, inquit, ἥκω τὸν Λιβυκὸν αὐλητὴν ἐπὶ τὸν Ποντικὸν σαλπιστὴν ἐπάγουσα. TOLLIUS.

9. Τεθόλωται] κατὰ μεταφορὰν à rebus, quæ atramento, sive aliquo alio liquore obturbato conspurcantur. Θολὸς enim atramentum sepiæ nigrum. PETRA.

Ibid. Τεθόλωται] θόλος [*Ulpian. in Demost.* περὶ παραπρεσβ.] *Athenis* locus erat ἔνθα ἐσιτοδοτοῦντο οἱ τοῦ δημοσίου γραμματεῖς, ἢ χειροτονηθέντες ἐκ τῆς πόλεως· ἐκλήθη δὲ θόλος, διὰ τὸ θολοειδὲς καὶ στρογγύλον ἔχειν τὸ σχῆμα· *in quo scribis publicis, & magistratibus a civitate electis victus præbebatur; sic dictus, quod figuræ esset rotundæ, ad instar tholi.* Θολὸς autem atramentum sepiæ: unde apud *Philostratum in vita Apollonii l. 1, c. 6*, occurrit huic nostro geminum; vinum dicit Ἐναντιοῦσθαι τῇ τοῦ νοῦ συστάσει, διαθολοῦντα τὸν ἐν τῇ ψυχῇ αἰθέρα, sudum mentis obfuscare. LANGBÆNIUS.

10. Φαντασίαις] De phantasiis infra, ubi & rem distincte explicabit. Quint. 9. *Novi vero, & præcipue declamatores, audacius nec sine motu quodam imaginantur.* Visiones Latine dicerem. Idem l. 12, ubi de pictoribus: *Nam cura Protogenes, ratione Pamphilus, ac Melanthius, facilitate Antiphilus, concipiendis visionibus (quas φαντασίας vocant) Theon Samius, ingenio & gratia, quam in se ipse maxime jactat, Apelles est præstantissimus.* Tanti autem est ea facultas concipiendarum visionum, ut, qui illa careat, quantumvis ingenio valeat, non nisi imperfectam Granditatem exhibere possit. Ea enim ex ingenio exuberanti nascitur; sed illi prudentia, & moderatione opus est; quod ex arte & imitatione saniorum scriptorum peti debet. FABER.

11. Δεδείνωται] *Cum gravitate tractatæ*, inquiunt. Male. Vertendum enim, *intendun-tur.* Quint. lib. 9: *intendere; quod est* δείνωσις.

Hali-

5 φοβεροῦ καὶ ὀλίγον ὑπονοεῖ πρὸς τὸ εὐκαταφρόνητον. [13] Ὅπου δὲ ἐν τρα-
γῳδίᾳ, πράγματι ὀγκηρῷ φύσει, καὶ ἐπιδεχομένῳ [14] στόμφον, ὅμως τὸ
[15] παρὰ μέλος οἰδεῖν ἀσύγγνωστον, σχολῇ γ' ἂν οἶμαι [16] λόγοις ἀληθινοῖς
6 ἁρμόσειεν. [17] Ταύτῃ καὶ τὰ τοῦ Λεοντίνου Γοργίου γελᾶται, γράφοντος, [18] Ξέρ-
ξης ὁ

Halicarnasseus, ubi de Lycurgo rhetore dixit, esse illum *αὐξητικὸν, διηρμένον*, (sic enim legendum) *σεμνὸν*, mox addit, *τούτου χρὴ ζηλοῦν μάλιστα τὰς δεινώσεις.* Nam *δείνωσις* pertinet ad *τὸ αὐξητικόν*. Quamobrem ab Hermogene dicitur, *πυκνότης ἐννοιῶν*; Quo verbo omnia dixit; & quibus illa pars adest, ii nunquam in *χαυνότητα* delabentur. Faber.

12. *Κἂν πρὸς αὐγὰς ἀνασκοπῇς*] *Si ad solem suspicias.* Metaphora a rei vestiariæ institoribus desumpta; qui, si quid latentis in panno vitii insit, sic explorant. Videsis *Macrobium Satur. l. 2, c. 4.* Langbænius.

Ibid. *Πρὸς αὐγὰς ἀνασκοπῇς*] Qui pannos emunt, eorum vitium ita explorant. *Soli ostendere*, Varro: at Plautus, *in sole inspicere*, dixit, in Aulularia, de agno curione:

M. Volo ego ex te scire, qui sit agnus curio.
E. Qui ossa atque pellis totus est, ita cura macet;
Quin exta inspicere in sole etiam vivo licet,
Is ita pellucet quasi laterna Punica.

Faber.

Ibid. *Πρὸς αὐγὰς*] Plato in Phædro: *ταῦτα δὲ ὑπ' αὐγὰς μᾶλλον ἴδωμεν.* Jamblichus cap. viii Protreptici: *Γνοίη δ' ἄν τις αὐτὸ καὶ ἀπὸ τούτων, εἰ θεωρήσειεν ὑπ' αὐγὰς τὸν ἀνθρώπειον βίον.* Polybius l. v, p. 381: *τεθεαμένος μὲν ὑπ' αὐγὰς αὐτῶν τὰ πράγματα.* Subintelligitur autem *ἡλίου*. De re ipsa Fabius l. viii, c. v: *Ad hoc plerique minimis etiam inventiunculis gaudent, quæ excussæ risum habent, inventæ facie ingenii blandiuntur.* Cic. l. iv de Fin. c. xxii: *quæ prima specie admirationem; re explicata risum moverent.* Tollius.

13. *Ὅπου δὲ ἐν τραγῳδίᾳ,*] *Κανὼν* ad *δεινότητος μέθοδον* pertinens. Petra.

14. *Στόμφον*] Ex Schol. *Aristophanis* ad Vespas, *στόμφον* acciperem pro *ἀλαζόνευμα*, sed, addo, conjunctum *τραχύτητι*. Idem cum Schol. sentit Hesychius, ΣΤΟΜΦΑΣΑΙ, *στομφολογῆσαι*, [*κομφάσαι*,] *ἀλαζονεύεσθαι.* Lege [*κομπάσαι.*] Vide & Suidam. Faber.

Ibid. *Στόμφον*] Aristophanes ideo in Nubibus Æschylum vocat

Ψόφου πλέων στόμφακα κρημνοποιόν.

Tollius.

15. *Παρὰ μέλος οἰδεῖν*] Sumptum ex solenni Musicorum reprehensione, *παρὰ μέλος ᾄδεις*; at Longinus alio detorsit, *παρὰ μέλος οἰδεῖς.* Exempla peti possunt ex Luciano, Halicarnasseo, Platone, Aristotele, &c. Faber.

16. *Λόγοις ἀληθινοῖς*] veris caussis. Sic Cicero in Bruto, c. 91, Molonem *actorem in veris caussis, scriptoremque præstantem* vocat. Et in Oratore c. 12: *quæ in veritate caussarum & rarius multo facimus, & certe occultius. Cum in veritate dicimus*, Auctor ait Rhet. ad Herenn. l. iv, c. xxii. Idem lib. i genus dicendi vocavit, *quod ad veritatem pertinet.* Fabius lib. viii, c. iii; *At ubi res agitur, & vera dimicatio est:* opponitque demonstrativo generi. *Veras lites* dixit Juvenalis sat. vii. Sunt autem *ἀληθινοὶ λόγοι, δικανικοὶ καὶ ἀγοραῖοι.* Ita Philistus Thucydide *πρὸς τοὺς ἀληθεῖς ἀγῶνας ὠφελιμώτερος*, apud Dionys. Halicarn. *ἐν τῶν ἀρχαίων ἐξετάσει.* Idem Polycratem *κενὸν ἐν τοῖς ἀληθινοῖς* fuisse dicit in Isæo. Ita & in Lysia: *ἀναγκαῖα τοῖς δικανικοῖς λόγοις, καὶ παντὶ ἀληθεῖ ἀγῶνι.* Vid. infra sect. x, & xi. Plura Hermogenes *περὶ ἀληθινοῦ λόγου.* Tollius.

17. *Ταύτῃ καὶ τὰ τοῦ Λεοντίνου Γοργίου*] Hujusmodi *τροπικαὶ λέξεις καὶ διασκώμματα* ad 4. genus *μεταφορῶν* pertinent, de quibus Hermog. *περὶ σεμνότητος* pag. 224, lin. 4, & sequentibus. Petra.

Ibid. *Τὰ ὑπὸ τοῦ Λεοντίνου Γοργίου.*] *Gorgias Leontinus*, Rhetor *Siculus*, de quo librum integrum scripsit *Hermippus*, [*Athen. lib. 11.*] primus sophistarum pater, [*Philostr. in Gorg.*] quem cognomine dialogo exagitat *Plato*; à quo hoc responsum retulit, [*Athen. ib.*] *ὡς καλῶς οἶδε Πλάτων ἰαμβίζειν*, *Plato* optimè novit convitiari. Sic enim interpretari mallem, quàm, *optimè* novit jamborum usum. *ἰαμβίζειν γὰρ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ ὑβρίζειν*, [*Dionys. περὶ ποδῶν, & Hephæstionis Schol.*] & inde jambis nomen. A *Gorgia τὸ ῥητορεύειν Thessali*, ejus miratores, [*Philostr. ib. & in Critia. Max. Tyr. diss. 7.*] *Γοργιάζειν* vocabant; & *σχήματα* quædam orationis *Γοργίεια* dicta; quibus & ipse *Plato* nimis pueriliter quandoque exultat: de quo *Dionysius Halicarnasseus*, *de Demosth. & in Isæo: & de compos.* *σχήμασί τε ποιητικοῖς, καὶ μάλιστα τοῖς Γοργιείοις ἀκαίρως καὶ μειρα-*

nis, ea, quæ prima fronte terribilia videbantur, mox in contemtum ver-
tent, derisumque. Atqui si in Tragœdia, quod scriptionis genus natura 5
turgidum est, & grandiloquum, ita natura comparatum est, ut nimius
in ea tumor ferri nequeat, multo minus in hoc illum dicendi genere lo-
cum obtinere posse arbitror, quod ad veritatem pertinet. Itaque & illa 6
Leontini Gorgiæ risum movent, quum Xerxem *Persarum Jovem* vocat,

μειρακιωδῶς ἐναβρύνεται. Adeo ut ne ipsi *Gorgiæ* in gorgissando primas cederet, [*Philostr. in Ep. ad Juliam Aug. & in Critia.*] ὥστε τῷ Γοργίᾳ παρέχειν τὸ ἑαυτοῦ ἄμεινον γοργιάζειν. Ab hoc inflatum illud orationis genus, & cristas, τὸ μεγαλόγνωμον, καὶ τὴν ὀφρῦν, mutuati sunt *Critias* & *Thucydides*. Schemata ista *Gorgiana* quæ fuerint, licet ex *Diodoro Siculo Bibliot. l.* 12. discere: nempe antitheta, ἰσόκωλα, πάρισα, & ὁμοιοτέλευτα: quem imitandum sibi proposuit *Æschines* in oratione de *Thargelia*, unde *Gorgianum* hoc desumit *Philostratus*, Θαργηλία ἐλθοῦσα εἰς Θετταλίαν, ξυνῆν Ἀντιόχῳ Θετταλῷ, βασιλεύοντι πάντων Θετταλῶν. Fuit autem tam præsentis ingenii *Gorgias*, [*Valer. Max. l.* 8. *cap.* 15. *Plato in Gorgia.*] ut *primus in conventu poscere, quâ de re quisque audire vellet, ausus sit*: nempe cum *Athenas* legatus veniret, & ingenii specimen in theatro edere vellet, edixit [*Philostr. de vitis lib.* 1. *in initio*] προβάλλετε, proponite quod vultis; unde vox illa extemporaneis dicendi magistris in posterum solennis. Inde tantus illi delatus honor, ut *universa Græcia in templo Delphici Apollinis statuam solido ex auro ei poneret*; cùm *cæterorum, ad id tempus, auratas collocâsset*. Ita *Valerius*; licet paulo aliter *Athenæus*. Imo *Athenienses* postea [*Troilus Sophista in proleg. rhetor. MS.*] τὰς ἡμέρας ἐκείνας, ἐν αἷς ἐπεδείξατο, ἑορτὰς ἐκάλουν· τοὺς δὲ λόγους αὐτοῦ λαμπάδας: Dies illos, quibus se audiendum populo propinavit, festos; & orationes ejus lampadas vocabant. Rationem subjungit, quia nimirum ὥσπερ τὸ πῦρ ἐκκρούεται τὸ σκότος, οὕτως καὶ συνετοὶ λόγοι τὴν ἄνοιαν. Nec tamen evasit Criticorum censuras; in quo *Dionysius Halicarnassæus, Ep. ad Pompejum*: ὄγκον ποιητικῆς κατασκευῆς, Poëtici ornatus fastum culpat; & hic noster adductis exemplis abunde probat, quod alter ille [*In Lysia*] alibi de eodem dixerat, ἐν πολλοῖς πάνυ φορτικήν τε καὶ ὑπέρογκον ποιῶν τὴν κατασκευὴν, καὶ οὐ πόῤῥω διθυράμβων ἔνια φθεγγόμενος. Langbænius.

18. Ξέρξης ὁ τῶν Περσῶν Ζεύς.] *Xerxes Persarum Jupiter*: nollem poëtam aliter dixisse; *Oppianus* Κυνηγετ. *lib.* 1. optime,

Αὐσονίου Ζηνὸς γλυκερὸν θάλος Ἀντωνῖνε.

Sed in oratore nimis audax; habeo tamen quo *Gorgiam* excusem. Quid si illud *Hellespontii* viri ante oculos haberet, quo *Xerxem* jam transvectum excepit? [*Herodot. Polymn.*] Ὦ Ζεῦ, τί δὴ ἀνδρὶ εἰδόμενος Πέρσῃ, καὶ οὔνομα ἀντὶ Διὸς Ξέρξεα θέμενος, &c. *O Jupiter, quidnam tu sub specie viri Persæ, & accepto Xerxis pro Jovis nomine, Græciam e sedibus suis exturbare vis, omnes homines ducens, cum etiam citra hoc tibi id facere liceret?* Langbænius.

Ibid. Ξέρξης Περσῶν Ζεύς] Notum illud viri elegantissimi, qui ex legatione Constantinopolitana patrum nostrorum memoria revertens, Roma transiit, ut Pontificem summum salutaret; illique inter cetera dixit, posse vocari *Il Gran Turca de i Christiani &c.* In quo uter sibi placuerit magis, nescio. (*Ita & Mahometis III legatus Leoninum Galliæ Regis ministrum*, magnum Vizirium *appellasse fertur.*) Sed ut ad Longinum redeam, fateor Gorgiam Leontinum (quis enim hominis rhetoricam non novit?) sic fuisse, uti de illo veteres omnes prædicarunt. Lege modo Halicarn p. 159, 165, & 179: ubi φρονήματα quædam ψυχρότερα apud Thucydidem reprehendens, ait illa esse τῆς Γοργίου προαιρέσεως οἰκειότερα; (Neque ipsum falli in illo judicio ostendi potest.) Sed tamen haud scio an hic locus recte a Critico nostro reprehensus fuerit, qui noverim Reges Persarum a suis quondam Deos vocitatos fuisse. Æschylus in ea tragœdia, quàm *Persas* vocavit. Ibi Chorus Atossam matrem Darii alloquens hæc dicit:

Ὦ βαθυζώνων ἄνασσα Περσίδων ὑπερτάτη,
Μῆτερ ἡ Ξέρξου γεραιά, χαῖρε Δαρείου γύναι,
Θεοῦ μὲν εὐνάτειρα Περσῶν, θεοῦ δὲ καὶ μήτηρ ἔφυς.

Ad quem locum Schol.

Τοὺς βασιλεῖς, θεοὺς καλοῦσιν οἱ Πέρσαι.

Addere potes antiquissimo scriptori & Isocratis testimonium, quod alias proferetur. Quin hodieque, ut ajunt nostri, Persæ regem suum *Codahon* vocant, id est divinum, Faber.

Ibid. Ὁ τῶν Περσῶν Ζεύς] sic quidem & Oppianus l. 1. Cyneget. ut supra Langbænius indicat: sed ubi omnia ad adulationem composita.

ξης ὁ τῶν Περσῶν ζεύς· καὶ, [19] γύπες, ἔμψυχοι τάφοι· [20] καί τινα τῶν Καλλισθένους, ὄντα [21] οὐχ ὑψηλὰ, ἀλλὰ μετέωρα. Καὶ ἔτι μᾶλλον [22] τὰ Κλειτάρχου. [23] Φλοιώδης γὰρ ὁ ἀνὴρ, καὶ φυσῶν, κατὰ τὸν Σοφοκλέα,

[24] Οὐ

posita. Sic Statius in Coma Earini:

----- *Placida quem fronte ministrum*
Juppiter Ausonius pariter Romanaque Juno
Adspiciunt. Tollius.

19. Γύπες, ἔμψυχοι τάφοι] Neque hoc effugit *Hermogenis de ideis l.* 1, *c.* 6, notam, qui subligneis istis sophistis non alia, quam quæ ipsi adornarunt, sepulchra imprecatur. Παρὰ τοῖς ὑποξύλοις τούτοισι σοφισαῖς πάμπολλα εὕροις ἄν· τάφους τε γὰρ ἐμψύχους τοὺς γύπας λέγουσιν, ὧνπέρ εἰσι μάλισα ἄξιοι, καὶ ἄλλα τοιαῦτα ψυχρεύονται πάμπολλα. Langbæn.

Ibid. Ἔμψυχοι τάφοι] De hoc loco notavi nuper aliquid ad Lucretium lib. v. Sed exempla multa olim proferentur ex variis scriptoribus, qui hæc tumida, frigida, meteora amarunt. Nunc uno tantum contentus ero, in quo Eunapius de Longino nostro sermonem faciens dixit, id quod multis postea placuit, & iis etiam, quibus has sonoras nugas, & Pegasi lascivientis gyros, miror placere potuisse. Quid igitur mirabilis Eunapius? *Longinus*, inquit, *erat* ἔμψυχος βιβλιοθήκη. (*Vivens bibliotheca*) neque hoc satis; Longinus erat περιπατοῦν μουσεῖον. (*Museum ambulans.*) Miror etiam (nam id pro suo jure potuit,) non dixisse, museum illud & bibere interdum, & dormire, ac vigilare solitum fuisse. Sed hæc satis. Nam de Æschylo, & aliis, nunc tempus ad eam rem non est. Ceterum de hoc Gorgiæ loco dixit aliquid Hermogenes Tarsensis libro I, De *formis orationis*, cap. VI, ubi hos Rhetoras ridet. Faber.

Ibid. Γύπες ἔμψυχοι τάφοι] paria hisce sunt illa Musæ Rhetoris apud Senecam: *Quidquid avium volitat, quidquid piscium natat, quidquid ferarum discurrit, nostris sepelitur ventribus.* Apud Phædrum mustela mures

Capacis alvi mersit tartareo specu.

qualem epulonem cum Aristia Ἅδου τραπεζέα merito voces, Athen. 686 p. l. xv. Lycophron, v. 152.

Οὗ πάππον ἐν γαμφαῖσιν ἐνναία ποτὲ
Ἔρκυνν᾽ ἐρινὺς θουρία ξιφηφόρος
Ἄσαρκα μισύλασ᾽ ἐτύμβευσε τάφῳ·

& 1203. de Saturno:

Τύμβος γεγὼς κένταυρος ὠμόφρων σποράς.

ad quem vid. & Scholiasten. & vers. 413:

Πολλῶν γὰρ ἐν σπλάγχνοισι τυμβευθήσεται
Βρωθεὶς πολυςίχοισι καμπέων γνάθοις
Νήρεθμος ἐρμός.

Ignatius in epist. ad Rom. μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται. Oppianus l. v. Halieut. de nautis:

Οὐδ᾽ ἅλις ὀλλυμένοις διερὸς μόρος· ἀλλ᾽ ἔτι τοίους
Δαιτυμόνας μέμνουσιν, ἀτυμβεύτου δὲ τάφοιο
Θηρείου λαιμοῖο μυχοὺς πλήσαντο τυχόντες.

Nonnus, qui & ipse in tumidorum & ineptorum scriptorum numerum, si quis alius, referendus est, l. XXXIX Dionys.

Καὶ τάφος ἔπλετο πόντος, ἐτυμβεύοντο δὲ πολλοὶ
Κητείοις γενύεσσιν. -----

superat tamen omnes Ovidius lib. VI. Metam. ubi de Tereo sermo, post ingestum cruentum caput Ityos. Quid enim in re dirissima pater facit? quid dicit? *Flet modo, seque vocat bustum miserabile nati.* Flevisse Calliopen ferunt, quum hæc scriberet Ovidius: adeo putide & pueriliter cum patris πάθος, tum gentis ἦθος expressisse videbatur. Ridebunt contra ea nasutuli nostri, quum hæc legent, qui Nasonem suum a me in gustu Criticarum ad hunc scriptorem observationum quondam male acceptum doluerunt; huncque amarum dolorem suum dulci risu temperarunt. Augebo etiamnunc eorum voluptatem, & præbebo alias delicias multo adhuc suaviores. Cui namque non mellitissima videbuntur hæc Ennodii in Panegyr. ad Theodoricum? *Et pennatæ mortes sibi æthera vindicarent.* Sagittas *pennatas mortes* vocat; homo, cui Cicero sordebat: quem non subveritus est *Rusticum Arpinatem* vocare, si bene memini, & jure. Nam non Athenæ tam Atticæ, atque hoc mel est. Sed conferamus tamen cum eo Ciceronem. Hic autem in Pisonem cap. v, eundem *bustum legum omnium ac religionum* vocat. Paulo enim ante dixerat: *Hæc sunt, o Carnifex, in gremio sepulta consulatus tui.* Judicet hic ipse lector, quantum in his sit discriminis. Ejusmodi farinæ sunt illa Æschyli de Ætna: ἔνθεν ἐκραγήσονται

Ποταμοὶ πυρὸς δάπτοντες ἀγρίαις γνάθοις
Τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευροὺς γύας.

δάπτειν ἀγρίαις γνάθοις qui ferre potest & concoquere, ille & cum voluptate Nonni Dionysiaca

cat, & vultures *animata sepulchra.* Item Callisthenis nonnulla, quæ non tam grandia sunt, quam inaniter turgentia, & sufflata. His autem mul- 7
to etiam putidior est Clitarchus, vere hordeaceus scriptor: de quo merito illud Sophoclis usurpaveris:

Parvis

nysiaca leget. Porro *animata* istiusmodi *sepulchra* hominum canes fuerunt apud Hyrcanos, de quibus Cicero Tusc. Quæst. l. I, c. XLV: ab his enim lacerari *optimam illi censebant esse sepulturam.* Et τάφοι τρέχοντες in Amphitheatris feræ homines devorantes, apud Gregor. Nazianzen. Car. III Jamb. Quam diversum illud Sophoclis in Antigona?

----- Τὰς γὰρ ἡδονὰς
Ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, ἐ τίθημ' ἐγὼ
Ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν.

Vid. Hermogenem p. 285. Ennius:

Volturis in silvis miserum mandebat hemonem.
Heu quam crudeli condebat membra sepulcro?

TOLLIUS.

20. Καί τινα τῶν Καλλισθένους.] Fuit *Callisthenes Aristotelis* in *Alexandri* institutione successor; impotentis linguæ, & cui [*Arrian.* ἀναβ. 8. *Sen. Suasor.* I. *Laert. in Arist.*] ἄκαιρον παῤῥησίαν passim tribuunt authores. [*Athen. lib.* 10.] Scripsit historiam *Græcanicam*; sophistam vocat *Athenæus*; & confirmat illud *Alexandri* in eum jactatum, μισῶ σοφιστήν, ὅστις ἐδ' αὐτῷ σοφός. Quod ad stylum spectat, de quo hic agitur, εὔροιαν ei tribuit *Plutarchus in Alex.* & *Suidas* πολλὴν ῥύμην, plurimum impetum: *Aristoteles in Alex.* ejus in dicendo vires agnoscit, sed prudentiam exigit: λέγειν μὲν ἦν δυνατὸς καὶ μέγας, ἀλλὰ νοῦν ἐκ ἔχειν. Erat etiam *Callisthenes* alius [*Plut. in Demosth.*] Orator *Atticus*, quem, inter cæteros, dedi sibi postulabat *Alexander. MS. apud Meursium in gloss.* Alius de vita *Alexandri*, Ψευδώνυμος. LANGBÆNIUS.

Ibid. Καλλισθένους] De Callisthene, Clitarcho, Matride, Hegesia, &c. nil dicam nunc. Suidas, Vossius, & docti passim de iis abunde scripsere. Si cui ridere animus erit, legat locum Hegesiæ satis prolixum apud Halicarnasseum. FABER. Confer & Cresollium in Theatro Sophistarum.

21. Οὐχ ὑψηλὰ, ἀλλὰ μετέωρα.] Distingui Latine non possunt ὑψηλὰ & μετέωρα; certe usque adhuc nil inveni quod placeat. Quintilianus duobus tribusve locis pro *meteoris* dixit *præcipitia* & *abrupta* l. XII, c. X. Bene, si ad sensum, seu ἔννοιαν. Uno verbo dicam, quid inter ὑψηλὸν & μετέωρον intersit; vitiosa sublimitas est μετεωρισμός. Hoc enim in animo habebat Quintilianus, cum ita scripsit: *Æschylus sublimis*, (ὑψηλός) *& gravis* (σεμνός) *sæpe usque ad vitium.* Hic est μετεωρισμός. Quot res, mi lector? sed fortasse nondum mortui sumus, & his erit alias locus. Dein τὸ ὕψος habet τὸ στεῤῥόν: at μετέωρα habent ὑπόκενον ὄγκον; *nihil* autem *hydropico siccius & aridius.* FABER.

Ibid. Ἀλλὰ μετέωρα] id est, inflata, inani tumore in altitudinem vitiosam elata. Sic Psalm. CXXXI, v. I e septuaginta interpret. versione: Κύριε ἐχ ὑψώθη ἡ καρδία με, ἐδὲ ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί με· ubi utrumque verbum de superbi animi inflatione accipitur, & in vitio ponitur. Sequitur enim evestigio: ἐδὲ ἐπορεύθην ἐν μεγάλοις, ἐδὲ ἐν θαυμασίοις ὑπὲρ ἐμέ· sicut autem in homine τὰ μεγάλα καὶ θαυμάσια ὑπὲρ αὐτὸν, vitiosa, ita & in oratione τὸ ὑπὲρ τὸ πρέπον καὶ ἐνδεχόμενον τὸν ὄγκον, adeoque μετέωρον. TOLLIUS.

22. Τὰ Κλειτάρχε.] *Clitarchus*, φλοιώδης ἀνὴρ, homo corticeus; φλοιοῦ μεστὸν dixisset *Crantor.* [*Laert. l.* 4.] Scripsit historias de rebus gestis *Alexandri* [*Athen. l.* 4.] Ejus mentio apud *Plinium l.* I. *& alias*: & *Plutarchum* sæpius. Stylus ejus haud injuria reprehensus à *Longino.* Accedit *Cicero*, qui cum τὸ μειρακιῶδες in *Sisenna* reprehenderet, [*De leg. l.* I.] *Unum Clitarchum, neque quenquam præterea, de Græcis eum legisse videri, dixit.* LANGBÆNIUS.

Ibid. Κλειτάρχε] vultis exemplum? exstat apud auctorem libelli de Elocutione, qui Demetrio Phalereo vulgo tribuitur. Quippe de insecto loquens api proximo, quod Græci τενθρηδόνα vocant, κατανέμεται μὲν, inquit, τὴν ὀρεινὴν, εἰσίπταται δὲ εἰς τὰς κοίλας δρῦς· ὥσπερ, subjicit ille auctor, sive is Demetrius Grammaticus, sive Dionysius Halicarn. ut aliqui volunt, περὶ βοὸς ἀγρίου, ἢ τοῦ ἐρυμανθίου κάπρου λέγων, ἀλλ' ἐχὶ περὶ μελίσσης τινός. Invenias & illius de rebus Alexandri M. historiæ fragmentum apud Scholiasten Apollonii lib. II Argon. p. 232. TOLLIUS.

23. Φλοιώδης] Intellige *suber* per *corticem.* Horat. *levior cortice.* FABER.

Ibid. Φλοιώδης] Persius sat I: *Nonne hoc spumosum, & cortice pingui?* ὑπόξυλοι istiusmodi Hermogeni. Sic infra extrema sect. X: ἐδὲν φλοιῶδες ἐγκαταττάττοντες. TOLLIUS.

[24] Οὐ σμικροῖς μὲν αὐλίσκοισι, φορβειᾶς δ᾽ ἄτερ.

8 Τά γε μὴν [25] Ἀμφικράτους τοιαῦτα, [26] καὶ Ἡγησίου, καὶ [27] Μάλειδος· Πολλαχοῦ γὰρ [28] ἐνθουσιᾶν ἑαυτοῖς δοκοῦντες, [29] οὐ βακχεύουσιν, ἀλλὰ παίζουσιν.

24. *Μικροῖς μὲν αὐλίσκοισι, φορβειᾶς δ᾽ ἄτερ.*] Totum illud *Sophoclis* correctius habes apud *Ciceronem*,

Φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι,
Ἀλλ᾽ ἀγρίαις φύσαισι φορβείας ἄτερ.

Non jam modicas inflat tibias, sed ingentes folles sine capistro: nisi quod φορβειὰ acutitonum sit, ut *Herodiano* placuit libro περὶ τῆς ὀδυσσειακῆς προσῳδίας. [*De prosodia dictionum in Odyssea*:] Est autem φορβειὰ capistrum, quo tibicines ora sibi colligabant: *Suidæ*, φόρβιον, & φορβιά: *Hesychio* etiam (nescio quam emendate) φορβαία & φορβέα. Usus ejus, ἵνα μὴ σχισθῇ τὸ χεῖλος· *ne forte labrum findatur*; *Suidas.* Addit Scholiastes Comici, [*in Vespis.*] ὅπως ἂν σύμμετρον τὸ πνεῦμα πεμπόμενον ἡδεῖαν τὴν φωνὴν τοῦ αὐλοῦ ποιήσῃ· *ut spiritus moderatius emissus vocem tibiæ dulciorem efficiat.* Inde *Pollux*, καὶ φορβειὰ προσήκει τοῖς αὐλοῦσι, καὶ τὸν τῇ φορβειᾷ κατειλημμένον, ἐμπεφορβημένον ἔλεγον· male interpres; *Ligulæ tibicinibus conveniunt, unde & ligulis detentum, alligatum nominant*: ligulæ enim tibiarum, φορβειαί tibicinum. Auctor forsan ad illud Comici *Aristoph. in Avibus.* Respexit, οὔπω κόρακ᾽ εἶδον ἐμπεφορβιωμένον· *Nunquam corvum vidi capistratum.* Sed uter ex altero corrigendus, incertum, an uterque ex *Eustathio in ὀδυσσ. τ.*: qui ἐμπεφορβειωμένον habet. Τῆς φορβειᾶς speciem uti melius dignoscas, ecce tibi, post eruditum Criticorum par *Schottum* & *Salmasium*, monumentum à *Velsero* primitus doctis exhibitum recusum damus.



Picturam hanc *Andreas Schottus*, *in append. Vaticanar. parœmiarum*, auctor non ingenuus minus quam eruditus, contendit esse vel servi, vel homicidæ, cui os *como* obturatum. Sed pace tanti viri, quæ in medium producit, *Aristophanis*, *Chrysostomi*, & e Menologio testimonia haud facile id evincunt. Si *Harpocratis* esset, quorsum rimula ista ori adaptata, siquidem per nares liceat respirare? Et satis probat ἀμφωτίδας non esse, quibus aures sibi palæstritæ muniebant. Ego quidem *Rubeniorum* sententiæ lubens accedo, qui *Marsyæ* tibicinis iconem putabant, uti & *Salmasius in exercit. Plinianis*, ὁ πάνυ· Tum quod *Marsyam* constet & φορβειὰν in usu habuisse, quæ ideo perforata, ut tibia ori inseratur; tum quod aures habeat Satyricas. *Marsyas* enim e Satyrorum genere, uti & *Midas*, cujus aures pene ad proverbium notæ. *Philostr. de vita Apoll. l. 6. c. 13*: μετεῖχε σατύρων γένους ὁ Μίδας, ὡς ἐδήλουν τὰ ὦτα. Utrumque expressit *Simonides*, ubi de *Marsyæ* contentione verba faciens, sic habet. Χρυσῷ δ᾽ αἰγλήεντι περιστήριξεν ἀμφὶ δασείας Κόρσας, καὶ στόμα λάβρον ὀπισθοδέτοισιν ἱμᾶσιν· *Aurum splendidum adaptavit hispidis superciliis, & ori ingenti retro ligata vincula*: uti ex eo cum *Johannes Tzetzes Chiliad. 1, hist. 15*, tum *Plutarchus de ira cohibenda tradit.* Objicit *Schottus*, ex *Apuleio*, *Marsyam hispidum, multibarbum, spinis & pilis obsitum fuisse*: hunc vero glabellum penitus & imberbem juvenem: & sane *Marsyas* iste marmoreus, cujus iconem ex ædibus *Vallensibus Romæ* nobis spectandum præbet *Baptista de Cavalleriis Antiquarum statuarum Romæ l. 1, 85*, abunde barbatus est. Verum minori negotio expediemus de barba controversiam, quam de auribus ille, quarum in servo, vel damnato, prolixitatem nullus docet. LANGBÆNIUS.

Ibid. *Μικροῖς μὲν αὐλίσκοισι, φορβειᾶς δ᾽ ἄτερ*] Huic Sophoclis loco idem accidit, quod illi alteri ex Æschylo sect. 111, videlicet ut decurtaretur. Apud Ciceronem plenior est:

Φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι,
Ἀλλ᾽ ἀγρίαις φύσαισι φορβείας δ᾽ ἄτερ.

De quo ut de phorbeia, quæ non est ligula, dicetur cum erit otium. Interim consuli poterunt veteres glossographi, nec non & recentiores. FABER.

Ibid.

Parvis quidem non ille ſpirat tibiis,
Tumidum ſed os numquam capiſtro continet.

In idem licet album referas & Amphicratem, ut & Hegeſiam, ac 8
Matridem; homines, qui, quum maxime ſibi concitati videntur, ac
inſtar

Ibid. Μικροῖς] repoſui ex Cicerone, ὀ σμικροῖσι· & hoc ſententia ipſa poſtulat. Nam qui meteora horum ſcripta dici poſſent, ſi exiguis tibiis uterentur? Sed ideo erant meteora, non vero ſublimia: quia ſpirabant ἄτερ φορβειᾶς, id eſt, abſque judicio. Περὶ τῆς φορβειᾶς etiam aliqua apud Salmaſium invenias in Exerc. Plin. ad Solinum, qui præter cetera locum etiam Plutarchi citat e Sympoſ. l. 7, pr. 8; ubi ita loquitur: οἰόμεναι καὶ Μαρσύαν ἐκεῖνον ὑπὸ τοῦ θεοῦ κολασθῆναι, ὅτι φορβειᾷ καὶ αὐλοῖς ἐπιστομίσας ἑαυτὸν ἐτόλμησε ψιλῷ μέρει διαγωνίζεσθαι πρὸς ᾠδὴν καὶ κιθάραν. Ubi pro μέρει, μέλει legendum eſſe vel ipſe docuerit interpres, qui *nudo cantu* expoſuit. Marſyas enim nudo tibiæ cantu ſine voce cum Apolline certare eſt auſus, qui ad citharam canoram vocem adjungebat. Sic Plato in Polit. p. 268, Ψιλὸν στόμα τοῖς ὀργάνοις opponit, fiſtulæ ſcilicet, de paſtoribus agens, qui & fiſtula, & nuda voce greges & armenta demulcent: & in Menexeno ψιλὸν λόγον τῇ ποιήσει, quandoquidem huic præter harmoniam & rhytmum etiam metrum adeſt. Et noſter infra ψιλὴν ἔννοιαν vocat, quæ nullis verbis exprimitur, ſect. IX. Quod autem ipſum ἐπιστόμιον attinet, elegans extat locus de joco Hyperidis in Demadis filium apud Athenæum, l. 13, p. 591. Nam cum Demadi ex tibicina meretrice natus in ſubſelliis inſolenter ſe efferret, ἐπεστόμισεν αὐτὸν, inquit Athenæus, Ὑπερείδης, εἰπὼν, οὐ σιωπήσῃ μειράκιον, μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων τὸ φύσημα; ac ſi ipſe ei Hyperides hoc dicto velut epiſtomio os obſtruxiſſet, ne nimio arrogantiæ flatu rumperetur. Verſus hoſce Sophoclis Salmaſius ita vertit in notis citatis ad Solin.

Non ille modicas ore inſpirat tibias,
Sed ſine capiſtro enormibus flat follibus.

Tollius.

25. Ἀμφικράτους] *Amphicratis* περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν, *de viris illuſtribas*, libri meminit *Athenæus l.* 13. ſed poëtam illum fuiſſe ex diſticho ibi loci adducto abunde conſtat. Ego hunc noſtrum ſoluta oratione ſcripſiſſe ex iis, quibuſcum hic conjungitur, perſuaſum habeo. Langbænius.

26. Καὶ Ἡγησίου.] fuere haud dubio *Hegeſiæ* plures; unus *Salaminius* poëta; [*Athenæus l.* 15.] de quo dubium an κύπρια ἔπη, *verſus Cyprios*, compoſuerit. De eorum auctore quæſtio ſatis antiqua. *Herodotus* in *Euterpe* eos *Homeri* non eſſe, ſed alterius cujuſpiam, probat: (*Proclus in Chreſtom. apud Photium*) nec *Hegeſiæ* eſſe, ſed *Staſini Cyprii.* Alter *Hegeſias Maroneus*, a quo *Plinius* nonnulla mutuatus eſt l. 8. Tertius *Magneſius*, quem *Halicarnaſſeus* ſophiſtam vocat, *Theon* rhetorem; uterque in eo ſtyli vitia damnat. *Dionyſius* quidem περὶ συνθέσεως ὀνομ. poſtquam luxatis ſententiis orationem *Herodoti* infractam reddiderat, ſtatim ſubjicit: Ἡγησιακὸν τὸ σχῆμα τοῦτο τῆς συνθέσεως, *hanc eſſe formam compoſitionis Hegeſianæ.* Τούτων γὰρ τῶν λήρων ἱερεὺς ἐκεῖνος ἀνήρ. *Eſt enim iſtiuſmodi nugarum vir ille antiſtes.* Et in eandem plane ſententiam *Theon Progym. cap.* 2. tum illum, tum *Aſianos* rhetores alios malæ compoſitionis reos peragit: ut qui deperirent nimium τὴν ἔμμετρον καὶ εὔρυθμον λέξιν. *Plutarchus in Alexandro Timæum* etiam frigiditatis incuſat, qui templum *Epheſi* εἰκότως ἔφη καταφλεχθῆναι, τῆς Ἀρτέμιδος ἀσχολουμένης περὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μαίωσιν. *Merito conflagraſſe dixit, quaſi Diana, tunc naſcente Alexandro, in obſtetricio munere occupata. Epiphonema*, inquit *Plutarchus*, *adeo frigidum, ut incendium ipſum reſtinxiſſe potuerit*, καταζέσαι τὴν πυρκαϊὰν ἐκείνην ὑπὸ ψυχρίας δυνάμενον. Langb.

Ibid. Ἡγησίου] Cicero in Bruto cap. 83: *At Chariſii vult Hegeſias eſſe ſimilis: iſque ſe ita putat eſſe Atticum, ut veros illos præ ſe pæne agreſteis putet. At quid eſt tam fractum, tam minutum, tam in ipſa, quam tamen conſequitur, concinnitate puerile?* Tollius.

27. Καὶ Μάτριδος.] Scripſit *Matris* teſte *Athenæo l.* 10, *Herculis encomium*; orationem puto, non poëma panegyricum. Langbænius.

28. Ἐνθουσιῶν] Id Latini dicunt *inſtinctum eſſe.* Auct. lib. de cauſis corruptæ eloquentiæ. Faber.

29. Οὐ βακχεύουσιν, ἀλλὰ παίζουσιν] Ergo βακχεύειν ſignificat numinis inſtinctu ad grandem eloquentiam ferri; ita ut ne vano tumore gaudeas, & fumos & inania captes; ſed

 pleno

9 ζουσιν. Ὅλως δ' ἔοικεν εἶναι [30] τὸ οἰδεῖν ἐν τοῖς μάλιστα δυσφυλακτότατον. [31] Φύσει γὰρ ἅπαντες οἱ μεγέθους ἐφιέμενοι, [32] φεύγοντες ἀσθενείας καὶ ξηρότητος κατάγνωσιν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπὶ τοῦθ' ὑποφέρονται, πειθόμενοι τῷ,

[33] Μεγάλως ἀπολισθαίνειν, [34] ἁμάρτημ' εὐγενές·

10 κακοὶ δὲ ὄγκοι, [35] καὶ ἐπὶ σωμάτων καὶ λόγων, [36] οἱ χαῦνοι καὶ ἀναλήθεις, καὶ [37] δήποτε περιϊστάντες ἡμᾶς εἰς τοὐναντίον· [38] οὐδὲν γάρ (φασι) ξηρότερον ὑδρωπικοῦ.

11 [39] Ἀλλὰ τὸ μὲν οἰδεῖν ὑπεραίρειν βούλεται τὰ ὕψη· τὸ δὲ μειρακιῶδες [40] ἄντικρυς ὑπεναντίον τοῖς μεγέθεσι· Ταπεινὸν γὰρ ἐξ ὅλου, καὶ μικρόψυχον, καὶ τῷ

pleno Bacchi pectore, mens prætrepida gestiat, majorque videri scriptor, nec mortale sonans, afflatus numine quando est jam propiore Dei, incipiat, totusque moveri mons circum; Liminaque, laurusque Dei, ac mugire adytis cortina reclusis. Quod de illis nunquam dicetur, de quibus Quintilianus: *Falluntur enim plurimum, qui vitiosum & corruptum dicendi genus, quod aut verborum licentia resultat, aut puerilibus sententiolis lascivit, aut immodico tumore turgescit, aut inanibus locis* bacchatur, *aut casuris, si leviter excutiantur, flosculis nitet, aut præcipitia pro sublimibus habet* (quod dicebam modo περὶ μετεώρων καὶ ὑψηλῶν) *aut specie libertatis*, &c. *Hæc sunt non nugæ*, lector, *neque enim mortualia*. Faber.

Ibid. Οὐ βακχεύουσιν] contra Calidius etiam rectum altæ orationis impetum furoris loco ducebat. Cicero in Bruto, c. 80: *quod eos, quorum altior oratio, actioque esset ardentior, furere, & bacchari arbitraretur.* De hac vero voce, instinctuque divino, videsis Cresollium, in opere sæpius laudato, laudandoque, Theatro Sophistarum. Tollius.

30. Τὸ οἰδεῖν] Cornificius ad Herenn. l. IV, c. X: *Gravi figuræ, quæ laudanda est, propinqua est ea, quæ fugienda est; quæ recte videbitur appellari, si sufflata nominabitur. Nam ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur sæpe, ita gravis oratio sæpe imperitis videtur ea, quæ turget & inflata est, cum aut novis, aut priscis verbis, aut duriter aliunde translatis, aut gravioribus, quam res postulat, aliquid dicitur. In hoc genus plerique cum declinassent, & ab eo, quo profecti sunt, aberraverunt, & specie gravitatis falluntur; nec prospicere possunt orationis tumorem.* Hoc vitio laboravit olim Antonius Musa, de quo Seneca lib. V controv. *Musa*, inquit, *multum habuit ingenii, nihil cordis. Omnia usque ad ultimum tumorem perducta, ut non extra sanitatem, sed extra naturam essent. Quis enim ferat hominem de siphonibus dicentem:* Cœlo repluunt? *De sparsionibus:* odoratos imbres? *Et in cultum viridium:* cælatas silvas? *Et in picturam*; nemora surgentia? &c. De hujusmodi Miltiades Rhetor eleganter dixit, ἐπὶ πλησίον μαίνονται, apud eundem Senecam Controversia XXV. Oritur autem hoc vitium ex judicii imbecillitate: cujus in re non dissimili perversitatem in discipulo Caphesias tibicen eleganter castigavit. Refert enim Athenæus lib. XIV, increpuisse illum discipulum, qui altissimo sono tibiam inflare meditabatur, monuisseque, οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ κείμενον εἶναι, ἀλλὰ ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα. Tollius.

31. Φύσει γὰρ] Ambitiosa sublimitatis affectatio insitum ferme omnibus vitium. Petra.

Ibid. Φύσει γὰρ] Horatius in Arte: *Professus grandia, turget.* Idem ibid. *In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.* Sic Labienus apud Senecam l. III Controv. in præfat. *Dum alterum vitium devitabat, incidebat in alterum.* Ita & Platonis imitatores, τὸ ἀρχαῖον αὐτοῦ καὶ ὑψηλὸν, καὶ εὔχαρι, καὶ καλὸν οὐ δυνάμενοι λαβεῖν, διθυραμβώδη ὀνόματα καὶ φορτικὰ εἰσέφερον, ut ait Dionys. Hal. in Dinarcho. Toll.

32. Φεύγοντες ἀσθενείας] Quintilianus lib. II, cap. III: *Quo quisque ingenio minus valet, hoc se magis attollere, & dilatare conatur: ut statura breves in digitos eriguntur, & plura infirmi minantur. Nam tumidos, & corruptos, & tinnulos, & quocunque alio cacozeliæ genere peccantes, certum habeo, non virium, sed infirmitatis vitio laborare: ut corpora non robore, sed valetudine inflantur: & recto itinere lapsi plerumque divertunt.* Tollius.

33. Μεγάλως ἀπολισθαίνειν] Notum illud, de Phaëthonte, *magnis tamen excidit ausis.* Hoc est ΜΕΓΑ´ΛΩΣ ἀπολισθαίνειν. De vi illius vocis dicam ex Platone, Luciano, &, nisi fallor, ex Herodoto. Faber.

Ibid.

inſtar commotæ Bacchi ſacris feminarum turbæ lymphati, tantum ab- 9
eſt, ut inſtinctu numinis ferantur, ut puerilibus ſententiolis laſciviant.
In ſumma, ſiquis in oratione ſcopulus eſt, qui difficulter, ac niſi ſum-
ma cum cura evitetur, is certe tumor eſt. Natura namque omnes illi,
qui ad ſublime dicendi genus adſpirant, quod ſicci videri nolint, & ex-
ſangues, in hoc ferme tumoris vitium imprudentes delabuntur, magna-
nimum hoc dictum ſecuti,

Si cadendum eſt mihi, cælo cecidiſſe velim.

Præterquam vero, quod omnis inanis tumor, quique nihil in ſe habet 10
ſolidi, non minus in oratione, quam in omni corpore vitioſus eſt; eve-
nire quoque non raro ſolet, ut efficiat id, quod ſcriptoris propoſito pla-
ne eſt adverſiſſimum. *Hydropico* namque, ut fert vetus dictum, *nil ſic-
cius.* Eſt tamen eatenus laudandus tumor, quod magnitudinem exce- 11
dere ſtudet, atque infra ſe relinquere. *Puerile* vero dicendi genus ſubli-
mitati

Ibid. Μεγάλως ἀπ.] verti, ut puto, non invenuſte, ſimili ſententia ſenſum potius quam verba exprimendo. Eſt autem ea Vagelli apud Senecam l. VI, cap. II. Nat. Qu. contra, qui temperatum dicendi genus ſequitur, *magnum periculum non adibit: alte enim cadere non poteſt*; ut eſt apud Ciceronem in Oratore c. XXVIII. Plinius lib. IX, epiſt. XXVI: *Nam plerumque altis & excelſis adjacent abrupta: tutius per plana, ſed humilius & depreſſius iter: frequentior currentibus, quam reptantibus lapſus. Sed his non labentibus nulla laus: illis nonnulla laus, etiamſi labantur.* Seneca de vita beata c. XX: *Generoſa res eſt, reſpicientem non ad ſuas, ſed ad naturæ ſuæ vires, conari alta, tentare, & mente majora concipere, quam quæ etiam ingenti animo adornatis effici poſſint.* Notum illud Ovidianum de Phaëthonte: *Quos ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.* TOLLIUS.

34. Ὅμως ἐυγ. ἁμαρτ.] ita duo Vaticani. TOLLIUS.

35. Καὶ ἐπὶ σωμάτων] Seneca de Ira l. I, cap. ultimo: *Non eſt enim illa magnitudo: tumor eſt: nec corporibus copia vitioſi humoris intenſis morbus incrementum eſt, ſed peſtilens abundantia.* Cic Tuſc. Qu. III, c. VII: *Num manus affecta recte eſt, cum in tumore eſt? aut num aliquod quippiam membrum tumidum, ac turgidum non vitioſe ſe habet?* TOLLIUS.

36. Οἱ χαῦνοι καὶ ἀναλήθεις.] Manifeſtum eſt huic voci, χαῦνοι, aliam opponi debuiſſe. Ea autem, ſi literarum ductum attenderis, nulla alia eſſe potuit, quam ἀναλθεῖς. Nam χαῦνος, ut ex Theophraſto & Medicinæ ſcriptoribus cognoſcere eſt, dicitur de frugibus male nutritis, ut poëta quidam dixit, item de carnibus fungoſis; at ἀναλθὴς is dicitur, qui præ infirmitate & virium imbecillitate augmentum nequit capere. Sed quia illa vox vulgo haud ſatis nota erat, ideo illam, ut ſæpe alias, mutarunt in ἀναλήθεις, id eſt, *falſas.* FABER.

Ibid. Χαῦνοι καὶ ἀναλήθεις] quales apud Senecam aliquot recenſentur Suaſoria prima. Nihil vero in voce ἀναλήθεις mutandum. Ita enim Dionyſius Halic. in Dinarcho: Οἱ δὲ Ἰσοκράτην, καὶ τὰ Ἰσοκράτους ἀποτυπώσασθαι θελήσαντες, ὕπτιοι, καὶ ψυχροὶ, καὶ ἀσύστροφοι, καὶ ἀναλήθεις. TOLLIUS.

37. Δήποτε] γρ. μήποτε. FR. PORTUS. Ita & Vat. 2.

38. Οὐδὲν γὰρ] Similitudo ab hydrope. ROB.

Ibid. Οὐδὲν γὰρ] Simile perelegans. PETRA.

Ibid. Οὐδὲν γὰρ (φασὶ) ξηρότερον ὑδρωπικοῦ] Jambicus verſus fuerat: οὐδὲν γάρ ἐστι ξηρότερον ὑδρωπικοῦ. Hydropici autem cur dicantur ſicci, qui tamen toti *aquoſo languore* tenentur impliciti, res eſt minime difficilis. Carnes videlicet, unde humor exprimitur, & in extima corporis invadit, exareſcunt, quaſi ſpongiam manu comprimas. Quintilianus hos rhetores vocaret *aridos, exſuccos, & exſangues:* neque aliter Cicero. FABER.

39. Ἀλλὰ τὸ μὲν οἰδεῖν] Seneca controverſia XXV: *Illi, qui tument, & abundantia laborant, plus habent furoris, ſed plus etiam corporis: ſemper autem ad ſanitatem proclivius eſt, quod poteſt detractione curari. Illi ſuccurri non poteſt, qui ſimul & inſanit, & deficit.* Exemplum idem proponit, quod reſpici poterit. TOLLIUS.

40. Ἀντικρυς ὑπεναντίον] Leg. ἄντικρύς

ΕΣΤΙΝ

12 καὶ τῷ ὄντι [41] κακὸν ἀγεννέστατον. [42] Τί ποτ' οὖν τὸ μειρακιῶδές ἐστιν; [43] ἢ δῆλον, ὡς [44] σχολαστικὴ νόησις, [45] ὑπὸ περιεργίας λήγουσα εἰς ψυχρότητα.
13 [46] Ὀλισθαίνουσι δ' εἰς τοῦτο τὸ γένος [47] ὀρεγόμενοι μὲν [48] τοῦ περιττοῦ, καὶ πεποιημένου, καὶ μάλιστα τοῦ ἡδέος, ἐποκέλλοντες δὲ [49] εἰς τροπικὸν,
14 [50] καὶ κακόζηλον. Τούτῳ παράκειται τρίτον τι κακίας εἶδος ἐν τοῖς παθητικοῖς, [51] ὅπερ ὁ Θεόδωρος παρένθυρσον ἐκάλει. [52] ἔστι δὲ πάθος ἄκαιρον καὶ κε-

ΕΣΤΙΝ ἐναντίον. Nam ὑπεναντίον ſtare non poteſt cum τῷ ἄντικρυς. Qui Græce ſciunt, &c. FABER.

41. Κακὸν ἀγεννέστατον] Reſpicit illud, quod in verſu parœmiaco,

—— ἁμάρτημ' εὐγενές.

FABER.

42. Τί ποτ' οὖν τὸ μειρακιῶδες.] Labuntur facile in hoc vitium, qui majora viribus audent. PETRA.

43. Ἢ δῆλον] Multo melius, ſi ſcribas, ἦ quam ἤ. FABER.

44. Σχολαστικὴ νόησις.] *Notio ſcholaſtica.* [*Suet. de claris rhet.*] *Scholaſtici* olim dicti Rhetores, qui venalem in ſcholis eloquentiam venditabant: unde *Scholaſticæ controverſiæ*, in in dialogo de Oratoribus, quem & *Tacito* ſtylus abjudicat; & longe aliud opus fuiſſe illud *Quintiliani, de cauſis corruptæ eloquentiæ*, abunde conſtat, ea, quæ ad finem libri octavi, cum iis, quæ in dialogo dicuntur, conferenti. *Seneca* pater *Præfatione ad controverſ.* lucu lenter docet exercitamenta Rhetorum, quæ *Ciceroniano* ſeculo *Theſes*, ab ipſo *Cicerone cauſæ*, audiebant, ſuo tandem *Declamationes* & *Scholaſticas controverſias* appellata: noſtro demum notionem iſtam in peculium ſuum vindicavit Theologia. LANGBÆNIUS.

45. Ὑπὸ περιεργίας] in Vat. 3. eſt περιεργασίας. Quintilianus nominat eam *ſupervacuam operoſitatem.* Videſis eum l. VIII, c. I: & l. XII, c. X. nec non Lucianum in Lexiphane p. 967. & ſeqq. edit. Salmur. TOLLIUS.

46. Ὀλισθαίνουσι δ' εἰς] tale quid Virgilius paſſus videtur, ſi ſtudio ac dedita opera in re triſtiſſima luſit. Ita enim de Dædalo loquitur, lib. VI Æneidos, Icari filii *caſum* effi-cturo:

Bis conatus erat caſus *effingere in auro:*
Bis patriæ cecidere *manus.* Veruntamen tam obſcure id fecit, ut vix animadvertatur. TOLLIUS.

47. Ὀρεγόμενοι μὲν] cujuſmodi hoc apud Demetrium Phaler. exemplum eſt, ubi agit de frigido, idque ex Theophraſto definit, τὸ ὑπερβάλλον τὴν οἰκείαν ἀπαγγελίαν. Οἷον, inquit; Ἀπυνδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ· ἀντὶ τοῦ ἀπύθμενος ἐπὶ τῆς τραπέζης κύλιξ οὐ τίθεται. Ubi plura. Poterit & Ariſtoteles reſpici lib. III, c. II, Rhet. idem ſubjectum tractans. Multa enim ex Alcidamante profert exempla, quæ locum hunc egregie illuſtrant. TOLLIUS.

48. Τοῦ περιττοῦ καὶ πεποιημένου.] *Eximium & fictum.* Πεποιημένον dicitur quod peregrinum in ſermone eſt, & poëticum. Sic *Halicarnaſſeus*, οὔτε τροπικὴ διάλεκτος οὐδεμία, οὐδὲ δὴ γλῶτται πολλαί τινες, οὔτε ξένα ἢ πεποιημένα ὀνόματα. Diſtinguit *Technicus* [*Theon. cap.* 4.] inter ποιητικὰ & πεποιημένα vocabula, nec non τροπικὰ, ἀρχαῖα, & ὁμώνυμα· quod poëtica ſunt ὅσα τινὸς ἐξηγήσεως δεῖται, quæ *interpretatione indigent*, ut κρήγυον & ἀντιφερίζειν. Πεποιημένα autem, ut κέλαδος, κόναβος, κελαρύζειν· [*Ariſtot. Rhet. l. 3. c. 2.*] Nimirum, quæ per ὀνοματοποιΐαν a ſonis rerum formantur. Verum hæc non ubique obtinent. LANGBÆNIUS.

Ibid. Πεποιημένου] λόγος πεποιημένος quis ſit, facile eſt diſcere; cum illi ab Halicarnaſſeo opponatur λόγος ἀφελής. M. T. Ciceroni *oratio facta* dicitur. Halicarnaſſeus alibi, p. CLXVI, orationem ſimplicem vocavit ἀποίητον. FABER.

Ibid. Πεποιημένου] *ſententiolis vibrantibus pictum* dixit Petronius: Fabius, *fictum atque compoſitum.* Cicero, *cum figmentis, fucoque puerili:* Idem in Bruto c. XXVII, vocat *pictum & expolitum genus orationis, in quo omnes verborum, omnes ſententiarum illigantur lepores. Hoc totum e ſophiſtarum fontibus defluxit in forum* &c. Item ibid. c. XXV: *quæſitas venuſtates, & elaboratam concinnitatem, & quoddam aucupium delectationis.* De re ipſa Fabius l. II, c. V: *Alterum* (cavendum eſt) *quod huic diverſum eſt, ne recentis hujus laſciviæ floſculis capti voluptate quadam prava deliniantur, ut prædulce illud genus, & puerilibus ingeniis hoc gratius, quo propius eſt, adament.* Dionyſius Halicarnaſſ. de Platonis dictio-

mitati tam contrarium est, quam quod maxime; quippe vitium animi
omnino abjecti, ac humilis, &, ut verbo dicam, pusilli. Quod si forte 12
quæras, quidnam hic appellem *Puerile?* Nil aliud esse dicam, quam 13
scholasticum dicendi genus nimia concinnitatis consectatione frigidum: in quod vitium illi prolabi solent, qui, quod argutum est, & vibrantibus sententiolis pictum, ac prædulce, affectantes, in figuratum, pravæque
æmulationis dicendi genus deflectunt. Huic vicinum est tertium vitii 14
genus, quod in inepta affectuum concitatione versatur, & a Theodoro *Parenthyrsi* nomen accepit: quum scilicet vel tragœdiæ aguntur in nugis,

diction in Epistola ad Pompejum: *συστρέψαι δὲ δέον ἐν ὀλίγοις ὀνόμασι, ἐκχεῖται εἰς ἀπειροκάλους περιφράσεις, πλοῦτον ὀνομάτων ἐπιδεικνυμένη κενόν· ὑπερίδοῦσά τε τῶν κυρίων, καὶ ἐν τῇ κοινῇ χρήσει κειμένων τὰ πεποιημένα ζητεῖ, καὶ ξένα, καὶ ἀρχαιοπρεπῆ· μάλιστα δὲ χειμάζεται περὶ τὴν τροπικὴν φράσιν· πολλὴ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἐπιθέτοις, ἄκαιρος δ' ἐν ταῖς ἐπωνυμίαις, σκληρὰ δὲ καὶ οὐ σώζουσα τὴν ἀναλογίαν ἐν ταῖς μεταφοραῖς γίγνεται· ἀλληγορίας τε περιβάλλεται μακρὰς, καὶ πολλὰς, οὔτε μέτρον ἐχούσας, οὔτε καιρόν· σχήμασί τε ποιητικοῖς ἐσχάτην προσβάλλουσιν ἀηδίαν, καὶ μάλιστα τοῖς Γοργείοις, ἀκαίρως καὶ μειρακιωδῶς ἐναβρύνεται.* Tollius.

49. *Τροπικὸν καὶ κακόζηλον*] Tropica enim, nisi sobrie petita, orationem reddunt & puerilem, & obscuram, quin & quandoque ignaviorem; certe a granditate illam submovent: pauci enim e tropis generosi sunt; eo autem delabuntur, qui satis magni animi non sunt, ut rem suam agant per figuras *νοήσεως*, & quæ sunt *ἐν πάθεσιν εὐφυεῖς.* Faber.

Ibid. *Εἰς τροπικὸν*] v. c. Paris. & S. M. *τὸ ῥωπικόν.* Sed male. Vide Demet. Phal. de Elocutione, ubi de frigido dicendi genere agit. Item Hermog. l. I de Ideis, c. VI. Photius de Choricio sophista: *ἔσθ' ὅτε γὰρ διὰ τὴν ἄκρατον τῆς τροπῆς ἐκτροπὴν εἰς ψυχρολογίαν ἐκπίπτει.* Idem de Theophylacto Simocatta: *πλήν γε δὴ ἡ τῶν τροπικῶν λέξεων, καὶ τῆς ἀλληγορικῆς ἐννοίας κατακορὴς χρῆσις εἰς ψυχρολογίαν τινὰ, καὶ νεανικὴν ἀπειροκαλίαν ἀποτελευτᾷ.* Possit & *τὸ ῥωπικὸν* defendi, quandoquidem *τὸ ῥωπεύειν* & *ῥωποπωλεῖν* est viles & nullius ferme pretii merces vendere. Cujusmodi homines *scrutarii* dicti. Hesych. *ῥῶπον δὲ ἔλεγον τὸν λεπτὸν καὶ ποικίλον φόρτον.* Apud quem pro *ῥωπήτις* lege, *ῥωποπερπερήθρας*, i. e. garrulus; & inanium nullius pretii verborum jactator: & mox, apud eundem pro *πατρίων*, lege *ἀγοραίων.* Tollius.

50. *Καὶ κακόζηλον*] *κακόζηλον*, inquit Fabius lib. VIII, cap. III; *id est mala affectatio, per omne dicendi genus peccat. Nam & tumida, & exilia, & prædulcia, & abundantia, & arcessita, & exultantia, sub idem nomen cadunt. Denique κακόζηλον vocatur, quidquid est ultra virtutem, quoties ingenium judicio caret, & specie boni fallitur: omnium in eloquentia vitiorum pessimum. Nam cetera cum vitentur, hoc petitur.* Tollius.

51. *Ὅπερ ὁ Θεόδωρος*] A Mænadum & bacchantium thyrsis tractum hoc vocabulum, quo clamosorum & tanquam furentium istorum vociferationes & gestus notantur. Petra.

Ibid. *Ὅπερ ὁ Θεόδωρος παρένθυρσον ἐκάλει.*] Scriptores satis multi *Theodori* nomine insigniti. Erat qui *περὶ αἱρέσεων* commentatus est: [*Laert. in Aristippo.*] viginti præterea *Theodoros* enumerat idem alibi. Si quis ex iis omnibus hic a *Longino* referatur, *Byzantius* erit, *ὁ ἀπὸ λόγων πολιτικῶν Orator civilis*: quem & *λογοδαίδαλον* vocat *Quintilianus* ex *Platone*, *Instit. lib.* 3. Verùm ego totus in hanc sententiam feror, ut *Theodorum Gadareum* hic intelligendum putem, qui *Gadaris* natus, docuit *Rhodi*, *Strabo lib.* 16. & se dici maluit *Rhodium*: *quem studiose audisse, cum in eam insulam secessisset, dicitur Tiberius Cæsar.* [*Quintil.* 3.] Eumque sæpius inter objurgandum *Theodorus* appellavit *πηλὸν αἵματι πεφυραμένον*, *Lutum sanguine maceratum.* [*Sueton. in Tiberio.*] Servili ipse genere natus filium reliquit Senatorem: [*Suidas*] ad *Hadriani* tempora pervenit; & inter cætera scripsit *περὶ ῥήτορος δυνάμεως*, de *facultate rhethorica*: ubi dixerim & *parenthyrsum* ab eo descriptum, & scholasticas notiones alias de novo introductas; nam & quod vulgo *Thesis*, *Theodorus* hic *κεφάλαιον ἐν ὑποθέσει* vocavit. [*Theon. cap.* 12.] *Parenthyrsus* autem committitur, quando vel *περὶ μικρῶν ὑψηλῶς*: vel *περὶ εὐτελῶν σεμνῶς* differimus. Langbænius.

Ibid. *Θεόδωρος*] Quis ille, haud affirmari possit. Nam illius nominis multi olim fuere. Sed

16 καὶ κενόν, ἔνθα μὴ δεῖ πάθους· ἢ [53] ἄμετρον, ἔνθα μετρίου δεῖ. [54] Πολλὰ γὰρ, ὥσπερ ἐκ μέθης, τινὲς εἰς τὰ μηκέτι τοῦ πράγματος, ἴδια δ' ἑαυτῶν, καὶ σχολικὰ παραφέρονται πάθη· εἶτα πρὸς οὐδὲν πεπονθότας ἀκροατὰς
17 ἀσχημονοῦσιν. εἰκότως· ἐξεστηκότες πρὸς οὐκ ἐξεστηκότας. Πλὴν περὶ μὲν τῶν παθητικῶν [55] ἄλλος ἡμῖν ἀπόκειται τόπος.

Sed cur eam figuram *παρένθυρσον* vocabat? Quia videlicet non cujuſvis eſt thyrſum ſumere, ſed ejus tantum, qui Bacchi numine inſtinctus rapiatur, & una cum aliis *συνθιασώταις* per avia feratur, vociferans, *Evoë Bacche*, &c. Quid autem? ſi pacatus, ſedatuſque auditoris tui animus ſit, thyrſum ſumes? FABER.

52. *Ἔστι δὲ πάθος ἀκ.*] Horatius in Art. *Verſibus exponi tragicis res Comica non vult.* Cicero l. II de Oratore, cap. LI: *Equidem primum conſiderare ſoleo, poſtuletne cauſa: nam neque parvis in rebus adhibendæ ſunt hæ dicendi faces; neque ita animatis hominibus, ut nihil ad eorum mentem oratione flectendam proficere poſſimus: ne aut irriſione, aut odio digni putemur, ſi aut tragœdias agamus in nugis; aut convellere adoriamur ea, quæ non poſſint commoveri.* Naſutiſſimi ſunt in hanc ſententiam verſiculi iſti Martialis, queis Poſthumum quendam, ſeu potius quoſvis iſtiuſmodi ineptos cauſarum patronos mutato nomine perſtringit, lib. VI, epigr. XIX:

Non de vi, neque cæde, nec veneno,
Sed lis eſt mihi de tribus capellis.
Vicini queror has abeſſe furto.
Hoc judex ſibi poſtulat probari.
Tu Cannas, Mithridaticumque bellum,
Et perjuria Punici furoris,
Et Syllas, Marioſque, Mutioſque,
Magna voce ſonas, manuque tota.
Jam dic, Poſthume, de tribus capellis.

Videſis & Lucillii epigr. in Meneclem, lib. II Anthol. Gr. ubi *ἄλλας λέγει Μενεκλῆς, ἄλλας τὰ χοιρίδιον.* TOLLIUS.

53. *Ἄμετρον, ἔνθα μετρίου δεῖ.*] Lego, *μέτρου δεῖ*, ut *μέτρον* reſpondere *ἐκ παραλλήλου* poſſit, *τῷ*, ΠΑΘΟΣ. FABER.

Ibid. *Ἄμετρον ἔνθα μετρίου δεῖ*] vulgatam Faber fruſtra ſollicitat. Hermogenes lib. I. de Ideis

ΤΜΗ͂ΜΑ δ'.

Περὶ τοῦ ψυχροῦ.

1 Θατέρου δὲ, ὧν εἴπομεν, λέγω δὲ [1] τοῦ ψυχροῦ, πλήρης [2] ὁ Τίμαιος, ἀνὴρ τὰ μὲν [3] ἄλλα ἱκανὸς, καὶ πρὸς λόγων [4] ἐνίοτε μέγεθος οὐκ

Τοῦ ψυχροῦ,] Demetrius Phalereus de Elocutione orationis frigidæ meminit, dicitque oſtentationis eandem, quæ frigoris, eſſe rationem. Quint. lib. 2, hæc ſcribit: *Itaque illud quæſtionis & argumentorum frigus apud corrupta judicia evitant.* *Ψυχρολογία* a Græcis dicitur, & *ψυχρολογεῖν.* PETRA.

Ibid. *Τοῦ ψυχροῦ πλήρης ὁ Τίμαιος,*] *Frigido paſſim laborat Timæus, ad alienos errores reprehendendos propenſiſſimus, propriorum autem ſenſu deſtitutus. Timæus* hiſtoricus *Siculus* Tauromenita: plura de eo *Suidas*, qui eandem ei maledicendi licentiam cum hoc noſtro objicit. Qua de cauſa pro *Timæo Epitimæum* ab *Athenienſibus* vocatum narrat, *ἀπὸ τοῦ ἐπιτιμᾶν*, *à reprehendendo.* Hoc ei nomen impoſuit *Iſter Callimachius* [*Athen. lib. 6,*] libro contra eum ſcripto, cui titulus, *αἱ πρὸς Τίμαιον ἀντιγραφαί.* LANGBÆNIUS.

Ibid. *Ψυχροῦ*] Magnum operæ pretium fuerit ea legiſſe, quæ ab Ariſtotele in III Rhetoricorum ſcripta fuere. Mirantur tamen nonnulli reprehendi ab eo Alcidamantem, qui *τὴν Ὀδύσσειαν καλὸν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου κάτοπτρον*, [*Odyſſeam pulchrum humanæ vitæ ſpeculum*] dixerit; hoc, inquam, eo mirantur magis, quod plerique ſcriptores, & in his ipſe Cicero, ita locuti ſint. (*Vide & apud Terentium in Eunucho, quæ Demea ad Syrum*] At certum eſt nimis eſſe poëticum; videlicet addenda fuerat *παραμυθία*, quam artis magiſtri vocant, quæ his vocibus adhibetur, *ὥσπερ*, *ut ita dicam, veluti*, &c. FABER.

Ibid. *Τοῦ ψυχροῦ*] Ariſtoteles l. III Rhet. c. II: *τὰ δὲ ψυχρὰ ἐν τέτταρσι γίνονται κατὰ* τὴν.

gis, ac in rebus parvis illæ dicendi faces adhibentur, quibus auditor in-
cendi solet, atque inflammari: vel quum, ubi mediocribus opus est, mo-
dus omnis exceditur. Quod plerumque fieri amat, quum veluti dulci 16
declamatoriæ levitatis multo ebrius non tam propriis, ac negotio con-
venientibus, quam ineptis suis ipsius affectibus incitatus orator abripitur.
Unde accidit, ut pro consternatione, ac stupore, cachinnos irridentium 17
commoveat: quippe qui furere apud sanos, & quasi inter sobrios bac-
chari vinolentus videatur. Sed de iis, quæ ad animi motus concitandos
pertinent, alius nobis infra dicendi locus erit.

Ideis, περὶ σεμνότητος: αἱ μετρίως μὲν οὖν ἔχουσαι τοιαῦταί εἰσίν· εἰ δὲ ὑπερβαίεν τι τοῦ μετρίου, τραχύνουσι τὸν λόγον. Paulo ante in Platone Dionysius Halic. idem vitium carpserat. Toll.

54. Πολλὰ γὰρ, ὥσπερ ἐκ μέθης,] Superioris illius nominis notationis ratio & illustratio simili constans ὑποτυπωτικῷ ἀκαίρου καὶ ἀμέτρου πάθους. Petra.

Ibid. Πολλὰ γὰρ ὥσπερ ἐκ μέθης τινὲς εἰς τὰ μηκέτι τοῦ πράγματος, ἴδια ἑαυτῶν, καὶ σχολικὰ, &c.] Legendum necessario, ΠΟΛΛΑΚΙΣ γὰρ ΤΙΝΕΣ, ὥσπερ ΕΝ ΜΕΘΑΙΣ, &c. ἴδια ΔΕ ἑαυτῶν, &c. Certa emendatio est; & cujus ratio alias reddetur. Faber.

Ibid. Πολλὰ γὰρ ὥσπερ ἐκ μέθης] sc. κατὰ τὰ πολλά. Id est, ut supra, ὡς τὰ πολλά. τὸ ἐκ μέθης frustra a Fabro sollicitatur. Rectius autem τὸ δὲ inseri jubet. Cicero ad Brutum in Oratore, cap. XXVIII: *Si is non præparatis auribus inflammare rem cœpit, furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur.* Tollius.

55. Ἄλλος ἡμῖν ἀπόκειται τόπος] Hunc tractatum promisit in fine hujus libelli; sed utrum absolverit nescio; certe hodie haud apparet. O Musæ, quantum damni fecimus! Sed hoc solatii tamen habemus, quod hic vere aureolus libellus non periit. Faber.

Sectio IV.

De Frigido.

Porro illius vitii, cui sub *Frigidi*, seu *Puerilis* appellatione secundum 1
præcedenti sectione locum fecimus, plenus est Timæus, scriptor
sane cetera egregius, & ad orationis granditatem non raro assurgens, eru-
ditus,

τὴν λέξιν· ἔν τε τοῖς διπλοῖς ὀνόμασι· πάντα γὰρ ταῦτα ποιητικὰ διὰ τὴν δίπλωσιν φαίνεται· τῷ τε χρῆσθαι ταῖς γλώτταις· τρίτον δ᾽ ἐν τοῖς ἐπιθέτοις, τὸ ἢ μακροῖς, ἢ ἀκαίροις, ἢ πυκνοῖς χρῆσθαι· τέταρτον ἐν ταῖς μεταφοραῖς ἀπρεπέσι, ἢ διὰ τὸ γελοῖον, ἢ διὰ τὸ σεμνὸν ἄγαν, καὶ τραγικόν. Vid. Dem. Phaler. & Cic. Tollius.

2. Ὁ Τίμαιος] Timæum corripit, qui Tauromenita fuit, ἐπιτίμαιος cognomento dictus, παρὰ τὸ ἐπιτιμᾶν. Vid. Diodor. Sic. l. VI, c. I. Robortellus.

Ibid. Ὁ Τίμαιος,] Non ille Platonicus, sed ejusdem nominis quidam historicus, qui se Thucydidem gravitate & vehementia facile superare posse dicebat. Plutarchus in Nicia statim initio. Petra.

Ibid. Ὁ Τίμαιος] egregie tamen laudatur a Cicerone lib. II de oratore, c. XIV: *Minimus natu horum omnium Timæus; quantum autem judicare possum, longe eruditissimus, & rerum copia, & sententiarum varietate abundantissimus, & ipsa compositione verborum non impolitus, magnam eloquentiam ad scribendum attulit.* Tollius.

3. Ἄλλα ἱκανὸς] Supple τῆς τέχνης. Sic Galenus ἱκανὸς ταῦτα, horum peritus non mediocriter. Petra.

4. Ἐνίοτε] recte hoc additum: non enim frequenter. Utebatur enim Timæus *orationis genere sententioso & arguto; sententiisque non tam gravibus & severis, quam concinnis & venustis*, uti de eo judicat Cicero de Oratore c. XCV. Tollius.

5. Πλὴν ἀλλοτρίων] In aliorum vitiis Lynceus, talpa in proprjis. Petra.

Ibid. Πλὴν ἀλλοτρίων] Horatius in Sat.

οὐκ ἄφορος, πολυΐστωρ, ἐπινοητικός, [5] πλὴν ἀλλοτρίων μὲν ἐλεγκτικώ-
τατος ἁμαρτημάτων, ἀνεπαίσθητος δὲ ἰδίων. [6] ὑπὸ δὲ ἔρωτος τοῦ ξέ-
2 νας νοήσεις ἀεὶ κινεῖν πολλάκις ἐκπίπτων [7] εἰς τὸ παιδαριωδέστατον. Πα-
ραθήσομαι δὲ τοῦ ἀνδρὸς ἓν, ἢ δύο· ἐπειδὴ τὰ πλείω προέλαβεν ὁ Καικί-
3 λιος. Ἐπαινῶν Ἀλέξανδρον τὸν μέγαν, [8] ὃς τὴν Ἀσίαν ὅλην, φησὶν, ἐν
ἐλάττοσι παρέλαβεν ἔτεσιν, ἢ ὅσοις τὸν [9] ὑπὲρ τοῦ πρὸς Πέρσας πολέμου
πανηγυρικὸν λόγον Ἰσοκράτης ἔγραψεν· θαυμαστή γε τοῦ [10] Μακεδόνος ἡ
4 πρὸς τὸν σοφιστὴν σύγκρισις. δῆλον γὰρ, ὦ Τίμαιε, ὡς οἱ Λακεδαιμόνιοι διὰ
τοῦτο πολὺ τοῦ Ἰσοκράτους κατ' ἀνδρείαν ἐλείποντο· ἐπειδὴ [11] οἱ μὲν τριά-
κοντα ἔτεσι Μεσσήνην παρέλαβον, [12] ὁ δὲ τὸν πανηγυρικὸν ἐν μόνοις δέκα
συνε-

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Soſicrates apud Stobæum, Serm. XXIII:

Ἀγαθοὶ δὲ τὸ κακὸν ἐσμὲν ἐφ' ἑτέρων ἰδεῖν.
Αὐτοὶ δ' ὅταν ποιῶμεν, οὐ γιγνώσκομεν.

Polybius in fragm. de Timæo: οὗτος ἐν μὲν ταῖς τῶν πελας κατηγορίαις πολλὴν ἐπιφαίνει δεινότητα καὶ τόλμαν· ἐν δὲ ἰδίαις ἀποφάσεσιν ἐνυπνίων, καὶ τεράτων, καὶ μύθων ἀπιθάνων, καὶ συλλήβδην δεισιδαιμονίας ἀγεννοῦς, καὶ τερατείας γυναικώδους ἐστὶ πλήρης. TOLLIUS.

6. Ὑπὸ δ' ἔρωτος] non intellexit hic Petra ὁ ξένας νοήσεις κινεῖν. Vitium hoc ſect. V dicitur τὸ καινόσπουδον περὶ τὰς νοήσεις. De quibus plura Creſollius in Theatro Sophiſt. lib. III, c. XXII. Fabius lib. VIII, c. V: *Hoc quoque accedit, quod ſolas captanti ſententias, multas neceſſe eſt dicere leves, frigidas, ineptas.* Seneca lib. IV Excerpt. de Haterio: *Hoc exemto, nemo erat e ſcholaſticis nec aptior, nec ſublimior: ſed dum nihil vult niſi culte, niſi ſplendide dicere, ſæpe incidebat in ea, quæ deriſum effugere non poſſent.* Vid. ſupra περὶ τοῦ πεποιημένου. TOLLIUS.

7. Εἰς τὸ παιδαριωδέστατον.] Ad infantiſſimum excidit. *Dum expedite loqui volunt, infantiſſimi reperiuntur*: Auctor ad Herennium. Cic. ad Quint. Frat. *Omnium nihil accuſatore Lentulo ſubſcriptoribuſque infantius.* Παιδαριωδέστερον ἢ μειρακιωδέστερον Græce dixeris. PET. Potius, *ad ſummam delabitur puerilitatem.*

8. Ὃς τὴν Ἀσίαν] Haud diſſimile eſt, ſed ſublimius, illud Epaminondæ apud Corn. Nepotem: *Quod autem me Agamemnonem æmulari putas*, inquit, *falleris. Namque ille cum univerſa Græcia vix decem annis unam cepit urbem: ego contra ea ex una urbe noſtra, dieque uno, totam Græciam, Lacedæmoniis fugatis, liberavi.* TOLLIUS.

9. Ὑπὲρ τοῦ πρὸς Πέρσας πολέμου] de Petra, *pro bello adverſus Perſas geſto.* Imo, *gerendo*; ibi enim Philippum adhortatur Iſocrates ad ſuſcipiendam in illos expeditionem. FABER.

10. Μακεδόνος πρὸς σοφιστὴν σύγκρισις] Scio per *virum Macedonem* intelligi quandoque Philippum regem [*diffidit urbium portas vir Macedo:* Horat.] per *Juvenem Macedonem* intelligi Alexandrum. [*Pellæo juveni*, &c. Juven.] Sed tamen non poſſum mihi perſuadere, ita locutum fuiſſe Di. Longinum. Debuit enim τῷ σοφιστῇ oppoſuiſſe nomen aliquod dignitatis, aut officii; neque alia ipſius ſententia eſſe potuit, quam [*Egregia vero Imperatoris cum umbratico ſophiſta comparatio.*] Quamobrem lego ΗΓΕΜΟΝΟΣ, non Μακεδόνος. FABER.

Ibid. Τοῦ Μακεδόνος] auguſtius hoc, & ſublimius, quam τοῦ ἡγεμόνος, quod Fabro placuit. Iſta enim τοῦ σοφιστοῦ πρὸς τὸν ἡγεμόνα oppoſitio σχολαστικωτέρα. Nemo enim non ſtatim magnitudinem ac dignitatem regiam concipit Alexandri, ubi τοῦ Μακεδόνος nomen κατ' ἐξοχὴν de Alexandro uſurpatum legerit: ſic ut tacita cogitatione utriuſque inter ſeſe dignitatis atque conditionis comparationem inſtituat. TOLLIUS.

11. Οἱ μὲν τριάκοντα ἔτεσι Μεσσήνην παρέλαβον.] *Lacedæmonii triceſimo tantum anno Meſſenem ceperunt*: [*Strabo l. 8. Pauſan. l. 4.*] *Meſſene* ſeu *Meſſenia*, ex quinque maritimis *Peloponneſi* regionibus una; in qua poſtea urbs *Meſſene* exſtructa: eſt & altera ejuſdem nominis in *Sicilia*, prioris colonia. *Ethnicorum* auctor hoc intereſſe refert, quod hæc *Sicula* per ſimplex σ, Μεσήνη, illa *Peloponneſi* duplici, Μεσσήνη ſcribatur: *Latinis* [*Plinio & Mela*] hæc *Meſſene*, illa *Meſſana* dicitur. Cum *Meſſeniis*, infenſiſſimi eorum hoſtes, *Lacedæmonii*

ditus, rerumque copia, & ſententiarum varietate florentiſſimus: attamen ob hoc unum inſigniter culpandus, quod, quum alienorum vitiorum inſectator ſit peracerbus, ad ſua ipſius vitia prorſus cæcutiat. Hic 2
igitur, dum novas ſubinde quærit, atque aucupatur inventiunculas, inepta horum ſenſiculorum captatione multa ſæpe putida dicit, frigida, arceſſita, ac puerilem levitatem omnino redolentia. Sufficiet ex his unum alterumve exempli gratia in medium protuliſſe: ſiquidem pleraque jam ante me Cæcilius occupavit. Alexandrum M. alicubi laudaturus, *Aſiam*, 3
inquit, *ille univerſam paucioribus annis ſubegit, quam ſuum de bello Perſis inferendo panegyricum Iſocrates abſolvit.* Egregia mehercle tanti regis cum ſophiſta comparatio! Atqui, ſi tua hæc, Timæe, ratio valeret, Lace- 4
dæmonii certe, quod ad virtutis gloriam, atque fortitudinem, nihil ad Iſocratem. Illi namque viceſimo demum anno Meſſenen expugnarunt: hic

dæmonii nec unum bellum, nec breviculum habuerunt. *Vide Pauſan. in Meſſeniis, & Iſocratem in Archedamo.* Occaſio pro vario partium ſtudio varia refertur. Primum bellum *Meſſeniacum* per viginti annos continuos duraſſe, unanimi conſenſu ſcriptores tradunt; nam per undeviginti annos obſeſſam, viceſimo tandem captam à *Lacedæmoniis Meſſenen*, ex *Tyrtæo* deducunt *Strabo lib.* 6, & *Pauſanias lib.* 4: quo tempore *Partheniæ* a *Spartanis* virginibus editi. *Tyrtæi* verſus ſic habent:

> Εἰκοσῷ δ᾽ οἱ μὲν κατὰ πίονα ἔργα λιπόντες
> Φεῦγον Ἰθωμαίων ἐκ μεγάλων ὀρέων.
>
> *Anno bis deno linquentes pinguia rura,*
> *Meſſeni Ithomes deſeruere juga.*

Incepit autem hoc bellum *Olympiadis* nonæ anno 2, *Amphia* a *Lacedæmoniis* capta; deſiit anno 1 *Olympiadis* 14: (male *Amaſæus*, *Pauſaniæ* interpres, reddit, viceſimæ quartæ:) duravit ergo ultra annos novendecim. Bellum hoc *Meſſeniacum* primum deſcripſit *Myron Prienenſis* hiſtoricus. Secundum incepit anno quarto *Olympiadis* 23, annis poſt *Ithomes* excidium quadraginta; deficientibus a *Spartanis Meſſeniis*, ſuaſore primum, poſtea duce, inclyto illo heroë *Ariſtomene*. *Lacedæmoniis* vero ductor erat *Tyrtæus* poëta, oraculi juſſu ab *Athenis* petitus. Finem habuit bellum hoc, *Ira* capta, *Olympiadis* 28 anno primo: duravit ergo non ultra duodeviginti annos. De hoc bello poëta *Rhianus* egit. Tertii etiam belli *Meſſeniorum* mentio apud *Diodorum Siculum lib.* 15; & quarti, ἐν ᾧ κατελύθησαν οἱ Μεσσήνιοι, *quo occidione penitus deleti Meſſenii*, apud *Strabonem lib.* 8. Verum hæc quamdiu duraverint non habeo dicere; nec ullum ex diligentiſſimo *Meſſenicorum* ſcriptore *Pauſania* ſubſidium; adeo ut, quomodo *Longinus* noſter, qui bellum hoc ad triceſimum uſque annum protendit, cum hiſtoricorum vulgo, qui intra viceſimum claudunt, in gratiam reducendus ſit, plane neſciam. Neque illud prorſus ἀναμφισβητούμενον, quod proxime ſubjungit. LANGBÆNIUS.

Ibid. Τριάκοντα ἔτεσι] ſcripſerat Longinus κ΄ ἔτεσι. (id eſt *viginti*) at exſcriptores librorum legerunt λ΄. ἔτεσι. (id eſt *triginta*) perperam. Id plane probabo. FABER.

12. Ὁ δὲ τὸν πανηγυρικὸν ἐν μόνοις δέκα συνετάξατο.] *Iſocrates autem ſolo decennio orationem panegyricam compoſuit*; & ſane citius pariunt elephanti. *Dionyſius* noſter ex iis eſt, qui in hac parte minimum ponunt; ſic enim alter *Dionyſius Halic.* περὶ συνθέσεως ὀνομάτων de *Iſocrate* loquens, ὁ μὲν γὰρ τὸν πανηγυρικὸν λόγον, ὡς οἱ τὸν ἐλάχιστον χρόνον γράφοντες ἀποφαίνουσιν, ἐν ἔτεσι δέκα συνετάξατο. Sunt, qui anno tandem decimo quinto perfectum ferunt; uti *Plutarchus de decem Rhetor*, τὸν δὲ πανηγυρικὸν ἔτεσι δέκα συνέθηκεν, οἱ δὲ δεκαπέντε λέγουσιν: *panegyricum annis decem* (*ante obitum*, addit interpres, haud recte) *aut, ſi aliis credendum ſit, quindecim.* Accedit *Photius Myriobibli cod.* 260. συνέθηκε μέντοι πανηγυρικὸν, οἱ μὲν ἔτεσί φασι δέκα· οἱ δὲ ἐπὶ τούτοις ἕτερα πέντε: *Panegyricum ajunt decem annis alii, aliis quinque annis elaboraſſe.* Mendoſam verſionem ſummi viri, quæ nec verbis, nec veritati conſona, ſic corrige: *alii decem annis, alii quinque ad hos* (nempe quindecim) *elaboraſſe ajunt.* Et hinc oratio iſta [*Halic. in Iſocrate*] περιβόητος λόγος, & πολυθρύλλητος audit apud auctores; quem tanto conamine fecit tandem: imo ne fecit quidem, eam totam pene [*Plut. & Photius ib.*] ex

5 συνετάξατο. [13] Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ἁλοῦσι περὶ Σικελίαν, τίνα τρόπον ἐπι-
φωνεῖ; [14] ὅτι εἰς τὸν Ἑρμῆν ἀσεβήσαντες, καὶ περικόψαντες αὐτοῦ τὰ ἀ-
γάλματα, διὰ τοῦτ' ἔδωκαν δίκην· [15] οὐχ ἥκιστα δὲ δι' ἕνα ἄνδρα, ὃς
ἀπὸ τοῦ παρανομηθέντος διὰ πατέρων ἦν, Ἑρμοκράτην τὸν Ἕρμωνος.
6 Ὥστε θαυμάζειν με, Τερεντιανὲ ἥδιστε, πῶς οὐ καὶ εἰς Διονύσιον γράφει τὸν
τύραννον· [16] ἐπεὶ γὰρ εἰς τὸν Δία, καὶ τὸν Ἡρακλέα δυσσεβὴς ἐγένετο, [17] διὰ
7 τοῦτ' αὐτὸν Δίων, καὶ Ἡρακλείδης τὴν τυραννίδα ἀφείλοντο. Καί τοι τί δεῖ
περὶ

Leontino Gorgia & *Lysia* traduxit. Imo & ipse *Gorgias* a *Melesagora* [*Plut. & Photius ib.*] suffuratus est; & Νεοπτολέμειον plane τίσιν expertus *Isocrates*, cujus panegyricum hoc *Theopompus* [*Porphyrius de Philos. historia.*] historicus defloravit: qui & hoc etiam vitium cum magnis viris commune habuit; quos, *stromatum sexto*, plagii admissi reos peragit Philosophus *Alexandrinus*. LANGBÆNIUS.

Ibid. Ἐν μόνοις δέκα] Alii autem per annos quindecim. FABER.

13. Τοῖς Ἀθηναίοις ἁλοῦσι περὶ Σικελίαν] *Captis Atheniensibus in Sicilia. Atheniensium* expeditionem in *Siciliam*, duce *Nicia* incassum renitente, susceptam, clademque ingentem a *Syracusanis* illatam, late prosequuntur *Thucydides lib.* 6, *&* 7: *Diodorus Siculus lib.* 13, & *Plutarchus in Nicia*; quo lectorem remittimus, ut exinde discat *Vesperas Siculas Atheniensibus* [*Vespres Siciliennes v. Paschasium Recherch. l.* 8. *c.* 56.] etiam accidisse, quorum & vita plurimi, & reliqui libertate mulctati: unde natum proverbium, [*Zenob.*] Ἤτοι τέθνηκεν, ἢ διδάσκει γράμματα. LANGBÆNIUS.

Ibid. Ἀθηναίοις ἁλοῦσι περὶ Σικελίαν] Vide Niciam Plutarchi; ubi de Hermis, &c. tota res fuse explicatur. FABER.

14. Εἰς τὸν Ἑρμῆν ἀσεβήσαντες καὶ περικόψαντες αὐτοῦ τὰ ἀγάλματα.] *Quod in Mercurium impii fuissent, ejusque statuas mutilassent.* Statuæ autem *Mercurii* recepto vocabulo ἑρμαῖ vocatæ sunt; quas in viis & vestibulis ædium collocabant; [*Aristoph. schol. in Pluto.*] ἐπὶ φυλακῇ τῶν ἄλλων κλεπτῶν, *in aliorum furum custodiam.* Erat enim *Mercurius* furatrinus Deus: [*Ulpian. in Orat. contra Lept.*] materia illis lignea, vel lapidea; forma talis; faciem *Mercurii* præferebant; [*Pausan.*] desinebant non in pedes, sed epistylium quadrangulare: [*Demost. contra Lep. Ulpian. ibid.*] In hoc epigrammata insculpta erant; qualia legere est apud *Plutarchum* in *Cimone*: tale illud [*Harpocrat. in* ἑρμαῖ.]

Ἀντ' εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα δῆσαν Ἀχαιοί.

Formabant autem sine manibus & pedibus, & propterea ἀγυιὰς vocabant, [*Ulpian. in Demos. Midianam*] κατὰ στέρησιν, διὰ τὸ μὴ χεῖρας ἔχειν, μηδὲ πόδας· γυῖα δὲ τὰ μέλη: unde & [*Pausanias in Atticis: Eustath. in* Ιλ.] ἐντεταμένος καὶ ὀρθιάζων, extento scilicet mutone; uti habet *Herodotus lib.* 2: quem præ oculis habuit doctissimus *Eustathius*. Neque hoc tamen de omnibus verum erat, sed iis tantum *Mercurii* anathematis, quæ senem eum referebant: eos enim ἑρμᾶς ἐντεταμένους τοῖς μορίοις exhibet *Plutarchus lib. an seni resp.*: de junioribus expresse negat *Phornutus* (quem codex noster *MS. Cornutum* vocat) οἱ δ' ἀρχαῖοι τοὺς μὲν πρεσβυτέρους καὶ γενειῶντας (*Velarius* legisse videtur γονῶντας) ἑρμᾶς ὀρθὰ ἐποίουν τὰ αἰδοῖα ἔχοντας· τοὺς δὲ νεωτέρους καὶ λείους παρειμένα παρέστησαν· *Antiqui seniores & barbatos Mercurios erectis membris faciebant, juniores & glabros reclivibus.* De reliqua supellectile *Mercuriali*, *caduceo*, petaso, talaribus, & marsupio, non dico; satis est cum *Mercurio* ἐφοδίῳ digitum intendisse. Historiam de mutilatis una nocte *Mercurii*, quotquot erant *Athenis*, statuis, late *Andocides in Orat. de Mysteriis*, (qui istius criminis reus in alios amolitur) *Thucydides lib.* 6, & *Plutarchus in Alcibiade*, *& Nicia*: præter cæteros, *ex Attico Pausaniæ lexico*, refert scholiastes τοὺς τραχήλους καὶ τὰ αἰδοῖα τοὺς ἑρμᾶς περικοπῆναι, καὶ τοὺς τοῦτο δράσαντας Ἑρμοκοπίδας καλεῖσθαι· *Mercurii statuas collis & veretris circumcisas; ejusque rei auctores Hermocopidas vocatos.* De posteriori concinit *Hesychius*; quem non gravabor ὡς ἐν παρόδῳ insigni mendo liberare; in Ἑρμῆς sic legitur: Τὸν Ἑρμῆν ἐπὶ πλάσεως ἰδίας ἔλεγον, καθάπερ ἀγαθοῦ δαίμονος, καὶ Διὸς σωτῆρος. Corrige mecum, ἐπὶ πόσεως εἴδους ἔλεγον. *Mercurium* vocabant ultimum poculum, ut aliud boni Genii, *Jovis Salvatoris* aliud; res est nota ex *Polluce*. *Phavorinus*, ut sæpe alias, ipsum hoc *Hesychii* erratum transscripsit. LANGBÆNIUS.

Ibid. Ὅτι εἰς τὸν Ἑρμῆν] non minus frigidum

hic autem orationem illam suam unico absolvit decennio. Quin &, quibus idem ille modis Atheniensibus post acceptam in Sicilia cladem insultet, cognoscere operæ pretium est. *Tam graves*, inquit, *ab Atheniensibus impietatis pœnas Mercurius exegit, violatasque Athenis statuas suas universi exercitus strage vindicavit. Quæ numinis ira eo fuit notabilior, quod unius potissimum hominis opera tota res patrata est, Mercurialis Mercurionis Filii, qui longa majorum serie ad ipsum Mercurium genus suum referebat.* Quæ quum 6
lego, mirari subit, Terentiane suavissime, cur non & in tyrannum Dionysium tale quid fuerit commentus: *Nam quod Jovis ille, & Herculis numina violaverat, a Jovio & Herculio tyrannide exutus est.* Sed quid hæc in 7
Timæo

dum est illud Pausaniæ lib. IX, quum Cajum a Chærea interfectum putat, quod in Cupidinem, propter quem Thespiæ, ut ait Cicero, visebantur, impius, ab eodem inductus, & ea mente imbutus fuerit, ut obscœnis tesseris, & contumeliosis dictis ac factis Chæream in se irritaret. Τῶν δὲ ἀσεβησάντων εἰς τὸν θεὸν, ὁ μὲν ἀνθρώπῳ στρατιώτῃ διδοὺς ἀεὶ τὸ αὐτὸ σύνθημα μετὰ πάσης χλευασίας, εἰς τοσοῦτο προήγαγε θυμοῦ τὸν ἄνθρωπον, ὥστε σύνθημα διδόντα αὐτὸν διεργάζεσθαι. de Timæo vero idem Plutarchi judicium est, unde hæc noster accepisse videtur. Is enim in initio Niciæ ait cum ὅλως ὀψιμαθῆ τινα καὶ μειρακιώδη φαίνεσθαι, καὶ κατὰ τὸν Δίφιλον, παχὺν, ἀνθυλευμένον στέατι Σικελικῷ, πολλαχοῦ δὲ ὑπορρέοντα εἰς τὸν Ξέναρχον: ubi & illud de Hermocrate Hermonis f. adfert putidum commentum, aliaque id genus plura. Latine ad *Mercurii* nomen alludendo *Mercurialem* transtuli, *Mercurionis* filium; & mox pro *Dione* & *Heraclide*, quo *Jovis* nomini allusio conveniret, *Jovium* & *Herculium*, quæ sibi cognomina Diocletianus & Maximianus aliquando adoptarunt. TOLLIUS.

15. Οὐχ ἥκιστα δι' ἕνα ἄνδρα, ὃς ἀπὸ τοῦ παρανομηθέντος διὰ πατέρων ἦν, Ἑρμοκράτην τὸν Ἕρμωνος.] Mentem auctoris non attingit hoc loco eruditus interpres; neque enim *Athenienses* propter *Hermocratem* pœnas dederunt, sed per eum; fuit enim *Syracusanarum* partium ductor; neque ille in admissi criminis culpa, sed *Athenienses* ipsi. Ego sic reddendum censeo: *Idque præcipue per unum hominem, qui, quod ad parentes spectat, a parte læsa nomen habuit, Hermocratem scilicet, Hermonis filium.* Vult enim *Timæus* in exigendis pœnis ob truncatos Ἑρμᾶς (*Mercurii* statuas) ingenium numinis conspicuum fuisse, quod eo maxime pro instrumento uteretur, qui & ipse, & pater etiam, a *Mercurio* injuria affecto diceretur. Ἕρμων enim ἀπὸ τοῦ Ἑρμοῦ. In simili nominis notatione lusit etiam *Timæus*, quando mali ominis *Atheniensibus* fuisse dixit, *quod* [*Plut. in Nicia*] ἀπὸ τῆς νίκης ἔχων τοὔνομα, (*Nicias* nimirum) *qui a victoria nomen habuit*, in expeditione ista *imperator electus munus illud detrectaret.* Unde non immerito jocatur *Longinus*, mirum esse, quod non & in *Dionysium* dixerit, quia in *Jovem* & *Herculem* impius fuisset, εἰς τὸν Δία καὶ τὸν Ἡρακλέα, ideo *Dionem* (ὡς ἀπὸ τοῦ Διὸς) & *Heraclidem* (ὡς ἀπὸ τοῦ Ἡρακλέους) *eum regno spoliasse.* Qui *Dionysii* hac ex parte commissa scire cupit, *Ciceronem de natura Deorum lib. 3, & Clem. protrept.* adeat: reliqua, quæ huc faciunt, videantur apud *Plutarchum in Dione*, & *Diodorum Siculum lib. 15, & 16.* LANGBÆNIUS

Ibid. Οὐχ ἥκιστα δι' ἕνα ἄνδρα] Lego, οὐχ ἥκιστα ΔΕ δι' ἕνα, &c. De Hermocrate, Diodorus. In quo autem sit τὸ ψυχρὸν, vides: in notatione nominis, scilicet. Hermocrates ἀπὸ τοῦ Ἑρμοῦ. Sed hæc omnibus nota sunt; aut, &c. Hoc autem δι' ἕνα ἄνδρα non significat *propter unum hominem*, aut *unius hominis causa*, sed *per unum hominem.* Nam quamvis Bonaventura Vulcanius, in Notis ad libellum de Mundo, Budæum reprehenderit, negaritque τὸ διὰ, cum quarto casu junctum, significare *per*, tamen ex quatuor locis Platonis, uno Isocratis, uno item Æschyli, ut & Luciani, contrarium probari potest. FABER.

16. Ἐπεὶ γὰρ εἰς τὸν Δία, καὶ τὸν Ἡρακλέα, &c.] Hæc ita dicit Longinus, quasi a frigido Timæo talia scribi oportuisset; nisi enim ita intelligas, nihil intelliges. FABER.

17. Διὰ τοῦτ'] διὰ ταῦτ'. Vatic. tertius. TOLLIUS.

18. Ὅπου γε οἱ ἥρωες ἐκεῖνοι, καίτοι γ' ἐκ τῆς Σωκράτους ὄντες παλαίστρας.] *Xenophontem* & *Platonem Socratis* discipulos, heröas appellat; utpote

περὶ Τιμαίου λέγειν; [18] ὅπου γε καὶ οἱ ἥρωες ἐκεῖνοι, (Ξενοφῶντα λέγω,
καὶ Πλάτωνα) καί τοί γ' [19] ἐκ τῆς Σωκράτους ὄντες παλαίστρας, ὅμως
8 [20] διὰ τὰ οὕτως μικροχαρῆ, ἑαυτῶν ποτε ἐπιλανθάνονται. Ὁ μὲν γε ἐν
τῇ Λακεδαιμονίων γραφῇ πολιτείᾳ, Ἐκείνων γοῦν ἧττον μὲν ἂν φωνὴν
ἀκούσαις, ἢ τῶν λιθίνων· ἧττον δ' ἂν ὄμματα μεταστρέψαις, ἢ τῶν χαλ-
κῶν· [21] αἰδημονεστέρους δ' ἂν αὐτοὺς ἡγήσαιο καὶ αὐτῶν τῶν [22] ἐν τοῖς ὀφθαλ-
μοῖς παρθένων. [23] Ἀμφικράτει, καὶ οὐ Ξενοφῶντι ἔπρεπε τὰς ἐν τοῖς
9 ὀφθαλμοῖς ἡμῶν [24] κόρας λέγειν παρθένους αἰδήμονας. Οἷον δέ, ἡράκλεις,
τὸ τὰς ἁπάντων ἑξῆς κόρας αἰσχυντηλὰς εἶναι πεπεῖσθαι, ὅπου φασὶν οὐδενὶ
οὕτως ἐνσημαίνεσθαι τήν τινων ἀναίδειαν, [25] ὡς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς; διό-

πτερ

utpote de eloquentia optime meritos. Nam, ut taceam reliquas grammaticorum λεπτολεσχίας, sunt qui heroas nomen suum rhetoricæ debere volunt, & rhetoricam illis originem: ἡ ῥητορικὴ ἐν τοῖς ἥρωσι πρῶτον ἐφάνη, ὅθεν καὶ ἥρωες ἐκλήθησαν, παρὰ τὸ ἐρεῖν καὶ λέγειν: verba sunt commentatoris in *Hermogenem de Statibus*, anonymi anecdoti; qui *Homerum* advocat in testimonium, [*Sic & Troilus sophista in prolegom.*] quasi tria causarum genera in heroibus suis expresserit; in *Menelao* deliberativum, qui [Ἰλιαδ. γ'.] ἐπιτροχάδην ἀγόρευε, παῦρα μέν, ἀλλὰ μάλα λιγέως. *Succincte concionabatur pauca quidem, sed valde acute.* In *Nestore* demonstrativum, [Ἰλιαδ. α'.] Οὗ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

E cujus lingua melle dulcior fluebat oratio.

In *Ulysse* autem judiciale, cui tribuere solet [Ἰλιαδ. γ.] ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν.

Verba nivibus similia hybernis.

Palæstram Socratis pro schola dixit, ille enim [*Idomeneus in Socraticis apud Laert.*] πρῶτος ῥητορεύειν ἐδίδαξε, *primus rhetoricam docuit*: & sophistis omnibus eloquentiæ palmam præripuit. Non ausim tamen hoc asserere, *palæstræ* nomen per eminentiam dici de loco, ubi docuit, licet *Academia Platonis*, *Peripatus* in *Lyceo Aristotelis*, *Cynosarges Antisthenis*, *Stoa Zenonis* fuerit: neque enim satis compertum habeo, *palæstram Socratis* esse nomen peculiare, uti erat [*Plut. in Isocrate*] *palæstra Hippocratis*: sed ut gymnasium, quod proprie locum athletarum exercitiis destinatum designat, ad professorum scholas transfertur: sic & palæstra cognatæ, imo ejusdem significationis dictio; de cujus originatione disserit *Plutarchus lib. 2, probl. 4 in Symposiacis*. LANGBÆNIUS.

Ibid. Οἱ ἥρωες ἐκεῖνοι] apertius hic noster in iis carpit, quæ Cicero tecte notavit in Bruto cap. XIX: *loquuntur*, inquit, *cum doctis, quorum sedare animos malunt, quam incitare. Sic de rebus placatis, ac minime turbulentis, docendi caussa, non capiendi loquuntur, ut in eo ipso, quod delectationem aliquam dicendo aucupentur, plus nonnullis, quam necesse sit, facere videantur.* TOLLIUS.

19. Ἐκ τῆς Σωκράτους παλαίστρας] Alicubi eandem metaphoram secutus Halicarnasseus, dixit ἀθλητὰς λόγου. FABER.

Ibid. Ἐκ τῆς Σωκρ.] Sic & Cicero *ex Academicorum spatiis* oratorem sese, quantuscunque esset, evasisse dicit, cap. III ad Brutum. alias ipse *palæstram* sophistarum concertationi forensi opponit. TOLLIUS.

20. Δια τὰ οὕτως μικροχαρῆ] μικροπρεπῆ. Longini verbum: infra repetit sect. 39. PETRA.

21. Αἰδημονεστέρους δ' ἂν αὐτοὺς ἡγήσαιο καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παρθένων.] *Xenophontem* plane ἐκ βελέων statuit vulgata lectio, quæ θαλάμοις habet, non ὀφθαλμοῖς. Loquitur historicus de *Lycurgo*, qui adolescentes sic institui curavit, ut etiam fœmineo sexu se modestius gererent; quos *verecundiores* esse dixeris [*In Repub. Laced.*] αὐτῶν τῶν ἐν θαλάμοις παρθένων. Sive autem thalamus pro mulierum conclavi, (θαλάμοις enim ἀνδρῶνας opponit *Herodotus lib.* 1) sive magis strictim pro claustro sponsarum sumatur, neuter locus a verecundia abhorret. Quod de thalamo dixi, suis non destituitur auctoribus; ut nympheum sponsorum conclave, (νυμφεῖον ὁ τόπος ἐν ᾧ οἱ νυμφίοι) [*Eustath Il.* ξ.] sic *thalamus* sponsarum: *Pindari schol.* θάλαμος κυρίως ἐστὶν οἶκος, ἐν ᾧ κατακλείονται αἱ νυμφευόμεναι: unde & virgines desponsatæ θαλαμευόμεναι dicuntur. Thalamum autem de novo constitui solitum docent *Etymologus*, & *Homeri* Ιλ β. scholiastes: atque inde *Theocritus Idyll.* 18: Πρόσθε νεογράπτω θαλάμω χορὸν ἐστήσαντο. Et

Ἡμιτε-

Timæo ego reprehendo, quum & Xenophon, & Plato, (qui viri!) ex ipsa nobis palæstra Socratis prodeuntes, dum minutos hosce, corruptosque captant sensiculos, sui quando obliviscantur ipsorum? Audi, quæso, quid ille in commentario dicat de rep. Lacedæmoniorum: *Itaque nec* 8
saxum ullum tam mutum dixeris, nec simulacrorum tam rigides vultus: adeo cum ad continendam vocem, tum ad coërcendos oculos obfirmati sunt: verecundia vero tanta, ut ipsis eos oculorum puellis fatearis antecellere. Quis, amabo, Amphicratem ferat, ne dicam Xenophontem, oculorum pupillas *puellas* appellantem *verecundas*? sed ut hoc æquis & animis, & au- 9
ribus accipiamus, nonne prodigio simile est, asseverare velle, omnes omnium pupillas esse pudibundas, quum in nulla æque corporis parte, ac in

Ἡμιτελῆ θάλαμον, dixit *Diodorus Anth. l. 3, c. 23*: eoque antiquior *Homerus*, καὶ δόμος ἡμιτελής: quo respexisse crediderim *Valerium Flaccum Argon. l. 6*:

Primo domus imperfecta cubili.

Sed frustra sumus: siquidem testis exceptione major *Longinus*, contra hodiernam codicum fidem, *Xenophontem*, ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, scripsisse asserit. Est tamen, quo *Atticam Musam* aliquatenus excusemus, si, ut [*Servius in 3. Æneid.*] aures memoriæ, frons genio, dextra fidei, genua misericordiæ; sic [*& hinc proverbium* ἐν ὀφθαλμοῖς εἶναι αἰδῶ. *Arist. rhet. l. 2. c. 6.*] oculos verecundiæ sacros dicamus: & propterea *Xenophontem juvenes e Sparta ipsis oculorum pupillis verecundiores vocasse*: per metalepsim scilicet, a poëtis sæpius usurpatam: quæ fit, quoties vocum duarum inter se diversa significantium, utraque tamen alicui tertiæ æquivocæ, secundum diversas significationes æquipollente, altera pro altera ponitur. Exempla alia suppeditabunt technici; mihi satis est vox Κόρη, quæ æquivoce & virginem designat, (quæ proprie παρθένος) & oculi pupillam, quæ γλήνη dicitur; unde fit, ut μεταληπτικῶς nonnunquam γλήνη sumatur pro virgine, ut [*Homer.* Ιλ. θ.] Ἔῤῥε κακὴ γλήνη, *facesse timida puella*. & vice versa παρθένος pro pupilla, ut in hoc *Xenophontis*. LANGBÆNIUS.

22. Ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς] Multi codices etiam impressi habent ἐν τοῖς θαλάμοις, non ὀφθαλμοῖς. Sed mirum sane: nam hic Rhetor legit ὀφθαλμοῖς. ROBORTELLUS.

Ibid. Τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παρθένων] ludit in voce κόρη, quæ & παρθένον virginem, & oculi pupillam significat: sicut & Latinis vocis *pupillæ* eadem ambiguitas est. Elegans hinc apud Athenæum Alexidis poëtæ jocus: ubi medicum dicentem,

Τῷ Καλλιμέδοντι γὰρ θεραπεύω τὰς κόρας
Ἤδη τετάρτην ἡμέραν,

alter subjiciens interrogat, ἦσαν κόραι
Θυγατέρες αὐτῷ;

& ipse forsan talibus *pupillis* medicinam facere desiderans. Nec dissimile illud Diogenis Cynici apud Diog. Laërt. ad Didymonem mœchum, puellæ oculo medentem: ὅρα, φησὶ, μὴ τὸν ὀφθαλμὸν τῆς παρθένου ἰατρεύων, τὴν κόρην φθείρῃς· Gregorius Nazianz. Carm. Jambico tertio, ad virgines:

Σὺ δὲ βδελύττου ταῦτα, μὴ χρώνης κόρας.
Φεύγων ἁπάντας ὀμμάτων διαφθορὰς,
Ὡς ἂν φυλάττῃς τὰς κόρας παρθένους.

Ceterum θαλάμοις pro ὀφθαλμοῖς etiam Stobæus in Exc. serm. 42 habet: & quantum e Xenophontis præcedentibus proxime verbis conjicere licet, ubi ait, ὅτι τὸ ἄῤῥεν φῦλον καὶ εἰς τὸ σῶφρον ἰσχυρότερόν ἐστιν τῆς τῶν θηλειῶν φύσεως, error seu lapsus memoriæ Longino potius adsignandus est, quam tam inepta & ἀνακόλουθος sententia Xenophonti. Pro μεταστρέψαις, simpliciter, in MS. Longini στρέψαις, & apud Stobæum στρεψάντων legitur, ut paulo ante ἦν ἀκοῦσαι, pro ἀκούσαις, apud eundem Stobæum. TOLLIUS.

23. Ἀμφικράτει,] Amphicrates Græcus auctor scripsit librum de viris illustribus. PETRA.

Ibid. Ἀμφικράτει, καὶ οὐ Ξενοφῶντι.] De *Amphicrate* supra nonnulla: addo ex *Plutarcho in Lucullo*, fuisse etiam istius nominis oratorem *Atticum*, qui cum *Seleuciæ* exularet, scholam ea in urbe aperire recusavit, quod diceret, ὡς οὐδὲ λεκάνη δελφῖνα χωροίη. *Pelvis delphinem non caperet.* LANGBÆNIUS.

24. Κόρας λέγειν] Lusit eadem hac τῆς κόρας ὁμωνυμία Plutarchus in libello περὶ δυσωπίας. PETRA.

25. Ὡς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς] quæ & pudoris, & impudentiæ sedes. Aristoteles lib. 11 Rhet.

10 περ Ὅμηρος τὸν ἰταμὸν, οἰνοβαρὲς, [26] κυνὸς ὄμματ' ἔχων, φησίν. Ὁ μέντοι Τίμαιος, ὡς [27] φωρίου τινὸς ἐφαπτόμενος, οὐδὲ τοῦτο Ξενοφῶντι τὸ ψυχρὸν κατέλιπεν. φησὶ γοῦν ἐπὶ τοῦ Ἀγαθοκλέους, [28] Καὶ τὸ τὴν ἀνεψιὰν, ἑτέρῳ δεδομένην, [29] ἐκ τῶν ἀνακαλυπτηρίων ἁρπάσαντα ἀπελθεῖν· ὃ
11 τίς ἂν ἐποίησεν [30] ἐν ὀφθαλμοῖς κόρας, μὴ πόρνας, ἔχων; τί δὲ ὁ τ' ἄλλα

c. XV: *καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς, καὶ τὰ ἐν φανερῷ· ὅθεν καὶ ἡ παροιμία, τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς εἶναι αἰδῶ.* Idem referente Athenæo l. XIII, dixit, *τοὺς ἐραστὰς εἰς οὐδὲν ἄλλο τοῦ σώματος τῶν ἐρωμένων ἀποβλέπειν, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἐν οἷς τὴν αἰδῶ κατοικεῖν·* Apollonius de Medea verecundiam virginalem exuente lib. III Argon. *Ἤδη γὰρ ἀπ' ὀφθαλμοὺς λίπεν αἰδώς.* In fragm. Sapphus, Alcæus: *Θέλω τί τ' εἰπεῖν, ἀλλά με κωλύει αἰδώς.* Reſpondet illa: *αἰ δ' ἦχες ἐσθλῶν ἵμερον ἢ καλῶν, καὶ μή τ' εἰπεῖν γλῶσσ' ἐκύκα κακὸν, αἰδώς κέν σε οὐκ εἶχεν ὄππατα.* Præclare Seneca l. I Nat. Quæſt. c. 16: *In perditis quoque, & ad omne dedecus expoſitis, tenerrima eſt oculorum verecundia.* Achilles Tatius l. II: *ἡ μὲν γὰρ αἰδὼς διὰ τῶν ὀμμάτων εἰσρέουσα τὴν τῶν ὀφθαλμῶν ἐλευθερίαν καθαιρεῖ.* Plura invenias apud Eraſmum in Adag. *in oculis pudor.* Mox *περὶ τὸν ἰταμὸν* legere malim. TOLL.

26. *Κυνὸς ὄμματ'*] Hinc apud Heſychium: *διακυνοφθαλμίζεται, ἀναιδῶς ἀνθίσταται.* TOLLIUS.

27. *Φωρίου τινὸς ἐφαπτόμενος*] Lego, *φωρίου ΚΥΩΝ ἐφαπτόμενος.* Ex Ariſtophane & aliis Comicis probabitur. FABER.

Ibid. *Φωρίου τινὸς*] vulgata lectio, contra quam Faber putat, ſincera eſt, & proba. *Τὰ φώρια*, res furtivæ. Themiſtius in lib. III Natur. Auſc. Ariſtotelis: *καθάπερ οἱ τὰ φώρια μετασχηματίζοντες ὑπὲρ τοῦ λανθάνειν.* Nihil autem tam frequens, quam illa Proverbiorum circumciſio. Sic Cicero lib. II de oratore, cap. LVII: *Et docebo ſus, ut ajunt, oratorem eum,* &c. Quum integrum ſit adagium, *ſus Minervam.* ſcil. docebit. Vide Caſauboni notas ad Theophraſti Eth. Characteres c. V, & Muretum lib. X, Var. lect. c. XIV. Niſi legendum *χορίου κύων ἐφ.* Gr. Proverb. *Χαλεπὸν χορίων κύνα γεῦσαι.* Schol. Theoc. Eid. ι. Horatius: *Ut canis a corio numquam abſterrebitur uncto.* Lucianus adverſus indoctum: *Οὐδὲ κύων ἅπαξ παύσαιτ' ἂν σκυτοτραγεῖν μαθοῦσα.* Vid. Eraſmum in Chiliad. TOLLIUS.

28. *Καὶ τὸ τὴν ἀνεψιὰν*] aliter hæc mihi & diſtinguenda, & legenda videntur. Ita nempe: *Φησὶ γοῦν ἐπὶ τοῦ Ἀγαθοκλέους, αὐτὸν τὴν ἀνεψιὰν* &c. *ἀπελθεῖν· [ὃ τίς ἂν ἐποίησεν ἐν ὀφθαλμοῖς κόρας, μὴ πόρνας ἔχων;]* hæc enim ſola *αὐτολεξεὶ* e Timæo deſumta: illa per compendium excerpta cenſeam. TOLLIUS.

29. *Ἐκ τῶν ἀνακαλυπτηρίων ἁρπάσαντα.*] *Anacalypteria* quid ſint, ut diſtinctius innoteſcat, date veniam (Lectores) rem ipſam paulo altius repetendi. Novam nuptam ad ſponſum velatam deducere mos erat ubique gentium ſolennis: apud *Hebræos, Græcos, Romanos.* [*Gen.* 24., 66.] *Græci* velum illud [*Poll. l.* 3, *c.* 3.] *ἑανὸν*, & *καλύπτραν* vocabant; Romani flammeum, *Tertullianus de Veland. Virg.* jugum. *Feſtus: Flammeo autem amicitur nubens boni ominis cauſa, quod eo aſſidue utebatur Flaminica, cui non licebat facere divortium.* Coloris ſanguinei, propter *ruborem cuſtodiendum*, tradit ſcholiaſtes *Juvenalis ad ſat.* 6. verum *ἐξ ἑτοίμου λαμβάνει.* Fuit enim lutei; unde poëta, [*Virg. in Ciri.*] *Ut tibi* Corycio *glomerarem flammea luto.* Et *Lucanus lib.* 2: *Lutea demiſſos velarunt flammea vultus.* Accedit *Plinius Hiſt. lib.* 21, *c.* 8, *lutei video honorem antiquiſſimum, in nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum:* qui color & in ſoccis nuptialibus obtinuit: *Seneca in Hippol.*

Luteo plantas cohibente ſocco.

Velum hoc peractis nuptiis amovere pronubæ munus. *Hymenæus* enim in nuptiis [*Martian. Capella lib.* 9.] *Mercurii,* & *Philologiæ* ſic præcipit:

Flammea virgineum quæ obnubere ſueta pudorem
Regina deme pronuba.

Dies autem, quo hoc peractum, *ἀνακαλυπτήρια* vocatus eſt, *ἡμέρα ἐν ᾗ ἐκκαλύπτει τὴν νύμφην*: [*Pollux lib.* 3. *c.* 3. *Harpocr. Suid.*] Neque id ſolum, *ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπ' αὐτῇ δῶρα, ſed & munera etiam, quæ eo die ſponſæ data, ἀνακαλυπτήρια vocata ſunt.* Data autem a ſponſo, & ab amicis, domeſticiſque, *ὅταν τὸ πρῶτον ἀνακαλύπτονται ἀνδράσιν ὁραθῆναι, cum primum viris ſe ſpectandas præberent nuptæ* depoſito velo. Hinc *Hermocrates ſophiſta*, cum *Severi* Imperatoris juſſu uxorem duceret non adeo formoſam, & e familiaribus quidam interro-

ac in oculis, impudentia stabuletur? Unde & Homerus improbum, & 10
& perfrictæ frontis, ita facit compellari; *Temulente, caninos Attollens oculos.* At meus homo, (Timæus, inquam) quasi caducam & vacuam possessionem, sic quoque frigidum hoc & ineptum Xenophontis commentum involavit. Ita enim alicubi de Agathocle loquitur: *Consobrinam vero, quæ jam in manum convenerat mariti, postridie nuptiarum ab ipso modo non nuptiali lecto per vim abduxit: quod facinus nemo, nisi cui jam constupratæ oculorum puellæ fuerint, admittere umquam ausit.* Nec minus 11
aliquando putidus (pudet dicere, at dicendum tamen est) cetera divinus Plato,

terrogaret *Quando præbiturus esset ἀνακαλυπτήρια;* urbane respondit, ἐξκαλυπτήρια μὲν ἔν, τοιαύτην λαμβάνων. *Imo potius ἐξκαλυπτήρια, qui talem duxerim.* Majores orationem, *Lysiæ* vulgo adscriptam, viderunt [*Theon. progymn.*] Περὶ ἀνακαλυπτηρίων: in qua τὸ ζητέμενον hoc fuit, *an uxori per vim ductæ licet ἀνακαλυπτήρια* retinere; uti nobiscum observavit *Philippus Maussacus ad Harpocr.* qui & hoc etiam, *Alexandrinos* θεώρητρα vocare, quæ reliqui *Græci* ἀνακαλυπτήρια. Eo adductus (uti credo) quod *Harpocration* dixerit, τὰ παρ' ἡμῖν θεώρητρα, ut qui *Alexandrinus teste Suida* fuerit. *Eustathius* [Ιλ. λ. *ex Pausaniæ lexico.*] tamen contrarium videtur innuere; & *Moschopulus* γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, dum ἀνακαλυπτήρια interpretatur, τὰ κοινῶς θεώρητρα, quæ communiter θεώρητρα. [*Harmen. in proch. lib. 4, tit. 10.*] Est autem θεώρητρον ex quaque dotis libra sex aurei. Plura suppeditabit *Joh. Meursius in gloss.* ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Qui ex glossis etiam observat eadem & ἀθρήματα vocari, δῶρα πεμπόμενα παρὰ τῶν συγγενῶν ταῖς γαμουμέναις παρθένοις. *Dona quæ a cognatis recens nuptis mittuntur.* Ἐπαύλια etiam vocata sunt, quæ die secundo a nuptiali, sponso pariter & sponsæ a patre hujus cum pompæ specie oblata; qualia sunt *patinæ, smegmata, pectines, sandalia,* &c. quæ ex *Pausania* descripsit *Suidas*, Dies autem ipse, quo hæc peraguntur, ἐπαυλία dicitur *Etymologo*, *Eustathio*, & *Hesychio*; cui per omnia æquivalet ἀπαυλία; uti & *Polluci* ἀπαύλια sunt etiam munera sponsæ data; quæ & προσφθεγκτήρια, & διαπαρθένια dona ob virginitatem amissam: ex *Agia* Comico. Nempe illud [*Juvenal. sat. 6.*]

Quod prima pro nocte datur.

Quod grassante barbarie apud *Latinos*, sed parum *Latine*, *Morganatica* audiit, Morgengabe / quod *mane daretur*. Alias *mergengabis*. donum *morganiticum*, & *vitalitia*: quæ portenta verborum si cui vacat intelligere, consulat *Ludovicum de la Cerda advers. sacr. cap.* 131. Προτέλεια etiam in eorum numero est, quod & diem designat, (*Suidas*) qua scilicet parentes novam nuptam in arcem ad *Minervam* deducebant, & dona; [Ιλ. λ.] *Eustathius* enim προτέλεια & θεώρητρα confundi putat. Apud *Halicarnasseum Antiq. l.* 4, vox ista, nescio quid in futuri conjugii sponsionem viro (ut videtur) a sponsa collatum denotat; ubi *Tarquinius* major cum minore *Tullia* contrahit. Historicus sic habet, αὐτίκα δοὺς αὐτῇ πίστεις, καὶ λαβὼν τὰ προτέλεια (mendose legitur, προτόλεια) τῶν ἀνοσίων γάμων, καὶ διαπραξάμενος ἀπέρχεται. Dona etiam, quæ sponsæ ad flammei depositionem dantur Ὀπτήρια vocantur ab *Hesychio*, & *Polluce*. Ὑπόβολον [*Bud. in Pand.*] donum ante nuptias. Est & alia non dissimilis istius vocabuli notio apud *Harmenopulum Prochir. l. 4. tit. 10*, in *hexabiblo*: *Suidas* exponit δακτυλίδιον, *annulum*: nescio an nuptialem velit; quem nascentis *Christianitatis* ævo in usu fuisse satis constat. Sunt qui originem altius repetunt; & annulum pronubum ex gemma onychina, vel amethysto, quo *Josephus* B. *Mariam* desponsavit, in *Perusia Umbriæ* civitate servari tradunt: de quo peculiari libro egit *Joh. Baptista Laurus*, *Perusinus*, *Urbano octavo* pontifici a cubiculo. Προῖξ item, quæ apud *Homerum* dotem, apud posteros pro nuptiali dono sumitur. Μείλια vel ἐπιμείλια, dona, quæ parentes nubentibus conferunt: ἕδνα, vel ἔεδνα, mutua nubentium munera: φέρνη, quod maritus sponsæ: ἐπιφέρνια, quæ illa viro tribuit. Sic enim distingui volunt literaturæ Græcæ Triumviri, [*Eustath. in* Οδυσ. α.] *Hesych. & Pollux.* Ἐπίπροικα, secundum post dotem donum exponit *Hesychius*. LANGBÆNIUS.

Ibid. Ἐκ τῶν ἀνακαλυπτηρίων.] Verte, *eo ipso die, qui post nuptias illuxit.* FABER.

30. Ἐν ὀφθαλμοῖς κόρας, μὴ πόρνας ἔχων.] Tribuit hoc *Plutarchus* rhetori nescio cui, ὅθεν ὁ μὲν ῥήτωρ τὴν ἀναίσχυντον ἐκ ἔφη κόρας ἐν τοῖς

ἄλλα [31] θεῖος Πλάτων; [32] τὰς δέλτους θέλων εἰπεῖν, [33] Γράψαντές, φησιν, ἐν τοῖς ἱεροῖς θήσουσι κυπαριττίνας μνήμας· καὶ πάλιν, [34] περὶ δὲ τειχῶν, ὦ Μέγιλλε, ἐγὼ ξυμφεροίμην ἂν τῇ Σπάρτῃ, [35] καθεύδειν ἐᾶν ἐν τῇ γῇ κατακείμενα τὰ τείχη, καὶ μὴ ἐπανίστασθαι. Καὶ τὸ [36] Ἡροδότειον οὐ πόρρω, φάναι

12 κατακείμενα τὰ τείχη, καὶ μὴ ἐπανίστασθαι.

τοῖς ὄμμασιν ἔχειν, ἀλλὰ πόρνας. *Impudentem dixit non pupillas in oculis habere sed meretrices.* Quod, præter interpretem, ad oras manuscripti *Juniani* annotavit *Stephanus ὁ μακαρίτης*, Langbænius.

Ibid. Κόρας, μὴ πόρνας] Ita & Gregor. Nazianzenus c. LXIII:

> Γράψε ποτ' ὄμματα πόρνη Ἰέζαβελ ἀγελόθυμος.
> Λοῦσέ γε μὴν πόρνας αἵματι πορνιδίῳ.

Idem Carm. III ad Virgines:

> Ὄμματα δ' ἐν νυμφῶσι τεοῖς βλεφάροισιν ἐρύχθω
> Σώφρονα.

Vid. & Plutarchum de hoc Timæi loco. Tollius.

31. Θεῖος Πλάτων.] *Divinus Plato.* Non temere, οὐδ' ὡς ἔτυχεν, epitheton hoc *Platoni* tribuit. Epitaphia passim ingerunt: [*apud Laërt. in vita*] neque vel adversarius hoc ei invidit elogium: [*Aristid. orat. Platonica* 1.] Ταῦτα λέγει Πλάτων, ὁ τοῦ ἐπιγράμματος μετέχων, καὶ δι' ὃν τὸ Ἀρίστωνος γένος θεῖον ὡς ἀληθῶς. *Hæc Plato, in quem epigramma conscriptum est, & per quem divinum plane redditum Aristonis genus.* Scholiastes ἀνέκδοτος in eum locum, epigramma illud in *Aristonem* patrem scriptum refert in hæc verba: Ὦ παῖδες Ἀρίστωνος κλεινοῦ, θεῖον γένος. *O nati Aristonis inclyti, divinum genus! quod,* θεῖον, *alii Platonis solius causa positum volunt, ut indicaret,* ὅτι θεῖός ἐστιν: *alii quia pater ejus fortiter fecerat.* Imo tam præsentis divinitatis indicia in *Platone*, ut *Aristoteles* discipulus aram ei ponere non veritus sit, hoc consignatam Carmine: [*Append. ad Anthol.*]

> Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἱδρύσατο τόνδε Πλάτωνος,
> Ἀνδρὸς, ὃν οὔτ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

Aram hanc Aristoteles Platoni posuit, viro; quem nec laudare malis fas est. Et *Longini* præceptor *Plotinus* [*Porphyr. in vita,*] a *Gallieno* Imperatore tantum non impetravit, ut *Platonopolin* conderet; urbem, in qua Philosophi ad leges *Platonis* viverent. *Cupressea monumenta* appellat *Plato* instrumenta illa, quibus pacta, emtiones, & locationes consignantur, quæ magistratus examini subjecta in templis reponi præcipit. *Cupressea* autem, quod ex cupresso pugillares olim, seu codicilli, ad scribendum facti, uti & ex ebore, citro, buxo. Langbænius.

Ibid. Πλάτων] περιφράσεις ejus ἀπειρόκαλοι, ἐπιδεικνύμενοι πλοῦτον ὀνομάτων κενόν. Uti supra ex Dionysio Halicarnass. ostendimus. Plura istiusmodi reperias apud Aristotelem lib. III Rhetor. c. III. Ita & apud Fabinm orator quidam a Cassio Severo irridetur, qui in actione *Ibericas herbas* dixerat, cum *spartum* indicare vellet. Tollius.

32. Τὰς δέλτους] Tabulas quasvis ad scribendum paratas δέλτους vocant, quod olim & ipsæ tabulæ figuræ triangularis, & libri sic compacti ad imaginem literæ Δ. Ἀπὸ τῶν δελτωτῶν βιβλίων, ἤγουν ἐκ τῶν κατὰ δέλτα πτυσσομένων γραφῶν. [*Eustath.* Ιλ. γ.] Habuerunt *Athenienses* tabulas suas æneas, δέλτους χαλκᾶς, *quibus olim insculpti & ritus patrii, & leges sacrorum.* [*Pollux lib.* 8, *c.* 10.] Nec non & Κύρβεις suas ejusdem figuræ tabulas; *primo lapideas, postea ex ligno dealbato confectas:* [*Apollonii Schol. lib.* 4.] quas & στήλας vocabant, [*Aristoph. schol. ad Nubes, & Aves. At Comment. anon. in Arist. rhet. l.* 2. *c.* 23, *refert, Athenis* (στήλην) *columnam erectam ἐν ᾗ ἔθεντο κύρβι,* (lego κύρβιν) *in qua tabulam suspendebant proditorum nominibus inscriptam.*] & ἄξονας, in quibus *Solon* leges suas perscripsit. [*Plutar. in vita.*] *Hesychius* & alii *Axones* & *Cyrbes* confundunt: qui autem accuratius loquuntur, has triangulares, illos tetragonos fuisse volunt: [*Apollon. schol. l.* 4.] deinde in his οὐσίας, *censum civium,* [*Etymol.*] in illis leges exaratas: addit inter cætera, ῥακιοσυρραπτάδης ille *Suidas*, *Cyrbes* leges de rebus sacris, *Axones* de privatis continere. Qui alibi etiam leges in eis βουστροφηδὸν scriptas fuisse refert [*in* ὁ κάτωθεν νόμος.] (quod fit cum superiori versu a sinistra ad dextram exarato, inferior a dextra regreditur ad sinistram [*Vide Pausan. in Eliacis.*]) unde fit, ut ὁ κάτωθεν νόμος apud *Demosthenem* de lege, quam inferior *Axonis* versus præferebat, exponatur. Totum illud *Suida* ex *Harpocratione* tralaticium est. Quæ continua serie apud *Suidam* leguntur, ὅτι διαμαρτάνει, & ὅτι ἑξακισχίλια sunt

Plato, qui de tabulis acturus; *quum ſcripſerint*, ait, *in templis cupreſſea deponent monumenta.* Et alibi: *Quod ad muros attinet, Megille, Spartanorum equidem ſubſcribam ſententiæ, uti quieſcere illos molliter, humique jacere ſinamus, neque eos rurſum excitemus.* Nec procul abeſt illud Herodoti, 12
Feminarum pulchritudinem morbum eſſe oculis virorum. Quamquam id ipſum excuſari quodammodo poteſt, & interpretatione benigna leniri: quod,

ſunt ad illud, de quo agit, plane ἀπϱοσδιόνυσα. In ſuum quodque ordinem redigendum eſt, prout in *Harpocratione* conſpiciuntur: inde & παρόραμα *Æmilii Porti* prodet ſeſe, qui dum illud, Οὐδεὶς γὰρ τοῦτο εἴρηκεν, ab antecedentibus divellit; & πρὸς τὰ ἑπόμενα refert, mentem auctoris plane pervertit. In eundem ſane lapidem impingit vir impenſe doctus *Phil. Mauſſacus*, qui *Harpocrationem* ſuum ſic interpungit. Ὅτι ἑξακισχίλια ἦν τάλαντα τὸ τίμημα τῆς Ἀττικῆς, Δημοσθένης φησὶν οὕτως. Ego poſt Ἀττικῆς, periodum pono; & Δημοσθένης φησὶν ad ſequentia retraho: in quibus nec correctionem *Meurſii Lection. Att. l.* 1, *c.* 1. admitto, qui pro ὀκτακισχίλια reponit ἑξακισχίλια. Fatendum quidem eſt in loco *Demoſthenis*, quem adducit *Harpocration*, ἑξακισχίλια nunc legi, idque emendatius; ſed codex *Harpocrationis* ὀκτακισχίλια habuit; vidit hoc Criticus, & virgula notavit, in hanc ſententiam: *Cenſus* Atticæ 6000 *talenta. Demoſthenes in oratione de claſſibus ita dicit:* Agri noſtri cenſum audiet eſſe 8000 talenta. *Quod vel erratum eſt ſcripturæ, vel forte orator hoc aſtute dixit, ut reſpub. majores facultates habere videretur ad bellum cum rege gerendum. Cenſus enim Atticus revera ſex millia talentum: Philochorus in decimo hiſtoriæ Atticæ: & Orator ipſe diviſis poſtea rationibus, varium eorum calculum inſtituens oſtendit.* Locum intelligit ubi *Demoſthenes* 60 talenta partem centeſimam cenſus, 120 partem quinquageſimam vocat: inde enim conficitur integrum eſſe ſex millia. LANGBÆNIUS.

Ibid. Τὰς δέλτους θέλων, &c. κυπαριττίνας μνήμας] Locus eſt in V. Legum. Nihil nequius *his memoriis cypariſſinis.* Sed Plato, quem ob Atticiſmum (τῆς λέξεως dico) mirari ſoleo, interdum mirifice, &c. pudet dicere. Sed ſexcenta παιδαριώδη olim ſufficient. Locus, de quo mox Longinus, occurrit in VI Legum. Sed unde hoc ſumpſerat Plato? ex Æſchylo, qui *memorioſis tabulis pectoris aliquid inſcribere* dixerat. Locus eſt in Prometheo vincto: Ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν. FABER.

33. Γράψαντες,] Νόμων ε. PETRA.

34. Περὶ δὲ τειχῶν,] Νόμων ς. PETRA.

35. Καθεύδειν ἐᾶν] non inuſitata eſt Græcis hæc tranſlatio: nec peccavit in ea Plato, niſi quod hic apertius arceſſita eſt, &, ut noſter optime, puerilius, neque pro dignitate argumenti. Ita enim ipſe alibi; in Phædro: Τισίαν τε καὶ Γοργίαν ἐάσωμεν εὕδειν. οἳ πρὸ τῶν ἀληθῶν τὰ εἰκότα εἶδον ὡς τιμητέα μᾶλλον. Euripides Hecuba:

Ὡς οὔποτ' εὕδει λυπρὰ σοῦ κηρύγματα.

Idem Phœniſſis:

Ἐλπίσιν δ' οὔπω καθεύδουσ', αἷς πέποιθε
σὺν θεοῖς.

& Electra:

Εὕδοντ' ἂν ἐξέγειρε τὸν Ἀγαμέμνονος φόνον.

Elegantiſſime vero Pindarus Iſthm. Ode. IV: Ἐκ λεχέων ἀνάγει φάμαν παλαιὰν εὐκλέων ἔργων· ἐν ὕπνῳ γὰρ πέσεν. ἀλλ' ἀνεγειρομένα χρῶτα λάμπει, &c. Idem Iſthm. Odor. VII: Παλαιὰ γὰρ εὕδει χάρις. Callimachus: τί δάκρυον εὗδον ἐγείρεις; Lycophron, verſ. 1362:

Λοῖσθος δ' ἐγείρει γρυνὸς ἀρχαίαν ἔριν,
Εὕδον πῦρ ἤδη τὸ πρὶν ἐξάπτων φλογί.

Vid. Sophcl. Colon. Oed. p. 272 edit. Canter. Plato alia non diſſimili uſus adagiali locutione de ſaltatione Bacchica l. 7. de leg. ἐνταῦθα δὲ κείμενον ἐάσαντας κεῖσθαι, νῦν &c. Ita fere Virgiliana Juno l. XII ad Jovem:

Occidit; occideritque, ſinas, cum nomine Troja.

Optime vero diligens Platonis lector & æmulus Cicero his Platonis uſus eſt. Ita enim pro Marcello c. VIII: *Omnia ſunt excitanda tibi, C. Cæſar, uni, quæ jacere ſentis, belli ipſius impetu, quod neceſſe fuit, perculſa atque proſtrata.* Quod autem Spartiatas attinet, eorumque ſententiam, non ſatis eam mihi cepiſſe interpres Gallicus videtur. Agit enim hic Socrates de muro Piræei, ſeu μακροῦ τείχους, a Spartanis dejecto, uti pluribus in vita Lyſandri Cornelius Nepos tradit. Sed reſpici locus poteſt: Non enim jam mihi Plato ad manus. TOLLIUS.

36. Ἡροδότειον οὐ πόῤῥω] In Terpſichore, qui hiſtoriæ lib. 5, ita loquuntur ſeptem Perſæ apud Amyntam Macedonum regem: vide locum. PETRA.

φάναι τὰς καλὰς γυναῖκας [37] ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν· [38] καί τοί γε ἔχει
13 τινὰ παραμυθίαν. Οἱ γὰρ παρ' αὐτῷ ταυτὶ λέγοντές εἰσιν οἱ βάρβαροι, καὶ
ἐν μέθῃ· [39] ἀλλ' οὐδ' ἐκ τοιούτων προσώπων διὰ μικροψυχίαν καλὸν
ἀσχημονεῖν [40] πρὸς τὸν αἰῶνα ἅπαντα.

37. Ἀλγηδόνας] οὕτω τροπικῶς barbari εὐμόρφους γυναῖκας ex παχυτέρῳ illo translationum genere, de quibus Herm. ἐν τῇ σεμν. Comicum ita decuit loqui in Phormione; *Vin primum hodie facere, quod ego gaudeam? & quo tuo viro oculi doleant?* PETRA.

Ibid. Ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν.] Habet & hoc *Herodoti* excusationem aliam, nempe quod *Alexander* postea mulieres Persicas dolores oculorum appellavit: ὡς εἰσὶν ἀλγηδόνες ὀμμάτων αἱ Περσίδες. [*Plutar. in Alex.*] LANGB.

Ibid. Ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν] Nollem hunc locum a Longino attrectatum; & miror hoc quoque, quod dicat Herodotum ἀσχημονεῖν πρὸς αἰῶνα, qui retulerit hoc Persarum dictum, quod & placuit Alexandro M. & ingeniosum est sine turpitudine, & ad cujus exemplum tot alia formata a præstantissimis scriptoribus fuere. Deinde suum quæque gentes genium habent: aliter Scythæ, Græci, Hebræi, Persæ φαντάζονται. Notum illud cujusdam apud Plutarchum, qui formosum puerum febrim filii sui esse dicebat. *Tuos mores illi morbum esse scio.* Terent. Apud Ovidium pæne infinita. Dum hæc scribo, incidi forte in locum quendam Dionysii Halicarnassei, περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμάτων pag. CXXXIX, vol. II. cujus emendatio ne pereat, hic a me adscribetur: Ἁλικαρνασσεὺς Ἡρόδοτος γενόμενος ὀλίγῳ ΠΡΟΤΕΡΟΝ τῶν Περσικῶν. Itaque, si hæc vera sunt, vixerit Herodotus, ante tempora Persica. Sed cave hanc injuriam Dionysio feceris, ut credas tale quid unquam ab eo scriptum fuisse; legendum enim ὀλίγῳ ΥΣΤΕΡΟΝ; *paulo post tempora Persica.* Quod probari nihil necesse est. FABER.

Ibid. Ἀλγηδόνας] Photius epist. XLIX Alexandrum mulieres Persicas βολίδας ὀμμάτων appellasse tradit. Id est, *oculorum jacula*, quibus illi configerentur. Hausisse hoc eum liquet ex Plutarcho, quamvis aliquantum immutaverit. Nec dolent solum oculi, ubi τὰς καλὰς ἐρωτικώτερον intuentur, sed & pervertuntur, si M. Varroni habenda est fides. Ille enim perquam venuste, apud Nonium; *multi enim*, inquit, *qui limina intrarunt integris oculis, strabones sunt facti: habet quiddam enim* ἑλκυστικὸν *provincialis formosula uxor.* Plura Victorius l. II Var. cap. V, ubi Herodotum contra Longinum defendit. Apud Æschylum

ΤΜΗΜΑ ε'.

Πόθεν αἱ κακίαι, περὶ ὧν ἔμπροσθεν διελέχθη.

1 [1] ΤΑῦτα μέντοι τὰ οὕτως ἄσεμνα διὰ μίαν ἐμφύεται τοῖς λόγοις αἰ-
τίαν, διὰ τὸ περὶ τὰς νοήσεις [2] καινόσπουδον, περὶ ὃ δὴ μάλιστα
2 [3] κορυβαντιῶσιν οἱ νῦν. [4] Ἀφ' ὧν γὰρ ἡμῖν τἀγαθὰ, σχεδὸν ἀπ' αὐτῶν τού-
3 των καὶ τὰ κακὰ γίγνεσθαι φιλεῖ. [5] Ὅθεν ἐπίφορον εἰς συνταγμάτων κατόρ-
θωσιν τά τε κάλλη τῆς ἑρμηνείας, καὶ τὰ ὕψη, καὶ πρὸς τούτοις αἱ ἡδοναί·
καὶ αὐτὰ ταῦτα καθάπερ τῆς ἐπιτυχίας, οὕτως ἀρχαὶ καὶ [6] ὑποθέσεις τῆς
ἐναν-

Ταῦτα] Νοήσεις novæ & inusitatæ reprehenduntur. ROBORTELLUS.

2. Καινόσπουδον,] φιλόκαινον novitatis studium. PETRA.

3. Κορυβαντιῶσιν.] Quæ sit vis vocis hujus dicemus postea ad auctoris *sect.* XXXVIII. LANGBÆNIUS.

Ibid. Κορυβαντιῶσιν οἱ νῦν] *conari perdite*, dixit Quintilianus lib. II, c. XII: *insanire* Seneca Suasor. I. Adi porro Fabium lib. VIII, cap. V, & Plinium Jun. in Epistolis. TOLLIUS.

4. Ἀφ' ὧν γὰρ ἡμῖν] quam facile sit in scribendo errare & labi, ostendit. ROBORT.

Ibid. Ἀφ' ὧν γὰρ ἡμῖν] Sic ἀπὸ πράξεων ἐπαινεταὶ, καὶ φαῦλαι, ἢ ψεκταὶ ἕξεις. Arist. Nicomach. 2. PETRA.

Ibid. Ἀφ' ὧν γὰρ ἡμῖν] quia vitia virtutibus vicina sunt. Qua de re eleganter Horatius in Arte,

quod, qui ad hunc modum apud ipſum loquuntur, barbari ſint, & vino pleni. Verumtamen ne ſic quidem, quamvis intra ſpem veniæ, pec- 13
candum, neque tam parva voluptas, per ejuſmodi licet hominum ſpeciem quæſita, cenſoria fuerat univerſæ poſteritatis nota redimenda.

ſchylum in Agamemnone Helena μαλθακόν ὀμμάτων βέλος. Vid. p. 181 Edit. Canteri. Tollius.

38. Καί τοί γε ἔχει] Dionyſius Halicarn, pag. LXV: ζητητέον δὲ, πότερον Ἕλλην ὁ λέγων, ἢ βάρβαρος καθόλου· πολλὴ γὰρ διαίρεσίς ἐστι, καὶ διάκρισις Ἑλληνικοῦ ἤθους, καὶ βαρβαρικοῦ· εὑρήσεις γὰρ ἀγροικότερα τὰ βαρβαρικὰ ἔθη, καὶ τραχύτερα πῶς, καὶ ἔχοντά τινα αὐθάδειαν, ὥσπερ καὶ ὁ Πλάτων τὸν Αἰγύπτιον λέγοντα εἰσάγει· ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε. μάθημα δὲ οὐδὲν ἔχετε χρόνῳ πολιόν· ἐνταῦθα γὰρ καὶ ἡ τροπὴ τῶν ὀνομάτων δηλοῖ τὸ ἴδιον τῶν βαρβάρων. Ubi plura: veluti μανίας πόμα, de vino. Tollius.

39. Ἀλλ' οὐδ' ἐκ τοιούτων, &c] *Sed neque ex iſtiuſmodi hominum exemplo, ob degeneris animi vitium, in omne ævum fas eſt ineptire.* Sic enim legit *Stephanus*, ἀσχημονεῖν πρὸς τὸν αἰῶνα ἅπαντα. Ταῦτα μέν τοι, &c. Langbænius.

Ibid. Ἀλλ' οὐδ' ἐκ τοιούτων προσώπων διὰ μικροψυχίαν καλὸν ἀσχημονεῖν πρὸς τὸν αἰῶνα] Quid hoc ſit, Lector, *indecore ſe gerere ex perſonis talibus?* Surſum, deorſum verſa, nihilo plus ages, quam ſi nil egeris: aut probe fallor. Videlicet locus corruptus eſt, & turpi ac ridiculo errore fœdatus. Non enim προσώπων ſcripſerat Longinus: apage; ſed προφάσεων. Cum autem πρόφασις *prætextum, rationem, ſpeciem, obtentum, cauſam,* &c. ſignificet, res plana eſt. Duas enim προφάσεις habebat Herodotus, queis ſeſe tutari poſſe videretur, quod & qui ita loquerentur, eſſent Barbari, neque Barbari tantum, ſed & vino corrupti. Ait autem Longinus *hujuſmodi rationes non ſatis cauſæ eſſe, ut quis indecora ſcribere debeat.* Faber.

40. Πρὸς αἰῶνα] *Ad poſteros*; vel *coram poſteris, qui tui ſpectatores, aut, lectores erunt.* Vocem ſequentem [ἅπαντα.] jungebat Stephanus cum [αἰῶνα.] verum id feciſſe haud ſane attinebat. Faber.

Ibid. Πρὸς τὸν αἰῶνα ἅπαντα.] ita Stephanus. Et ſic infra ſect. XIV, πρὸς τὸν τῆς ὑστεροφημίας ὅλης χρόνον. Et ſect. IX: Τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐξενεγκεῖν τι ἄξιον. Item ſect. XIV, ὁ μετ' ἐμὲ πᾶς αἰών. Rurſus ſimpliciter ſect. ult. διηκόντων πρὸς τὸν αἰῶνα, eodem ſenſu. Videtur tamen τὸ ἅπαντα cum præcedentibus potius quam, cum ſequentibus cohærere. Niſi quis cum V. C. S. Marci legere malit: Ἅπαντα μέντοι τὰ οὕτως &c. ſine τοιαῦτα. Tollius.

Sectio V.

Unde ea fluant vitia, de quibus ſupra diſputatum.

HÆc autem, & quæ alia ad hunc modum gravitati dignitatique ora- 1
tionis adverſantur, non aliunde provenire certum eſt, quam ab immodica novas excogitandi ſententias libidine, circa quas nunc homines
diſerti inſaniunt. Etenim ex quo fonte virtutes oriuntur, ex eodem fer- 2
me & vitia ſcaturire ſolent. Itaque quæ ad magnificentiam ſplendoremque 3
mirum in modum faciunt orationis, cujuſmodi ſunt exornationes elocutionis, tum vero maxime Sublimitas, & quæ his accedit ſuavitas, ea quan-

Arte, & Demetr. Phaler. ubi de frigido genere dicendi agit: item Cornificius ad Her. Toll.

5. Ὅθεν ἐπίφορον] Lego: τὸ ΓΟΥ͂Ν ἐπίφορον, & mox pro καὶ αὐτὰ ταῦτα, lego, τὰ τοιαῦτα. Mox etiam [καὶ τῶν ἐναντίων,] delendum illud καί. Faber.

Ibid. Ὅθεν ἐπίφορον] τὸ ὅθεν mihi videtur e gloſſemate τοῦ φιλεῖ, τῷ εἴωθεν, in textum irrepſiſſe, abſorpta tamen prima ſyllaba ab ultima vocis præcedentis. Lego vero, Ἐπίφορα μὲν οὖν εἰς &c. Et τελείαν στιγμὴν pono poſt ἡδονῇ· & ἀλλ' αὐτὰ ταῦτα, pro καὶ αὐτὰ ταῦτα. Tollius.

6. Ὑποθέσεις] αἰτίαι. Vide de variis ejus vocis

ἐναντίων καθίσταται· τοιοῦτόν πως καὶ αἱ μεταβολαὶ, καὶ αἱ ὑπερβολαὶ, καὶ τὰ
4 [7] πληθυντικά. Δείξομεν δ' ἐν τοῖς ἔπειτα [8] τὸν κίνδυνον, ὃν ἔχειν ἐοίκασι·
[9] διόπερ ἀναγκαῖον ἤδη διαπορεῖν, καὶ ὑποτίθεσθαι, δι' ὅτου τρόπου τὰς
ἀνακεκραμένας κακίας τοῖς ὑψηλοῖς ἐκφεύγειν ἂν δυναίμεθα.

vocis significationibus Sextum Empir. adversus Mathem. p. 84. Tollius.

7. Πληθυντικὰ] Quæ interdum vanissima sunt, & dithyrambici tumoris; interdum contra. Quis enim amet *quietes*, *insomnias*, *paupertates*? Tamen eorum usus pendebit e granditate argumenti & affectuum, uti fere alia omnia, queis modus a prudentia est. Faber.

8. Τὸν κίνδυνον] atqui eas cummaxime hujusce-

ΤΜΗ͂ΜΑ ϛʹ.

Ὅτι ἡ τοῦ ἀληθινοῦ Ὕψους ἐπιστήμη, καὶ ἐπίκρισις, οὐ ῥᾷδιον.

1 Ἔστι δὲ, [1] ὦ φιλότης, εἴ τινα περιποιησαίμεθ' ἐν πρώτοις καθαρὰν
τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὕψους ἐπιστήμην καὶ ἐπίκρισιν· [2] καίτοι τὸ πρᾶγμα
2 δύσληπτον. [3] Ἡ γὰρ τῶν λόγων κρίσις πολλῆς ἐστι πείρας τελευταῖον
3 [4] ἐπιγέννημα. Οὐ μὴν ἀλλ', ὡς εἰπεῖν ἐν παραγγέλματι, ἐντεῦθέν ποθεν
ἴσως τὴν διάγνωσιν αὐτῶν οὐκ ἀδύνατον πορίζεσθαι.

Ὦ φίλος) Lego, ὦ φιλότης. Probarem, si opus foret. Lucian. Philostratus, &c. Faber.

2. Δύσληπτον] Tale quid scripsit Halicarnasseus in libro περὶ συνθέσεως τῶν ὀνομάτων, ut & rhetor Hermogenes. Faber.

3. Ἡ γὰρ τῶν λόγων] perquam difficile esse de artificiosa oratione loqui, docet. Robortellus.

Ibid. Ἡ τῶν λόγων κρίσις πολλῆς ἐστι πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα.] *Scriptorum Crisis est longæ experientiæ accessio ultima.* Ecce elogium, quod celeberrimus *Criticus* arti suæ tribuit; quam supra dixi supremam Grammatices partem constitui. Ὃ δὲ κάλλιστόν ἐστι πάντων τῶν ἐν τῇ τέχνῃ. [*Dionys. Thrax.*] De qua multa & erudita *Maussacus in dissert. Critica.* Unicum hoc superaddo: utcunque *Dionysius* ipse sex Grammaticæ partes faciat, ejus tamen Commentator *Gr. MS.* quatuor tantum ab antiquis agnitas refert: Διορθωτικὸν, quæ in emendatione auctorum: ἀναγνωστικὸν, in lectione, ἐξηγητικὸν, in enarratione; & demum κριτικὸν, quæ in judicio consistit. *Criticus autem discipulis tradere solebat, quæ poëtarum effata recte, vel perperam, quæ apposite, vel secus, opportune vel intempestive ponerentur: nec non, qui versus obelo, qui asterisco*

ΤΜΗ͂ΜΑ ζʹ.

Πῶς ἂν οἷόν τε ᾖ τοῦ Ὕψους αἰσθάνεσθαι.

1 Εἰδέναι χρὴ, φίλτατε, [1] διότι, καθάπερ κἀν τῷ κοινῷ βίῳ, οὐδὲν ὑπάρχει μέγα, οὗ τὸ καταφρονεῖν ἐστι μέγα, οἷον πλοῦτοι, τιμαὶ, δόξαι, τυραννίδες, καὶ ὅσα δὴ ἄλλα ἔχει [2] πολὺ τὸ ἔξωθεν προστραγῳδούμενον,

Διότι] ὅτι ed. Robortellus.

2. Πολὺ τὸ ἔξωθεν προστραγῳδούμενον.] Τὰ ἔξωθεν dicuntur passim bona externa, seu fortunæ: uti sunt, quæ hic recensentur, divitiæ & honores. Οἱ ἔξω autem, & οἱ ἔξωθεν, in sacra pagina vocantur, quotquot a Christianis sacris alieni: [1 *Cor.* 5, 12. 1 *Tim.* 3, 7. & *alias.*] unde consuetudo invaluit, ut Scriptores

quandoque ipſa cauſſa ſunt & origo diverſiſſimorum a felici audacia vi-
tiorum. Cernere id eſt in Hyperbatis, & Pluralibus: quæ quam prope
periculum ſint, infra oſtendetur. Quare per mihi neceſſarium videtur, 5
ut certa jam quædam & perſpicua ratio inveſtigetur, ſtatuaturque, cu-
jus ope atque indicio adjuncta ac vicina grandibus vitia queant evitari.

hujuſcemodi homines ſectari ſeſe ſententias profitebantur, *quarum optima quæque a periculo traheretur*; ut Fabius teſtatur l. 11, c. XI. Tollius.

9. Διόπερ ἀναγκαῖον] Quomodo vitia in oratione grandi vitari poſſint, indiçat. Robortellus.

Sectio VI.

Veræ Sublimitatis ſcientiam & judicium non eſſe in proclivi.

EA vero, Terentiane Amiciſſime, hæc erit, ſi quam nobis inprimis 1
claram diſtinctamque veræ Sublimitatis perceptionem, dijudicandi-
que facultatem comparaverimus. Sed hanc conſequi, nanciſcique, nec 2
parva res eſt, nec exigui laboris. *Firmum enim, & extra periculum poſi-* 3
tum de quibuſvis ſcriptis judicium multæ demum, diffuſæque lectionis, &
aſſidui in iis ponderandis, examinandiſque uſus atque exercitationis, ultimus
quaſi quidam fœtus eſt, & acceſſio. Quæ quoniam via longior eſt, agedum
diſpiciamus, ecquo breviore flexu, per quandam veluti præcipiendi ra-
tionem, ad hanc judicandi facultatem pervenire valeamus.

ſco notandi, docere. Ὁ κριτικὸς τὴν τῶν ποιητῶν καλῶς ἢ κακῶς, ἐν δέοντι ἢ μὴ ἐν δέοντι, εὐκαίρως ἢ ἀκαίρως τιθεῖσαν ἔννοιαν παρεδίδου τῷ νέῳ. Paulo latius quam apud *Diomedem Varro.* [*Gram. l.* 2.] Langbænius.

Ibid. Ἡ γὰρ τῶν λόγων κρίσις] μέγα μέρος ἡγέομαι τῆς τέχνης εἶναι, τὸ δύνασθαι κατασκοπέεσθαι περὶ τῶν γεγραμμένων ὀρθῶς. Hippocrates de dieb. judicator. c. 1. Exemplum noſtræ, fortaſſean infelicis, κρίσεως huc adſcribendum duxi, ut & lector ſuum exerceat judicium. Extrema Æneæ Sibyllam adloquentis verba ſunt in ſexto divini operis:

Foliis tantum ne carmina manda,
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.
Ipſa canas, oro. Finem dedit ore loquendi.

Aut ego mirum in modum fallor, aut hoc ultimum Hemiſtichium ab alio quovis potius inepto homine, quam a Virgilio profectum eſt. Conſulantur aures: qui ferent illud *oro* & *ore* in eodem verſu? Conſulatur item ratio: & reſpiciat illa τὸ ἀσύνδετον. Tollius.

4. Ἐπιγέννημα] Nil verius, nil melius; nam critica facultas veluti flos eſt τῆς εὐφυΐας, καὶ φιλοπόνου διδαχῆς; & qui ibi ſunt, ad ſummum venere; ἄλλοι δ' ὥσπερ σκιαὶ ἀΐσσουσι, ut ille cordatiſſimus mortuorum apud Homerum. Faber.

Sectio VII.

Quomodo id, quod Sublime eſt, intelligi, cognoſcique poſſit.

Non te fugit, mi Poſthumi, quemadmodum nihil in hac vita magnum 1
eſt, cujus deſpectus in rebus magnis numeretur, (quod genus di-
vitiæ ſunt; item honores, imperia, dignitates, quæque alia hujuſcemo-
di in ſpeciem magnifica inani fulgore, ac velut ſcenico apparatu, oculos
in ſe

res Ethnici apud Patres ubique audiant, οἱ ἔξωθεν, & οἱ θύραθεν: ut profanæ literæ, ἡ ἔξω παίδευσις, & ἑλληνική; ſacræ βαρβαρική: [*Tatian. contra Græcos.*] imo & apud *Græcos*

dividitur mare, εἰς τὴν ἔξω, vel ἐκτὸς θάλασσαν. καὶ τὴν ἔσω, vel ἐντός: [*Apollonii ſchol. Strabo l.* 2. *&* 3.] illo *Atlanticum* mare, hoc nomine *Mediterraneum* vocant: unde inter anti-

δύμενον, οὐκ ἂν τῷ γε φρονίμῳ δόξειεν ἀγαθὰ ὑπερβάλλοντα, ὧν
2 αὐτὸ τὸ περιφρονεῖν ἀγαθὸν οὐ μέτριον. [3] Θαυμάζουσι γοῦν τῶν ἐχόντων αὐτὰ
μᾶλλον τοὺς δυναμένους ἔχειν, [4] καὶ διὰ μεγαλοψυχίαν ὑπερορῶντας.
3 Τῇ δέ που καὶ ἐπὶ τῶν διηρμένων ἐν ποιήμασι καὶ λόγοις ἐπισκεπτέον, μή
τινα μεγέθους [5] φαντασίαν ἔχοντα, ἢ πολὺ πρόσκει) [6] τὸ εἰκῇ προσανα-
πλαττόμενον, [7] ἀναπτυσσόμενα δὲ, ἄλλως εὑρίσκοιτο χαῦνα, ὧν τοῦ θαυ-
4 μάζειν τὸ περιφρονεῖν εὐγενέστερον. [8] Φύσει γάρ πως [9] ὑπὸ τ' ἀληθοῦς
ὕψους ἐπαίρεταί τε ἡμῶν ἡ ψυχὴ, καὶ γαῦρόν τι [10] παράστημα λαμβάνουσα
5 πληροῦται χαρᾶς καὶ μεγαλαυχίας, ὡς αὐτὴ γεννήσασα, ὅπερ ἤκουσεν. Ὅ-
ταν οὖν [11] ὑπ' ἀνδρὸς ἔμφρονος, καὶ ἐμπείρου λόγων, πολλάκις ἀκουόμενόν
τι πρὸς

antiquiores *Homeri* enarratores, *Cratetem* & *Aristarchum*, controversum est, an *Ulysses* erraverit ἐν τῇ ἔξω θαλάσσῃ, an ἐν τῇ ἔσω: [*Gell. l.* 14, *c.* 6.] Hoc autem nomine appellabant maria illa, quibus Romanum Imperium olim terminatum. [*Idem lib.* 10, *cap.* 7.] Græci autem ipsi maris sui fines statuebant inter *Cyaneas* insulas, & *Chelidonias*, uti ex *Plutarcho in Cimone* notavit *Seldenus in mari clauso*, noster ὁ θαυμάσιος. LANGBÆNIUS.

3. Θαυμάζουσι] Hinc μεγαλοψύχως Fabritius, *malo imperare aurum habentibus, quam aurum habere.* Et Virgilius, *Parvoque potentem Fabritium*, Æneid. 6. PETRA.

4. Καὶ διὰ μεγαλοψυχίαν] Bene hoc: siquidem ἡ μεγαλοψυχία περὶ τιμὴν καὶ ἀτιμίαν μεσότης, Nicomach. 2, c. 7. PETRA.

Ibid Διὰ μεγαλοψυχίαν ὑπερορῶντας] Exemplum est apud Plutarchum in Solone: apud Curtium in Juvenibus Sidoniis: & apud Livium in Scipione, lib. XXVII, c. XIX. Lactantius lib. VI, cap. XXV: *Vestes igitur, & gemmas, & cetera, quæ habentur in pretio, siquis homo contemserit, jure laudabitur.* Vide & de Biante Ciceronem Paradoxo 1; & in Catone de M. Curio. TOLLIUS.

5. Φαντασίαν ἔχοντα] In Vossiani libri margine pro varia lectione fuit, φαντασίαν ἔχοι τοιαύτην: in Vaticano vero tertio, ἔχοιτε ταύτην. In Veneto vocis τοιαύτην spatium vacuum conspiciebatur: recte vero abest. Plinius lib. IX, epist. XXVI: *Cur hæc? quia visus es mihi in scriptis meis annotasse quædam, ut tumida, quæ ego sublimia; ut improba, quæ ego audentia; ut nimia, quæ ego plena arbitrabar. Plurimum autem refert, reprehendenda annotes, an insignia. Omnes enim advertit, quod eminet, & exstat: sed acri intentione dijudicandum est, immodicum sit, an grande; altum, an enorme. Atque ut Homerum potissimum attingam, quem tandem alterutram in partem potest fugere,* Βράχε δ' εὐρεῖα χθὼν,

Ἀμφὶ δ' ἐσάλπιγξε μέγας οὐρανός·

& totum illud:

Ὡς δ' ὅτε χείμαρροι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι
ῥέοντες
Ἐς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄμβριμον
ὕδωρ.

Sed opus est examine & libra, incredibilia sint hæc, & immania, an magnifica & cælestia. Nec hoc intelligi volo, laxandos esse eloquentiæ frenos; nec angustissimo gyro ingeniorum impetus refringendos. TOLLIUS.

6. Τὸ εἰκῇ προσαν.] vocavit hoc Seneca suasoria prima, *sententiam adjectione supervacanea atque tumida perdere.* TOLLIUS.

7. Ἀναπλυσσόμενα] γρ. ἀναπιπτόμενα, forte legendum: ἀναπεπταμένα, i. e. aperta. FR. PORTUS.

Ibid. Ἀναπτυσσόμενα δὲ] Nihil mutandum, quamquam in duobus Vaticanis, & Veneto S. Marci itidem ἀναπιπτόμενα legitur. Ausonius de Exsuperio Rhetore:

Copia cui fandi longe pulcherrima: quam si
Auditu tenus acciperes, deflata placeret:
Discussam scires solidi nil edere sensus.

TOLLIUS.

8. Φύσει γὰρ πῶς] quantopere afficiatur animus audientium oratione gravi, ostendit. ROBORTELLUS.

9. Ὑπό τ' ἀληθοῦς ὕψους] quale est illud Lucretii lib. V:

Inter equas ubi equus florenti ætate juvencus
Pinnigeri sævit calcaribus ictus amoris,
Et fremitum patulis sub naribus edit ad
arma.

& pleraque sane Lucretiana ὕψη istiusmodi sunt, quæ, quo diutius ac penitius inspicias, eo ma-

in ſe vulgi convertunt, ac perſtringunt) ita nec ſapienti viro præclara
ac præſtantia videri, quorum contemtus non mediocre celſioris animi
decus habeatur: adeoque illos, qui, quum ea adſciſcere ſibi poſſunt, 2
animi adducti magnitudine reſpuunt ac ſpernunt, majorem ſui concitare
admirationem, quam qui illa ipſa poſſident. Non ſecus & de his, quæ in 3
Poëmatis ac Orationibus alta ſublataque cenſentur, ſtatuendum exiſtimo:
videndumque, ne qua inani, ut fit, ac tumido torrentis orationis ſtrepitu
falſam quandam imaginem, ac ſpeciem tantummodo offerant magnitudinis: qua vel excuſſa, vel remota, inflata & turgida deprehendantur: ſic ut
ea deſpicere, quam ſuſpicere, mirarique, generoſius ſit. Natura namque 4
comparatum eſt, ut animus noſter ab audita veræ ſolidæque ſublimitatis
ſententia quodammodo altior fiat, & erectior, elatoſque ſumens ſpiritus
non minore impleatur hilaritate, neque minus exſultet, atque glorietur,
ac ſi ipſe, quod audiit, invenerit. Si quando igitur ab homine pruden- 5
te, & in hiſce eloquentiæ ſtudiis exercitato, ſenſum aliquem, qui magnificus videatur & excelſus, proferri audieris, neque tamen ille mentem
tuam

eo magis admireris, ſingularique cum animi voluptate adames, atque amplectaris. Tollius.

10. Παράστημα] V.C.S.M. & duo Vaticani, ἀνάστημα. Male: ita ſect. IX, γυναικὸς παραστήματος ἐσχήμονά τινα ποιεῖν, dixit: & Dionyſius Halicarn. pag. CLXXVII: αὐτοῦ λέγοντος ἐκείνου τὰ ἑαυτοῦ, μετὰ τῆς ἀξιώσεως, ἧς εἶχε, τὴν αὐτοπάθειαν, καὶ τὸ παράστημα τῆς ψυχῆς ἀποδεικνυμένου. Significat autem τὸ φρόνημα hominis μεγαλοψύχου. Cicero de Fin. Bon. & Malor. l. II, cap. XVI: *Itaque, Torquate, cum hæc diceres, &c. Tu ipſe mihi gloriari videbare. Tanta vis inerat in verbis, propter earum rerum, quæ ſignificabantur his verbis, dignitatem, ut altior fieres, ut interdum inſiſteres, &c.* Torquati igitur ἐπήρετο ἡ ψυχὴ, καὶ γαῦρόν τι παράστημα λαμβάνουσα ἐπληροῦτο χαρᾶς, καὶ μεγαλαυχίας, ὑπὸ τοῦ τῶν λεγομένων κάλλους, καὶ ὕψους. Tollius.

11. Υπ' ἀνδρὸς ἔμφρ.] ambigua hæc eſt ſententia: unde quidam ita interpretati ſunt, ac ſi vir peritus audire quidpiam ſublime induceretur: alii, quaſi ab iſtiuſmodi viro proferretur, & a Terentiano audiretur. Quibus, poſterioribus aſſentior: quod ea, quæ ſequuntur, ἂν τὸ συνεχὲς ἐπισκοπῇς, vix alias cum præcedentibus connecti poſſint. Nobilis eſt in hanc ferme ſententiam Platonis locus in Menexeno, qui cum conjecturam meam confirmat, tum locum hunc totum unice illuſtrat. Ita igitur illic, ſed εἰρωνευόμενος, Socrates: Καὶ μὴν, ὦ Μενέξενε, ait, πολλαχοῦ κινδυνεύει καλὸν εἶναι τὸ ἐν πολέμῳ ἀποθνήσκειν. Καὶ γὰρ ταφῆς καλῆς τε καὶ μεγαλοπρεποῦς τυγχάνει· καὶ ἐὰν πένης τις ὢν τελευτήσῃ, καὶ ἐπαίνου ἂν ἔτυχε· καὶ ἐὰν φαῦλος ᾖ, ὑπ' ἀνδρῶν σοφῶν τε, καὶ οὐκ εἰκῇ ἐπαινούντων, ἀλλὰ ἐκ πολλοῦ χρόνου λόγους παρεσκευασμένων· οἳ οὕτω καλῶς ἐπαινοῦσιν, ὥστε καὶ τὰ προσόντα, καὶ τὰ μὴ, περὶ ἑκάστου λέγοντες, κάλλιστα πως τοῖς ὀνόμασι ποικίλλοντες, γοητεύουσιν ἡμῶν τὰς ψυχὰς, καὶ τὴν πόλιν ἐγκωμιάζοντες κατὰ πάντας τρόπους, καὶ τοὺς τετελευτηκότας ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ τοὺς προγόνους ἡμῶν ἅπαντας τοὺς ἔμπροσθεν, καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς τοὺς ἔτι ζῶντας ἐπαινοῦντες· ὥστε ἔγωγε, ὦ Μενέξενε, γενναίως πάνυ διατίθεμαι, ἐπαινούμενος ὑπ' αὐτῶν· καὶ ἑκάστοτε ἕστηκα ἀκροώμενος, καὶ κηλούμενος, ἡγούμενος ἐν τῷ παραχρῆμα μείζων, καὶ γενναιότερος, καὶ καλλίων γεγονέναι. Ubi & σοφοὶ, καὶ παρεσκευασμένοι λόγους ἐκ πολλοῦ χρόνου dicuntur, & mox δεξιοὶ, quos noſter ἔμφρονας καὶ ἐμπείρους λόγων vocat: & Socrates ita affici ſeſe dicit laudibus iſtis, ut μείζων καὶ γενναιότερος, καὶ καλλίων ſibi videatur, quod ἄνευ ἀληθοῦς λόγου ὕψους fieri nequit. Nec idem de ſe tantum, ſed & de peregrinis affirmat, quos καὶ αὐτὸν, καὶ τὴν ἄλλην πόλιν θαυμασιωτέραν ἡγεῖσθαι εἶναι ἢ πρότερον dicit, ὑπὸ τοῦ λέγοντος ἀναπειθομένους· καί μοι αὕτη ἡ σεμνότης, inquit, παραμένει ἡμέρας πλείω ἢ τρεῖς· οὕτως ἔναυλος ὁ λόγος τε καὶ ὁ φθόγγος παρὰ τοῦ λέγοντος ἐνδύεται εἰς τὰ ὦτα, ὥστε μόγις τετάρτῃ, ἢ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἀναμιμνήσκομαι ἐμαυτοῦ, καὶ αἰσθάνομαι, οὗ γῆς εἰμί· τέως δὲ οἶμαι μόνον οὐκ ἐν μακάρων νήσοις οἰκεῖν· οὕτως ἡμῖν οἱ ῥήτορες δεξιοί εἰσιν. Mox, τὸ πολλάκις abundare videtur. Tollius.

τι πρὸς μεγαλοφροσύνην τὴν ψυχὴν μὴ συνδιατιθῇ, [12] μηδ' ἐγκαταλείπῃ τῇ διανοίᾳ [13] πλεῖον τοῦ λεγομένου τὸ ἀναθεωρούμενον, [14] πίπτῃ δ', ἂν τὸ συνεχὲς ἐπισκοπῇς, εἰς ἀπαύξησιν, οὐκ ἂν ἔτ' ἀληθὲς ὕψος εἴη μέχρι
6 μόνης τῆς ἀκοῆς σωζόμενον. [15] Τοῦτο γὰρ τῷ ὄντι μέγα, [16] οὗ πολλὴ μὲν ἡ ἀναθεώρησις, δύσκολος δὲ, μᾶλλον δ' ἀδύνατος ἡ [17] κατεξανάστησις,
7 ἰσχυρὰ δὲ ἡ μνήμη, καὶ δυσεξάλειπτος. Ὅλως δὲ καλὰ νόμιζε ὕψη, [18] καὶ ἀληθινὰ, τὰ διαπαντὸς ἀρέσκοντα, καὶ πᾶσιν. Ὅταν γὰρ τοῖς ἀπὸ διαφόρων ἐπιτηδευμάτων, βίων, ζήλων, ἡλικιῶν, λόγων, ἕν τι, καὶ ταυτὸν ἅμα περὶ τῶν αὐτῶν ἅπασι δοκῇ, τόθ' ἡ [19] ἐξ ἀσυμφώνων [20] ὡς κρίσις καὶ [21] συγκατάθεσις τὴν ἐπὶ τῷ θαυμαζομένῳ πίστιν ἰσχυρὰν λαμβάνει καὶ ἀναμφίλεκτον.

TMH-

12. *Ἐγκαταλείπῃ τῇ διανοίᾳ πλεῖον τοῦ λεγομένου τὸ ἀναθεωρούμενον*] Arbitror Longinum habuiſſe in animo dictum Comici de Pericle, *ἐγκαταλιπεῖν κέντρον*. Faber.

Ibid. *Μηδ' ἐγκαταλείπῃ*] aculeos in animis auditorum. Lucianus in Nigrino: *καὶ γάρ τοι κατὰ τὸν κωμικὸν ὡς ἀληθῶς ἐγκατέλιπέ τι κέντρον τοῖς ἀκούουσιν*. Comicus autem ille erat Eupolis, cujus hi de Pericle verſus apud Diodorum Sic. lib. XII:

—— Περικλέης ὁ Ὀλύμπιος
Ἤστραπτ', ἐβρόντα, συνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.
Πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν,
Οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Meminit & Cicero lib. III de Oratore, cap. XXXIV: *Cujus in labris veteres Comici leporem habitaſſe dixerunt: tantamque in eo vim fuiſſe, ut in eorum mentibus, qui audiſſent, quaſi aculeos quoſdam relinqueret.* Tollius.

13. *Πλεῖον τοῦ λεγομένου*] ita & Fabius l. VIII, cap. III: *ut non ſolum ipſum os intueri videatur, & locum, & habitum, ſed quædam etiam ex iis, quæ dicta non ſunt, ſibi ipſe adſtruat*, &c. Tollius.

14. *Πίπτῃ δ'*,] Non eſt grande putandum, quod cito excidit animo. Petra.

Ibid. *Ἂν τὸ συνεχὲς ἐπισκοπῇς.*] *Si contextum* orationis *obſerves*. Neque enim facile quiſpiam probaverit *ἐπισκοπῆς*, nomen pro verbo, ut legit interpres de Petra; & conſequenter mendoſe tranſtulit, *Meditationis continuatio*. Langbænius.

Ibid. *Πίπτῃ δ', ἂν συνεχὲς ἐπισκοπῇς, εἰς ἀπαύξησιν*] Optime locum hunc convertit Gabriel de Petra: *cadat & degeneret meditationis* continuatione *in diminutionem*. Sed ſcriptoris librarii oſcitantia, (qui pro *continuatione* legerat *continuatio*) factum eſt, ut erraſſe viſus ſit, atque adeo a Langbænio reprehenſus fuerit, quaſi illud *ἐπισκοπῆς* nomen eſſe, non verbum, crediſiſſet. Fruſtra autem ipſe Langbænius contendit ſic eſſe vertendum: *Si contextum orationis obſerves*; nam *τὸ συνεχὲς* adverbii locum habet, quo nil frequentius. Sed monuiſſe uterque debuerat, legendum eſſe *ἀνασκοπῇς*; quod tamen neuter fecit. Faber.

15. *Τοῦτο γὰρ*] ſigna, ex quibus grandem orationem cognoſcas. Robortellus.

16. *Οὗ πολλὴ μὲν ἡ ἀναθ.*] Cornificius ad Herennium lib. IV, c. XXV: *Quæ ſunt ampla & pulchra, diu placere poſſunt: quæ lepida & concinna, cito ſatietate afficiunt aurium ſenſum faſtidioſiſſimum.* Tollius.

17. *Κατεξανάστησις*] Hanc vocem nullibi reperiri arbitror; certe fruſtra olim quæſivi. Deinde cur non dixit *κατεξανάστασις*? (ſic enim hæc verbalia exeunt, ut *στάσις*, *ἀνάστασις*, *κατάστασις*, &c.) Hæc mihi ratio eſſe videtur, Lector, quod *κατεξανάστασις* & *κατεξανάστησις*, non ſint ejuſdem ſignificationis; quamobrem tres Longini interpretes erraſſe arbitror. Nam ex iis unus ita hunc locum convertit: *quod vix ac ne vix quidem* animo excidere *poteſt*. Alter autem cum illo concinens: *Cujus difficilis eſt, immo vero fieri non poteſt oblivio.* Tertius denique: *Cuique repugnare ſit difficile, vel potius nulla ratione poſſit*: Sed mihi longe alia mens eſt: ſic enim converti debere arbitror: *Id demum ſublime & magnum eſſe in oratione, quod diu contempleris*.

tuam ad celſitatem compoſuerit, nec penitus in animo inſederit, eique
plura, quam dicta ſint, contemplanda reliquerit; verum contra ea, quo
diutius illum & attentius conſideraveris, eo magis a prima illa, quam
præ ſe tulerat, ſublimitate declinet, atque delabatur: is tibi ex albo
vere ſublimium ſententiarum expungendus erit, quippe qui non ultra
auditum placeat, ac perduret. *Iſta enim vere grandis ſententia eſt, quæ au-* 6
ditorem in longam ſui rapit admirationem: cui non modo non difficulter, ve-
rum nulla omnino vi atque ratione reſiſti poteſt: quæque menti ſemel impreſſa
perennatura deinceps eidem, ac indelebili inhæret charactere. In ſumma 7
hanc eſſe demum veram, hanc genuinam, & egregiam ſublimitatem
exiſtima, *quæ & ſemper placeat, & ubique, & omnibus.* Nam ſi quid
aliquando in frequenti hominum cœtu, qui moribus, inſtitutis, ſtudiis,
ætate, ac tota denique vitæ ratione diſſentiunt, unam omnibus admi-
rationem, acclamationemque expreſſerit, non eſt, ut quis dubitet,
quin hoc ipſum, quod tanto, tamquam unanimi omnium, variis alias,
ac inter ſe diverſis ſæpe ſententiis diſſidentium, conſenſu probatum fue-
rit, laudatumque, in vere Sublimium cenſum, nomen, atque familiam
referendum ſit.

SECTIO

pleris, neque tamen IN MAJUS ATTOLLERE POSSIS. Seneca l. 1, *Suaſor.* 1: Quidquid ad ſummum venit, incremento non reliquit locum. Atque hinc facile vides, cur Longinus vocem novam uſurpare voluerit, [κατεξανάστησις], eo ſcilicet, ut contemplantis actionem notaret, quæ nulla eſſet, ſi κατεξανάστασις dicere maluiſſet. FABER.

Ibid. Κατεξανάστησις] Petra hanc vocem recte intellexit. Significat enim reſiſtendi facultatem, ſeu contra inſurgendi animum; de quo ſupra ſect. 1, quum ait τὰ ἀληθῆ ὕψη δυναστείαν καὶ βίαν ἄμαχον προσφέρειν, καὶ παντὸς ἐπάνω τοῦ ἀκροατοῦ καθίστασθαι. TOLL.

18. Καὶ ἀληθινὰ] Cicero lib. 1 de nat. Deor. c. XVII: *De quo autem omnium natura conſentit, id verum eſſe neceſſe eſt.* Idem Tuſc. Quæſt. lib. 1, cap. XV: *Omnium conſenſus naturæ vox eſt.* Et lib. 1 de Off. c. XLI: *Major enim pars eo fere deferri ſolet, quo a natura ipſa deducitur:* propter evidentiam. Πᾶν γὰρ τὸ δι' ἐναργείας προσπίπτον κοινῶς τε καὶ συμφώνως λαμβάνεσθαι πέφυκεν ὑπὸ τῶν ἀπαραποδίστους ἐχόντων τὰς ἀντιλήψεις. Sext. Empir. adv. Math. p. 451. Plura huc facientia invenies apud Grotium l. 1, c. 1, XII, 2, de Jure belli ac pacis. TOLLIUS.

19. Ἐξ ἀσυμφρόνων] duo Vaticani habent ἀσυμφώνων; quod & Langbænius amplexus eſt. TOLLIUS.

20. Ὡς κρίσις] malim, ὡς μία κρίσις. TOLLIUS.

21. Συγκατάθεσις] Cic. in Lucullo: *Nunc de offenſione atque approbatione, quam Græci συγκατάθεσιν vocant, pauca dicemus.* Agellius Noctium Atticarum l. 10, c. 1, probationes vocat τὰς συγκαταθέσεις. PETRA.

22. Ἐπὶ τῷ θαυμαζομένῳ] Cicero lib. 1 de Nat. Deor. c. XVII: *Habet enim venerationem juſtam, quidquid excellit.* TOLLIUS.

ΤΜΗΜΑ η'.

Πέντε τόποι τοῦ Ὕψους.

1 [1] Ἐπεὶ δὲ [2] πέντε, [3] ὡς ἂν εἴποι τις, [4] πηγαί τινές εἰσιν αἱ τῆς ὑψηγορίας γονιμώταται, προϋποκειμένης ὥσπερ ἐδάφους τινὸς κοινοῦ ταῖς πέντε ταύταις ἰδέαις τῆς ἐν τῷ λέγειν δυνάμεως, ἧς [5] ὅλως χωρὶς οὐδέν.
2 Πρῶτον μὲν γὰρ καὶ κράτιστον, τὸ περὶ τὰς νοήσεις [6] ἁδρεπήβολον· ([7] ὡς κἀν τοῖς περὶ Ξενοφῶντος ὡρισάμεθα) δεύτερον δέ, τὸ σφοδρὸν καὶ ἐνθου-
3 σιαστικὸν πάθος. Ἀλλ' αἱ μὲν δύο αὗται τοῦ ὕψους κατὰ τὸ πλέον αὐθιγενεῖς

Ἐπεὶ δὲ] longiſſima hæc periodus eſt, cujus ἀνταπόδοσις demum cum τῷ φέρε δὴ incipit. Quare in vertendo alia ratione uſus ſum. Tollius.

2. Πέντε] Quinque ſunt, quibus conſtat ὕψος, & de his ſigillatim loquitur. Unde apparet ordo & diſtributio totius libri. Robort. Sunt autem hæc:

I. *Felix ſententiarum copia,*
II. *Vehemens affectus.* } dona naturæ.

III. *Figurarum* tam verborum quam ſententiarum *concinna varietas.*
IV. *Elocutio*, cujus partes delectus verborum, & tropica dictio.
V. *Magnifica Compoſitio.* } artis adjumenta.

quibus *dicendi facultas* tamquam fundamentum ſubſternitur. Tollius.

Ibid. Πέντε] Demetrius Phalereus in lib. de Elocutione, τὸ μεγαλοπρεπὲς ἐν τῇ διανοίᾳ conſiſtere ait, καὶ τῇ λέξει, καὶ τῇ συνθέσει, ſive τῷ συγκεῖσθαι προσφόρως. Sic ut & affectus omiſerit, & σχήματα: niſi quis affectus ad διάνοιαν, & figuras ad τὴν λέξιν revocare voluerit; atque ita etiam noſtrum tribus hæc quinque capitibus complecti potuiſſe exiſtimaverit. Theophraſtus, apud Dionyſium Halic. in Iſocrate, tria eſſe dicebat, ἐξ ὧν γίγνεται τὸ μέγα, καὶ σεμνὸν, καὶ περιττὸν ἐν τῇ λέξει, τήν τε ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων, καὶ τὴν ἐκ τούτων ἁρμονίαν, καὶ τὰ περιλαμβάνοντα αὐτὰ σχήματα. Sed & hic τὸ ἁδρεπήβολον περὶ τὰς νοήσεις omiſit, & affectus. Quare nemo in hiſce exactior eſt, aut accuratior, quam Hermogenes: qui libro primo de Ideis, orationem omnem conſiſtere dicit ex inventione, (id enim eſt ἔννοια) diſpoſitione, ſeu methodo, & Elocutione: quam ultimam partem in quatuor alias ſubdividit, ſchemata, cola, compoſitionem, & terminationem; eaque duo conjuncta conſtituere rhythmum, ſive numerum. Ex his *Inventio* τὸ περὶ τὰς νοήσεις ἁδρεπήβολον, (quod Longino primum,) nec non τὸ σφοδρὸν καὶ ἐνθουσιαστικὸν πάθος, quod ſecundum, complectitur: quoniam ex affectu αἱ νοήσεις, velut e fonte quodam, ebulliunt. *Diſpoſitionis* non meminit Longinus: neque tamen neglexit. Ad hanc enim ſpectat ſect. XI de Amplificatione, ut & ſect. XIX de concurſu figurarum, & ſect. XXI de hyperbato; ut ex ipſo Hermogene liquet. *Elocutionis* partes quod attinet, quas quatuor Hermog. ſtatuit, ex his *ſchemata* tractat noſter ſect. XVI, & ſeqq. *Cola* ſect. XL: *compoſitionem* ſect. XXXVII, XXXVIII; & *clauſulas*, ſeu terminationem, cum rhythmo ſect. XXXIX. Sic ut non nimis accurate partitionem ſuam inſtituiſſe videatur. Quod & alibi animum adverti; ut cum ſect. penult. de nominum exilitate agit, de qua ſect. XXX nominum delectum tractanti agendum fuerat: ibique, quæ ad inventionem pertinent, cum iis, quæ ad elocutionem ſpectant confundit. Nam quæ ex Theopompo adducit, non velut ὀνομάτια conſideranda ſunt, ſed velut abjectæ & ſordidæ νοήσεις. Tollius.

3. Ὡς ἂν εἴποι τις,] Doctrinæ partium præcipuarum κατάστασις. Petra.

4. Πηγαί τινες] Cicero item *fontes* vocavit, lib. I de Oratore, c. 21: *Eloquentem vero, qui mirabilius & magnificentius, augere poſſit, atque ornare, quæ vellet, omneſque omnium rerum, quæ ad dicendum pertinerent, fontes animo ac memoria contineret.* Tollius.

5. Ἧς ὅλως χωρὶς οὐδέν.] In hanc ſententiam M. T. de orat. lib. I, citante Agellio lib. I, c. 15: *Quid enim eſt tam furioſum, quam verborum vel optimorum & ornatiſſimorum ſonitus ina-*

SECTIO VIII.

Quinque esse Sublimitatis veluti fontes.

HUjus in dicendo virtutis quinque potissimum sunt, ut ita dicam, 1
fontes uberrimi: qui sicuti cognitu necessarii sunt, ita nisi dicendi
facultas adfuerit, quæ tamquam commune quinque illis formis subster-
natur fundamentum, per se nihil profuerint. Prima, eaque luculentissi- 2
ma, præstantissimaque Sublimitatis scaturigo est nobilis & felix in con-
cipiendis grandibus ac excelsis sensibus animi magnitudo: quemadmo-
dum etiam id ipsum in Commentario de scriptis Xenophontis uberius
exposui. Altera est vehemens, & ad concitandos perturbandosque ani- 3
mos efficax affectus. Atque hæ quidem duæ Sublimitatis scaturigines
maxi-

tus inanis, nulla subjecta sententia, nec scientia? Petra.

6. Ἁδρεπήβολον,] ἐκ τοῦ ἁδρὸν, sublime, & ἐπήβολον, quasi ἐπίβολον, παρὰ τὸ ἐπιβάλλειν, ὅ ἐστι, σκοποῦ τυγχάνειν. Ἐπίβολος igitur compos voti, qui assecutus est aliquid: ut hac voce significet in sublimium sententiarum delectu felicem successum. Ἁδρεπήβολον igitur περὶ τὰς νοήσεις, ἤτοι ἐννοίας, In sententiis feliciter uberem & grandem vertere possis. Petra.

Ibid. Τὸ περὶ τὰς νοήσεις ἁδρεπήβολον.] Εὐεπηβόλως equidem de Petra vocem auctoris, quam haud temere alibi invenias, expressisse videtur. Ἐπήβολον hoc in sensu apud *Homerum* Ὀδυσσ. β. legitur; nec tamen poëticum (cum *Stephano*) dixerim, sed *Atticum* potius, uti *Porphyrio* visum. Qui adductis aliunde exemplis probat: qualia sunt *Archippi*: Χρημάτων ἐπήβολος, *pecunias adeptus*. *Hyperidis*, μηδέποτε πολέμου μήτε πολιτείας ἐπηβόλους γενέσθαι. Nec non & *Sophoclis* ex *Alcmæone*: quod simul usum vocis ostendit, simul scrupulum tollit, quem *Stobæi* margines summo viro injecerant, sitne fabula ista *Sophoclis*, an *Euripidis*. Ποιητικωτέρα quidem, nec tamen invenuste composita, apud hunc nostrum vox ἁδρεπήβολον, apud *Suidam* μεγαλεπήβολος. (*qui res magnas capessit.*) Sic enim apud *Diodorum Siculum* vocatur *Dardanus l. 5*. Et eodem elogio postea *Epaminondam lib. 15* dignatur: uti & *Isacius* Imperator apud sequioris sexus gloriam, *Annam Comnenam* φιλολογώτατος καὶ μεγαλεπηβολώτατος audit, *Alexiados lib. 5*. Adeo opus non erat, ut *Stephanus* hic integræ vocis venustatem divellendo destrueret, qui legendum suadet, ἁδρὸν καὶ ἐπήβολον. Langbæn.

Ibid. Ἁδρεπήβολον] Ajunt Stephanum legisse ἁδρὸν καὶ ἐπήβολον, frustra. ἁδρεπήβολος vox est ingeniose a Longino introducta. Significat autem ὁ ἁδρεπήβολος plane id, quod in animo habebat Horatius, cum scribebat de ingenio Romano, *feliciter audet*. Nam ἐπήβολος dicitur, ὅστις ἐπιτυχῶς τοῦ σκοποῦ στοχάζεται. At vero τὸ ἁδρὸν circa νοήσεις nil aliud significat, quam pleniorem copiam earum sententiarum, quæ stylo ἁδρῷ convenire possint; grandes, graves, politicæ, & quæ nihil σχολικὸν resipere videantur. Faber.

Ibid. Ἁδρεπήβολον] Pindarus:

> Εἴην εὑρησιεπὴς ἀναγεῖσθαι πρόσφορος ἐν
> Μοισᾶν δίφρῳ· τόλμα δὲ, καὶ ἀμφιλαφὴς
> δυναμία
> Ἕσποιτο.

Fabius l. x, c. 1; de Horatio: *& variis figuris & verbis felicissime audax*. Petronius: *& Horatii curiosa felicitas*. Sed in MSS. legitur ἁδρεπίβολον, quod confirmari possit consimili composito, quo Polybius in laudando Antiocho Syriæ Rege utitur; quem μεγαλεπίβολον καὶ τολμηρὸν fuisse dicit, in Excerpt. Valesf. p. 66. Nisi & illic μεγαλεπήβολον legendum. Sic enim hoc vocabulum in lexicis scriptum invenio, & explicatum, *qui, quod suscepit, quamlibet magnum, ad exitum persequitur*. Verum μεγαλεπίβολος est, qui magna aggredi audet, quique magnas res animo agitat. Ut contra apud Diodorum μεγάλης ἐπιβολῆς ἀποτυχὼν, id est, ut Ovidium interpretem adhibeam, *qui magnis excidit ausis*. Sicut supra de Phaëthonte habuimus. Tollius.

7. Ὡς κἀν τοῖς περὶ Ξενοφῶντος] *Uti in iis, quæ de Xenophonte dedimus, exposuimus.* Ecce hic vicesimum *Longini* scriptum, nempe in *Xeno-*

νεῖς συστάσεις, αἱ λοιπαὶ δ' ἤδη καὶ διὰ τέχνης, ἥ τε ποιὰ τῶν σχημά-
των πλάσις· (διττὰ δέ που ταῦτα, τὰ μὲν, νοήσεως, θάτερα δὲ λέ-
4 ξεως.) Ἐπὶ δὲ τούτοις ἡ γενναία φράσις, ἧς μέρη πάλιν ὀνομάτων τε ἐκ-
5 λογὴ, καὶ ἡ τροπικὴ, καὶ [8] πεποιημένη λέξις· Πέμπτη δὲ μεγέθους αἰτία καὶ
συγκλείουσα τὰ πρὸ ἑαυτῆς ἅπαντα, ἡ ἐν ἀξιώματι καὶ διάρσει σύνθεσις.
6 Φέρε δὴ, τὰ ἐμπεριεχόμενα καθ' ἑκάστην ἰδέαν τούτων ἐπισκεψώμεθα,
τοσοῦτον προειπόντες, [9] ὅτι τῶν πέντε μορίων ὁ Καικίλιός ἐστιν ἃ παρέλι-
πεν, ὡς καὶ τὸ πάθος ἀμέλει. Ἀλλ' εἰ μὲν, ὡς ἕν τι, [10] ταῦτ' ἄμφω, τό,
τε ὕψος, καὶ τὸ παθητικὸν, καὶ ἔδοξεν αὐτῷ πάντῃ συνυπάρχειν τε ἀλ-
7 λήλοις, καὶ συμπεφυκέναι, διαμαρτάνει. Καὶ γὰρ πάθη τινὰ διεστῶτα
8 ὕψους, καὶ ταπεινὰ εὑρίσκεται), [11] καθάπερ οἶκτοι, λῦπαι, φόβοι· καὶ
ἔμπαλιν πολλὰ ὕψη δίχα πάθους, ὡς, πρὸς μυρίοις ἄλλοις, καὶ τὰ
περὶ τοὺς [12] Ἀλωάδας τῷ ποιητῇ παρατετολμημένα,

[13] Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν· Αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.

Καὶ τὸ τούτοις ἔτι μεῖζον ἐπιφερόμενον,

Καί νύ κεν ἐξετέλεσσαν.]

9 [14] Παρά γε μὴν τοῖς ῥήτορσι [15] ἐγκώμια, καὶ τὰ πομπικὰ, καὶ ἐπιδεικτικὰ, τὸν μὲν ὄγκον, καὶ τὸ ὑψηλὸν ἐξ ἅπαντος περιέχει·

Xenophontem, forte commentarii inſtar, labores: qui nobis penitus exciderunt, dum feſtinanti calamo ſuperiorem operum catalogum exaravimus. LANGBÆNIUS.

Ibid. ἐν τοῖς περὶ Ξενοφῶντος] Qui liber una cum ceteris Longini periit. FABER.

8. Πεποιημένη λέξις] Quid ſit antea dictum eſt, pag. CCLX. FABER.

9. Ὅτι τῶν] Contra Cæcilium, qui πάθος & ὕψος ſemper eſſe ſimul aſſerebat. ROBORT.

10. Ταῦτ' ἄμφω] ita veteres Codices: puto vero poſt hæc verba excidiſſe vocem, ſeu verbum, ἐνόμιζε; ut fuerit: ἀλλ' εἰ μὲν ὡς ἕν τι ταῦτ' ἄμφω ἐνόμισε, τότε ὕψος, καὶ τὸ παθητικὸν, καὶ ἔδοξεν αὐτῷ πάντῃ συνυπάρχειν τε ἀλλήλοις, καὶ συμπεφυκέναι, διαμαρτάνει. Nam τὸ ἔδοξεν ad priora, niſi duriter & perobſcure, referri nequit. TOLLIUS.

11. Καθάπερ οἶκτοι] Horatius in Arte v. 96:

Telephus, & Peleus, cum pauper & exſul uterque,
Projicit ampullas, & ſeſquipedalia verba,
Si curat cor ſpectantis tetigiſſe querela.

Proculus apud Photium περὶ τοῦ ἰσχνοῦ χαρακτῆρος· ὅθεν ὡς ἐπίπαν τοῖς γοεροῖς ἀρεστά πως ἐφαρμόζει· ubi Schottus ἀστόχως plane γεωργικοῖς, pro γοεροῖς, legendum conjicit. Nam τὰ γοερὰ, ſive, ut noſter, οἱ οἶκτοι, πάθη ſunt διεστῶτα τοῦ ὕψους, adeoque tenui charactere ſignanda. Vid. infra ſect. XI. TOLLIUS.

12. Ἀλωάδας.] Aloïdarum meminit Virg. Æneidos 6: *Geminos immania vidi Corpora, qui manibus magnum reſcindere cælum Aggreſſi.* Quem locnm vide, & confer cum Homeri loco. Homerum enim hic ſuperaſſe judicatur Virg. PETRA.

Ibid. Ἀλωάδας.] *Otus* & *Ephialtes*, *Iphimedeæ* & *Neptuni* filii. [*Gell. l. 15. c. 21. Phornut. in Nept.*] (Hunc enim trucibus καὶ μεγαλεπηβόλοις patrem deſignare poëtis placuit) qui primi Muſis ſacra fecerunt in *Helicone*; [*Pauſan. Bœot.*] quæ ab iis tres tantum habitæ, Μελέτη, Μνήμη, & Ἀοιδή. Fabulam, quam hic texit poëta, mutuati ſunt ejus imitatores *Quintus Calaber*, *Paralip. l.* 1, & *Virgilius*: attigit *Pindarus Pythion.* εἰδ' δ'. Latius exſequuntur enarratores eorum, & ſcholiaſtæ: & inſtar omnium *Apollodorus*: ut quotannis latitudine cubitum, longitudine ulnam increſcebant; ut, cum jam novennes eſſent, *Dianæ* fraude in cædem mutuam exarſerunt: inde *Homerus* aptiſſime.

Καὶ

maxima ſui parte homini ingenuæ ſunt, & naturales: reliquæ jam artis
habentur, atque diſciplinæ. Quarum illa, cui tertius debetur locus, in apta
figurarum conformatione conſiſtit, duplicique capite exſurgit. Aliæ nam-
que figuræ dicuntur ſententiarum, aliæ verborum. His accedit quarta, 4
gravis & ſplendida Elocutio: quæ vel in delectu verborum, vel in com-
mutata, factaque dictione conſumitur. Quintus, iſque ultimus, ac ce- 5
teros priores omnes velut obſerans, magnitudinis fons eſt magnifica ela-
taque Compoſitio. Enarratis igitur Sublimitatis capitibus, ipſa mihi res
exigere videtur, ut, quæ in illis ſigillatim conſideranda ſint, explicemus:
id unum præfati, unam harum partium, ſive formarum, ab Cæcilio
neglectam eſſe, & omiſſam; affectus ſcilicet vehementiores, quibus ho-
minum animos commoveri ſuperius dicebamus. Qui ſi Sublimitatem & 6
hanc animorum perturbationem rem unam eſſe cenſuit, & cum natura,
tum conſtitutione eandem, vehementer errat: quum & affectus aliquot
inveniantur a Sublimitate remotiſſimi: (immo contra ea nonnulli humiles
plane & abjecti: quod genus miſeratio, triſtitia, metus) & vice verſa
Sublimia multa omni omnino affectu deſtituta. Nec diu, præſertim 7
in tanta ipſorum copia, quærenda exempla ſunt. Arripiam vero, quod 8
e ſexcentis occurrit primum, ubi Poëta de Aloïdis, ſenſu mehercle ingen-
tis animi ac peraudaci, ita loquitur:

Oſſan volvebant animis imponere Olympo,
Rurſus & umbroſum ſuperaddere Pelion Oſſæ,
Scandere quo cæli faſtigia celſa valerent.

Ac velut cogitaſſe non ſufficeret, ſtatim, quod longe etiam grandius eſt,
ſubjicit; *Quin quoque feciſſent.* Præterea illud quoque orationis genus, 9
quod ad Laudationes pertinet, & ad ſolam pompam, atque oſtentatio-
nem

Καί νύ κεν ἐξετέλεσσαν, εἰ ἥβης μέτρον ἵκοντο.

Et ſane perfeciſſent, ſi ad pubertatis annos perveniſſent.

In qua fabula cudenda *Juſtinus* Philoſophus *in paran. ad Græcos*, poëtam ea reſpexiſſe putat, quæ de turris *Babylonicæ* ſtructura retulit *Moſes*. Langbænius.

13. Ὄσσαν ἐπ'] Ὀδυσσ. λ. Petra.

Ibid. Ὄσσαν ἐπ'] Sic Georg. 1: *Et conjuratos cælum reſcindere fratres. Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam, ſcilicet atque Oſſæ frondoſum imponere Olympum.* Petra.

14. Παρά γε] in encomiis & laudationibus ineſt ὕψος, at non πάθος. Robortellus.

15. Τὰ ἐγκώμια, καὶ τὰ πομπικὰ, καὶ ἐπιδεικτικά.] Quæ oſtentandi ingenii cauſa vel privatim in ſcholis, vel publice in conventibus & feſtis rhetores declamitabant, ea nunc πομπικὰ τῶν ῥητόρων, [*Eunap. in Proæreſio.*] nunc ἐπιδείξεις, & ἀκροάσεις ἐπιδεικτικαὶ, [*Gell. l. 2, c. 22.*] nunc δείξεις vocantur. [*Athen. lib. 14.*] Quia, ut plurimum demonſtrativi generis erant. Quales ſunt Panathenaicæ veterum oratorum. Inde factum, ut, quæ reliqui ἐγκωμιαστικὰ, *Ariſtoteles* ἐπιδεικτικὰ appellaret. [*Theon. prog. c. 1.*] Langbænius. Plura de his legas apud Creſollium in Th. Sophiſt.

Ibid. Πομπικὰ] proprie intelligit hoc loco orationes illas, quæ in pompis, ſeu Deorum ſupplicationibus habebantur: ſin minus, ejus generis ſcripta intelligit, quæ ad oſtentationem compoſita. Πομπικὸς ſermo qui ſit, ex eo intelliges, quod D. Halicarnaſſeus ἐν τῇ ἐξετάσει τῶν ἀρχαίων ῥητόρων, dicat Iſocratem & Æſchinem eſſe πομπικοὺς; item, cum ſcribit Theopompi dictionem eſſe σεμνὴν καὶ πομπικὴν, & in Epiſtola ad Cn. Pompejum ait: λέξις πομπικὸν ἔχουσα, de Iſocrate. Faber.

16. Πάθους δὲ χηρεύει] videſis de his fuſius differentem Dionyſium Halic. pag. CLXXV:

10 ειέχει· [16] πάθους δὲ χηρεύει κατὰ τὸ πλεῖστον. ὅθεν ἥκιστα τῶν ῥητόρων οἱ περιπαθεῖς ἐγκωμιαστικοί, ἢ ἔμπαλιν οἱ ἐπαινετικοὶ περιπαθεῖς. Εἰ δ' αὖ πάλιν ἐξ ὅλου μὴ ἐνόμισεν ὁ Καικίλιος [17] τὸ ἐμπαθὲς ἐς τὰ ὕψη ποτὲ συντελεῖν, καὶ διὰ τοῦτ' οὐχ ἡγήσατο μνήμης ἄξιον, πάνυ διηπάτηται. [18] Θαρ-
11 ῥῶν γὰρ ἀφορισαίμην ἄν, ὡς οὐδὲν οὕτως [19] ὡς τὸ γενναῖον πάθος, ἔνθα χρή, μεγαλήγορον, ὥσπερ ὑπὸ μανίας τινὸς, καὶ [20] πνεύματος ἐνθουσιαστικοῦ ἐκπνέον, καὶ οἱονεὶ [21] φοιβάζον τοὺς λόγους.

ubi Isocratis quandam sententiam expendit, & cum alia consimili Demosthenis comparat: item Ciceronem in Oratore cap. XI, & XIX. TOLLIUS.

17. Τὸ ἐμπαθὲς τὰ ὕψη συντελεῖν] Arbitror Longinum scripsisse, τὸ ἐμπαθὲς ΕΣ ΥΨΗ συντελεῖν; videlicet illud ἐς, quod in fine τοῦ ἐμπαθὲς occurrit, fecit, ut exscriptor in fraudem induceretur. Certe non aliter loquuntur Græci, quam emendandum monui. FABER.

18. Θαῤῥῶν γὰρ] πάθος efficere grandem orationem asserit. ROBORTELLUS.

Ibid. Θαῤῥῶν γὰρ] Ἀποφαντικῶς καὶ σεμνῶς conceptus Aphorismus. PETRA.

19 Ὡς τὸ γενναῖον πάθος] Marius Victorinus p 2605: *His accedentem & consentaneam Theophrasti opinionem eruditioribus literis haud prætermiserim, asserentis, incentivum, & non parvos impetus his, quibus est cordi carmen, per mele, & metrorum numeros, ab affectibus, quos Græci πάθη appellant, suggeri, & quibusdam incalescentis ingenii stimulis incitari, quibus sublime, cothurnatum, canorum, & Tragici ponderis carmen edatur: quorum tripertitam virtutem in isto duntaxat dicendi opere ita discernit: inducit enim voluptatem, iram, enthusiasmon, veluti sacri furoris instinctum, ut Græci vocant, quo fatidici vates spirant.* TOLLIUS.

20. Πνεύματος ἐνθουσίας.] laudo Fabri judicium ἐνθουσιαστικοῦ, reponentis. Cicero Tusc. Quæst. lib. I, cap. XXVI: *Mihi vero ne hæc quidem notiora & illustriora carere vi divina videntur, ut ego aut poëtam grave plenumque carmen sine cœlesti aliquo mentis instinctu putem fundere, aut eloquentiam sine quadam vi majore fluere, abundantem sonantibus verbis, uberibusque sententiis.* Seneca de Tranq. animi, c. XV: *Non potest grande aliquid & supra ceteros loqui, nisi mota mens. Cum vulgaria & solita contemsit, instinctuque sacro surrexit excelsior, tunc demum aliquid cecinit grandius ore mortali. Non potest sublime quidquam, & in arduo positum contingere, quamdiu apud se est. Desciscat oportet a solito, & efferatur; & mordeat frenos, & rectorem rapiat suum, eoque ferat, quo per se timuisset escendere.* TOLLIUS.

21. Φοι-

ΤΜΗΜΑ θ'.

Περὶ Νοήσεως.

1 [1] Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπεὶ τὴν κρατίστην μοῖραν ἐπέχει τῶν ἄλλων τὸ πρῶτον, λέγω δὲ τὸ [2] μεγαλοφυές, χρὴ κἀνταῦθα, εἰ καὶ δωρητὸν τὸ πρᾶγμα μᾶλλον, ἢ κτητόν, ὅμως, καθ' ὅσον οἷόν τε, [3] τὰς ψυχὰς ἀνατρέφειν πρὸς τὰ μεγέθη, καὶ [4] ὥσπερ ἐγκύμονας ἀεὶ ποιεῖν γενναίου παραστήματος. [5] Τίνα

Οὐ μὴν ἀλλ'] Quoniam primum locum in distributione obtinet νόησις, monet, quamvis τὸ μεγαλοφυὲς sit a natura potius, quam ab arte datum, assuefaciendum animum, ut concipiat res grandes. ROBORTELLUS.

2. Μεγαλοφυὲς,] Supra sect. 6. Τὸ περὶ τὰς νοήσεις ἁδρεπήβολον. PETRA.

3. Τὰς ψυχὰς ἀνατρέφειν πρὸς τὰ μεγέθη] *Alere animos*; ut Horatius, *alit, formatque poëtam.* Auctor dialogi de caussis corruptæ eloquentiæ cap, XXXIII: *Quibus exercitationibus juvenes & forum ingressi confirmare, & alere ingenia sua soliti sint.* FABER.

Ibid.

nem componitur, quamquam ex omni parte magnificentia & Sublimitate vestitur, plerumque tamen affectibus caret. Atque ea est ratio, 10
sive caussa, cur plerique oratorum, qui hac movendorum affectuum facultate præter alios plurimum valent, minime ad laudationes facti sint, & accommodati: illi contra, qui in laudativo genere excellunt, remissiores esse deprehendantur, & ad inflammandos eorum, qui audiunt, animos prorsus inepti. Ceterum si diversæ Cæcilius sententiæ fuit, affectusque nil omnino ad Sublimitatem facere existimavit, atque ideo ne commemoratione quidem dignos putavit, longe etiam majore in errore versatus est. Ego vero sine ulla dubitatione confirmaverim, *Nihil egre-* 11
gio nobilique affectu in oratione esse grandius: præsertim quum in loco adhibetur; nihilque majus afferre vim orandi posse: quippe qui mente oratoris, quasi sacro, ut ita loquar, ac cælesti spiritu afflata exæstuans, eodem divini impetus ardore orationem simul & inflammet, & in ipsam velut arcem Sublimitatis evehat, & attollat.

22. Φοιβάζον τοὺς λόγους.] φοιβάζειν proprie *Pythia* dicebatur, cum *Plena Deo:* cum scilicet, [*Claudian.*]

Totum spirant præcordia Phœbum.

Sic de *Cassandra* σκοτεινὸς ille vates: [*Lycoph.*]

Δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα.

Laurivoro ex gutture vocem edens vaticinata est.

Langbænius.

Ibid. Φοιβάζον λόγους] Notissimus est Lycophronis locus,

Δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα·

Sed apud Longinum, τὸ φοιβάζειν paulo diversam significationem habet; nam cum πάθος dicitur φοιβάζειν λόγον, idem plane est ac *divino quodam impetu orationem ita attollere, ut nihil mortale sonet; & mens tale aliquid spiret, ut fœcundo Dei præsentis illapsu gravida videatur.* Quid ais? Hoc illud est, quod dixit pag. XVII: Ψυχὰς ἐγκύμονας ποιεῖν γενναίου παραστήματος. Sed antequam abeo, legito mecum, ἐνθουσιαστικοῦ, non ἐνθουσιαστικῶς. Sentis jam; sed erit tamen, cum rationem reddam. Faber.

Ibid. Φοιβάζον τοὺς λόγους.] Φοιβάζειν τοὺς λόγους, Phœbo plenam reddere orationem, divinum & Phœbeum conciliare vigorem orationi significat. Tollius.

Sectio IX.

De sensuum altitudine.

Tametsi autem primum illud, quod in sensuum altitudine positum, 1
ceterisque omnibus præstantius esse diximus, non disciplinæ instrumentum est, sed naturæ donum: nihilominus hac quoque in parte elaborandum, quantum ejus fieri potest, ut animus noster ad Sublimitatem enutriatur, elatisque semper & celsis spiritus cogitationibus impleatur.

Ibid. Τὰς ψυχ.] Vid. Fabii in Instit. Præf. & quæ nos ad Cicer. pro Archia. Tollius.

4. Ὥσπερ ἐγκύμονας] usus hac similitudine noster etiam sect. XV: ἀνάγκη, inquiens, καὶ τὰ συλλαμβανόμενα ὑπὸ τῆς τούτου ψυχῆς ἀτελῆ καὶ τυφλὰ, ὥσπερ ἀμβλοῦσθαι πρὸς τὸν τῆς ὑστεροφημίας ὅλης μὴ τελεσφορούμενα χρόνον. Sed multo uberius Plato in Convivio: Οἱ μὲν οὖν ἐγκύμονες κατὰ σώματα ὄντες πρὸς τὰς γυναῖκας μᾶλλον τρέπονται, καὶ ταύτῃ ἐρωτικοί εἰσι, διὰ παιδογονίας καὶ μνήμην, καὶ εὐδαιμονίαν, ὡς οἴονται, αὐτοῖς εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον πάντα πορίζόμενοι· οἱ δὲ κατὰ τὴν ψυχήν· εἰσὶ γὰρ, ἔφη, οἳ καὶ ἐν ταῖς ψυχαῖς κυοῦσιν ἔτι μᾶλλον, ἢ ἐν τοῖς σώμασιν, ἃ ψυχῇ προσήκει καὶ κυῆσαι, καὶ κυεῖν. Tollius.

2 [5] Τίνα φήσει τις τρόπον; [6] γέγραφά που καὶ [7] ἑτέρωθι τὸ τοιοῦτον ὕψος
3 [8] μεγαλοφροσύνης ἀπήχημα. [9] Ὅθεν καὶ φωνῆς δίχα θαυμάζεταί ποτε
[10] ψιλὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ ἔννοια δι' αὐτὸ τὸ [11] μεγαλόφρον· ὡς [12] τοῦ Αἴαντος
4 [13] ἐν νεκυίᾳ σιωπὴ, μέγα καὶ παντὸς ὑψηλότερον λόγου. Πρῶτον οὖν τὸ,
ἐξ οὗ γίνεται, προϋποτίθεσθαι πάντως ἀναγκαῖον, [14] ὡς ἔχειν δεῖ τὸν ἀληθῆ
ῥήτορα.

5. Τίνα φήσει] forte δήσει. ROBORTELLUS. In Vaticano fuit, *τίνα φήσεις*, quod melius. Sic sect. XXXVIII leg. *ἀκροτηριάσεις*, pro *ἀκροτηριάζει*. TOLLIUS.

6. Γέγραφα που] ὕψος in oratione provenire docet *ἐκ μεγαλοφροσύνης* animi. ROBORTELLUS.

7. Ἑτέρωθι] malim, *ἑτέρωθι, ὅτι*. TOLLIUS.

8. Ἀπήχημα] Sic Cicero Tusc. Quæst. l. III, c. II; de vera gloria: *ea virtuti resonat, tamquam imago*. ROBORTELLUS.

Ibid. Μεγαλοφροσύνης ἀπήχημα] Echo est, seu vocis repulsus, *vocis imago*. Horatius. FABER.

Ibid. Μεγαλοφρ. ἀπήχημα] Auctor Dial. de caussis Corr. Eloq. *Neminem excelsi ingenii virum humilia delectant & sordida: magnarum enim rerum species ad se vocat, & extollit.* Apud Stobæum Diotogenes p. 331: *δεῖ δὲ τὰν σεμνότατα καθεστάσθαι περὶ αὐτὸν, μηδὲν ταπεινὸν ἐπιταδεύοντα, μηδὲ τῶν πολλῶν ἀντάξιον, ἀλλὰ τῶν θαυμαινομένων, καὶ τῶν ἀγεμονία καὶ σκαπτουχία ποτιφυῶν, ἁμιλλώμενον ἀεὶ μὴ τοῖς μειόνεσι, μηδὲ τοῖς ἴσοις, ἀλλὰ τοῖς μεζόνεσι.* TOLLIUS.

9. Ὅθεν καὶ φωνῆς δίχα] exemplum est apud Virgilium in Didone l. IV Æneid. vers. 362. Et ad imitationem Ajacis in eadem lib. VI. Melius apud Sophoclem in Antigone in Hæmonis, & ejus matris morte. Item in ejusdem Trachiniis, in morte Deianiræ. Pluribus hæc exsecuti sumus in oratione de Fontibus Eloquentiæ. TOLLIUS.

10. Ψιλὴ καθ' ἑαυτὴν] i. muta. Vide quæ superius ad sect. III. TOLLIUS.

11. Μεγαλόφρον] Magnitudinem cogitationum dixit ad verbum auctor Dial. de Oratoribus. PETRA.

12. Ἡ τοῦ Αἴαντος σιωπὴ] Huc referes, quod in Æschylo reprehendit Aristophanes. Aliquando enim vetus ille Tragicus personas introduxit, quæ ob doloris magnitudinem ne labra quidem diducebant. Per Νεκυῖαν autem intellige Odyss. λ'. De divisione operis Homerici, singularumque partium nominibus, egit alicubi Casaubonus, & sæpe alii. FABER.

13. Ἐν νεκυίᾳ] *τουτέστιν ἐν τῇ Ὀδυσ. λ.* quæ inscribitur tum *νεκυομαντεία*, tum Νέκυια, *διὰ τὴν ἐν αὐτῇ τοῦ Ὀδυσσέως ὁμιλίαν πρὸς τοὺς ἐν Ἅδου νέκυας.* Ibi fingitur, *οἵη ἤτοι μόνη Αἴαντος ψυχὴ* & cæt. Eustat. pag. 451 *τῆς Ὀδυσσείας*, lin. 23. Pleraque ista omnia Virgil. Æneidos 6 affingit Didoni. PETRA.

Ibid. Ἐν νεκυίᾳ.] *In tractatu de manibus*: vel *νεκυομαντεία*: sic autem vocatur communiter a veteribus [*Plut. in Theseo: Strab. l. 5. Ælian. Var. hist. l. 13, c. 4.*] non solum pars quædam *Odyssea* λ, sed & rhapsodia etiam istius poëmatis suprema *σπονδαὶ*, vel *νεκυία*. Olim enim cum *Hesiodi*, tum *Homeri* poëmata in partes discerpta, in unum corpus, prout nunc sunt, postea digesta: *Homerus* quidem vel *Pisistrati* industria, [*Ælian. ib. Cicero de orat. l. 3.*] vel jussu. [*Eustath. in* Ιλ. α'.] Ita tamen, ut partes nonnullæ antiquis nominibus etiamnum gaudeant. Sic pars *Iliados* β vocatur *Bœotia*, vel *Catalogus*. ι, *λιταὶ*, preces. κ, *νυκτεγερσία*, & Δολώνεια. Π, Πατρόκλεια. Σ, Ἀσπὶς, &c. Secundum numerum autem & ordinem Alphabeti *Græci* ab *Aristarcho* grammatico primum divisos *Homeri* libros refert *Plutarchus libro de Homero. v. Bud. in Pand.* Locus est eximius apud *Stephanum*, e *Dionysii Thracis* enarratoribus unum, sed paulo prolixior, quem tamen huc transferre non gravatus sum. *Ἀναγκαῖον δὲ μετὰ τὴν ἐτυμολογίαν τῆς ῥαψῳδίας μνησθῆναι κἀκεῖνον· ὅτι, ἐν τινὶ χρόνῳ τὰ Ὁμήρου ποιήματα παρεφθάρησαν· ἢ ὑπὸ πυρὸς, ἢ ὑπὸ σεισμοῦ καὶ ἀλληνάλλως τῶν βιβλίων διασκεδασθέντων καὶ φθαρέντων, ὕστερον εὑρέθη ὁ μὲν ἔχων ἑκατὸν στίχους τυχὸν Ὁμηρικοὺς, ὁ δὲ χιλίους, ἄλλος διακοσίους, ἄλλος ὅσους ἂν ἔτυχε. Καὶ ἔμελλε λήθη παραδεδόσθαι ἡ τοιαύτη ποίησις. Ἀλλὰ Πεισίστρατός τις Ἀθηναίων στρατηγὸς θέλων ἑαυτῷ δόξαν περιποιήσασθαι, καὶ τὰ τοῦ Ὁμήρου ἀνανεῶσαι, τοιοῦτόν ἐβουλεύσατο· Ἐκήρυξεν ἐν πάσῃ τῇ Ἑλλάδι τὸν ἔχοντα Ὁμηρικοὺς στίχους ἀγαγεῖν πρὸς αὐτὸν ἐπὶ μισθῷ ὡρισμένῳ καθ' ἕκαστον στίχον. Πάντες οὖν οἱ ἔχοντες ἐπέφερον, καὶ ἐλάμβανον ἀδιαστρόφως τὸν ὁρισθέντα μισθόν· οὐκ ἀπεδίωκε δὲ οὐδὲ τὸν φέροντα οὓς ἤδη προειληφὼς στίχους ἦν παρ' ἑτέρου, ἀλλὰ κἀκείνῳ τὸν αὐτὸν ἀπεδίδου μισθόν. Ἐνίοτε γὰρ ἐν αὐτοῖς ἕνα ἢ δύο στίχους εὕρισκε περιττοὺς, ἐνίοτε*

δὲ

pleatur. Quæres fortaſſe, quomodo? memini me & alibi indicaſſe, *ſub-* 1
limitatis hocce *genus veræ animi magnitudinis tamquam imaginem quan-*
dam eſſe, ſeu repercuſſum ſonum. Unde nonnumquam accidere videmus,
ut nudus, ac ſine voce ſenſus ob hanc erecti ſublatique ſpiritus altitudi- 3
nem per ſe admirationem habeat. Exemplo ſit nobis Ajacis illud in Necy-
mantia ſilentium, grande, ſi quid uſquam, & omnem orationis faculta-
tem ſublimitate exſuperans. Ante omnia igitur, quoniam inde ortum 4
trahit, illud ſtatuendum eſt: *Animum humilem & abjectum ab eo, qui*
veri

δὲ πλείους· ὅθεν τε καὶ ἔσθ' ὅτε καὶ ἰδίους παρεισέφερε, τοὺς νῦν ὀβελιζομένους: [*Ut eſt iſte* Ιλ. β. στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες, *quo ex* Homero *probaret Salaminem inſulam Attici juris olim fuiſſe.*] καὶ μετὰ τὸ πάντας συναγαγεῖν, παρεκάλεσεν [*Vereor ne hoc confictum ſit ex iis, quæ de 72 interpretibus Bibliorum referuntur apud Clement. Strom. l. 1. Juſtinum Mart. in paræn. ad Gr. & Ariſteam de 72 interp.*] οβ' γραμματικοὺς συνθεῖναι τὰ τοῦ Ὁμήρου ἕκαστον κατ' ἰδίαν, ὅπως ἂν δόξῃ καλῶς ἔχειν, ἐπὶ μισθῷ πρέποντι λογικοῖς ἀνδράσι, καὶ κριταῖς ποιημάτων, ἑκάστῳ δεδωκὼς πάντας τοὺς στίχους κατ' ἰδίαν, ὅσους ἦν συναγαγών. Καὶ μετὰ τὸ ἕκαστον συνθεῖναι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, εἰς ἓν συνήγαγε πάντας τοὺς προλεχθέντας γραμματικοὺς, ὀφείλοντας ἐπιδεῖξαι αὐτῷ ἕκαστον τὴν ἰδίαν σύνθεσιν παρόντων ὁμοῦ πάντων. Οὗτοι οὖν ἀκροασάμενοι οὐ πρὸς ἔριν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀληθὲς, καὶ τοῦτο τῇ τέχνῃ ἁρμόζον, ἔκριναν πάντες κοινῇ καὶ ὁμοφρόνως ἐπικρατῆσαι τὴν σύνθεσίν τε καὶ διόρθωσιν Ἀριστάρχου καὶ Ζηνοδότου. Καὶ πάλιν ἔκριναν τῶν δύο συνθέσεών τε καὶ διορθώσεων βελτίονα τὴν Ἀριστάρχου. Ἐπεὶ δέ τινες τῶν συναγαγόντων τοὺς Ὁμηρικοὺς στίχους πρὸς τὸν Πεισίστρατον, διὰ τὸ πλείονα μισθὸν λαβεῖν, καὶ ἰδίους στίχους (ὡς εἴρηται) σκεψάμενοι προσέθηκαν, καὶ ἤδη ἐν συνηθείᾳ ἐγένοντο τοῖς ἀναγινώσκουσι. οὐκ ἔλαθεν τοῦτο τοὺς κριτὰς, ἀλλὰ διὰ μὲν τὴν συνήθειαν καὶ πρόληψιν ἀφῆκαν αὐτοὺς κεῖσθαι. ὀβελίσκους δὲ ἑκάστῳ τῶν ἀδοκίμων, καὶ ἀλλοτρίων, καὶ ἀναξίων τοῦ ποιητοῦ στίχων παρατιθέμενοι, τοῦτο αὐτὸ ἐπεδείξαντο, ὡς ἀνάξιοι εἰσὶ τοῦ Ὁμήρου. Φέρεται δὲ ἐπίγραμμα εἰς τὸν Πεισίστρατον σπουδάσαντα συναγαγεῖν τὰ Ὁμήρου, τοιοῦτον. Τρίς με τυραννήσαντα, &c. Prout habetur in *Anthologia.* Non ero longiori verſione ulterius moleſtus: ſumma huc redit. *Homeri libros vel deperditos, vel diſperſos, Piſiſtrati opera & ſumptibus collectos, ab eo commiſſos ſeptuaginta duobus conductis grammaticis corrigendos, & in unum cogendos: quibus ſingulis ſigillatim id agentibus, abſoluto negotio, communi calculo palmas* *retulit Ariſtarchi compoſitio & correctio, ſecundas Zenodoti.* Sed grammatici hic acumen deſideramus. Nec enim fieri poteſt, ut *Ariſtarchus*, vel *Zenodotus*, *Piſiſtrato* hac in re operam navarint; quo, quatuor minimum ſeculis, poſteriores erant. Ille quidem eodem tempore *Athenis* ſummam rerum obtinuit, quo *Servius Tullius Romæ*; hi vero circa Olympiadem LVI. *Ariſtarchus* autem (cujus σύγχρονος *Zenodotus*) floruit Olympiade CLVI. *Euſeb. Chron. & Suid.* Hujus erroris vel ducem habet, vel comitem *Euſtathium* Ιλ. α': qui nobile hoc grammaticorum par coryphæos ſtatuit inter illos, qui *Piſiſtrati* juſſu *Homeri* διόρθωσιν procurabant. LANGBÆNIUS.

Ibid. Ἐν νεκυίᾳ] Vaticanus alter rectius addit articulum, ἐν τῇ νεκυίᾳ. TOLLIUS.

14. Ὡς ἔχειν δεῖ] τὸ δεῖ abeſt a duobus MSS. Vaticanis. Rem ipſam quod attinet Quintilianus lib. 1 Inſtit. cap. 2 extremo; *Maxima*, ait, *pars eloquentiæ conſtat animo. Hunc affici, hunc concipere imagines rerum, & transformari quodammodo ad naturam eorum, de quibus loquimur, neceſſe eſt. Is porro quo generoſior, celſiorque eſt, hoc majoribus velut organis commovetur.* Unde Dionyſius Halic. de Iſocrate ita loquitur, ubi illius dictionem cum Lyſiæ eleganti puritate confert: ὑψηλότερός ἐστιν ἐκείνου κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ μεγαλοπρεπέστερος μακρῷ, καὶ ἀξιωματικώτερος, &c. Τάχα μὲν γὰρ καὶ τῇ φύσει μεγαλόφρων τις ὤν· εἰ δὲ μὴ, τῇγε προαιρέσει πάντως τὸ σεμνὸν καὶ θαυμαστὸν διώκων, in initio Iſocratis. Quæ a Socrate habet apud Platonem in extrema pagina Phædri, ubi Socrates, vertente Cicerone in Bruto cap. XIII, ait: *Majore mihi ingenio videtur eſſe, quam ut cum orationibus Lyſiæ comparetur. Præterea ad virtutem major indoles: ut minime mirum futurum ſit, ſi, cum ætate proceſſerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc ſtudet, tantum, quantum pueris, reliquis præſtet omnibus, qui umquam orationes attigerunt: aut, ſi contentus his non fuerit, divino aliquo animi*

motu

5 ῥήτορα μὴ ταπεινὸν φρόνημα, καὶ ἀγεννές. [15] Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε [16] μικρὰ, καὶ δουλοπρεπῆ φρονοῦντας, καὶ ἐπιτηδεύοντας παρ' ὅλον τὸν βίον, θαυμαστόν τι καὶ
6 τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐξενεγκεῖν ἄξιον. [17] Μεγάλοι δὲ οἱ λόγοι τούτων, κατὰ
7 τὸ εἰκὸς, ὧν ἂν ἐμβριθεῖς ὦσιν αἱ ἔννοιαι. Ταύτῃ καὶ [18] εἰς τοὺς μάλιστα
8 φρονηματίας ἐμπίπτει τὰ ὑπερφυᾶ. Ὁ γὰρ τῷ Παρμενίωνι φήσαντος,
[19] ἐγὼ μὲν ἠρκέσθην,

* * * * *

[20] [Εἰ Ἀλέξανδρος ἤμην, Κἀγὼ νὴ Δία εἶπον, εἰ Παρμενίων ἤμην, τὸ αὐτοῦ μεγαλόφρον δείκνυσιν· ὡς καὶ τὸ Ὁμήρου παρορίζει μεγαλοφυὲς, ἐν τῷ [21] Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.] [22] τὸ
9 ἐπ' οὐρανὸν ἀπὸ γῆς διάστημα. Καὶ τοῦτ' ἂν εἴποι τις οὐ μᾶλλον τῆς Ἔριδος, [23] ἢ Ὁμήρου μέτρον. ᾯ ἀνόμοιόν γε τὸ Ἡσιόδειον [24] ἐπὶ τῆς Ἀχλύος,

motu majora concupiſcat. Ineſt enim natura Philoſophia in hujus viri mente quædam. Tollius.

15. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε] Qui non ſunt aſſueti cogitare res grandes, grandem quoque orationem conficere non poſſunt. Robortellus.

16. Μικρὰ καὶ δουλοπρεπῆ] Seneca cap. v de Provid. *Humilis & inertis eſt tuta ſectari: per alta virtus it.* plura noſter ſect. ultima. Eleganter Demoſthenes in Olynthiaca III: Ἔστι δὲ οὐδέποτ' οἶμαι μέγα καὶ νεανικὸν φρόνημα λαβεῖν μικρὰ καὶ φαῦλα πράττοντας. ὁποῖ' ἄττα γὰρ ἂν τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνθρώπων ᾖ, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ φρόνημα ἔχειν. Eodem ferme modo Philo argumentatur, ſed in re diſſimili: Ἀδύνατον γὰρ τὴν μὴ ταῖς ὑψηλαῖς καὶ ὀρθαῖς χρώμενον ὁδοῖς ἀπογνῶναι μὲν τὰ θνητὰ, μετακλῖναι δὲ καὶ μετανάστῆσαι πρὸς τὰ ἄφθαρτα: in libello, ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον. Tollius.

17. Μεγάλοι δὲ οἱ λόγοι τούτων] Æſchylus apud Ariſtoph. in Ranis: Ἀλλ' ὦ κακοδαίμον ἀνάγκη μεγάλων γνωμῶν καὶ διανοιῶν ἴσα καὶ τάγε ῥήματα τίκτειν. Seneca de Tranquillitate animi, c. I: *Rurſus ubi ſe animus cogitationis magnitudine levavit, ambitioſus in verba eſt, altiuſque ut ſpirare, ita eloqui geſtit, & ad dignitatem rerum exit oratio: oblitus tum legis, preſſioriſque judicii, ſublimis feror, & ore jam non meo.* Quæ verba præcedentis ſectionis ultima περὶ τοῦ ἐνθουσιασμοῦ mirifice illuſtrant. Tollius.

18. Εἰς τοὺς μάλιστα φρον.] Caſſiodorus Variar. II, epiſt. III: *Celſos currus niſi confidentia magna non appetit: dum generoſi eſt animi optare, quod ſummum eſt.* Quæ ſententia uti duplex, ita ex duobus eſt præſtantiſſimis ſcriptoribus deſumta, Pindaro, & Tacito. Tacitus lib. IV Annal. cap. 38 de Tiberio, delubrum ſibi exſtrui nolente: *Quidam ut degeneris animi interpretabantur. Optumos quippe mortalium altiſſima cupere.* Pindarus Olymp. Od. I, de curuli Pelopis certamine: Ὁ μέγας δὲ κίνδυνος ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει. Dio Chryſoſtomus de Æſchylo: Οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρον, ὡς ἀνὴρ εὐφυής. Adeatur & Thucydides l. I, p. 47. Tollius.

19. Ἐγὼ μὲν] Quis non videt hic deſiderari, quod Parmenioni reſpondiſſe ferunt Alexandrum Magnum? Δαρείου διδόντος τῷ Ἀλεξάνδρῳ &c. Vide Plutarchum in Alexandro; ubi qualem ſe profitetur Alexander comparate ad Parmenionem, talem fuiſſe Homerum ad Heſiodum, & alios Poëtas, dicere voluit Rhetor: cujus ingenii μέτρον τὸ ἐπ' οὐρανὸν διάστημα ἀπὸ γῆς potius quam τῆς ἔριδος, quam cælo & terra circumſcribit. Petra.

Ibid. Ἐγὼ μὲν ἠρκέσθην, &c.] Locum hunc *Plutarchi* ad oras exhibet codex *Junianus*; ad *Homeri* alterum digitum intenderat *Criſpinus*; utrumque ſatis feliciter in *Græcis* conjunxit interpres: ſed Latina claudicant; quæ ſic ſupplenda: *----ſi eſſem Parmenio, magnanimitatem ſuam ſatis oſtendit: ſicut & ſpatium illud cœlum inter terramque interjectum, in eo verſu, (Ingrediturque ſolo & caput inter nubila condit) generoſam Homeri indolem oſtendit: nec quiſquam verius dixerit hanc*

con-

veri oratoris tueri nomen velit, abesse debere quam longissime. Etenim fieri 5
nequit, ut, qui nil nisi demissum ac servile, per omnem vitam sapiunt,
sataguntque, ex hoc animo tam parvo, ac tam degeneri, quidquam
proferant, quod universæ posteritatis plausum mereatur, atque admi-
rationem. At contra magnifica illorum sit oratio necesse est, quorum 6
generosa erectaque mens animi nil nisi grande cogitat, & excelsum. Et 7
hinc fit, ut, quæ maxima sunt, in eos potissimum cadant, quorum
animi magnitudo est quam excellentissima, altissimaque. Hinc ille vere 8
magnus Macedonum rex Parmenioni dicenti, *Ego vero*, si Alexander
essem, *tam bonas conditiones acciperem:*

* * * * *

[*Et ego*, respondit, *si Parmenio essem:* atque ita, quid inter suam omni-
no regii, ac universi terrarum orbis imperium agitantis animi celsita-
tem, & Parmenionis modo non servile, & assuetum ministeriis regum,
ideoque nec tantæ fortunæ capax ingenium, discriminis esset, ostendit.
Ita nec immensam illam Homeri ingenii altitudinem aliunde facilius, 9
quam ex hac Eridis descriptione cognoveris: *Ingrediturque solo, & caput
inter nubila condit:*] cui quum tantum spatii tribuit, quantum inter ter-
ram & cælum aëris est intervallum, non tam illius hanc monstri, quam
ipsius Poëtæ mensuram esse merito dixeris. At vide sodes, quam dissi-
mile

contentionis mensuram esse, quam ipsius Homeri. LANGBÆNIUS.

Ibid. Ἐγὼ μὲν ἠρκέσθην] Vaticanus tertius, ἐγὼ μὲν ἂν ἠρκέσθην. TOLLIUS.

20. Εἰ Ἀλέξανδρος ἤμην,] Hanc lacunam optime, meo quidem judicio, his verbis supplevit Gabriel de Petra, ex Plutarchi Alexandro, & loco Homeri, quem in animo habuit Longinus. [εἰ Ἀλέξανδρος ἤμην, Κἀγὼ νὴ δία, εἰ Παρμενίων ἤμην, τὸ αὐτοῦ μεγαλόφρον δείκνυσιν· ὡς καὶ τὸ Ὁμήρου παροείζει μεγαλοφυὲς, ἐν τῷ, [οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει,] id est, *Sane quidem iis Darii conditionibus acquiescerem, si Alexander essem; respondet, & ego per Jovem, si essem Parmenio; animi sui magnitudinem plane ostendit; sicut in libro Iliad.* IV *ubi Eris describitur,*

Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

Virg.

Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit:

ex immenso illo a terra ad cœlum spatio Homeri granditas facile agnoscitur: eamque mensuram non magis Eridis mensuram esse dicas, quam ipsius poëtæ. FABER.

21. Οὐρανῷ] εἰδωλοποιία τερατῶδές τι πλάττουσα δαιμόνιον, cui similis illa Virg. de Fama Æn. 4. PETRA.

22. Τὸ ἐπ' οὐρανὸν] in Veneto margini adscriptum, ἐνταῦθα ἐλλείπει πλῦιθ (credo pro πλεῖστα) περὶ τρία φύλλα. Quod tamen vix verisimile est, cum tam præcedentis, quam hujus partis idem sit argumentum. TOLLIUS.

23. Ἡ Ὁμήρου μέτρον.] Ἰλιάδ. δ'. PETRA.

24. Ἐπὶ τῆς Ἀχλύος] Locus Hesiodi, si Hesiodi est, incipit a versu CCLXIV: Παρ' δ' Ἀχλὺς εἱστήκει, &c. Et ibi quidem Ἀχλὺς Dea est, ut *Nox*, ut *Terra*, &c.

---- *Sed quo te nomine dicam,*
Ἀχλὺ θεά, *Veneranda, Tremenda, Horrenda* θεάων,
Te Latia signasse nota si forte lubebit?

Nugaris, inquis, Lector. Fortasse; sed tamen vide quid afferam; tum, ubi rem cognoveris, sententiam feres, &, si ita forte animus jubebit, *tu me carbone notabis.* Omnes existimant Ἀχλὺν esse hoc loco *Caliginem*, *Tenebras*, &c. Ego ad ravim usque vociferabor, Ἀχλὺν hoc loco, inquam, non esse *Caliginem.* Nempe ita describitur:

Παρ δ' Ἀχλὺς εἱστήκει ἐπισμυγερή τε καὶ αἰνή,
Χλωρὴ, αὐσταλέη, λιμῷ καταπεπτηυῖα,
Γουνοπαχής· μακροὶ δ' ὄνυχες χείρεσσιν ὑπῆσαν·

Τῆς

λύος, [25] εἴγε Ἡσιόδου καὶ τὴν Ἀσπίδα θετέον·

Τῆς δ' ἐκ μὲν ῥινῶν μύξαι ῥέον.

10 Οὐ γὰρ δεινὸν ἐποίησε τὸ [26] εἴδωλον, ἀλλὰ μισητόν. [27] ὁ δὲ πῶς μεγεθύνει τὰ δαιμόνια;

[28] Ὅσσον δ' ἠεροειδὲς ἀνὴρ ἴδεν ὀφθαλμοῖσιν
Ἥμενος ἐν σκοπιῇ, λεύσσων ἐπὶ οἴνοπα πόντον,
[29] Τόσσον ἐπιθρώσκουσι θεῶν [30] ὑψαύχενες ἵπποι.

11 Τὴν ὁρμὴν αὐτῶν κοσμικῷ διαστήματι καταμετρεῖ. Τίς οὖν οὐκ ἂν εἰκότως διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μεγέθους ἐπιφθέγξαιτο, ὅτι ἂν δὶς ἑξῆς ἐφορμήσωσιν οἱ τῶν θεῶν ἵπποι, οὐκέθ' εὑρήσουσιν ἐν κόσμῳ τόπον; Ὑπερφυᾶ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς θεομαχίας φαντάσματα,

[31] Ἀμφὶ

Τῆς ἐκ μὲν ῥινῶν μύξαι ῥέον· ἐκ δὲ παρειῶν
Αἷμ' ἀπολείβετ' ἔραζε· ἡ δ' ἄπλητον σεσαρυῖα
Εἱστήκει· πολλὴ δὲ κόνις κατενήνοθεν ὤμους,
Δάκρυσι μυδαλέη.

Legiſti, quiſquis es; itaque, ſi Ἀχλὺς Caligo eſt, tum *Caligo pallida erit, fame exhauſta, pigra; genua craſſa habens, illi ungues ex digitis prominebunt, tota neglecta, capillus paſſus, cruor ex genis laceratis in terram defluet: dentes fremebunda aſtringet; aſperſio pulveris, cineris, circa humeros; denique tota lacrymarum rore madebit*, &c. Heu! inquies, nova iſthæc. Fateor, neque dicerem, ni nova eſſent; videlicet Ἀχλὺς (nunc quidem) *Caligo* non eſt; ſed, (horreſco miſer, nam & illam novi, & illa me jam pridem novit;) Ἀχλὺς *Triſtitia* eſt, *Dolor* eſt, *Mœror*, λύπη & alia ad eam formam, quæ hoc ſeculum affert, in quo Alaſtores excluſo Jove regnant. Deſcriptioni omnia nimis ah! nimis conveniunt; quare res ipſa apparet. Tamen ſi auctoritate egeat ratio, dicam; Ἀχλύμενος apud Heſychium eſt λυπούμενος. Sed hanc veritati & rationi injuriam facere nolim, ut credam auctoritate Grammaticorum opus illi eſſe. FABER.

25. Εἴγε] ambigere videtur, an Aſpis ſit Heſiodi genuinum opus. ROBORT.

Ibid. Εἴγε Ἡσιόδου καὶ τὴν Ἀσπίδα θετέον.] An poëmatium illud, quod *Scutum Herculis* vulgo audit, *Heſiodi* opus γνήσιον ſit, an ſuppoſititium, quæſtio eſt, & nunc & olim agitata. *Ariſtophanes* grammaticus, tum Ἀσπίδα, [*Volater. in Anthrop.*] tum ὑποθήκας *Heſiodi* eſſe negavit. [*Quintil. inſt. l.* 1, *c.* 1.] *G. Canterus Novarum lect. l.* 4, *c.* 3, partem putat majoris operis, quod Μεγάλας ἠοίας appellabant, commento plane tam ingenioſo, ut pene pudeat non credere; nempe quod ab ἢ οἵη incipiat, ſicut & quæ ex illo opere proferuntur haud pauca: quo criterio uſus & *Caſaubonus in Strab. l.* 1. Sed quo minus in has partes totus concedam, facit, tum quod *Scutum* & Eœæ diſtincta opera ſæpius ab auctoribus memorantur: [*Suid. Tzet.*] Tum quod *Bœotii*, [*Pauſan. in Bœoticis,*] quibus hac in parte tutius credendum, conterraneum ſuum poëtam Ἔργα tantum compoſuiſſe contendunt. Adde quod μεγάλας ἠοίας hæſitanter admodum *Heſiodo* inſcribunt auctores. [*Athen. l.* 8. *Apoll. ſchol. l.* 1, 2, & 4.] Neque prorſus mihi perſuadent magni viri, *Eœas* & *Catalogum mulierum* idem opus, imo vel ejuſdem eſſe: aliam enim fabulam de *Phineo*, & de *Endymione* ex *Magnis Eœis*, aliam ex *Mulierum Catalogo*, & *Heſiodo* nobis propinant *Apollonii lib.* 2, & 4, ſcholia: Et diſtincta fuiſſe διαῤῥήδην affirmat *Pauſanias lib.* 9. Neque tamen negavero *Eœas* etiam & fuiſſe *Catalogum*, & vocari, ſed quo ordine non ita certum. Antiquitas plures *Catalogos Heſiodicos* agnovit, *fœminarum*, *Heroum*, forte & *Heroidum*, *Deorum*. *Suidas eum ex lib.* 5 *conſtitiſſe refert.* Γυναικῶν enim κατάλογον ordine primum fuiſſe, ex *Maximo Tyrio* non improbahili conjectura adducor, ut credam. *Heſiodus*, inquit, Χωρὶς μὲν τῶν ἡρώων, ἀπὸ γυναικῶν ἀρχόμενος, καταλέγων τὰ γένη, ὅστις ἐξ ἧς ἔφυ· χωρὶς δὲ αὐτῷ πεποίηνται οἱ Θεῖοι λόγοι, ἅμα δὲ τοῖς λόγοις Θεογονία. *Primus peculiari opere heroum catalogum conſcripſit, initioque a mulieribus facto, qua quiſque matre oriundus eſſet, recenſuit. Rurſus Theologiam, aliud opus, ſcripſit: cum qua Theogoniam conjunxit.* Atque ex his forte *Theologiæ* libris hauſit

mile ſit illud ex Aſpide Heſiodium de Triſtitia ; ſi tamen hoc Heſiodi poëmation eſt :

Hujus ab humenti pendebat ſtiria naſo.

Non enim tam horribilem nobis ejus imaginem objecit, quam ingratam, odioſamque. Quanta contra, Dî boni! in his, quæ ad Deos pertinent, amplificatione uſus eſt Homerus! ut:

Quantum purpurei proſpectans æquora ponti
Aëris inſidens ſpeculæ vir lumine luſtrat,
Tantum animoſa Deum ſpatii proſultat equum vis.

Saltum ſcilicet eorum ipſo mundi ſpatio dimetitur. Quis igitur ad hanc tantam magnitudinis exaggerationem non eveſtigio exclamet : *Si alterum iſtiuſmodi ſaltum Deorum equi fecerint, locum iis dehinc in orbe deſuturum ?* Sed nec minus grandes illas eſſe dixeris viſiones, quibus Deorum pugnas exprimit :

Inſo-

hauſit illud *Manilius*, quod in *Theogonia* deſiderat *Scaliger ad Manil. l. 2.* Qui etiam dictatorie nimis aſſerit, *nullum veterum prodidiſſe, neque verum eſſe, alia Geoponica ſcripſiſſe, præter ea, quæ in manibus ſunt,* ἔργα καὶ ἡμέρας· Verum ad *Heſiodum* referri ſolitum & aliud opus, quod veteres Μεγάλα ἔργα vocitabant, innuere videtur *Athenæus lib.* 8. Unde forſan cenſoriam virgulam ſtringit commentator in *Manilium* nil tale merentem. Nec tamen eſt, quod rabidi nimis oris auctor *hoc ſolo infelicem* pronunciaret poëtam. [*Chriſt. Scheiner. Roſa Urſ. lib.* 4, *p.* 2, *c.* 2.] *Quod audacem illum & ſuperciliosum nactus ſit Criticum Joſephum Scaligerum.* Quis *Heſiodi* catalogorum ſecundas obtinuit, quis tertias, non ſatis compertum : locum quartum ταῖς Ἠοίαις tribuit præſentis ævi delitiæ *Dan. Heinſius in Anim. in Tzetzem.* & quarti partem fuiſſe, de quo nunc agitur, *Scutum*, ex antiqui argumenti auctore colligit. LANGB.

26. Εἴδωλον,] Factum a verbo εἴδω, qua forma a φείδομαι φειδωλός ſignificatio *imaginem, ſimulachrum.* Sunt & Homero εἴδωλα, quæ Latinis *umbræ* dicuntur. Il. ε. PETRA.

27. Ὅ δὲ πῶς &c] Æmulari voluit Nonnus. Sed inepte, ut plurima, l. VII Dionyſ. de Jove ad Semelen feſtinante :

—— Ἀτεκμάρτῳ δὲ πεδίλῳ
Ἅλμα θορῶν προφέρτιστον· ὅλην παρεμέτρεε ταρσῷ
Ἀτραπὸν ἠερίην· τὸ δὲ δεύτερον ἵκετο Θήβην,
Ὡς πτερὸν, ἠὲ νόημα.

TOLLIUS.

28. Ἠεροειδές.] Aquam potius, quam aerem vertiſſe debuerat, *obſcuram* ſcilicet, vel *cæruleam, aëri* colore *ſimilem* : [*Heſych.*] unde paſſim apud poëtam legimus ἠεροειδέα πόντον. LANGBÆNIUS.

Ibid. Ὅσσον δ' ἠεροειδὲς] Exiſtimat Vir Doctus in ſuis ad hunc ſcriptorem Notis, ἠεροειδὲς hic ſumi debere, pro *aqua* ; nollem factum. *AQUAM potius*, inquit, *quam AEREM vertiſſe debuerat interpres* ; obſcuram *ſcilicet, vel cæruleam, aëri colore ſimilem* ; *unde paſſim apud Poëtam legimus* ἠεροειδέα πόντον. Nollem, inquam, factum : nam aperte fallitur. Quippe τὸ ἠεροειδὲς ſignificat totum illud aëris ſpatium, quo pertingere oculi poſſunt, ſi nihil ipſis officiat. Quid ſcripſerit Euſtathius, haud ſane memini, neque e grabato, cui datus hæreo cuſtos, ſurgere licet ; ſed ad manum eſt Heſychius: ΗΕΡΟΕΙΔΕΣ, inquit, ἀερῶδες, μέγα· διὰ τοῦ ἀέρος ἔκτασιν τῶν ὀφθαλμῶν μηδενὸς ἐμποδίζοντος, ὥστε καὶ πολλὰ τὰ διεστῶτα ἐκ πολλοῦ ὁρᾶν. Latine verterem ; ni jam abunde dictum eſſet : *Totum illud aëris ſpatium, quo,* &c. Deinde ſi ἠεροειδὲς aquam ſignificaret, plane ridiculus foret Longinus, cum ſcribit, κοσμικῷ διαστήματι. quibus verbis horizontale ſpatium deſignat. FABER.

29. Τόσσον ἐπιθ.] Quomodo Poëtæ grandem faciant orationem τῇ νοήσει, quum loquuntur de Diis. ROBORT.

30. Ὑψαύχενες] in duobus Vaticanis erat ὑψηχέες ; in margine vero alterius, ὕψη, ἐπηχέες. TOLLIUS.

31. Ἀμφὶ δ' ἐσάλπιγξεν] Ιλ. φ. PETRA.

Ibid. Ἐσάλπιγξεν] conſideravit noſter in hoc verſu ſublimitatem τῆς διανοίας : contra

Demet.

12 [31] Ἀμφὶ δ' ἐσάλπιγξεν μέγας οὐρανὸς, [32] οὔλυμπός τε.
καὶ, [33] Ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων [34] Ἀϊδωνεύς.
Δείσας δ' ἐκ θρόνου ἆλτο, καὶ ἴαχε, μή οἱ ἔπειτα
Γαῖαν ἀναρρήξειε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
Οἰκία δὲ θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι φανείη,
Σμερδαλέ', εὐρώεντα, τά τε στυγέουσι θεοί περ.

13 ἐπιβλέπεις, ἑταῖρε, ὡς, ἀναρρηγνυμένης μὲν ἐκ βάθρων γῆς, αὐτοῦ δὲ
γυμνουμένου ταρτάρου, ἀνατροπὴν δὲ ὅλου καὶ διάστασιν τοῦ κόσμου λαμβάνον-
τος, πάντ' ἅμα, οὐρανὸς, ᾅδης, τὰ θνητὰ, τὰ ἀθάνατα, ἅμα τῇ
14 τότε συμπολεμεῖ καὶ συγκινδυνεύει μάχῃ; [35] Ἀλλὰ ταῦτα [36] φοβερὰ μὲν,
πλὴν [37] εἰ μὴ κατ' ἀλληγορίαν λαμβάνοιτο, [38] καὶ παντάπασιν ἄθεα, καὶ
15 οὐ σώζοντα τὸ πρέπον. [39] Ὅμηρος γάρ μοι δοκεῖ, [40] παραδιδοὺς τραύματα
θεῶν, στάσεις, τιμωρίας, δάκρυα, δεσμὰ, πάθη πάμφυρτα, [41] τοὺς μὲν

ἐπὶ

Demet. Phalereus, sive Auctor libelli de Elocutione, ipsam tantum vocem ἐσάλπιγξεν, quam inferiorem putat, abjectioremque, ac rei ipsius, sive sententiæ dignitas, atque magnificentia postulabat. TOLLIUS.

32. Οὔλυμπός τε] Loco τοῦ, οὔλυμπός τε in fine versus legitur citato loco, αἴε δὲ ζεῦς ἥμενος οὐλύμπῳ. PETRA.

33. Ἔδδεισεν] Ιλ. υ. PETRA.

Ibid. Ἔδδεισεν] Hunc locum imitatus est Virg. Æneid. 8, de Caco verba faciens, *At specus & Caci detecta apparuit ingens, &c.* PETRA.

Ibid. Ἔδδεισεν δ'] Attigit etiam Plutarchus hunc locum in commentariolo de Audiendis Poëtis, sed suo more, id est, Philosophice. Nam ut ipse ibidem ait, ἐν ταῖς ἀναγνώσεσι τῶν ποιημάτων ὁ μὲν ἀπανθίζεται τὴν ἱστορίαν ὁ δὲ ἐμφύεται τῷ κάλλει, καὶ τῇ κατασκευῇ τῶν ὀνομάτων. Ostendit autem non habiturum quemquam hujuscemodi figmentis fidem, qui mendax esse noverit genus poëtarum. Quin &, inquit, cautus adolescens ἐπιλήψεται μὲν αὐτοῦ φοβουμένου τὸν Ποσειδῶνα, καὶ ταρβοῦντος, μὴ τὴν γῆν ἀναρρήξῃ, καὶ ἀπογυμνώσῃ τὸν ᾅδην· ἐπιλήψεται δὲ τοῦ Ἀπόλλωνος χαλεπαίνοντος, &c. Cui loco mendum insidet manifestum. Nam, pro αὐτοῦ φοβουμένου, legendum τοῦ Ἀϊδωνέως φοβ. cui mox respondet ἐπ. δὲ Ἀπόλλωνος χαλεπ. Æmulatus est Homerum & Virgil. VIII Æn. 243:

Non secus ac si qua penitus vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes, & regna recludat
Pallida, dis invisa; superque immane barathrum
Cernatur, trepidentque immisso lumine manes.

apertius autem Ovidius lib. V Metam. ubi de Typhoëo agit:

Vasta giganteis ingesta est insula membris
Trinacris, &c.
----- Sub qua resupinus arenas
Ejectat, flammasque ferox vomit ore Typhœus.
Sæpe remoliri luctatur pondera terræ,
Oppidaque, & magnos evolvere corpore montes.
Inde tremit tellus: & rex pavet ipse silentum,
Ne pateat, latoque solum retegatur hiatu:
Immissusque dies trepidantes terreat umbras.
Hanc metuens cladem, &c.

Nitere videntur hæc, & magnitudinem præ se ferunt seorsim lecta: verum si cum illis Homeri comparentur, facile quivis animadvertet, quantum πάθος in Homericis sit versibus, quantaque sublimitas: sic ut nemo, nisi qui plane harum rerum rudis sit, & ἄμουσος, non commoveatur, ubi hæc legerit, & cum ipso Plutone dehiscentes sibi videre videatur inferos. TOLLIUS.

34. Ἀϊδωνεύς.] Designat vox hæc tum locum inferorum, tum *Plutonem*: fuit autem *Aidoneus Epiri* rex, ὃς κατεμυθεύθη ἐπὶ τὸν Πλούτωνα: ut loquitur Scholium *Dionysii* τοῦ Περιηγητοῦ. LANGBÆNIUS.

35. Ἀλλὰ ταῦτα] Poëtas ait, ut de Diis grandem & efficacem orationem conficerent, humana transtulisse ad Deos. ROBORT.

36. Φο-

Insonuere Deum sedes, & vastus Olympus. 12
item: *Expavit nigri Pluto dominator Averni;*
Exsiluitque tremens solio, metuensque ruinæ,
Horrendum inclamat, ne conquassata tridenti
Neptunus solvat divolsæ viscera terræ,
Et cælo, ac superis, pateant informia regna,
Regna situ squallentia, & ipsis horrida divis.

Vides, mi Terentiane, ut ab ipsis terra emota fundamentis, retectisque 13
inferorum sedibus, tota denique hujus universi mole divulsa, diruptaque, cælum, terra, superi, inferi, mortalia, immortalia, cuncta simul huic prælio immisceantur, idemque periculum subeant, atque aleam dimicationis?
Sunt hæc sane terribilia; verumtamen, nisi ea allegorice accipias, omni- 14
no impia, quæque Deorum immortalium majestati minime conveniant.
Videturque Homerus, quum Deorum vulnera tradit, & factiones: quum 15
pœnas, quum lacrymas, quum vincula, aliaque id genus varia enarrat mala, & incommoda, ex hominibus, qui Troico bello interfuere, quan-

36. Φοβερὰ μὲν] Sic Tusc. quæst. primo: *Homerus humana ad Deos transtulit, divina mallem ad nos.* Petra.

37. Εἰ μὴ κατ' ἀλληγορίαν λαμβάνοιτο, παντάπασιν ἄθεα.] *Nisi allegorice sumantur, plane athea sunt.* Eo nomine *Homerum* ab impietate vindicant ex antiquis haud pauci, qui de ejus allegoriis scripserunt, ut *Metrodorus Lampsacenus*: [*Tatianus contr. Græc.*] &, qui ad nos pervenit, *Heraclides Ponticus*: cui allegoria est, ὁ ἄλλα μὲν ἀγορεύων τρόπος, ἕτερα δ' ὧν λέγει σημαίνων. *Tropus in quo aliud dicitur, aliud intelligitur.* Langbænius.

Ibid. Πλὴν εἰ μὴ κατ' ἀλληγ.] Duo Vaticani, πλὴν ἄλλως εἰ μὴ &c. Recte vero hoc a Longino additum. Quippe omnia, quæ de Diis ab Homero conficta sunt, allegorice exponenda esse Heraclides, sive, ut alii malunt, Heraclitus, ostendit in eleganti illo libello, quem de Homericis reliquit allegoriis. Multa item Phurnutus, sive Cornutus de Natura Deorum, exposuit. Homeri Apologiam apud Proclum invenias in Platon. de rep. Vide & Sallustium Philos. de Diis & mundo cap. VI: nec non Schol. Hom. Il. ύ. Nos autem omnia ad Chemiam referimus in Fortuitis nostris, quæ respici poterunt. Tollius.

38. Καὶ παντάπασιν] in tertio Vatic. deest καὶ, & potest abesse. Tollius.

39. Ὅμηρος] in Homerum, qui Diis attribuit vulnera, adulteria, vincula, & cetera id genus. Robortellus.

40. Παραδιδοὺς τραύματα θεῶν] Fusius hæc Cicero l. 1 de Nat. Deor. c. XVI: *Nec enim multo absurdiora sunt ea, quæ poëtarum vocibus fusa, ipsa suavitate nocuerunt: qui & ira inflammatos, & libidine furentes induxerunt Deos, feceruntque, ut eorum bella, pugnas, prælia, vulnera, videremus: odia præterea, dissidia, discordias, ortus, interitus, querelas, lamentationes, effusas in omni intemperantia libidines, adulteria, vincula, cum humano genere concubitus, mortaleisque ex immortalibus procreatos.* Xenopbanes apud Sextum Empiricum:

Πάντα θεοῖς ἀνέθηκεν Ὅμηρος θ', Ἡσίοδός τε,
Ὅσσα παρ' ἀνθρώποις ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστὶν,
Κλέπτειν, μοιχεύειν τε, καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

Rationem reddit idem Cicero lib. II, cap. XXVIII, de Nat. Deorum: *Alia quoque ex ratione, & quidem Physica magna fluxit multitudo Duorum: qui induti specie humana fabulas Poëtis suppeditaverunt, hominum autem vitam superstitione omni referserunt.* Et mox: *Physica ratio non inelegans inclusa est in impias fabulas.* Ubi in seqq. capitibus, præsertim cap. XXVIII plura: cujusmodi & apud Plutarchum legas de Ægyptiorum fabulis in Iside & Osir. Tollius.

41. Τοὺς ἐπὶ τῶν Ἰλιακῶν ἀνθρώπους] Nihil unquam ingeniosius de Homero scriptum fuisse arbitror: homines enim apud illum Dii sunt: πάντα τεράστια, ἄπιστα πάντα, vires immensæ, &c. Sed, (ut uno verbo dicam, quod alias pluribus dicetur,) si, quæ ibi de Diis dicuntur, ea de hominibus, qui heroica quadam fortitudine præstarent, intelligenda erunt: tanta consequetur absurditas, vix ut se Homerus tueri possit. Magnum argumen-

ἐπὶ τῶν Ἰλιακῶν ἀνθρώπους, ὅσον ἐπὶ τῇ δυνάμει, θεοὺς πεποιηκέναι, τοὺς θεοὺς δὲ ἀνθρώπους· ἀλλ᾽ ἡμῖν μὲν δυσδαιμονοῦσιν ἀπόκειται [42] λιμὴν κακῶν, ὁ θάνατος· τῶν θεῶν δ᾽ οὐ τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν ἀτυχίαν ἐποίησεν
16 αἰώνιον. Πολὺ δὲ τῶν περὶ τὴν θεομαχίαν ἀμείνω τὰ, ὅσα ἄχραντόν τι καὶ
17 μέγα τὸ δαιμόνιον, ὡς ἀληθῶς, καὶ [43] ἄκρατον παρίστησιν· οἷα (πολλοῖς δὲ πρὸ ἡμῶν [44] ὁ τύπος ἐξείργασται) τὰ ἐπὶ τοῦ Ποσειδῶνος·

—— [45] τρέμε δ᾽ οὔρεα μακρὰ, [46] καὶ ὕλη,
Ποσσὶν ὑπ᾽ ἀθανάτοισι Ποσειδάωνος ἰόντος.
καὶ, Βῆ δ᾽ ἐλάαν ἐπὶ κύματ᾽· ἄταλλε δὲ κήτε᾽ ὑπ᾽ αὐτοῦ
Πάντοθεν ἐκ κευθμῶν, οὐδ᾽ ἠγνοίησεν ἄνακτα.
Γηθοσύνη δὲ θάλασσα διΐστατο· τοὶ δὲ πέτοντο.

18 [47] Ταύτῃ καὶ ὁ τῶν Ἰουδαίων θεσμοθέτης, [48] οὐχ ὁ τυχὼν ἀνὴρ, ἐπειδὴ τὴν τοῦ

mentum video, nec leviter tractandum; nam Homerum amo: at ita tamen, ut vitia, nugas, & somnia, &c. Hem! res odiosas. FABER.

Ibid. Τοὺς μὲν ἐπὶ τῶν Ἰλιακῶν] D. Augustinus lib. I Confess. *Quis autem penulatorum magistrorum audit aure sobria ex eodem pulvere* (Ciceronem Tusc. Quæst. l. I, c. XXVI) *clamantem, & dicentem*, Fingebat hæc Homerus, & humana ad Deos transferebat: divina mallem ad nos? *Sed verius dicitur, quod fingebat. Hæc quidem ille. Sed hominibus flagitiosis divina tribuendo, ne flagitia putarentur: & ut, quisquis ea fecisset, non homines perditos, sed cælestes Deos videretur imitari*, &c. Aristoteles lib. X Politicorum, ubi de Poëtarum superstitionis plena Theologia disputat, inter cetera ita de Homero loquitur: Ὅμηρος μέντοι πάντων κορυφαῖος, ὁ κατ᾽ ἐξοχὴν ποιητὴς λεγόμενος, καίπερ πολλὰ καὶ ἄτοπα, καὶ παράδοξα, ἄλλως τε καὶ περὶ ἐκείνων τῶν τελῶν τοῦ Κρόνου παίδων ποιήσας, καὶ πῶς τοῦδε τοῦ παντὸς τὸν κλῆρον διενείμαντο κατ᾽ αὐτοὺς, χαριέντως ῥαψῳδήσας, ὅμως δοκεῖ ἐνίοτε ἀνανήψας οὐκ ἀπρεπῶς αἰνίξασθαι περὶ τοῦ ὄντως θεοῦ τινὰ, καὶ περὶ τῆς ἐκείνου δυνάμεως, καὶ πάντων τῶν ἄλλων ἐξοχῆς. Ubi eadem fere de Hesiodo dicit, quæ noster Homero. TOLL.

42. Λιμὴν κακῶν]. Sophocles in Oedipo Tyranno: Ὦ κλεινὸν Οἰδίπου κάρα, ᾧ μέγας λιμὴν αὐτὸς ἤρκεσε παιδὶ καὶ πατρὶ θαλαμηπόλῳ πεσεῖν. Cicero Tusc. Quæst. l. I. c. ult. *Sed profecto fuit quædam vis, quæ generi consuleret humano; nec id gigneret, aut aleret, quod, quum exantlavisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum: portum potius paratum nobis, & perfugium putemus.* Idem Tusc. Quæst. l. I, c. VIII: *si mori etiam mortuis miserum esset, infinitum quoddam & sempiternum malum haberemus in vita: nunc video calcem; ad quem cum sit decursum, nihil sit præterea extimescendum.* Et hinc Pluto Græcis *Eubulus* & *Eubulaus*, seu *bonus consultor*, quod hominibus optime consulat, quippe quos ab ærumnis & curis liberet. Phurnut. de Nat. Deor. Vid. & Plutarch. in Æmilio Paulo de Perseo. TOLLIUS.

43. Ἄκρατον] ἴσως, ἀκήρατον. FR. PORT.

44. Ὁ τύπος] Cod. tertius Vaticanus, ὁ τόπος. TOLLIUS.

45. Τρέμε] Ἰλιάδ. ν. PETRA.

Ibid. Τρέμε δ᾽ οὔρεα] Multa ejusdem φαντασίας, & fortassis etiam meliora, apud scriptores sacros reperias. De quibus agetur, cum id agetur. Nunc enim ὕδωρ κατὰ χειρῶν δίδοται. Tamen ea legisse potuerat; apud quem & quædam cantica esse scio, quæ longo intervallo post sese id omne relinquunt, quod in genere πομπικῷ, grandi, elato, &c. utraque Græcia protulit. FABER.

46. Καὶ ὕλη] in duobus Vaticanis hic etiam versus inseritur, Καὶ κορυφαὶ, Τρώωντε πόλις, καὶ νῆες Ἀχαιῶν, TOLLIUS.

47. Ταύτῃ καὶ] Laudat Moysen Judæorum legislatorem, quam de Deo honorifice sit locutus. ROBORT.

Ibid. Ταύτῃ καὶ] τοῦ Μωϋσέως σεμνὴ περίφρασις· αὕτη δὴ σύστασις γίνεται κατὰ τὸν τρίτον τῆς ἀποφάσεως τρόπον, μεῖζον δηλούσης τῆς καταφάσεως· ταυτὸν οὖν τὸ οὐ τυχὼν ἀνὴρ τῷ ἐνδοξότατος, καὶ περὶ λόγους δεινότατος. PETRA.

Ibid. Ὁ τῶν Ἰουδαίων θεσμοθέτης, οὐχ ὁ τυχὼν ἀνὴρ] *Judæorum legislator, vir non vulgaris.*

quantum in ipſo fuit, Deos; rurſus e Dîs homines facere voluiſſe, aut ſiquid etiam hominibus eſt miſerius. Nam nobis quidem infelicibus portus ac perfugium malorum paratum adeſt mors: Deorum autem non tam naturam ille, quam ærumnas infinitas fecit, atque ſempiternas.
Quanto vero præſtantiora ſunt illa, in quibus Deos nobis, quales re- 16
vera ſunt, exhibet, & deſcribit, magnos, puros, ac nullis humanæ imbecillitatis ſordibus contaminatos, nullave labe, ac macula contactos?
Talis eſt illa prænobilis, & a multis ante nos tractata, de Neptuno 17
ſententia:

——— Montes magni, & nemora alta tremebant,
Qua ſua Neptunus veſtigia dia ferebat.

& mox:

——— ——— Ille per undas
Pergit agens currum. Linquunt penetralia cete
Æquoris, & dominum facto agmine circumſultant.
Ipſum lætitia tumidas mare diſſicit undas,
Impeteque aligerum volucri volat axis equorum.

Hac item mentis altitudine Judæorum Legiſlator, vir minime conte- 18
mnendus,

ris. Ex hoc de *Moſe* judicio *Longinum* ſemichriſtianum pronunciari poſſe putat doctiſſimus *Vopiſci* commentator. Et favere videtur, quod *Ammonium* & *Origenem* Philoſophos *Chriſtianos* non contemnendo dignetur encomio *apud Porphyrium in vita Plotini.* Reclamat autem tum ſcriptorum altum hac de re ſilentium, tum quod paulo ante dixerat, ἡμῖν δυσδαιμονοῦσιν ἀπόκειται λιμὴν κακῶν ὁ θάνατος. Quod, prout ab ipſo dicitur, non magis Chriſtianitatem ſapit, quam *Catulli* illud:

Nobis, cum ſemel occidit brevis lux,
Nox eſt perpetuo una dormienda.

Nam quod *Moſis* cum honore meminerit, fecerunt & Ethnicorum plurimi, *Diodorus Siculus* libro ultimo: Μωσῆς, φρονήσει πολλῇ καὶ ἀνδρείᾳ πλεῖστον διαφέρων: *Cumulata prudentia & fortitudinis laude inſignis.* Quæ enim duo loca in eandem ſententiam ex libro primo profert *Juſtinus Martyr Paran. ad Græc.* conſulto prætereo: utpote quæ *Græca* fide referuntur: in altero enim non de *Moſe*, ſed *Mneve*, *Diodoro* ſermo; alter & truncatus urgetur, & manifeſto ſcatet mendo, prout conferenti patebit. Quin & *Porphyrius Longini* συμφοιτητής, & *Chriſtianæ* religionis infenſiſſimus hoſtis, *de vita Pythag. Moſen* cum laude citat. Sunt etiam, qui & *Porphyrium* in extremis *Chriſtianum* factum volunt, argumento haud ſatis firmo adducti *ex Hier. in Chron.* Nam ſi id verum eſſet, cum ab *Hieronymo* ipſo, *Auguſtino de civit. l.* 19. *c.* 22. & aliis patribus toties ſceleratus audiat, non immerito illud *Auguſtini* reponeret: *Hic vir objicit mihi gratiam Chriſti.* Idem de *Zenobia Longini* diſcipula ſuadere ſatagit magnus *Baronius ad annum Chriſti* 274, ſed nondum perſuadet. Idem de *Libanio* Sophiſta *Amphilochius in vita Baſilii.* Ille quippe cæſo in *Perſia Juliano Cæſaream* properus advenit, *& ad genua S. Baſilii provolutus, baptiſmum* (ſi diis placet) *oravit, exoravit,* ἠξίου δέξασθαι τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα· καὶ ταύτης τυχὼν ὁμόστεγος γέγονεν Βασιλείου, ἅμα Εὐβούλου. Quod immane quantum a vero remotum ſit, abunde nos docet *Libanius de vita ſua, & in epitaphio Juliani* ipſe, tum alias, tum in oratione nondum vulgata ὑπὲρ τῆς τιμωρίας Ἰουλιανοῦ, in qua eos ad ſupplicium conquiri poſtulat, qui *Juliano* necis auctores fuerant: quam non a *Perſarum* aliquo, ſed a proprio milite illatam aſſerit. Langbænius.

Ibid. Ταύτῃ καὶ ὁ τῶν] reſpondent hæc illis, quæ initio capitis de animi altitudine diſputata ſunt, cohærentque cum iſta ſententia: ταύτῃ καὶ εἰς τοὺς μάλιστα φρονηματίας ἐμπίπτει τὰ ὑπερφυᾶ. Operæ pretium eſt hic adſcribere, quæ Huetius, vir omnigena eruditione clariſſimus, in opere ſuo luculento de Demonſtr. Euangelica cum de ſcriptore noſtro, tum de hoc ejus judicio ſentiat. *Longinus*, inquit, *Zenobiæ Palmyr. reginæ a con-*

[49] τὴν τοῦ θείου δύναμιν κατὰ τὴν ἀξίαν [50] ἐγνώρισε, κἀξέφηνεν, εὐθὺς
[51] ἐν τῇ εἰσβολῇ γράψας τῶν νόμων, [52] Εἶπεν ὁ θεός, φησι· τί; γενέ-
19 σθω φῶς, καὶ ἐγένετο· γενέσθω γῆ, [53] καὶ ἐγένετο. [54] Οὐκ ὀχληρὸς ἂν ἴσως,

ſiliis & ſtudiis, Criticæ artis princeps, in aureolo libello περὶ ὕψους eximio Moſem elogio exornat. Nam Dei poteſtatem pro dignitate cognoviſſe, & elocutum fuiſſe ait: quippe qui, inquit, initio legum Deum dixiſſe ſcribat: Fiat lux, & facta eſt: Fiat terra, & facta eſt. *Veruntamen quæ hic tamquam ſublimia, & ἐσχηματισμένα, affert e Moſe Longinus, ut ejus ſtyli ἁδρότητα approbet, ſimpliciſſima ſunt. Rem quidem longe maximam narrat Moſes: ſed ſtylo λιτῷ. Atque hinc adducor ut credam, hæc aliunde Longinum accepiſſe. Nam ſi ad ipſos recurriſſet fontes, & Moſis libros evolviſſet, ſummam deprehendiſſet ubique χαρακτῆρος ἰσχνότητα, quam perſecutum eſſe Moſem puto propter dignitatem materiæ, quæ doceri contenta reſpuit omnem ornatum. Cum ceteroqui cognoſcatur ex ipſius Canticis, & ex libro Jobi, quem ejus fœtum eſſe oſtendam, in ſublimi hoc genere dicendi exercitatiſſimus fuiſſe.* Hæc viri egregii ſententia eſt. Sed ignoſcendum, ſi quid in tam multijuga, & prope dixerim infinita, lectione illum fugerit. Dixerat Longinus ſectione octava inter quinque ſublimitatis fontes eſſe primum & præſtantiſſimum τὸ περὶ τὰς νοήσεις ἁδρεπήβολον· in quo τοῖς ἐσχηματισμένοις nullus locus eſt, ſed ſola reſpicitur dignitas ſententiæ ad rei magnitudinem convenienter expreſſæ. Poteſt autem etiam in tenui genere ſæpe occurrere ſententia ſublimis & elata, quam non tam ſtudium, quam ipſa rei magnitudo exprimat. Diſtinguendum vero inter quæſitam dedita opera, arteque arceſſitam ſublimitatem, & illam, quæ judicio exquiſito, ubi res popoſcerit, admittitur. In hoc igitur Moyſis loco & res maxima eſt, & ex merito a Moyſe expreſſa. Non conſiſtit hic in elocutionis, ſeu potius verborum, amplitudine τὸ ὕψος, (verba enim εὐτελέστατα ſunt) ſed in ipſo ſenſu: & hoc eſt, quod Longinus volebat, Moyſem dignum ipſa rei magnitudine ſenſum protuliſſe: cujuſmodi ſenſum etiam nudum ſine verbis nonnumquam, ut in Ajacis ſilentio, ſublimem eſſe dixerat. Sic & in Alexandri reſponſo non verba ὑψηλὰ ſunt, ſed ipſe ſenſus: cui ſimillimus ille Callicratidæ apud Plut. in Apophth. Lacon. Sed nec, quæ docentur, ſemper ornatum reſpuunt: & hic non tam ornatus eſt, quam neceſſaria divinæ potentiæ per magnificum ſenſum repræſentatio: quæ ſi non eſſet, certe toleranda, at non laudanda fuiſſet Moyſis de Creatione narratio. Conferatur hic cum Moyſe Joſephus: & diſcrimen ſtatim apparebit. TOLLIUS.

48. Οὐχ ὁ τυχὼν ἀνὴρ] Horatius de Pythagora: *Naturæ verique non ſordidus auctor.* ROBORT.

Ibid. Οὐχ ὁ τυχὼν ἀνὴρ] Cum dicit οὐχ ὁ τυχὼν ἀνὴρ, non mediocriter laudare vult. Notum illud Livii de Polybio, *non contemnendus auctor*; quod a multis, quaſi maligne & parce eum laudaſſet Livius, reprehenſum eſt. Et tamen ſcimus hoc quoque ab eo ſcriptum fuiſſe, *Jovem non contemnendum teſtem.* Locos illi quærent, queis otium erit; mihi non eſt. (*Plures Caſaubonus ſuppeditabit ad Polybium*) Ex hoc Rhetoris noſtri dicto ſuſpicati ſunt Viri doctiſſimi, fuiſſe illum Semichriſtianum, qui ſcilicet Moſem laudarit; non video ſatis eſſe cauſæ. Unde igitur, inquies? Videlicet Zenobiæ Palmyrenorum reginæ, quæ ab Aureliano victa eſt, a conſiliis erat, & ei ſtudiorum moderator. Ea autem, ut olim oſtendam, ad Moſis doctrinam acceſſerat; ſatiſque credibile eſt, Longinum aliquid in eo legiſſe; aut quædam inaudiiſſe in ſermonibus, ut fit; quanquam haud ſane negem, Moſis libros a doctis illius ſæculi jam lectitari ſolitos. Sed hoc non temere præteriri debet, quod librum Γενέσεως ait eſſe εἰσβολὴν νόμων, quas a Deo accepit Moſes. [*aditum ad leges*] ſeu *prolegomena*, aut *proœmium.* FAB. *Errat Faber.* εἰσβολὴ *hic initium eſt libri Geneſeos, qui una cum ceteris communi Legum nomine accipitur.* Rectius vertas, *in ipſo ſtatim veſtibulo*; ut alicubi Cicero, vel, ut Quintilianus, *in ingreſſu* ſuarum legum. TOLLIUS.

Ibid. Οὐχ ὁ τυχὼν ἀνὴρ] mirum in modum locus hic Longini Chriſtianis arriſit. Εἷς ἀντ' ἄλλων πάντων citabitur Iſaacus Caſaubonus: qui Exercitatione ad Appar. Annal. p. CXLIX nonnullos Eccleſiæ R. Cardinales, & in iis Bellarminum blaſphemiæ in S. Scripturam arguens, quam ſuffragio Eccleſiæ carentem Alcorano comparabat, *Numquam opinor*, inquit, *id facturus, ſi tantopere verbi Divini majeſtatem eſſet admiratus, ac fecit olim Criticus inſignis, paganus tamen homo, Dionyſius Longinus, cujus exſtat aureolus περὶ ὕψους libellus.* Οὐχ ὁ τυχὼν vero eſt *eximius, præclarus.*

innendus, dignam Deo potentiæ ejus cepit imaginem, digneque elocutus est. Nam in ipso statim legum suarum principio: Dixit *Deus*, inquit. Quid? Fiat lux: *& facta est.* Fiat terra: *& facta est.* Non ero tibi, puto, molestus, mi Postumi, si unum adhuc e Poëta no- 19
stro

clarus. Ita enim Græci solent. Sic κλέος οὐ μικρὸν, id est, ingens decus, gloria eximia, ut *non minimum decus*, apud Horat. in Art. id est, præclarum. Ipsius vero figuræ hujus negantis vim explicat Hermog. c. ult. Methodi. Exempla autem plura ad Actor. c. XIX Pricæus attulit. Vid. & Rualdum in vita Plutarchi ad Elog. IV: & Voss. l. IV Or. Instit. c. 10. & in Arte Histor. c. XXII. Tollius.

49. Τὴν τοῦ θείου δύναμιν] Sic Josephus in procem. Ant. Jud. Ἤδη τοίνυν τοὺς ἐντευξομένους τοῖς βιβλίοις παρακαλῶ τὴν γνώμην θεῷ προσανέχειν, καὶ θαυμάζειν τὸν ἡμῶν νομοθέτην, εἰ τὴν φύσιν ἀξίως αὐτοῦ κατενόησεν, καὶ τῇ δυνάμει πρεπούσας ἀεὶ τὰς πράξεις ἀνατέθεικεν. Qui tamen initio operis longiore paraphrasi sublimitatem illam corrupit. Apud Ovidium lib. VI Metam. non multum dissimilis locus occurrit, verum non tam bene tractatus: ubi nempe Pallas Arachnen punitura anilem formam deponit, & in pristinam redit. Adscribam plusculos versus, quo id ipsum, quod dico, melius appareat. Pallas ait:

Cede deæ, veniamque tuis temeraria dictis
Supplice voce roga: veniam dabit illa roganti.
Adspicit hanc torvis, inceptaque fila relinquit.
Vixque manus retinens, confessaque vultibus iram,
Talibus obscuram resecuta est Pallada dictis:
Mentis inops, longaque venis confecta senecta:
Et nimium vixisse diu nocet. Audiat istas,
Siqua tibi nurus est, si qua est tibi filia, voces.
Consilii satis est in me mihi: neve monendo
Profecisse putes, eadem sententia nobis.
Cur non ipsa venit? cur hæc certamina vitat?
Tum Dea. Venit, *ait: formamque removit anilem,*
Palladaque exhibuit. Venerantur numina nymphæ,
Mygdonidesque nurus.

Nimis hæc tarda sunt, & illa formæ anilis remotio, Palladisque exhibitio tam repentinæ mutationis celeritati repugnant. Circumcide hæc, & lege:

Tum Dea, Venit, *ait. Venerantur Pallada Nymphæ.*

& expressa erit ἡ τοῦ θείου δύναμις κατὰ τὴν ἀξίαν. Statius lib. IX Thebaidos Virgilium æmulari conatus:

---- Leviterque oculos ad mœnia Cadmi
Rettulit; & viso sederunt flumina nutu.

sed frigide. Tollius.

50. Ἐγνώρισε, κἀξέφηνεν] Vir Illustrissimus, & harum literarum longe maximum decus Hugo Grotius, in lib. de veritate Religionis Christianæ, hunc ipsum locum producens, non ἐγνώρισε, ut ubique scribitur, sed ἐχώρησε, legerat. Ita enim convertit, [*Sic egit & is, qui Judæis leges condidit, vir minime vulgaris ingenii* [non placet, neque enim sine periculo & suspicione Moses ab ingenio laudari potest;] *ut qui Dei potestatem digne & conceperit, & elocutus fuerit, statim in principio legum hæc scribens,* &c. Sed (ut πρὸς τὸ ῥητορικὸν veniamus) illud Virgilii de Jove,

--- totum nutu tremefecit Olympum,

An dignitate cuiquam concesserit? Dices, ergo τὸ θεῖον εἰδωλοποιεῖται. Fateor. Sed &, qui loquens introducitur, necessario corpus habere debet. Tamen, quando ita vis, aliud quæratur. En tibi, ubi de Neptuno:

Hæc ait, & DICTO CITIUS tumida æquora placat.

Quale quid an tota habeat Græcia, haud equidem satis memini; nam ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον, & illud Latinorum, *dictum factum*, tardiora sunt, si cum illo Virgilii loco conferantur. Memini tamen, apud Homerum occurrere, *mente celerius.* Verum hæc otiose, & ubi res, & valetudo sinent. Interea vide Hermogenem lib. I de Formis c. VI. & Halicarnass. pag. CCLVII, numero 43. Faber.

Ibid. Ἐγνώρισε] duo Vaticani ἐχώρησε, id est, cepit, mente complexus est. Quod rectius: quemadmodum & Grotium legisse Faber testatur. Tollius.

51. Ἐν τῇ εἰσβολῇ] In ingressu, in procemio, infra ita Isocratis Paneg. orationis principium εἰσβολὴν dixit sect. XXXVIII. Petra.

52. Εἶπεν ὁ θεὸς,] τὴν ἔννοιαν κοινῇ spectavit Dionys. non verba. Vide Genes. I. Petra.

53. Καὶ ἐγένετο] æmulatus est in Milesiacis Apulejus lib. VII: *Denique noluit esse Cæsar Hami latronis collegium: & confestim interiit.*

Tan-

ἴσως, ἑταῖρε, δόξαιμι, [55] ἓν ἔτι τοῦ ποιητοῦ, [56] καὶ τῶν ἀνθρωπίνων παραθέμενος, τοῦ μαθεῖν χάριν, [57] ὡς εἰς τὰ ἡρωϊκὰ μεγέθη [58] συνεμβαίνειν ἐθίζει. ἀχλὺς ἄφνω, καὶ [59] νὺξ ἄπειρος αὐτῷ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐπέχει μάχην. ἔνθα δὴ ὁ Αἴας ἀμηχανῶν,

> [60] Ζεῦ πάτερ, (φησὶν) ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι [61] ὑπ' ἠέρος υἷας Ἀχαιῶν,
> [62] Ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι·
> [63] Ἐν δὲ φάει καὶ ὄλεσσον.

20 Ἔστιν ὡς ἀληθῶς τὸ πάθος Αἴαντος. [64] οὐ γὰρ ζῆν εὔχεται, (ἦν γὰρ τὸ αἴ-
τημα τοῦ ἥρωος ταπεινότερον) ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν ἀπράκτῳ σκότει τὴν ἀν-
δρείαν εἰς οὐδὲν γενναῖον εἶχε διαθέσθαι, διὰ ταῦτ' ἀγανακτῶν, ὅτι πρὸς
τὴν μάχην ἀργεῖ, φῶς ὅτι τάχιστα αἰτεῖται, ὡς πάντως τῆς ἀρετῆς εὑρήσων
21 ἄξιον [65] ἐντάφιον, κἂν αὐτῷ Ζεὺς ἀντιτάττηται. Ἀλλὰ γὰρ Ὅμηρος μὲν ἐν-
θάδε [66] οὖρος συνεμπνεῖ [67] τοῖς ἀγῶσιν, καὶ οὐκ ἄλλο τι αὐτὸς πέπονθεν, ἢ
Μαίνεται,

Tantum poteſt nutus etiam magni principis. Sed multum diſtat, quomodo quid dicatur. Nam ut illa ſacra legiſlatoris noſtri verba plena ſunt magnificentiæ ac majeſtatis divinæ; ita hæc Apulejana tam a ſublimitate remota ſunt, ut ne intellecta quidem ſcriptoris fuiſſet ſententia, niſi ipſe ſe explicuiſſet uberius. Eximia porro eſt illa Ariſtobuli Judæi Peripatetici horum verborum explicatio apud Euſebium lib. XIII, cap. XII Præp. Euang. Δεῖ γὰρ, inquit, λαμβάνειν τὴν θείαν φωνὴν, οὐ ῥητὸν λόγον, ἀλλ' ἔργων κατασκευὰς, καθὼς καὶ διὰ νομοθεσίας ἡμῖν ὅλην τὴν γένεσιν τοῦ κόσμου, θεοῦ λόγους εἴρηκεν ὁ Μωσῆς· συνεχῶς γάρ φησιν ἐφ' ἑκάστου, καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, καὶ ἐγένετο. In eandem ſententiam Philo περὶ κοσμοπ. ait: ἅμα δρᾶν εἰκὸς θεὸν, οὐ προστάττοντα μόνον, ἀλλὰ καὶ διανοούμενον. Lelex apud Ovidium lib. VIII Metam.

> ----- *Immenſa eſt, finemque potentia cæli*
> *Non habet: & quicquid ſuperi voluere, peractum eſt.*

quo nil dici potuit, poteritve præſtantius, ac verius. TOLLIUS.

54. Οὐκ ὀχληρὸς] quomodo grandem faciant orationem Poëtæ, etiam cum de Heroïbus loquuntur. ROBORT.

55. Ἓν ἔτι τοῦ ποιητοῦ] Tertius Vat. ἓν ἔτι καὶ ποιητοῦ. TOLLIUS.

56. Καὶ τῶν ἀνθρωπ.] Malim, κατὰ τῶν ἀνθρωπίνων. De rebus non ad Deos, ſed ad homines pertinentibus. TOLLIUS.

57. Ὡς εἰς τὰ] forte legendum πῶς εἰς τά, Laur. de Zaccagnis conjiciebat, cui nos Vaticanorum codicum varias debere lectiones alibi dicimus. TOLLIUS.

58. Συνεμβαίνειν] mox συνεμπνεῖν dicit. TOLLIUS.

59. Νὺξ ἄπειρος] γρ. ἄπορος. FR. PORTUS.

Ibid. Νὺξ ἄπειρος αὐτῷ] Fr, Portus legit, ἄπορος. Et ita duo Cod. Vaticani. αὐτῷ (id eſt Homero, non Ajaci) pro παρ' αὐτῷ poſitum eſt. Ἄπειρος νὺξ ſunt denſæ tenebræ: quæ tamen & ἄπορος, quia ἀπράκτους, ut mox ſequitur, homines & ad rem gerendam ineptos, & conſilii inopes reddens. TOLLIUS.

60. Ζεῦ πάτερ] Ἰλιάδ. ρ. PETRA.

61. Ὑπ' ἠέρος] a caligine. Philo in vita Moyſis: Φύσει γὰρ ὁ ἀὴρ μέλας. TOLLIUS.

62. Ποίησον δ'] Ἀντιδιαιροῦνται ἀλλήλοις, ἀὴρ, ἤτοι ζόφος, καὶ αἰθὴρ ἢ εὐδία. PETRA.

63. Ἐν δὲ φάει] Proverbium in eos, qui non mala quidem deprecantur, ſed ea mala, quæ nihil conſolationis habent admixtum. Sic in Odyſſ. ἰδόντα με τὰ φίλτατα λίποι αἰών. Sic jejunus moriens paraſitus ἐν κόρῳ διαρραγῆναι εὔχεται. Sic ille ἐξ ἀξίου ξύλου ἀπάγξασθαι, optat in Comœdia. Idem illud Ovidii πάθος & votum Triſt. primo, eleg. 2. *Nec letum timeo, genus eſt miſerabile leti: Demite naufragium, mors mihi munus erit.* PETRA.

64. Οὐ γὰρ ζῆν] Sic apud Ovidium lib. II Metamorph. Tellus exclamat:

> *Liceat peritura viribus ignis*
> *Igne perire tuo, clademque auctore levare.*

& apud Senecam in Agamemnone Græci:

> *Nil nobile auſos pontus atque undæ ferent?*
> *Ignava fortes fata conſument viros?*

Per-

ſtro exemplum, idque, ubi illi de hominibus ſermo eſt, protulero: ut hoc tantummodo oſtendam, quanto ſimul ipſe ſpiritu, æſtuque animi, in exprimenda Heroum animi magnitudine ſoleat, doceatque intumeſcere. Caliginem fingit repentinam denſiſſimas diei tenebras obducere, Græcoſque offuſa veluti nocte a pugna remorari. Hic Ajax æſtuans, incertuſque conſilii, exclamat:

Juppiter, his noctis tenebris nunc eripe Achivos:
Redde diem, lucemque oculis, hoſtemque tueri:
Et vel perde data.

20 Vere hic Ajacis affectus eſt. Non enim vitam rogat; (tam demiſſæ ſcilicet preces in tantum cadere heroa nequeunt) ſed ubi ſtrenuitatis ac fortitudinis exſerendæ ſibi facultatem ab ignavis eripi tenebris videt, in ipſo ſeſe diſcrimine a pugna abſtineri indignatus, diem ſibi lucemque quamprimum reſtitui poſtulat, in ea quippe decorum prorſus virtuti ſuæ finem inventurus, etiamſi ipſum ſibi in acie adverſarium foret habiturus Jovem.

21 Quare, ſicubi alias, hic mihi certe viſus eſt Homerus, non ſecus ac ferens quidam & ſecundus ventus, una cum turbati, æſtuantiſque in Ajace animi motu attolli, neque aliter effervìſcere, atque inſanire,

Quam

Perdenda mors eſt.
Neuter tamen horum poëtarum ad Homericæ magnitudinis faſtigium acceſſit. TOLLIUS.

65. Ἐντάφιον ἄξιον] notum illud Ellopidis ad Dionyſium, τυραννίδα καλὸν ἐντάφιον eſſe dicentis; apud Ælian. l. IV, cap. VIII. Eſt autem ἐντάφιον veſtis, qua mortuorum corpora honeſte involvebantur ad ſepulturam, plus minuſve pretioſa, candida, purpurea, aurea, pro dignitate defuncti. Ita Servatoris noſtri corpus Joſephus ἐνετύλιξε σινδόνι καθαρᾷ, id eſt, λευκῷ. Matth. XXVII. v. 59. Quo περιβολαίῳ uſus eſt Chriſtus, cum ſurrexiſſet; mira numinis providentia, quum candida ſindon non honeſtus modo veſtitus eſſet, ſed & ſacerdotalis. Artemidorus lib. II, c. 3: Λευκὰ δὲ ἱμάτια τοῖς ἱερεῦσι μόνοις συμφέρει. Et mox: Διὰ τοὺς ἐν ὄχλῳ ἀναστρεφομένους λευκὰ ἔχειν ἱμάτια. D. Jacobus in Epiſt. c. II, v. 2, ἐσθῆτα λαμπρὰν vocat. De veſte vero ſacerdotali Curtius l. IV in Ariſtandro adeundus. Vide & Caſaub. ad Theophraſt. Char. Eth. & adverſus Baron. Exerc. XVI, p. 604. Id autem inde colligo, quia nonniſi τὰ ὀθόνια, faſciæ, quibus adſtricta corpori ſindon fuerat, & ſudarium capitis tegmen, in ſepulchro inventa ſunt. In vertendo autem hoc loco ſententiam magis, quam verba expreſſi: quam egregie illa Æliani l. XII, c. LV, illuſtrant; ubi de Libybus agit in elephantorum venatione occumbentibus: λέγει γὰρ (ὑποθήκη ſc. ὕμνου, qui in eorum laudem canebatur,) καὶ τὸ ἐνδόξως ἀποθανεῖν ἐντάφιον εἶναι τῷ θαπτομένῳ. TOLLIUS.

66. Οὖρος] Uſus & Pindarus hac Metaphora Od. VI Nemeor.

Ἔλπομαι μέγα εἰπὼν
Ἄντα σκοποῦ τυχεῖν·
Ὥτ᾽ ἀπὸ τόξου ἱείσ᾽
Εὐθὺν ἐπὶ τοῦτον ἄγε
Μοῖσα οὖρον ἐπέων εὐκλέα.

nec abludunt illa Dionyſii Halic. in Demoſthene: Φυσική τις ἐπιτρέχει τοῖς Λυσίου λόγοις εὐστομία καὶ χάρις, ἣ καθάπερ νοτιός τις αὔρα μέχρι προοιμίου καὶ διηγήσεως αὐτὸν ἄγει. Sed & hæc Luciani hunc locum unice illuſtrare videntur de Hiſt. conſcribenda: Καὶ ἡ μὲν γνώμη κοινωνείτω, καὶ προσαπτέσθω τι καὶ ποιητικῆς, παρ᾽ ὅσον μεγαλήγορος, καὶ διηρμένη καὶ ἐκείνη· καὶ μάλισθ᾽ ὁπόταν παρατάξεσι, καὶ ναυμαχίαις συμπλέκηται· δεήσει γὰρ τότε ποιητικοῦ τινὸς ἀνέμου ἐπουριάσοντος τὰ ἀκάτια, καὶ συνδιοίσοντος ὑψηλὴν, καὶ ἐπ᾽ ἄκρων τῶν κυμάτων τὴν ναῦν. Cicero in Bruto c. XXIV: de Galba: *quem fortaſſe vis non ingenii ſolum ſed etiam animi, & naturalis quidam dolor dicentem incendebat, efficiebatque, ut & incitata, & gravis, & vehemens eſſet oratio: dein cum otioſus ſtilum prehenderat, motuſque omnis animi tamquam ventus hominem defecerat, flacceſcebat oratio.* Plin. l. II, epiſt. XI, ad Arrian. *Omniaque actionis ſuæ vela vir movendarum lacrymarum peritiſſimus quodam velut*

lut

[68] Μαίνεται, [69] ὡς ὅτ᾽ Ἄρης ἐγχέσπαλος, ἢ ὀλοὸν πῦρ
Οὔρεσι μαίνηται βαθέης ἐν τάρφεσιν ὕλης.
Ἀφλοισμὸς δὲ περὶ στόμα γίνεται.

22 [70] Δείκνυσι δ᾽ ὅμως διὰ τῆς Ὀδυσσείας (καὶ γὰρ ταῦτα πολλῶν ἕνεκα προσεπιθεωρητέον) ὅτι μεγάλης φύσεως ὑποφερομένης ἤδη [71] ἴδιόν ἐστιν ἐν γήρᾳ
23 τὸ φιλόμυθον. [72] Δῆλος γὰρ ἐκ πολλῶν τε ἄλλων συντεθεικὼς ταύτην δευτέραν τὴν ὑπόθεσιν, ἀτὰρ δὴ κἀκ τοῦ λείψανα τῶν Ἰλιακῶν παθημάτων διὰ τῆς Ὀδυσσείας, [73] ὡς ἐπεισόδιά τινα τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου προσεπεισφέρειν, καὶ νὴ Δί᾽ ἐκ τοῦ τὰς ὀλοφύρσεις, καὶ τοὺς οἴκτους. ὡς πάλαι που προεγνωσμένους τοῖς ἥρωσιν, ἐνταῦθα προσαποδιδόναι· [74] Οὐ γὰρ ἄλλο, ἢ τῆς Ἰλιάδος ἐπίλογός ἐστιν ἡ Ὀδύσσεια.

Ἔνθα μὲν Αἴας κεῖται ἀρήϊος, ἔνθα δ᾽ Ἀχιλλεύς,
Ἔνθα δὲ Πάτροκλος θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος,
[75] Ἔνθα δ᾽ ἐμὸς φίλος υἱός.

24 [76] Ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας οἶμαι, τῆς μὲν Ἰλιάδος γραφομένης ἐν ἀκμῇ πνεύματος, [77] ὅλον τὸ σωμάτιον [78] δραματικὸν ὑποστήσασθαι καὶ ἐναγώνιον· Τῆς

lut vento miserationis implevit, de Frontone Catio. Dionyf. Halicarnaff. epift. ad Pomp. de Xenophonte: ἀλλὰ κἂν ποτε διεγεῖραι βουληθείη τὴν φράσιν, ὀλίγον ἐμπνεύσας, ὥσπερ ἀπόγειος αὔρα, ταχέως σβέννυται. Vide & quæ poftpaulo ex eodem Dionyfio n. 81 de Lyfia afferuntur. TOLLIUS.

67. Τοῖς ἀγῶσιν] Sed quid hoc loco ἀγῶσιν? an *prælia* & *certamina* fignificabit? nihil tale, nihil; quanquam ita tres interpretes acceperunt. Quid igitur? per ἀγῶνας intellige πραγματικὰς δυνάμεις, καὶ λεκτικὰς ἀκριβῶς. Præftantiffimorum magiftrorum Hermogenis & Halicarnaffei auctoritate probari facile poteft.

Ibid. Τοῖς ἀγῶσιν] id eft æftuantis animi perturbationibus. Ita enim capio: in iftarum pugnarum enarratione Homerum non minore impetu rapi, atque ipfos heroas, idque per phantafiæ vehementiam: atque ita illum fenfuum fublimium conceptu gravidum tamquam ventum fecundum decertantibus adfpirare, fimulque cum illis eam depugnare pugnam, neque fecus infanire, quam folet ipfe Mars, cum haftam quatit. Dionyfius Halicarnaff. de Thucyd ad Tuberonem vocat ἐναγώνιον πνεῦμα: Οὐδὲ δὴ τόνον, inquiens, οὐδὲ βάρος, οὐδὲ πάθος διεγεῖρον τὸν νοῦν, οὐδὲ τὸ ἐῤῥωμένον καὶ ἐναγώνιον πνεῦμα, ἐξ ὧν ἡ καλουμένη γίνεται δεινότης. Nofter fect. XV: Ὄγκου, καὶ μεγαληγορίας, καὶ ἀγῶνος ἐπὶ τούτοις, ὦ νεανία, καὶ αἱ φαντασίαι παρασκευαστικώταται. Et fic fæpe alibi ἀγῶνας, & ἐναγωνίως λέγειν, & τὸ ἀγωνιστικὸν accipit, quum de affectibus animi concitati exprimendis loquitur, in quibus tum temporis verfatur. Poffit tamen & de pugnis vox ἀγῶσιν accipi, quas & hominum, & deorum hoc capite perpendit. Cui fententiæ tum luculentiffimus aderit interpres locus ille Luciani, quem paulo ante protulimus. Alias Ἀγῶνες apud Sophiftas Declamationes funt, in quibus fpecimen ingenii exhibetur. Vid. Crefollium in Theatr. Sophiftar. TOLL.

68. Ἢ μαίνεται,
.....Ὥς ὅτ᾽ Ἄρης, &c.] Locus eft Iliad. ό. verf. 605. lege, Μαίνεται, ὡς ὅτ᾽ Ἄρης, &c. Sed in illo Homeri verfu,

.....Ὥς ὅτ᾽ Ἄρης ἐγχέσπαλος, ἢ ὀλοὸν πῦρ,

Errorem effe graviffimum arbitror, cujus meæ fententiæ rationem olim reddam. Legendum enim videtur, non ἢ ὀλοὸν πῦρ [*vel ignis*] fed, ᾗ ὀλοὸν πῦρ. [*qua ratione ignis*] fin minus, qui ftare poterit, quod fequitur, ἀφλοισμὸς δὲ, &c. fed fatis eft monuiffe femel; docti facile fentient. FABER.

Ibid. Μαίνεται] conjungit hæc Faber cum fequentibus. Sed in Homero eft: Μαίνετο δ᾽ ὡς ὅτε. Nec opus eft, ut cum eodem τὸ ἢ in ᾗ mutemus. Loquitur autem Homerus de Ajace, non de Marte. *Ajax*, inquit, *non aliter furebat, quam Mars haftam vibrans, aut ignis perniciofus in montibus furit in denfitate profunda fylva. Spuma autem* ei, fcil. Ajaci, *circa*

Quam solet infestum quum Mars hastile coruscans,
Adversas acies sternit, ceu noxia densis
Flamma furit sylvis, & late incendia spargit;
Oraque spumanti deflagrant albida rictu.

Verumtamen hoc ex Odyssea perspici ac intelligi potest, (neque vero 22
& hanc adjecisse observatiunculam nonnullorum causa inutile erit,) magnis id esse ingeniis proprium ac peculiare, ut, quum jam declinare, ac vergere in senium cœperint, fabulis potissimum ac narrationibus delectentur. Odysseam enim post Iliada conscriptam esse, cum ex aliis multis, 23
tum ex hoc quoque perspicuum esse arbitror, quod Poeta noster Iliacorum casuum reliquias, velut adventitias, & accessorias belli Trojani partes, in Odysseam rejecerit: inde vero etiam vel maxime, quod quæ sibi mala, luctus, ac dolores evenisse Heroes in Odyssea referunt, ea ita narrent, ut quibus jam olim defuncti fuerint. Odyssea namque nil nisi quædam Iliados, ut ita dicam, peroratio est.

Martius est illic Ajax situs: occidit illic
Pelides: illic Dis magnis consilio par
Patroclus, & mea Sarpedon quoque maxima cura
Occubuere.

Atque hæc eadem est, ut opinor, causa, quare tota Homeri Ilias acti- 24
va sit, & pugnax; quippe quam in ipso flore ac vigore composuit ingenii,

circa os effervescebat. Tollius.

69. Ὡς ὅτ' Ἄρης] Ἰλιάδ. ε. Petra.

70. Δείκνυσι] digressio, in qua de Homeri Odyssea suum judicium profert. Robort.

Ibid. Δείκνυσι] Παρέκβασις κριτική, in qua suum de Odyssea profert judicium. Petra.

71. Ἴδιόν ἐστιν ἐν γήρᾳ] διὰ τὸ ἀσθενὲς, ut vult Demetrius: Καὶ οἱ γέροντες, inquit, μακρολόγοι διὰ τὴν ἀσθένειαν. Tollius.

72. Δῆλος γὰρ ἐκ πολλῶν τε ἄλλων συντεθεικὼς ταύτην δευτέραν τὴν ὑπόθεσιν.] Scopum auctoris non feriit de Petra. *Longinus* enim tum ex aliis, tum ex eo, quod *Homerus* in *Odyssea*, tanquam Episodia quædam, *Iliacarum* cladium reliquias introducit, inde colligit poëtam *Odysseam* scripsisse post *Iliadem*. Verte ergo: *Palam enim est a Poëta hoc argumentum secundo in loco compositum esse, tum ex multis aliis, &c.* De quo olim quæsitum docet *Seneca de brevit. vitæ, c.* 13. Langb.

Ibid. Δευτέραν τὴν ὑπόθεσιν] An Odyssea post Iliadem ab Homero scripta fuerit, non heri, aut nudius tertius quæsitum; & interpretes satis multa in eam rem. Faber.

73. Ὡς ἐπεισόδιά τινα] ἐπεισόδια sunt τὰ εἰσφερόμενα τῷ δράματι γέλωτος χάριν, ἔξω τῆς ὑποθέσεως ὄντα· καταχρηστικῶς δὲ τὸ ἐξαγώνιον ἅπαν πρᾶγμα. Sic apud Plutarchum Catoni majori ὁ τοῦ πλούτου ζῆλος, οὐδενὶ πάθει φυσικῷ συνημμένος, ἐκ τῆς ὀχλώδους καὶ θυραίου δόξης ἐπεισόδιον εἶναι videtur. Idem Plut. in II Symposiacῶν ἀκροάματα, καὶ γελωτοποιοὺς, καὶ θεάματα, τῶν δείπνων, καὶ συμποσίων ἐπεισόδια vocat. Vide Aristotelem de Arte Poëtica; ubi plura. In carmine vero Epico, qualia illa Homeri, digressiones jucundæ sunt. Plutarchus in Homer. Tollius.

74. Οὐ γὰρ ἄλλο] Odyssea veluti epilogus Iliados. Robort.

75. Ἔνθα δ' ἐμὸς] Æmulatus est hunc Homeri locum Virgilius lib. x Æn.

---- Trojæ sub mœnibus altis
Tot nati cecidere Deum: quin occidit una
Sarpedon mea progenies.

Plato in Hippia minore dicit Apœmantum Eudici patrem existimasse, ὅτι ἡ Ἰλιὰς κάλλιον εἴη ποίημα τῷ Ὁμήρῳ, ἢ ἡ Ὀδύσσεια. Τοσούτῳ δὲ κάλλιον, ὅσῳ ἀμείνων Ἀχιλλεὺς Ὀδυσσέως εἴη. Toll.

76. Ἀπὸ δὲ τῆς] Cur Ilias magis dramatica, quam Odyssea, docet Robort.

77. Ὅλον τὸ σωμάτιον] Est, cur mirari aliquis possit Homeri Iliadem, tantum opus, & adeo prolixum, vocari σωμάτιον, & tamen, ut ex Hesychio constat, (in Ἰλιὰς) sic

25 Τῆς δὲ Ὀδυσσείας τὸ πλέον [79] διηγηματικὸν, [80] ὅπερ ἴδιον γήρως. Ὅθεν
26 ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ παρεικάσαι τις ἂν καταδυομένῳ τὸν Ὅμηρον ἡλίῳ, οὗ δί-
27 χα τῆς σφοδρότητος παραμένει τὸ μέγεθος. Οὐ γὰρ ἔτι τοῖς Ἰλιακοῖς ἐκείνοις
ποιήμασιν [81] ἴσον ἐνταῦθα σώζει τὸν τόνον, οὐδ' ἐξωμαλισμένα τὰ ὕψη, καὶ
[82] ἰζήματα μηδαμοῦ λαμβάνοντα, οὐδὲ τὴν πρόχυσιν ὁμοίαν τῶν ἐπαλ-
λήλων παθῶν, οὐ τὸ [83] ἀγχίστροφον, [84] καὶ πολιτικὸν, [85] καὶ ταῖς ἐκ τῆς [86] ἀληθείας
28 φαντασίαις καταπεπυκνωμένον· [87] Ἀλλ', οἷον ὑποχωροῦντος εἰς ἑαυτὸν ὠ-
κεανοῦ, καὶ [88] περὶ τὰ ἴδια τέρματ' ἐρημουμένου, τὸ λοιπὸν φαίνονται τοῦ με-
γέθους

loquebantur Græci, qui medio ævo floruerunt. FABER.

Ibid. Τὸ σωμάτιον] ſic & Heſychius Iliadem Ὁμήρου σωμάτιον, & utrumque poëma Marius Victorinus *duo corpuſcula* vocat, notante Viro Ill. Gisb. Cupero in Homeri Apotheoſ. TOLLIUS.

78. Δραματικὸν] Platonem videſis, lib. III de Rep. non longe ab initio, fuſe exponentem, quid differentiæ ſit inter δραματικὸν, ſive μιμητικὸν dicendi genus, & διηγηματικόν: ubi illud in hoc, allato ex Homeri Ἰλ. ά exemplo, tranſmutat. TOLLIUS.

79. Διηγηματικὸν,] In Odyſſea exemplar vitæ & morum magis videtur exprimi, quam in Iliade. Ἠθικωτέρα τῆς Ἰλιάδος κατὰ τὴν παλαιὰν ἀλήθειαν ἡ Ὀδύσσεια, quam Alcidamas καλὸν ἀνθρώπου κάτοπτρον vocavit. PETRA.

80. Ὅπερ ἴδιον γήρως] Odyſſeam ſcripſit Homerus jam ſenior. ROBORT.

81. Οὐκ ἴσον σώζει τὸν τόνον.] *Non æquabilem ſervat* orationis *tenorem*, vel *ſonoritatem*. Conſtat enim τόνον apud Græcos non *ſonum* tantum & *accentum* denotare, (unde τονίζειν interpungere, apud *Troilum Sophiſtam.*) ſed & *vires*, δύναμιν καὶ ἰσχύν: (Unde ἀτονεῖ, debilitatur) & illud, quod in oratione *canorum* & ſublime: [*infra ſect*.x.] quo ſenſu hic ſumendum judico: illud inquam, quod Latini vocant *Magna ſonare*. Sic *Horatius Serm. l.* 1, *Sat.* 4:

------ Putes hunc eſſe Poëtam.
Ingenium cui ſit, cui mens divinior, atque os
Magna ſonaturum.

Et *Virgilius Georg.* 3

Nunc veneranda Pales, magno nunc ore ſonandum.

Juvenalis item, de cauſidicis loquens, *Sat.* 7.

Ipſi magna ſonant, ſed tunc cum creditor audit. LANGBÆNIUS.

Ibid. Οὐ σώζει τὸν τόνον] Quid ſit τόνος in compoſitione, facile ſcias, ſi ex Dion. Halicarnaſſeo noveris, τὸν τόνον opponi τῷ ἀνειμένῳ. Ut tempori parcam, locos ipſos notaſſe ſat erit: illum igitur vide p. 147, 162, 163; 167, 171, 174, 176 Ceterum quæ ſequuntur, perperam converſa fuere ab Interpretibus. Vir Doctus, qui aliter accepit, nunquam me aſtipulatorem habebit. FABER.

Ibid. Τὸν τόνον] Dionyſius Halic. in Demoſthene, de Lyſiæ venuſtate & lepore; αὕτη μέντοι καθάπερ νότιός τις αὔρα μέχρι προοιμίου καὶ διηγήσεως αὐτὸν ἄγει· ὅταν δὲ εἰς τοὺς ἀποδεικτικοὺς ἔλθῃ λόγους, ἀμυδρά τις γίνεται καὶ ἀσθενής· ἐν δὲ δὴ τοῖς παθητικοῖς εἰς τέλος ἀποσβέννυται· τόνος γὰρ οὐ πολὺς αὐτῇ πρόσεστιν, οὐδ' ἰσχύς· παρὰ δὲ τῷ Δημοσθένει πολὺς μὲν ὁ τόνος, αὐτάρκης δὲ ἡ χάρις· οὐ γὰρ ὥσπερ τὴν ἐξαλλαγὴν, καὶ περιττολογίαν, καὶ πάντας τοὺς ἐπιθέτους ἐκδύεται κόσμους, οὕτω καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὸν τόνον. Unde & orator *acer*, *incenſus*, *agens* dicitur. Cui opponitur *lentus*, & *lenis*, ac *ſine nervis*, *ſine ardore animi*, *abſque contentione*. TOLLIUS.

82. Ἰζήματα] Ductum a pictura arbitror; tamen, ſi pugnas, id & aliunde peti poterit. FABER.

Ibid. Ἰζήματα] tranſlatio petita eſt a terra, quæ alibi æquali altitudine aſſurgit, alibi inæqualiter ſubſidit. Columella l. VI, c. I: *Dorſo recto planoque, vel etiam ſubſidente*. Cicero de Divin. l. I, cap. XLIII: *cum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet*. TOLL.

83. Ἀγχίστροφον] Alacritatem, aliquid verſatile; vigoris & agilitatis plenum; quale eſt id, quod de Theramene dixere, qui illi σύγχρονοι fuerunt, & in iis Ariſtophanes noſter. FABER.

Ibid. Ἀγχίστροφον] hic non eſt *verſutum*, aut *callidum*, ſed concitatum, & affectibus rapidum: vel etiam velox in inveniendis verbis & ſententiis, proficiſcens a motu cogitationis celeriter agitato: unde *prompta in agendo*

& in

genii, ac ætatis: Odyſſea vero maxima ex parte in narrationibus conſu- 25
matur: quod ſenectutis proprium eſt. Adeo ut Poëtam hunc noſtrum, 26
quod ad Odyſſeam, in occaſum vergenti ſoli non male comparaveris,
cujus citra vehementiam ardoris permanet magnitudo. Non enim jam 27
in Odyſſea idem ille, qui in Iliade, intenti ſpiritus elucet vigor: non illa ſibi ſemper æqualis apparet granditas: non idem illud perpetuum ſibi ſupervenientium affectuum occurrit flumen: non denique verſatile illud, & concitatum, atque concertatorium adhibetur dicendi genus, vehementibus, & ab ipſa petitis veritate viſionibus exſtructum, &
exaggeratum: verum non ſecus ac in ſeſe recedente, interioreque rurſus 28
ambitu litorum ſe recipiente Oceano, ingens tamen late ſtagnantis ex eo ſoli apparet illuvies, ita & in Odyſſea immenſa magnitudinis Homericæ æ-

& in reſpondendo celeritas. Diverſa vero aliquantum Appii Claudii *volubilis*, *ſed paulo fervidior oratio* apud Cic. in Bruto, c. XXVIII. Unde Carbo *volubilis orator*, & *ſatis acer*, c. XXVIII. Item L. Septimius, qui *ad L. Craſſi eloquentiam gravis*, *& vehemens*, *& volubilis*, in fragment. Orationis pro M. Tullio: id eſt cui promptus ſermo ac torrens. Tollius.

84. Καὶ πολιτικὸν] id eſt, concertatorium, ſeu contentioſum dicendi genus, quod in foro, & in concionibus viget: Quodque in cauſſis publicis, & ad remp. pertinentibus, locum obtinens, ab illo genere diſcretum eſt, quod judiciis privatis, nec non ſcholaſticis diſputationibus continetur. Paucis ut abſolvam, quo Demoſthenes, Cicero, aliique ad populum uſi ſunt. Vide Hermogenem de Ideis l. 1, c. 12, de Oratione Politica, & Stobæum p. 240 extr. & p. 363. Tollius.

85. Ταῖς τῆς ἀληθ.] lege ex tribus MSS, καὶ ταῖς ἐκ τῆς ἀληθείας φαντασίαις. Quæ ſcilicet ἐκ τῆς ἀληθείας αὐτῆς λαμβάνονται, ut ait ſequenti ſectione. Vid. ſupra ſect. 11. Tollius.

86. Ἀληθείας φαντασίαις] Sed quæ ſunt *veritatis viſiones?* facile erit ad intelligendum ex iis, quæ infra dicentur, ubi aliquid περὶ ἀληθινοῦ λόγου dicetur. Petra.

87. Ἀλλ' οἷον ὑποχωροῦντος εἰς ἑαυτὸν Ὠκεανοῦ, καὶ περὶ τὰ ἴδια τέρματα ἐρημουμένου, τὸ λοιπὸν φαίνονται τοῦ μεγέθους ἀμπώτιδες, κἀν τοῖς μυθώδεσι καὶ ἀπίστοις πλάνος] locus plane admirabilis, ſed, mea quidem ſententia, corruptus. Quem enim ſenſum habet hæc Petræ interpretatio? (nam ceteræ etiam nequiores.) *Sed veluti in ſeipſum refluentis Oceani & proprias oras deſerentis magnitudinis receſſus* [ſeu *æſtus litora deſtituentis*] *apparent*, *nec non in fabuloſis & fictis error.* Hem! quænam ratiocinatio? Ubi enim alterum membrum comparationis? At, ſi non erit, comparatio non erit. Dicam uno verbo: poſt illam vocem ἀμπώτιδες hæc addenda puto [ΟΥΤΩ ΠΑΡ' ΟΜΗΡΩ Ο ΕΝ τοῖς, &c] Dein ſic interpretandum: *Sed quod de Oceano dicas, ubi in ſeſe recedit, & litoris, quo coërcetur, oras deſtituere incipit, ac ſolum lati æſtuarii ſpatium ſubmoto mari apparet, idem de Homero dixeris, cum, relicto Iliadis vigore, Odyſſeam ſcribens, in ſe quodammodo recedit, & circa fabuloſas incredibileſque narrationes vagus fluctuat.* Niſi emendatio probetur, addo hoc etiam, graviſſimum in ipſa dictione vitium repertum iri. Sed, ſpero, & emendatio, & loci adeo ſplendidi converſio, iis placebunt, quibus me placere poſtulem. Faber.

Ibid. Ἀλλ' οἷον ὑποχ.] nihil hic deſideratur; ſed eſt ſenſus ob ellipſin pauculorum verborum obſcurior: qui planus erit, ſi poſt τοῦ μεγέθους ſubintelligas, τοῦ Ὁμηρικοῦ, vel, τοῦ ἐν τῇ Ἰλιάδι σεσωσμένου. Virgil. l. 11 Æneid.

> *Nunc rapidus retro, atque æſtu revoluta reſorbens*
> *Saxa fugit, littuſque vado labente relinquit.* Tollius.

88. Περὶ τὰ ἴδια τέρματα] μέτρα, Codex S. M. & duo Vaticani. Pariſinus, Περὶ τ' ἀϊδνὰ τέλματα, id eſt, *tenebroſa ſtagna*: vel potius, *lutoſas & immundas paludes.* Sic ἀΐδνης πηλὸς, Plutarcho in Theſeo, & Oppian. lib. IV Halieut. Heſychius: Ἀϊδνὸν, μέλαν, ἢ ἀφανιστικόν· λέγουσι δὲ καὶ τὸν ὠκεανὸν πηλὸν ἀϊδνόν. Idem in πηλός· πηλὸς ἀϊδνὸς, περὶ τὴν Λιβύην ἐστὶ τόπος· καὶ τὸν ὁρίζοντα ὠκεανόν. Quam lectionem ſi admittimus, verti poſſit: *Cum Oceanus in ſe recedit, & cænoſam immundamque ſtagnantis ſoli illuviem derelinquit.* Sunt autem τέλματα, τόποι

29 γέθους [89] ἀμπώτιδες, κἀν τοῖς μυθώδεσι [90] καὶ ἀπίστοις πλάνος. [91] Λέ-
γων δὲ ταῦτ' οὐκ ἐπιλέλησμαι τῶν ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ χειμώνων, καὶ τῶν περὶ τὸν
Κύκλωπα, καί τινων ἄλλων· ἀλλὰ γῆρας διηγοῦμαι, γῆρας δ' ὅμως Ὁμήρου.
30 Πλὴν ἐν ἅπασι τούτοις ἑξῆς τοῦ πρακτικοῦ κρατεῖ τὸ μυθικόν. [92] Παρεξέ-
βην δ' εἰς ταῦθ', ἵνα δείξωμαι, ὡς εἰς λῆρον ἐνίοτε ῥᾷστον κατὰ τὴν ἀπακ-
μὴν τὰ μεγαλοφυῆ παρατρέπεται. [93] Οἷα τὰ περὶ τὸν ἀσκὸν, καὶ τοὺς [94] ἐν
Κίρκης συοφορβουμένους, [95] οὓς ὁ Ζωίλος ἔφη χοιρίδια κλαίοντα· [96] καὶ τὸν
ὑπὸ τῶν Πελειάδων ὡς νεοσσὸν παρατρεφόμενον Δία· καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ ναυαγίου
[97] δέχ' ἡμέρας [98] ἄσιτον Ὀδυσσέα· τά τε περὶ τὴν μνηστηροφονίαν ἀπίθανα.
31 Τί γὰρ ἂν ἄλλο φήσαιμεν ταῦτα, ἢ τῷ ὄντι τοῦ [99] Διὸς ἐνύπνια; δευτέρου
δὲ ἕνεκα προσιστορείσθω τὰ κατὰ τὴν Ὀδύσσειαν, ὅπως ᾖ σοι γνώριμον,
ὡς ἡ

τόποι ὑλώδεις, ut ait Hesych. καὶ κάθυγροι, in ἐν τέλμασιν· ubi malim, sicut & in ἰλύος, ubi hoc nomen iterum occurrit, ἰλυώδεις legere. Sed est tamen apud Dioscoridem id ipsum vocabulum eadem significatione, si modo locus integer est. Mihi enim codex nunc non est ad manum. Vide plura apud Hesych. in τέλμα: ubi item pro ἔλαφος, ἰλυώδης legi possit. TOLLIUS.

89. Ἀμπώτιδες,] ἡ Ἄμπωτις, ἢ ἄμποσις, recessus, æstusque marinus, οἷον ἀνάποσις παρὰ τὸ ἀναπίνειν: quod Græcis idem est, quod Latinis *resorbere*, quum dicitur de mari *reciprocare*, *refluere*. Κατὰ στεμωνὴν μεταφ. a refluente & resorbente maris æstu, τὴν ἀπακμὴν Ὁμηρικοῦ μεγέθους significavit. PETRA.

Ibid. Ἀμπώτιδες] Hesychius: ἄμπωτις, ἀνάπωτις, ξηρασία, ὅπου ἀναποδίζει τὸ ὕδωρ, καὶ πάλιν ἔρχεται. Ita enim illic legendum, pro ἀνάπαυσις. Sunt autem ἀμπώτιδες non æstus maris, sed ipsum a recedente mari relictum spatium. Plerumque tamen pro ipso maris refluxu accipiuntur: nonnumquam & pro ipso æstu. Herodotus in Urania, cap. 129: Ἀρταβάζῳ δὲ γίνεται ἄμπωτις τῆς θαλάσσης μεγάλη, καὶ χρόνον ἐπὶ πολλόν: quam mox πλημμυρίδα vocat. Contra Polyb. in Excerptis Valef. p. 103, l. xx; Ἀντίγονος μετὰ τὸν Δημητρίου θάνατον ἐπιτροπεύσας Φιλίππου, πλέων ἐπί τινας πράξεις πρὸς τὰ ἔσχατα τῆς Βοιωτίας πρὸς Λαρύμναν, παραδόξου γινομένης τῆς ἀμπώτεως ἐκάθισαν πρὸς τὸ ξηρὸν αἱ νῆες αὐτοῦ· ἐπελθούσης δὲ μετ' ὀλίγον τῆς πλήμμης, καὶ κουφισθεισῶν τῶν νεῶν ἐτέλει τὸν προκείμενον πλοῦν εἰς τὴν Ἀσίαν. Quicum confer Cæsarem in Comm. de expedit. Britannica. Philo, ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον, de inconstantia fortunæ: ἔρχεται γὰρ, inquit, καὶ πάλιν ἄπεισιν, ὥσπερ ἐν ταῖς παλιρροίαις· τὰ γὰρ ἀμπωτίζοντα πελάγη ποτὲ μὲν μετὰ συρμοῦ καὶ πατάγου βίᾳ φέρεται, καὶ ἀναχεόμενα λιμνάζει τὴν τέως χέρσον, ποτὲ δὲ ἐξαναχωροῦντα πολλὴν θαλάττης μοῖραν ἠπειροῖ. TOLLIUS.

90. Καὶ ἀπίστοις πλάνος] πλάνος hic *digressionem* significat. Et ut nostro πλάνος dicitur ἐν μυθώδεσι καὶ ἀπίστοις, ita & a Platone πλάνος & μῦθος Epistola VII conjunguntur. TOLLIUS.

91. Λέγων δὲ ταῦτ', οὐκ ἐπιλέλησμαι, &c.] Id est, *cum hæc dico, eorum recordor, quæ ibi de utre ventorum, & Polyphemo ab Homero dicuntur.* FABER.

92. Παρεξέβην] Digressione hac usum se dicit, ut ostenderet, deperire aliquando illud μεγαλοφυές. ROBORT.

Ibid. Παρεξέβην] Cur hac digressione sit usus. PETRA.

93. Οἷα τὰ] quibus in rebus reprehendatur Homerus, exponit. ROBORT.

Ibid. Οἷα τὰ] Μυθικὰ ληρωδέστερα, 1. de utre, Odyss. κ'. versu 19. Δῶκε δέ μοι &c. 2. de Ulyssis sociorum in porcos mutatione, Odyss. κ'. 3. de Jove tanquam pullo a columbis nutrito, Odyss. μ', versu 61. 4. de naufragio; vide Odyss. μ'. post cujus descriptionem subjicit, ἔνθεν δ' ἐννῆμαρ φερόμην, & in fine ῥαψωδίας. 5. μνηστηροφονία, quæ est ῥαψωδία Ὀδυσσ. χ'. PETRA.

94. Ἐκ Κίρκης συοφορβουμένους] Scripserat, ἘΝ Κίρκης, *in ædibus Circes*, ut, *ad Opis*, *ad Dianæ*, ἐν ᾅδου, &c. FABER.

95. Οὓς ὁ Ζωίλος.] *Zoilus Amphipolites*, *Homeromastix*, qui librum inscripsit ψόγον Ὁμήρου, & eo nomine pœnas luit teste *Suida*. *Heraclides* appellat eum *mancipium Thracium*, [*Homer. solut. l.* 1.] qui hoc etiam in *Homero* vitio vertebat, quod *Apollinem* Ιλ. α'. in mu-
lois &

cæ æstuaria agnoscuntur, & effusa per fabulosas atque incredibiles narrationes divagatio. Atqui hæc cum dico, mi Terentiane, non est, 29
quod earum me censeas oblitum tempestatum, quæ in Odyssea describuntur; uti nec earum visionum, quæ in illa de Cyclope narratione, aliisque id genus compluribus, intensi spiritus impetu, vigoreque, in immensum attolluntur: sed quum senectutis hoc opus appello, Homeri tamen illam esse senectutem scito. Repeto nihilominus, quod ante 30
dixi, in Odyssea, si eam in universum spectes, plus inesse narrationis, quam negotii, sive actionis. Sum autem huc digressus, ut, quemadmodum supra indicavi, ostenderem, quantopere ingenia grandia, & ad sublimitatem facta, ætate jam deflorescente ad fabularum narrationes prona sint, ac proclivia. Cujusmodi sunt ea, quæ de ventis utri inclusis, deque Ulyssis sociis a Circe in porcos mutatis idem Poëta narrat, quos Zoïlus *ejulantes* appellare *porcellos* solebat: item, quæ de Jove tradit ad instar pulli a columbis educato: quæque de Ulysse jam decimum diem in naufragio inediam sustinente habet: ut &, quæ de procorum cæde incredibilia prorsus refert: quæ si quis mera *Jovis insomnia* dixerit, haud procul a vero aberraverit. Esto & hæc altera hujus digressionis ra- 31
tio; nempe, ut hinc discas, quum concitatæ ille orationis vigor in præclaris

los & canes sævientem induceret: Θρᾳκικὸν ἀνδράποδον, λέγω δὲ Ζωΐλον, ἄνω καὶ κάτω τοιούτους τινὰς λήρους φληναφῶντα. LANGBÆNIUS.

Ibid. Ζωΐλος] Ille Homeromastix, Thrax genere, homo servus, ut ajunt; sed, uti ex veteribus discere est, minime fatuus, ut alias probabitur. Certe *plorantes isti & ejulantes porcelli*, res non inepta est. Ceterum cave confundas hunc Homeromastiga cum illo altero Zoilo rhetore, qui tempore Platonis floruit, quique adversus illum scripsit. Halicarnasseus, Quintilianus. FABER.

96 Καὶ τὸν ὑπὸ τῶν πελειάδων.] Πελειὰς, *Livia*, avis quidem columbini generis περιστεροειδὴς, non tamen columba. [*Aristot, Hist. An. l. 5, c. 13.*] Quod ex Philosopho observat *Athenæus lib.* XI, *quem vide:* qui & poëtam ab hac *Longini* criminatione purgat; locum exponens non de avibus, (πέλειαι enim & ποτητὰ separantur) sed de stellis *Pleiadibus.*

Τῇ μὲν δ᾽ οὐδὲ ποτητὰ παρέρχεται, οὐδὲ πέλειαι
Τρήρωνες, αἵτ᾽ ἀμβροσίην Διῒ πατρὶ φέρουσιν.
Huc nec accedunt aves, nec Pleiades
Celeres, quæ Jovi patri ferunt ambrosiam. LANGBÆNIUS.

Ibid. Υπὸ τῶν πελειάδων ὡς νεοσσὸν, &c.] De hoc Homeri loco Athenæus l. XI. Sed SAMUEL BOCHARTUS, sacrarum humanarumque literarum lumen clarissimum, rem pro sua singulari doctrina longe aliter tractavit in admirando opere, cui nomen est PHALEG. FABER.

Ibid. Υπὸ τῶν πελειάδων] Ὀδυσσ. μ΄. Errat autem Athenæus, qui de Pleïadibus hæc interpretatur. Columbæ spiritus Venerei symbola sunt, unde Jupiter Sapientum nutritur; ut nos in alio opere docebimus. Vide & Fortuita cap. VI. TOLLIUS.

97. Δέχ᾽ ἡμέρας ἄσιτον.] *Homerus* sic effert, [*Odyss.* μ.] Ἔνθεν δ᾽ ἐννῆμαρ φερόμην. *Hinc autem per novem dies ferebar:* quem si quis excusatum eat, non succurret, quod in loco non dissimili tentasse quosdam Scholiastes refert, [*Ad Iliad.* μ.] ἑνῆμαρ, *unum diem*; pro ἐννῆμαρ legentes; hic enim statim subjicitur.

Δεκάτῃ δέ με νυκτὶ
Νῆσον εἰς Ὠγυγίην πέλασαν θεοί.

Decima vero me nocte in Ogygiam appulerunt Dii. Quin potius adeat Medicum simul & Philosophum doctissimum, *Fortunium Licetum de his, qui diu vivunt sine alimento:* qui non ad decem solum dies, sed ultra annos decem sine alimento omni & vixisse plures, exemplis, & vivere posse, rationibus probat. LANGBÆNIUS.

98. Ἄσιτον] addidi, Ὀδυσσέα. TOLLIUS.

99. Διὸς ἐνύπνια] Videntur Antiqui, quicquid eximium videri volebant in suo genere Jovi tribuisse. Ut Juvenal. *Et Jovis auribus ista Servas.* Διὸς ἐγκέφαλος pro ciborum deliciis.

100 ὡς ἡ ἀπακμὴ τοῦ πάθους ἐν τοῖς μεγάλοις 101 συγγραφεῦσι καὶ ποιηταῖς
32 102 εἰς ἦθος ἐκλύεται. Τοιαῦτα γάρ πού τὰ περὶ τὴν τοῦ Ὀδυσσέως 103 ἠθικῶς 104 αὐτῷ βιολογούμενα οἰκίαν, 105 οἱονεὶ κωμῳδία τίς ἐστιν ἠθολογουμένη.

liciis. Διὸς γάλα, quod in cibis insigniter lautum esset, veteres appellabant. Ex hac loquendi consuetudine, quæ sit sententia hujus ἐπικρίσεως, intelligimus, insomnia illa quidem esse, sed Jovis insomnia, id est, in insomniorum genere præstantissima. Sic διὸς ἄνθος, *Amaracus*, unde *Amaracinum unguentum nobile conficitur*. PETRA.

Ibid. Διὸς ἐνύπνια.] Pulchre quidem ad hæc de Petra; & facile esset inventis addere: e multis unum tantum subjiciam: Διὸς Κόρινθος, quod proverbium aliter explicant parœmiographi, *Zenobius*, *&* *Suidas*: aliter usurpat *Philostratus de vitis soph. l.* 2: ubi de *Hermocrate* sophista sermo, qui *Antipatri* filiam ducere in uxorem recusavit: ὠθούντων δὲ αὐτὸν τῶν συγγενῶν ἐς τὸν γάμον, καὶ Διὸς Κόρινθον ἡγουμένων τὸν Ἀντίπατρον, *Cognatis eum ad nuptias impellentibus, ut qui* Antipatrum *putarent* Jovis Corinthum *esse*: hoc est, magnum aliquem, & Imperatori a deliciis. LANGBÆNIUS.

Ibid. Διὸς ἐνύπνια] id est, *magnifica somnia*, qualia essent Jovis ipsius, si somnia videret. Ennius de scaro pisce apud Cretam notissimo,

> *Scarum prætereo* CEREBRUM JOVI' *pæne* SUPREMI.

FABER.

100. Ὡς ἡ ἀπακμὴ] eadem translatione usus etiam Livius lib. VI: *Cum corporibus simul vigent ac deflorescunt animi*. TOLLIUS.

101. Συγγραφεῦσι καὶ ποιηταῖς] συγγραφεὺς vulgari significatione historicus est; alias & pro quolibet prosaico scriptore sumitur, ut hic fit, nec non apud Halicarnasseum, p. VIII. Alibi autem distinguit, ut, συγγραφεῖς τε, καὶ φιλοσόφους, καὶ ῥήτορας. Tamen certum est philosophos quoque sub ea appellatione comprehendi, ut & qui dialogos amatorios, epistolas, & narratiunculas scripserunt. Emenda, si ita voles, Suidam in συγγραφεύς. Error enim ibi plane ridiculus est: ΣΥΓΓΡΑΦΕΥΣ· Φησὶν ὁ μέγας Μάξιμος, ὅτι ὁ λόγος συγγραφόμενος, ἢ πεζὸς, &c. Legendum omnino, ΣΥΓΓΡΑΜΜΑ. φησὶν ὁ, &c. Nolo bonum otium conterere in probando. FABER.

Ibid. Συγγραφεῦσι] Fabri annotatiuncula egre-

ΤΜΗΜΑ ι.

Ὅτι ἡ τῶν ἄκρων καὶ κρατίστων ἐκλογὴ τοῦ Ὕψους αἴτιον, καὶ πῶς.

1 Φέρε νῦν, εἴ τι καὶ ἕτερον ἔχοιμεν ὑψηλοὺς ποιεῖν τοὺς λόγους δυνάμενον, ἐπισκεψώμεθα. 1 Οὐκοῦν ἐπειδὴ πᾶσι τοῖς πράγμασι φύσει συνεδρεύει τινὰ μόρια 2 ταῖς ὕλαις συνυπάρχοντα, 3 ἐξ ἀνάγκης γένοιτ᾽ ἂν ἡμῖν ὕψους αἴτιον,

Οὐκοῦν ἐπειδὴ] Ratio faciendi ὕψους pulcherrima, si ad singularum rerum descriptiones sumantur circumstantiæ earum ἐκ τῶν παρεπομένων: quam postea περιγραφὴν appellat τῶν ἄκρων, καὶ εἰς ἑνότητα σύνταξιν. ROBORTELLUS.

2. Ταῖς ὕλαις συνυπάρχοντα] *Consequentia* vocant Rhetores Latini: noster postpaulo παρεπόμενα, & παρακολουθοῦντα· συνεδρεύει συνυπάρχοντα, Latine dixeris, *herent in re, de qua agitur*. Ita enim Cicero alicubi: vel, ut Terentius in Eunucho, *in re in sunt*. Eadem ferme locutio est, qua Lucretius est usus, l. II, 263:

> *Numquam in concilium ut possint compulsa coïre,*
> *Nec remorari in concilio, nec crescere adaucta.*

ubi alterutrum in utroque versu verbum modo non πλεονάζει. TOLLIUS.

3. Ἐξ ἀνάγκης γένοιτ᾽ ἂν ἡμῖν ὕψους αἴτιον,] Commation hoc εἰς τὰ ἑπόμενα, non ad antecedentia referendum censeo; & versionem totius coli sic efformo: *Cum enim omnibus in rebus circumstantiæ quædam sint, quæ principalem materiam naturaliter comitentur; earum,*

claris cum solutæ, tum ligatæ orationis, scriptoribus per ætatem elanguescit, ac remittit, ad moratum illos dicendi genus plerumque declinare. Cujusmodi sunt illa, quæ de procorum in Ulyssis ædibus vivendi 32
ratione ab Homero ad veritatem morum perquam narrantur accommodate: quæ mihi sane a bene morata Comœdia haud ita multum differre semper visa sunt.

egregie his Sexti Empirici illustratur l. 1 adv. Mathem. c. 3: Διονύσιος μὲν οὖν ὁ Θρᾷξ ἐν τοῖς παραγγέλμασί φησι, Γραμματική ἐστιν ἐμπειρία ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τῶν παρὰ ποιηταῖς καὶ συγγραφεῦσι λεγομένων, ξυγγραφεῖς καλῶν, ὡς ἔστιν ἐκ τῆς πρὸς τοὺς ποιητὰς ἀντεμφάσεως πρόδηλον, οὐκ ἄλλους τινὰς, ἢ τοὺς καταλογάδην πραγματευσαμένους. TOLLIUS.

102. Εἰς ἦθος ἐκλύεται] Quare? quia *genus moratum* (Horat. *morata fabula*) tranquillum est, lene est, & naturæ, quæ σπεύδει βραδέως, plane conveniens. Itaque optime Halicarnasseus pag. CLXIV, numero 36; & qui ἠθικῶς scribunt, illi ἀφελῶς (*simpliciter*) scribere dicuntur Hermogeni, non uno loco. Hujus characteris unicum exemplum habent Latini, Terentium scilicet, id est, Menandrum & Apollodorum. Cur enim tantopere laudetur Terentius ipse, haud sane video. At egregium opus est. Quis negat? sed opus illud opus Menandri est, Apollodori est; Terentius autem interpres. Id itaque de Terentio dixeris, quod ipse de se alicubi dictum voluit:

Sed hic actor tantum poterit a facundia,
Quantum ille potuit cogitare commode,
Qui orationem hanc scripsit, quam dicturus sum.

FABER.

103. Ἠθικῶς] ὁ νοῦς, Ἐκλυομένης τοῦ πάθους ἀπακμῆς εἰς ἦθος παραδείγματά ἐστι τὰ ἠθικῶς διηγηθέντα ὑπὸ Εὐμαίου ὑφόρβου τῷ Ὀδυσσεῖ ἀγνῶστῳ περὶ ἀκολάστου τῶν μνηστήρων βίου. In quibus οἷον Κωμῳδίας τινὸς ἠθολογουμένης ὑπόθεσιν illustrem contineri annotat Auctor. PETRA.

Ibid. Ἠθικῶς] potuissem quoque vertere, *ad mores attemperate*; vel, *docta morum imitatione*. TOLLIUS.

104. Αὐτῷ] Petra ad Ulyssem retulit quæ Homero noster tribuit; quem hic graphice lascivæ juventutis mores descripsisse ait. TOLLIUS.

105. Οἱονεὶ κωμῳδία] Vide erudite hæc explicantem Ill. Cuperum ad Homeri Apotheosin. TOLLIUS.

SECTIO X.

Summorum & validissimorum consequentium collectionem, compositionemque, caussam esse Sublimitatis, & quomodo.

VIdendum nunc porro, ecqua etiam alia via modoque oratio nostra ad 1
Sublimitatem elevari possit. Et potest sane. Nam quum quibusvis rebus ac negotiis particulæ natura quædam insideant, quæ cum ipsis una rebus coöriantur, quasque Concomitantium, vel Consequentium, nomine li-

rum, cum inter se similes sunt, præcipuas deligere, easque mutua connexione in unum quasi corpus compingere, necessario nobis granditatis causa erit: partim enim delectus capitum, partim densitas eorum, quæ electa sunt, auditorem conciliat. Certum enim est & τὸ μὲν, τὸ δὲ, & τὰ μὲν, τὰ δὲ, & τοῦτο μὲν, τοῦτο δὲ, apud *Græcos*, esse modos loquendi ἰσοδυναμοῦντας, significantes, *partim quidem, partim vero*, Exempla suppeditabit *Herodotus l.* 1, §. 71. *& l.* 3, §. 8. *& l.* 9, §. 7. Poterunt & non incommode reddi tum hic, tum alias, *Non solum, sed etiam*: ut apud *Halicarnasseum Antiq. l.* 6. *Quævis terra socios nos admittet*, τὰ μὲν ἀλύπους ἐσομένους τοῖς ὑποδεξομένοις, τὰ δὲ ὠφελίμους. *Non solum non molestos futuros suscipientibus, sed & utiles*. LANGB.

Ibid. Ἐξ ἀνάγκης γένοιτ' ἂν ἡμῖν] Hic locus commode magis converti potuerat, quam ab ullo interprete conversus sit. FABER.

Ibid. Ἐξ ἀνάγκης] Plutarchus de Auditione: Ἐν ἔργῳ γε παντὶ τὸ μὲν καλὸν ἐκ πολλῶν οἷον

πον, [4] τὸ τῶν ἐμφερομένων ἐκλέγειν ἀεὶ [5] τὰ καιριώτατα, [6] καὶ ταῦτα τῇ
2 πρὸς ἄλληλα ἐπισυνθέσει, καθάπερ ἕν τι σῶμα ποιεῖν δύνασθαι. [7] Τὸ μὲν
γὰρ, [8] τῇ ἐκλογῇ τῶν λημμάτων τὸν ἀκροατὴν, τὸ δὲ, τῇ πυκνώσει τῶν
3 ἐκλελεγμένων προσάγεται. Οἷον ἡ Σαπφὼ τὰ συμβαίνοντα ταῖς ἐρωτικαῖς
μανίαις παθήματα ἐκ τῶν παρεπομένων, καὶ [9] ἐκ τῆς ἀληθείας αὐτῆς ἑκά-
4 στοτε λαμβάνει. [10] Ποῦ δὲ ταύτην τὴν ἀρετὴν ἀποδείκνυται; ὅτε τὰ ἄκρα
αὐτῶν, καὶ ὑπερτεταμένα δεινὴ καὶ ἐκλέξαι, καὶ εἰς ἄλληλα συνδῆσαι·

[11] Φαί-

ἀριθμῶν εἰς ἕνα καιρὸν ἡκόντων ὑπὸ συμμελείας τινὸς καὶ ἁρμονίας ἐπιτελεῖται. TOLLIUS.

4. Τὸ τῶν ἐμφ.] Hanc appellat postea περιγραφὴν τῶν ἄκρων, καὶ εἰς ἑνότητα σύνταξιν. ROBORTELLUS.

Ibid. Τὸ τῶν ἐκφερομένων] putabam aliquando legendum συνεκφερομένων, id eſt, συνυπαρχόντων ταῖς ὕλαις. Verum rectius multo eſt ἐμφερομένων. Sic infra ſect. XII: ἀπὸ πάντων τῶν ἐμφερομένων τοῖς πράγμασι μορίων. TOLLIUS.

5. Τὰ καιριώτατα] mox vocat τὰ ἄκρα, καὶ ὑπερτεταμένα. Heſychius: καίρια τὰ μέρη, τὰ λεπτὰ, βέβαια, ὠφέλιμα, ἢ ἐπικίνδυνα, θανάσιμα, ἢ ἐπιτήδεια. Ubi malim legere καίρια μέρη, τὰ λεπτὰ, τὰ ἀβέβαια, &c. Sunt hic τὰ καιριώτατα, quæ rem, quam tractamus, conficiunt: hoc eſt, quibus ad oſtendendum id, quod volumus, nihil eſt validius; quales ſunt καιρίαι πληγαί. TOLLIUS.

6. Καὶ ταῦτα τῇ πρὸς ἄλληλα] Exemplum eximium eſt apud Cic. pro domo: *Tu meam domum religioſam facere potuiſti? Et qua mente? qua invaſeras? qua manu? qua diſturbaras? qua voce? qua incendi juſſeras? qua lege? quam ne in illa quidem impunitate tua ſcripſeras? quo pulvinari? quod ſtupraras? quo ſimulacro? quod ereptum ex meretricis ſepulcro in imperatoris monumento collocaras?* ubi illa *mens, manus, vox, lex, pulvinar, ſimulacrum,* quæ ſingula huic conſecrationi ædium velut inhærebant, in unum tanquam corpus rediguntur. Sed & multæ aliæ in hoc exemplo, ſeu loco Cic. ſunt figuræ. Interrogationes, anaphoræ, homojoteleuta, polyptota, &c. Sic ut merito quoque ad ſect. XX de concurſu figurarum referri poſſit. TOLLIUS.

7. Τὸ μὲν γὰρ] in quatuor MSS. fuit, ὁ μὲν γὰρ, & mox ὁ δέ: ſicut & in prima Longini legitur editione. TOLLIUS.

8. Τῇ ἐκλογῇ τῶν λημμάτων, &c.] Legendum omnino, τῇ ἐκλογῇ ΤΩ͂Ν Α'ΚΡΩΝ λημμάτων. Id enim ni fiat, nunquam ad τὸ ὕψος pervenias. Vera autem emendatio eſt; nam & ratione, & Longini ipſius auctoritate nititur, qui paulo inferius ſcribat, λῆψις, ὡς ἔφην, ΤΩ͂Ν Α'ΚΡΩΝ. Ubi iſtud [ὡς ἔφην] manifeſte probat, ſic hoc loco ſcriptum fuiſſe, ut conjicio. Adde locum alium: περιγραφὴ γάρ τις ἦν ΤΩ͂Ν Α'ΚΡΩΝ ΛΗΜΜΑ'ΤΩΝ. Quin & hac ipſa pagina τὰ Α'ΚΡΑ αὐτῶν δεινὴ Ε'ΚΛΕ'ΞΑΙ, &c. Ergo legendum ἐκλογῇ τῶν ἄκρων λημμάτων. An opus eſt pluribus? Eſto ſane. Infra, τὸ πάθος Α'ΚΡΩΣ ἀπεπλάσατο. Quid quod ibidem legitur? τὰς ἐξοχὰς ἀριστίνδην ἐκκαθήραντες? Deinde αἱ ἐξοχαὶ & τὰ ἄκρα λήμματα, an diverſa ſunt? Adde tandem, nam piget me, &c. Sect. XX: Α'ΚΡΩΣ δὲ καὶ ἡ ἐπὶ τὸ αὐτὸ σύνοδος τῶν σχημάτων, &c. FABER.

Ibid. Τῇ ἐκλογῇ τῶν λημμάτων] Faber inſerendam cenſet vocem ἄκρων; proxime veritatem. Nam in Pariſino legebatur: Ὁ μὲν γὰρ τῇ ἐκλογῇ τῶν ἀκροτάτων λημμάτων, ὁ δὲ τῇ πυκνώσει τῶν ἐκλελεγμένων προσάγεται. In reliquis autem τῇ ἐκλογῇ τὸν ἀκροατὴν τῶν λημμάτων. Lege, τῇ ἐκλογῇ τῶν λημμάτων τῶν ἀκροτάτων, τὸ δὲ &c. Quamquam hæc mihi putida ταυτολογία videtur. Vulgata tamen lectio multo putidior eſt. Nam τὸ ἀκροατὴν locum hic nullum habet. Exiſtimo autem e margine hæc in contextum irrepſiſſe. TOLLIUS.

9. Ἐκ τῆς ἀληθείας] Fabius *veritatem ipſam morum* vocat, lib. VI, cap. II Inſtit. Vide præced. ſectionem. TOLLIUS.

10. Ποῦ δὲ τὴν ἀρετὴν ἀποδείκνυται;] Lege, ποῦ δὲ ΤΑΥ'ΤΗΝ τὴν ἀρετὴν ἀποδείκνυται. FABER.

11. Φαίνεταί μοι κεῖνος] Hic locus extat inter fragmenta Lyricorum cum Catulli partim, partim Henrici Stephani verſione. PETRA.

Ibid. Φαίνεταί μοι κεῖνος] Ut ne tandem bona fide ἀποσ.... fiam, quod ſane haud neceſſe eſt, decrevi nil quidquam ad hoc admirabile odarium dicere. Fuit olim, fateor, cum Sapphonem amabam; ſed ex quo illa me perditiſſima femina pæne miſerum perdidit cum ſceleratiſſi-

ne licet appellare, fieri nequit, quin orationi ea, quam desideramus,
concilietur altitudo, quum ex his & quæ cummaxime principalia fuerint, atque validissima, excerpserimus, & ex iisdem inter se constructis
unum quoddam veluti corpus fecerimus. Etenim summorum & effica- 2
cissimorum consequentium delectus, ipsaque postea eorundem congeries,
atque coacervatio, mira ad eos, qui audiunt, percellendos capiendosque vi pollet, atque potestate. Exemplo nobis esto Poëtria Sappho, 3
quæ conjunctas ac familiares amatoriis furoribus animi corporisque affectiones a consequentibus, adeoque ab ipsa undique petit veritate. Ubi 4
ergo, inquies, hanc illa ingenii sui vim ostendit? in eo, quod ex his nonnisi summa quæque, & ad altissimum intensionis gradum deducta, sibi deligat, eaque apto deinde inter sese nexu colliget, atque coadunet.

Ille

leratissimo suo congerrone, (Anacreontem dico, si nescis, Lector,) noli sperare quidquam a me dictum iri, unde aut ipsa, aut ipsius opera, (queis tamen olim in Græcia nil elegantius, nil magis tenerum aut venustum quidquam extitit,) probari videantur. Itaque quando mihi imposita fibula est, hic lacuna esto; nisi scriptori librario aliter videbitur. Titulus est, Εἰς Ἐρωμένην. Ut enim mares masculis amoribus inardescunt, ita & feminæ præpostero quandoque furore incensæ feruntur. In earum numero fuisse dicitur Sappho: ea enim qua mares, qua feminas sectabatur: eratque plane, ut ille deorum, qui *utroque facit commercia* mundo. Itaque εἰς ἐρωμένην suam hoc admirabile odarium scripsit. Esset autem fortasse, cur hic περὶ τῆς τριβακῆς, seu τριβαδικῆς ἀσελγείας, (de qua Lucianus *in amoribus*,) ut & de Philænide, quiddam diceretur; sed certe est etiam, cur nihil quidquam dicatur. Ceterum hic Longini libellus mihi semper plane admirabilis visus est, sed in eo præcipue loco, ubi de hoc poëmatio sententiam fert. Hunc igitur legat, qui scire velit, quid sit cum judicio legere. Nihil addam, nisi hoc unum ad cognitionem artificii; septies repetitam fuisse in octo exiguis versiculis particulam Δὲ, quæ deficientis corpusculi, animique paulatim cadentis, imaginem ingeniosissime effingit. En tibi exempla: ἂν δὲ λεπτὸν, ὀμμάτεσσι δὲ, βομβεῦσιν δὲ, κὰδ δὲ (id est κατὰ δὲ) τρόμος δὲ, χλωροτέρη δὲ, τεθνάναι δὲ. Idque tanto magis observes, quod ei particulæ locum in octo superioribus versibus nullum esse videas. Scio qui dicturi sint, isthæc esse somnia hominis otio abutentis; sed hoc etiam scio, talem ei non fore hanc observationem, qui Dionysium Halicarnasseum περὶ συνθέσεως legerit; nam Dionysius certe in illo opere non somniabat. Faber.

Ibid. Φαίνεταί μοι κεῖνος] rescripsimus φαίνεταί Fοι κῆνος quemadmodum citatur ille locus ab Apollonio Alexandrino in Grammatica. Nam Fοι Æoles dicebant pro μοι, & iidem ὄνηρ, vel ὤνηρ, pro ἀνήρ. Vossius.

Ibid. Φαίνεταί μοι κεῖνος] Codicem primum nacti Vossianum ipsius Vossii beneficio, in quem variantes carminis hujus lectiones e MS. bibliothecæ Regiæ Parisinæ transcriptæ erant; deinde & ipso illo Codice MS. Parisiis consulto: post & excerpta quædam alia e Longini vetere alio Codice adepti, emendare jam olim hoc Sapphus carmen conati sumus. Prodiit interea Vossiana Catulli editio, & in ea viri eruditissimi in idem carmen notæ atque emendationes: in quis aliqua & a nobis in eandem sententiam, formamque restituta, nonnullisque amicis tum temporis ostensa. Qua de caussa monendum lectorem existimavimus, ne aliena sublegisse videamur. Et ille quidem breviter veluti digitum tantum in singula intendit: nos in imperitiorum usum pluscula firmandis emendationibus contulimus. Noluimus igitur quidquam de pridem notatis mutare, licet trium postea MSS. Vaticanorum, Venetique S. Marci Codicum lectionibus usi: sed in quibus nil ferme alicujus momenti a Parisino Codice diversum reperimus. Ceterum quod Vossius hic Fοι pro μοι e vetere Grammatico contra libros omnes MSS. restituit, non tam improbo, quam non & paulo post factum miror, ubi τό μοι τὰν legitur. Nam tum & hic τό Fοι τὰν reponendum fuerat. Κῆνος Æolicum est, uti Doricum τῆνος. Priscianus lib. 1: *Ei Diphthongo nunc non utimur, sed loco ejus in Græcis nominibus* e *vel* i *productas ponimus. Et in priore sequimur Æo-*

les,

[11] Φαίνεταί Fοι κῆνος [12] ἴσος θεοῖσιν
Ἔμμεν [13] ὠνὴρ, ὅστις [14] ἐναντίος τοι
Ἰζάνει, καὶ πλασίον [15] ἀδὺ φωνεύ-
σας ὑπακούει,
[16] Καὶ γελάϊς ἱμερόεν· [17] τό μοι τὰν
Καρδίαν ἐν στήθεσιν [18] ἐπτόασεν.

[19] Ὡς

les. Illi enim τῷ Δημοσθένη *dicunt*, *pro* Δημοσθένει; *&* ἧπον, *pro* εἶπον. Terentianus Maurus:

> *Inde vertunt hanc in η sæpe diphthongum Graji,*
> *Quando quos* ἱππεῖς *solebant, aut* ἀχαρνεῖς *dicere,*
> *Levigant,* ἱππῆς*que potius, aut* ἀχάρνης *nominant.*

Vid. & Schol. Hesiodi p. 147. Auctorem Etymolog. in παρειά, ἀη, ἀηδών, &c. Et Stobæum in dictis Philosophorum Pythagoricorum, unde innumera peti poterunt exempla. Tollius.

12. Ἴσος θεοῖσιν] sic & Polyxena apud Euripidem in Hecuba:

> Δέσποινα δ' ἡ δύστηνος Ἰδαίαισιν ἦν
> Γυναιξὶ, παρθένοισί τ' ἀπόβλεπτος μέγα,
> Ἴση θεοῖσι, πλὴν τὸ κατθανεῖν μόνον.

felices autem veteres non Dis tantum pares; sed & ipsos Deos prædicabant. Electra apud Sophoclem:

> Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεὸν,
> Ἅτε &c.

Id est, feliciſſimam te prædico. Et adolescens amator apud Plautum in Curculione, cum amicam videret: *Sum Deus*; subjiciente facete servo: *Imo homo haud magni preti.* Quod autem nostra ait, ἴσος θεοῖσιν, Latine cum Plauto verteris, *Dis æquiperabilis.* Ibidem enim mox sequitur: *Quid vidisti, aut quid videbis Dis magis æquiperabile?* Tollius.

13. Ἦ μὰν] V. C. ὤνηρ, Æolice pro ὁ ἀνὴρ. Mutare enim solebant vocales, præsertim α in ω. Pindarus apud Stobæum:

> Ἀρχὰ μεγάλας, ἀρετᾶς ὤνασσ' Ἀλάθεια.

Alcæus:

> Τὸ δ' ἔυτε κῦμα τῶ προτέρω ὠνέμω
> Στίχει.

uti eo loco legendum monuit Douza. Sed quid hic faciet ὠνὴρ, inquiet aliquis, cum Sappho certe vir non fuerit? Sed quod non fuit, induit. Unde & *mascula* dicta Horatio, & Ausonio meo. Neque tamen illud ἦ μὰν plane rejectitium puto. Ἦμεν Æol. id est εἶναι, scriptum fuit: pro quo alii ἔμμεν substituerunt. Diotogenes Pythagoricus apud eundem Stobæum serm. 46: στραταγόν τ' ἀγαθὸν ἦμεν· pro εἶναι, & ita passim. Theages apud Stobæum: πέφυκεν ἐπιγίγνεσθαι ἦμεν. Alias perquam ingrata sit auribus illa repetitio, Ἔμμεν ἦ μὰν: nec est, ut delicatiſſimam puellam ita scripsisse suspicemur. Et tum Ἦ μὰν, vel Ἆ μὰν legendum foret, uti Æoles loqui solitos vel ex Pindaro constat. Tollius. (+ Vd. Cod. ap. Voss. ἔμμεν ὤνηρ Span. ad Call. [illegible])

14. Ἐναντίος] eadem alibi ad formosum:

> Στᾶθι κἄντα φίλος, καὶ τὰν ἐπ' ὄσσοις
> Ἀμπέτασον χάριν·

Ut pasceret scilicet oculos suos amore dulci ebrios: quam voluptatem nemo Lucretio meo mollius expressit, ubi de Marte ad Venerem respectante ait:

> *Atque ita suspirans tereti cervice reposta*
> *Pascit amore avidos inhians in te, Dea, visus.*

Achilles Tatius l. 1: Οὐκ οἶδας, οἷόν ἐστιν ἐρωμένη καὶ βλεπομένη· μείζονα τῶν ἔργων ἔχει τὴν ἡδονήν, &c. Vid. Casaub. ad Athen. p. 864. & l. VII Antholog. Græc. Latini *astare contra* dixerunt. Plaut. in Persa: *Quid agis? feminam scelestam te astans contra contueor.* Tollius.

15. Ἀδυφωνεύσας] lego cum Veteri Cod. ἀδυφωνεύσαις. More Æolum, qui α in αι mutabant, ut καλαὶ, pro καλά. Sic apud Alcæum:

> Νύμφαις, ταῖς Διὸς ἐξ Αἰγιόχω φαισὶ τετυγμέναις.

ubi Janus Douza frustra fuit, cum τὰς τετυγμένας legeret, ut in margine sui codicis testatum voluit. Idem Alcæus:

> Κὰδ δ' ἄειρε κυλίχναις μεγάλαις, αἶτ' ἔπι ποικίλαι.

Ita namque illic legendum arbitror. Priscianus lib. 1: Ae *ponitur pro* a, *ut* Æsculapius *pro* Ἀσκληπιός: *in quo Æoles sequimur. Illi enim* νύμφαις *pro* νύμφας *&* φαισὶν *pro* φασὶν *dicunt.* Sic & ἄιτις pro ἄτις Dor. vel ἥτις comm. Lacones dixiſſe ex Aristophane constat. Alii nonnulli legunt, ἀδυφώνω σεῦ ὑπακούει. Tollius.

16. Καὶ

Ille mi par esse Deo videtur, Catullus.
Ille, si fas est, superare divos,
Qui sedens adversus identidem te
Spectat, & audit
Dulce ridentem: misero quod omnis
Eripit sensus mihi: nam simul te,
Lesbia,

16. Καὶ γελώσας] secuti lectionem libri scripti, qui adservatur in bibliotheca Regia Lutetiæ, fecimus, καὶ γελάϊς ἱμερόεν. Γελάϊς Æoles dicebant pro γελᾷν, ut πεινάϊς pro πεινᾷν, πλατάϊς pro πλατᾷν, χρυσόϊς pro χρυσοῦν, uti colligere est ex auctore Etymologici, Hesychio, & iis, qui de dialectis scripsere. Vossius.

Ibid. Γελώσας] magnum patronum, suique vindicem, vulgata lectio habet, Catullum scilicet, qui γελώσας, seu potius γελώσαις, Æolice, legisse videtur, dum vertit, *spectat & audit dulce ridentem.* Quis igitur jam affirmare ausit, veriorem veteris esse libri lectionem, γελάϊς pro γελαῖς, ut illic male scriptum? Æoles enim per diæresin αι in αϊ distrahebant, ut πάϊς pro παῖς, κόϊλον pro κοῖλον, βοάϊς pro βοᾷς. Quod si vero antiqui Codicis scriptura retinenda est, distingue hoc verbum a priore sententia, & explica: *& suave rides.* Est enim secunda præsentis indicativi, pro γελᾷς, &c. Nam quid risus ille, qualis hic laudatur, auditum ita juvet, non video, ut ea se voluptate Sappho velut extra se raptam dicat. At vultus ille puellæ blandum καὶ ἐπαγωγὸν ridentis mirum quantum potest. Et norunt illi, qui Venerem φιλομειδῆ benignam experti. Ignaros & ἀμυήτους Lucianus in Dialog. Metretr. instruet; aut hoc aliquanto castior Musæus, Εἷς δέ τις, inquiens, Ἡρῶς

> Ὀφθαλμὸς γελόων ἑκατὸν χαρίτεσσι τεθήλει.

Unde apud Aristænetum l. 1, Epist. 1, in delicatissima illa formosulæ Laïdos descriptione hæc etiam duo conjunguntur, vox suavissima, & risus venustus. Ἡνίκα δὲ φθέγγεται, inquit, βαβαὶ, ὅσαι τῆς ὁμιλίας αὐτῆς αἱ σειρῆνες· ὅσον ἡ γλῶττα στωμύληθρον· τῶν χαρίτων πάντων ἡ Λαῒς τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο. καὶ μειδιᾷ πάνυ ἐπαγωγόν. Nec minima hinc querelarum desumpta est materies amatori, cujus amica mortua, apud Alciphronem. Ἡ δὲ, inquit, οὐκ ἔτι με φαιδροῖς τοῖς ὄμμασιν ὄψεται μειδιῶσα. Sed & γέλως ipse risus modestus, diversusque a καγχασμῷ, qui Latinis *cachinnus*, & κιχλισμῷ, qui petulans ac meretricius: acceditque ad μειδίαμα, quæ vultus tantum ad risum remissio est; unde Veneri cognomen. de quo plura Clemens Alexandrinus lib. II Pædagog. cap. V. Vossii sententiam amplecterer, si præcedens ἀδυφωνεύσαις etiam infinitivus esset. Meam tuentur illi delicatuli, qui apud Athenæum l. XV, p. 685, exstant versus:

> Ὦ μαλάχας μὲν ἐσορῶν, ἀναπνέων δ' ὑάκινθον,
> Καὶ μελιλώτινον λαλῶν, καὶ ῥόδα προσεστηρῶς, &c.

ubi item dulcis vox, & suavis risus eodem modo conjunguntur, sed non ut hic auditu percipiuntur, sed visu: unde ῥόδα additum, qui flos colore oculos plurimum delectat. Tollius.

17. Τό μοι τὰν] VV. CC. μὴ ἐμὰν, pro μῆμαν, contracte, ut puto, pro μὲ ἐμάν. Æoles enim ἐμὲ & μὲ, pro ἐμοὶ, & μοὶ, dicebant. Pro quo Attici, & Dores ἔμωγε. Tollius.

18. Ἐπτόασεν] V. C. ἐπτύασεν, more Æolico, quo ο in υ mutatur. Sic apud nostram ὕσδων pro ὄζων; apud Hermogenem; ubi ita legit Janus Douza:

> Ἀμφ' ὕδωρ ψυχρὸν κελαδεῖ δι' ὕσδων
> Μαλίνων, αἰθυσσομένων δὲ φύλλων
> Κῶμα καταῤῥεῖ.

Proclus in Chrestomathia apud Photium, ubi de Hymenæo agit: Ἐγὼ δὲ οἶμαι, inquit, βίου τινὸς εὐτυχοῦς προαναφώνησιν ὑπάρχειν, καὶ συνεύχεσθαι τοῖς συνοῦσι περὶ γάμου κοινωνίαν μετὰ φιλοστοργίας, Αἰολικῇ διαλέκτῳ παραπλέκοντας τὴν εὐχὴν διαλέκτῳ, οἷον ὑμεναίειν καὶ ὁμονοεῖν τούτους, ἀεὶ ὁμόσε μένοντας. Ubi ὑμεναίειν τὸ ὁμοῦ ναίειν significat. Vide Etymologicum in voce ὑμέναιος; quod & in voce γυνὴ respici poterit. Item Eustathium in Homer. Ιλ. α'. p. 27 ed. Rom. Quintilianum l. I Instit. Priscian. l. I, p. 553. Schol. Hesiod. p. 147. Exemplorum vero apud Pindarum, Theocritum, Alcæum, ceterosque, quorum apud Stobæum fragmenta exstant, ὅσα κόνις. Tollius.

19. Ὥς ἴδον σ', ὡς βρόγχον] ita ostendi in Epistolis legendum. Cum antea legeretur:

> Ὥς ἴδον σε, βρόγχον ἐμοὶ γὰρ αὐδῆς &c.

Quorum verborum ridicula est sententia;

[19] Ὡς γὰρ εἴδω σε, [20] βροχέας με φώνας
Οὐδὲν ἔθ' [21] ἥκει·
[22] Ἀλλὰ καμμὲν [23] γλῶσσα σέσιγε, [24] λεπτὸν δ'
Αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑποδεδρόμακεν.
[25] Ὀππάτεσσιν δ' [26] οὐδὲν ὄρημι· βομβεῦ-
σιν δ' [27] ἀκοαί Foι.

[28] Καδδ'

nempe; *ubi te vidi, guttur. Mihi enim nil vocis amplius venit.* Converti autem Latine ita debet ex emendatione mea: *Nil mihi vocis in fauces*, ſeu *guttur*, *venit.* Non opus eſt, ut exempla afferam, quibus probetur ὡς ſignificare εἰς & πρός. Sexcenta enim poſſint. Nam ſic omnes ſcriptores Attici loqui amant. FABER.

Ibid. Ὡς γὰρ εἶδον] idem liber habet: ὡς γὰρ εἴδω σε, βροχέας με φώνας οὐδὲν ἔθ' ἥκει, quod omnino rectum eſt. Æoles pro βραχὺς dicebant βροχύς. Βροχέας itaque pro βραχείας. Heſychius βροχέως interpretatur σαφῶς, συντόμως. Male vulgo βρουχέως. VOSSIUS.

Ibid. Ὡς ἴδον σ'] Pindarus apud Athenæum: Τὰς δὴ Θεοξένου ἀκτῖνας ὄσσων μαρμαρυζοίσας δρακεὶς, ὃς μὴ πόθῳ κυμαίνεται, ἐξ ἀδάμαντος, ἢ σιδάρου, κεχάλκευται μέλαιναν ψυχάν. Parthenis apud Ariſtænetum lib. II, ep. V: Θεωροῦσα δὲ τὸν καλὸν αἰδοῦμαι, φοβοῦμαι, ὑφ' ἡδονῆς πνευστιῶ. TOLLIUS.

20. Ὡς βρόγχον ἐμοὶ] Jan. Douza legit,
Ὡς ἴδον γάρ σε βραχέως ἐμ' αὐδᾶς·
Malim ego partim ex antiquo Codice, partim ex conjectura,
Ὡς γὰρ εἴδω σε, βρόχε' ὥς με φώνας
Οὐδὲν ἔτ' εἴκει.
Si quis vero τὸ αὐδᾶς, (vel αὔδας retracto in priorem ſyllabam accentu, quemadmodum Æoles ſolebant) magis probet, me non nolente legat, ὡς ἐμ' αὔδας &c. vel etiam, ὥς με αὔδας· τὸ βρόχε' pro βρόχεο ponitur partim Jonice, partim Æolice; communiter βρόγχου, pro ἐκ βρόγχου, e gutture. Non enim ad fauces, ſed e faucibus vox venit: ſiquidem βρόγχος ἐνερρίζωται ἐν μέσῳ τῷ πνεύμονι, ut eſt apud Pollucem lib. II, vel, ut Cicero lib. II de Nat. Deor. c. LIX; *a pulmonibus arteria uſque ad os intimum pertinet: per quam vox principium a mente ducens percipitur, & funditur. Deinde in ore ſita eſt lingua, finita dentibus. Ea vocem immoderate effuſam fingit, & terminat.* Ἐκ βρόγχου igitur vox venit, non ὡς βρόγχον, ut Faber, aliique voluerunt. Hinc ſequitur, ἀλλὰ κάμμεν γλῶσσ' ἔαγε. *Sed lingua mihi torpet.* Quia ſcilicet ſpiritus nullus e pulmonibus per fauces in os veniebat. Notum illud poëtæ. *Vox faucibus hæſit.* Lactantius de Opificio Dei, c. XI: *Aperuit igitur viam voci Divina ſolertia ex illa fiſtula ſpiritali, ut poſſet lingua miniſterio ſuo fungi; & vocis ipſius inoffenſum tenorem pulſibus ſuis in verba concidere. Qui meatus, ſi aliquo modo interceptus eſt, mutum faciat neceſſe eſt.* Poteſt tamen altera lectio hoc pacto defendi, quod mens obſtupefacta, unde vocis principium, omnem loquendi vim ac facultatem intercluderet, nullo in fauces immiſſo ſpiritu, qui per eas dilapſus ope linguæ vocem articulatam effingeret. Sed prior magis placet. Anonymus apud Barthium in Adverſ. XLIV, 17: *Spiritus vocem negat, & tertiatis diſſidet verbis hians.* Eſt autem Æolica dialectus βρόχος pro βρόγχος: ut φάρυξ pro φάρυγξ, θῶμιξ pro θῶμιγξ, unde Lat. *tomex*; καχάζω pro καγχάζω, unde Lat. *cachinnus*: φόρμυξ pro φόρμυγξ, φίγα pro σφίγγα apud Heſych. &c. Præterea apud Pindarum vocalis ante duas conſonantes ſæpe corripitur: ita ut βρύγχε' hic legi poſſit Æolice pro βρόγχεο, ſeu βρόγχου, nam in eodem Heſychio βρύγχος, βρόχος, pro βρόγχος legas, ο Æolice in υ mutato. Fortean aliquis & βρουχέως hic ſcriptum contendat, quia apud Heſychium βρουχέως, σαφῶς, συντόμως. Αἰολεῖς, legitur: ubi Salmaſius βρυχέως reponendum cenſet. Verum Æoles ου diphthongum ſæpe corripiebant, ut mox videbimus: quod doctiſſimum Schmidium p. 335 Pyth. in voce οἰκουρίαν fefellit. TOLLIUS.

21. Ἤκει] Non amabant Æoles aſpiratas voces; ideoque, quantum fieri poterat, mutabant ſpiritum aſperum in lenem. Ut ἕρκος in ἔρκος, ὑμεῖς, in ὔμμες, ὅτι in ὄττι, ὅμοιος in ὔμοιος &c. Vid. Euſtath. in Homer. Ιλ. α'. p. 27 ed. Rom. & Apollon. Alexandrinum lib. I Syntaxeos. Sic & η in ει mutare illis ſolemne fuit, notantibus Schol. Lycophronis p. 69. Auctore Etymol. in πλειάρειν, & ὑπόκυκλα, Priſciano lib. I extremo, &c. rectius

igitur

Lesbia, adspexi, nihil est super mi,
Quod loquar amens. Parthenius.
Lingua sed torpet; tenuis sub artus Catullus. p. 142.
Flamma dimanat: sonitu suopte
Tinniunt auris: gemina teguntur
Lumina nocte.

Manat

igitur in V. C. εἴκει pro ἥκει legitur. Tollius.

22. Ἀλλὰ καμμεῦ] in scripto libro est, Ἀλλὰ καμμεῦ γλῶσσα σέσιγε· λεπῖον δ᾽ Αὐτίκα· & hoc quoque rectum. Σέσιγε non est a σιγᾷν, sed a σίζω, cujus præteritum medium σέσιγα, quod ex Eustathio & auctore Etymologici constat. Vossius.

Ibid. Καμμὲν] pro κατὰ μὲν. Sed in Excerptis invenio, γλῶσσα μευ κατασέσιγε. Quare prima forte, & verior lectio fuerit, κάμμευ, pro κατά μευ. Quomodo & in Plutarchi quibusdam legitur editionibus, in syntagmate de profectu in virtute sentiendo. Verum nihil affirmo. Τὸ κατὰ vero ad ἔαγε referendum est, a quo per tmesin divulsum fuit. Sic καμμονίη Æolibus Victoria, pro καταμονίη, apud Plutarch. de Aud. Poët. κάββας, pro καταβὰς, apud Pindarum, Nem. VI. Καķκεφαλὴν, pro κατὰ κεφαλὴν, apud Homer. Ἰλ. υ΄. & mox apud nostram, κάδδε, pro κατὰ δὲ· ἀλλὰ μὴ κάτῖον πλοῦτον, pro κατὰ τὸν πλοῦτον, apud Diotogenem in Stobæo, & sexcenta id genus alia, apud Hesychium. Tollius.

23. Γλῶσσ᾽ ἔαγε] Plautus milite glor. sc. Hera Eccum:

Verbum hercle facere non poteris, si accesserit ad te.
Dum te obtuetur, interim lingua, atque oculi perierunt. Tollius.

24. Ἂν δὲ λεπῖον] ita citat Plutarchus. Λέπῖον vero scripsit Æolia puella, more gentis accentu retracto in priorem, de quo consule Apollon. Alexandrinum lib. II, & l. IV Synt. Priscian l. XIV, & Eustathium in Hom. Ἰλ. α΄. p. 75. ed Rom. Ἂν pro ἀνὰ positum per Apocopen Æolicam ut apud Alcæum:

---- Ἄμμες δ᾽ ἂν τὸ μέσσον
Ναῒ φορήμεσθα σὺν μελαίνᾳ.

alii legunt, ἐν Æol pro εἰς. Tollius.

25. Ὀμμάτεσσιν] Recte quoque idem liber Ὀππάτεσσι δ᾽ οὐδὲν ὄρημμι. Sed nec contemnenda est altera lectio ὄρηππι in eodem libro. Etenim apud Æoles μ in π transit, sæpe quoque apud eos consonæ geminantur. Vossius.

Ibid. Ὀμμάτεσσι] præstat, quod in V. C. legitur, ὀππάτεσσι; in quo consuetudo loquendi Æolica observata, ut mox etiam in ὄρηππι pro ὄρημμι. Sic & ἄλιππα pro ἄλειμμα iidem Æoles dicebant, ut est apud Auctorem Etymologici in ἄλιππα. Tollius.

26. Οὐδὲν ὄρημμι] Plutarchus in Demetrii Poliorc. vita hæc Sapphus respiciens ὄψεων ὑποδείξεις vocat, cum potius illic ὄψεων ὑπολείψεις, vel ὑποδύσεις, legendum esse quivis facile videat. Archilochus:

Τοῖος γὰρ φιλότητος ἔρως ὑπὸ καρδίαν ἐλυσθεὶς
Πολλὴν κατ᾽ ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευε,
Κλέψας ἐκ στήθεων ἁπαλὰς φρένας.

Tollius.

27. Ἀκοαί] V. C. ἀκοὲ, pro ἀκοαί. Corripiebantur enim diphthongi ab Æolibus. Sic θογάτηρ pro θυγάτηρ dicebant, ut est apud Priscian. pag. 554: Οὐδύσσεὺς pro Ὀδυσσεὺς apud Fabium l. I, cap. IV. Plura ex Pindaro exempla Schmidius notavit. Με pro μοι scriptum puto, partim e vestigiis corruptæ lectionis, quæ id ipsum verbo ὄρηππι priore versu male inseruerat, partim ex Æolica loquendi consuetudine, de qua supra. Sic nostra alibi: αἰδῶς κέν σε οὐκ εἶχεν ὄππατα, pro σοί. Alii legunt teste Douza, βομβεῦσ᾽ ἐν δ᾽ ἀκοαί μοι. Tollius.

28. Καδδ᾽ ἱδρῶς] Similes ferme perturbationes exprimit Simætha apud Theocrit. Idyll. II:

---- Ἐγὼ δέ νιν ὡς ἐνόησα,
Πᾶσα μὲν ἐψύχθην χιόνος πλέον· ἐκ δὲ μετώπω
Ἱδρὼς μὲν κοχύεσκεν ἴσον νοτίαισιν ἐέρσαις.
Οὐδέ τι φωνᾶσαι δυνάμαν, οὐδ᾽ ὅσσον ἐν ὕπνῳ
Κνυζῶνται φωνεῦντα φίλαν ποτὶ ματέρα τέκνα.
Ἀλλ᾽ ἐπάγην δαγύδι καλὸν χρόα πάντοθεν ἴσα· Tollius.

Ibid. Ἱδρώς] V. C. ἴδρωι. Scripsit forte Sappho ἴδρων, more gentis, quæ istiusmodi in ως desinentia nomina acutitona in recto casu per ων efferebat, & in patrio per ῶνος. Hinc & apud Sallustium: *Dædalum ex Sicilia profectum, quo Minonis iram atque opes fugeret*; pro *Minois*. Tollius.

29. Τρό-

[28] Καδδ' ἱδρὼς ψυχρὸς χέεται. [29] τρόμος δὲ
[30] Πᾶσαν ἄγρει· χλωροτέρη δὲ [31] πόας
Ἐμμὶ, [32] τεθνάκην δ' [33] ὀλίγω [34] 'πιδεῦσα
Φαίνομαι ἄλλα.

[35] Ἀλλὰ πᾶν τολματόν· ἐπεὶ πένητα.

5 Οὐ θαυμάζεις, ὡς [36] ὑπ' αὐτὸ τὴν ψυχὴν, τὸ σῶμα, τὰς ἀκοὰς, τὴν γλῶσσαν, τὰς ὄψεις, τὴν χρόαν, πάνθ' ὡς ἀλλότρια διοιχόμενα ἐπιζητεῖ; καὶ καθ' ὑπεναντιώσεις ἅμα ψύχεται, καίεται, [37] ἀλογιστεῖ, φρονεῖ; ἢ γὰρ φοβεῖται, ἢ παρ' ὀλίγον τέθνηκεν, ἵνα μὴ ἕν τι περὶ αὐτὴν
6 πάθος φαίνηται, παθῶν δὲ σύνοδος; [38] Πάντα μὲν τὰ τοιαῦτα γίνεται περὶ τοὺς ἐρῶντας· ἡ λῆψις δ', ὡς ἔφην, τῶν ἄκρων, καὶ ἡ εἰς ταυτὸ συναίρεσις, ἀπειργάσατο τὴν ἐξοχήν· ὅνπερ οἶμαι καὶ ἐπὶ τῶν χειμώνων τρόπον ὁ

29. Τρόμος] V. C. τρέμος. Malim tamen τρέμος, vel τρέμορ. Ita enim ſcribebant Æoles, mutantes ο in ε; unde apud Latinos, qui eos ſecuti ſunt, *Tenor* a τόνος comm. Æol. τένος, *Genu* a γόνυ, *Pes* a ποῦς, &c. Neque vero ignoro eoſdem etiam ſæpe *o* in *i* vertiſſe: unde κίρρος, *cirrus*, pro κόρρος, Æol. comm. κόρσος, ἴμβρος, *imber*, pro ὄμβρος. Sic & *Siſpitam Junonem* veteres Latinos dixiſſe Feſtus tradit, pro *Soſpitam*. Iidem & σ in ρ mutabant, μάρτυρ dicentes, pro vulgato μάρτυς. De quo plura Euſtathius in Homer. Plato Eretrienſes σκληροτὴρ pro σκληρότης dixiſſe refert in Cratylo. Tollius.

30. Πᾶσαν αἱρεῖ] in eodem libro eſt, Πᾶσαν ἀγρεῖ· χλωροτέρη δὲ πόας. Æolicum eſt ἀγρεῖ pro αἱρεῖ. Heſychius καταγρεῖ, καθαιρεῖ, καταλαμβάνει. Sed & ipſa Sappho apud Apollonium in Grammatica; ὄτα πάννυχος ἄσφι καταγρεῖ. Vossius.

Ibid. Αἱρεῖ] V. C. ἀγρεῖ. Et ſic nonnulli teſte Douza ante Voſſium legerunt. Quod non improbo: puto nihilominus verius eſſe, ἄῤῥει Æol. pro αἱρεῖ. Æoles etenim duplicabant conſonantes, ut e Lycophronis Scholiaſte, Auctore Etymologici, & aliis liquet. Ideo in altero Sapphus odario ad Venerem legendum, θύμος ἰμέῤῥει, pro θυμὸς ἱμείρει. Sic iidem Æoles πέῤῥαμος dicebant pro πείραμος, πέῤῥοχος pro ὑπείροχος, ut apud hanc noſtram: Πέῤῥοχος ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὁ Λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν. Nec hi tantum, ſed & Dores idem factitarunt. Ita Seleucus ab Heracleinſi legato Hercules Κάῤῥων appellatus, id eſt κρείων: ut eſt apud Memnonem in Bibliotheca Photii: & κάῤῥονες πολλῶν, pro κρείττονες, ſeu κρατίονες, apud Plutarchum in Lycurgo. Et κάῤῥον βέλτιον, item κάῤῥον, φυτὸν, ἢ καιρόν· κρεῖττον ἢ ἰσχυρόν, apud Heſychium. Ita enim illic pro καῤῥὸς leg. ubi ſi καιρὸν bonum eſt, eadem eſt, literarum mutatio, quæ in ἄῤῥει: Sic apud Epicharmum in nobili illa gnome: Ἀλλὰ σιγᾶν ὠγαθὸν, ὄκκα παρέοντι κάῤῥονες; apud Athenæum l. VIII extremo. Tollius.

31. Ποίας] Πόας eſt in V. C. pro πόϜας, id eſt, πόας. Vossius.

Ibid. Ποίας] malui cum ſcripto Codice legere πόας pro πόας, niſi quis malit πόϜας, ut πῦρ τεδάϜιον apud Priſcianum lib. 1. Solebant enim Æoles Digamma ſuum F, ſive V Latinum, inſerere inter duas vocales, quod ſyllabas pro ſcriptorum lubitu & produceret, & corriperet. Vide & Etymologicon in ἀγανός. Alias ποίας pro πόας Doricum & Æolicum eſt, ut ex Pindaro liquet, aliiſque. Tollius.

32. Τεθνᾶναι] hæc in eodem libro ita concipiuntur: τεθνάκην δ' ὀλιγω πιδεῦσα, id eſt, τέθνᾶναι δ' ὀλίγου ἐπιδέουσα. A τέθνακα, more Æolum, qui ſolent a præteritis, ſeu activis, ſeu mediis, verba formare, fit τεθνάκω, ut a πεποίηκα πεποιήκω, a κέκραγα κεκράγω, ab ἐγρήγορα ἐγρηγορῶ, & infinita ſimilia. Itaque τεθνάκην ſeu τεθνάκειν eſt τεθνᾶναι. Vossius.

Ibid. Τεθνάναι] differt multum vetuſti Codicis ſcriptura a vulgata lectione. In eo enim legas, Τεθνάκην δ' ὀλίγω πιδεύσην. Τεθνάκην, vel, ut Æoles & Dores, τεθνάκεν, a τεθνάκω, quod a præterito medio derivatum, ut Æoles ſolebant. Sic & γεγάκεν a γεγάκω, apud Pindarum Olymp. VI: Φοίβου γὰρ αὐτὸν φᾶ γεγάκεν πατρὸς, pro γεγαέναι. Ad quem locum

Manat & ſudor gelidus; tremorque
Occupat totam: velut herba pallent
Ora: ſpirandi neque compos, orco
Proxima credor. H. Stephanus.

Non tamen deſpero: etenim indigentem. Tollius.

Miraris, ſcio, atque adeo ſtupes, mi Terentiane, cum hæc legis, qua 5
arte Poëtria hæc animam, corpus, aures, linguam, oculos, colorem denique vultus, atque omnia ea velut jam dilabentia, ac diffugientia, in unum quaſi concilium rurſus colligat, contrariiſque & ſibi invicem repugnantibus agitata animi corporiſque perturbationibus, eodem tempore & algeat, & ardeat, & deſipiat, & reſipiſcat: quin & timore fatiſcat miſera, ac tantum non exſpiret. Solent quidem hæc, & alia id 6
genus plura, amantibus obtingere: ſed ille, uti dixi, valentiſſimorum conſequentium delectus, eorumque in unum complexus, ſive conſtipatio, illa ſunt, inquam, quæ carmen hoc ad ipſum Sublimitatis verticem perduxere. Nec alia uſus, puto, ratione Homerus ea potiſſimum in deſcri-

cum notæ conſuli poterunt Benedicti. Toll.

33. Ὀλίγυ] melius V. C. & Αἰολικώτερον, ὀλίγω. Tollius.

34. Δέοισα] V.C. πιδεύσην, pro ἐπιδεύουσα ἐν, Æolice. Sic ſupra citavimus πέῤῥοχος pro ὑπέῤῥοχος, deficiente priore vocabuli litera; ſicut & ὦρσεν pro ὥρμησεν, extrita ſyllaba media iidem Æoles dixere. Tollius.

35. Ἄλλα] Ἄλλα Æolicum eſt pro ἀλάλη, id eſt, muta, mortua: & ſimiliter ἄλλος eſt ἄλαλος, ut teſtantur Grammatici veteres, qui de dialectis ſcripſere. Vossius.

Ibid. Ἄλλα] quod hic ἄλλα pro ἄλαλος Æol. Voſſius mavult, in eo fruſtra eſt. Nam, præterquam quod hoc cum ſequentibus cohæreat, jam ante ſibi linguam obmutuiſſe Sappho dixit. Quare illud ἄπνους multo hic aptius eſt, & convenientius. Tollius.

36. Ὑπ' αὐτὸ] Hoc eſt, ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον. *Sub idem tempus. Simul.* Langb.

Ibid. Ὑπ' αὐτὸ] rectius puto, ἐπὶ ταυτό. Ut mox ἡ εἰς ταυτὸ συναίρεσις; item ſect. ſeq. Εἰς ἑνότητα σύνταξις. Et ſect. xx, ἡ ἐπὶ ταυτὸ σύνοδος σχημάτων. D. Ignatius epiſt. ad Epheſios: ὁ οὖν μὴ ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὗτος ἤδη ὑπερηφανεῖ, καὶ ἑαυτὸν διέκρινεν· ἐπὶ ταυτὸ igitur, vel ἐπὶ τὸ αὐτὸ, eſt *in idem concilium; in unum.* Mox lubens legam, ἢ καὶ φοβεῖται, ἢ παρ' ὀλίγον τέθνηκεν. Tollius.

37. Ἀλογοστεῖ, &c.] Cur ita in omnibus libris ſcriptum ſit miror; nam omnino legi debet ἀλογιστεῖ. Faber.

38. Πάντα μὲν τὰ τοιαῦτα] V. Heliodorum l. iv, p. 172. Plutarchus in Demetrio Poliorcete, ubi de amore Antiochi Stratonicen novercam depereuntis ſermo: ὡς μὲν οὖν τῶν μὲν ἄλλων εἰσιόντων ὁμοίως εἶχε, τῆς δὲ Στρατονίκης, καὶ καθ' ἑαυτὴν, καὶ μετὰ τοῦ Σελεύκου φοιτώσης πολλάκις, ἐγίνετο τὰ τῆς Σαπφοῦς ἐκεῖνα περὶ αὐτὸν πάντα, φωνῆς ἐπίσχεσις, ἐρύθημα πυρῶδες, ὄψεων ὑποδείξεις, ἱδρῶτες ὀξεῖς, ἀταξία καὶ θόρυβος ἐν τοῖς σφυγμοῖς· τέλος δὲ τῆς ψυχῆς κατὰ κράτος ἡττωμένης ἀπορία, καὶ θάμβος, καὶ ὠχρίασις· ἐπὶ τούτοις &c. Et in Erotico: Ἀνάμνησον ἡμᾶς, ἐν οἷς ἡ καλὴ Σαπφὼ λέγει, τῆς ἐρωμένης ἐπιφανείσης τήντε φωνὴν ἴσχεσθαι, καὶ φλέγεσθαι τὸ σῶμα, καὶ καταλαμβάνειν ὠχρότητα, καὶ πλάνον αὐτὴν, καὶ ἴλιγγον. Apollonius lib. iii Argonaut. de Medea, cum primum Jaſonem videret:

Ἐκ δ' ἄρα οἱ κραδίη στηθέων πέσεν· ὄμματα δ' αὐτῆς
Ἤχλυσαν. θερμὸν δὲ παρηΐδας εἷλεν ἔρευθος.
Γούνατα δ' οὔτ' ὀπίσω, οὔτε προπάροιθεν ἀεῖραι
Ἔσθενεν, ἀλλ' ὑπένερθε πάγη πόδας.

Imitatus eſt noſtram Latinorum Poëtarum omnium maxime ſublimis Lucretius lib. iii; ubi eadem metu captis tribuit, quæ Sappho amore æſtuantibus:

Verum, inquit, *ubi vementi magis eſt commota metu mens,*
Conſentire animam totam per membra videmus.
Sudores itaque, & pallorem exſiſtere toto

 Corpo-

7 που ὁ ποιητὴς ἐκλαμβάνει τῶν παρακολουθούντων τὰ χαλεπώτατα. [39] Ὁ μὲν γὰρ τὰ Ἀριμάσπεια ποιήσας, ἐκεῖνα οἴεται δεινά.

> [40] Θαῦμ' ἡμῖν καὶ τοῦτο μέγα φρεσὶν ἡμετέρῃσιν.
> [41] Ἄνδρες ὕδωρ ναίουσιν ἀπὸ χθονὸς ἐν πελάγεσσι.
> [42] Δύστηνοί τινές εἰσιν· ἔχουσι γὰρ ἔργα πονηρά.
> Ὄμματ' ἐν ἄστροισι, ψυχὴν δ' ἐν πόντῳ ἔχουσιν.
> Ἦπου πολλὰ θεοῖσι [43] φίλας ἀνὰ χεῖρας ἔχοντες
> [44] Εὔχονται σπλάγχνοισι κακῶς ἀναβαλλομένοισι.

παντὶ μὲν οἶμαι δῆλον, [45] ὡς πλέον ἄνθους ἔχει τὰ λεγόμενα, ἢ δέους.
8 Ὁ δὲ Ὅμηρος πῶς; ἓν γὰρ ἀπὸ πολλῶν λεγέσθω.

> [46] Ἐν δ' ἔπεσ', ὡς ὅτε κῦμα θοῇ ἐν νηῒ πέσῃσι

Λάβρον

Corpore, & infringi linguam, vocemque aboriri,
Caligare oculos, sonere auris, succidere artus.

TOLLIUS.

39. Ὁ μὲν γὰρ] Ἀριστέας ὁ Προκοννήσιος. Strabo lib primo τοιούτους τινὰς τοὺς [Ἀριμασποὺς] μονομμάτους Κύκλωπάς φασιν, οὓς ἐν τοῖς Ἀριμασπείοις ἔπεσιν ἐκδέδωκεν Ἀριστέας ὁ Προκοννήσιος, vel, ut alii volunt, Προικοννήσιος. PETRA.

Ibid. Ὁ τὰ Ἀριμάσπεια.] *Arimaspi*, gens *Scythica*, monoculi: unde *Æschylus in Prometh.* μουνῶπα στρατὸν Ἀριμασπῶν vocat. Quia, ut *Eustathio in Dionys. perieg.* placuit, ad sagittandum assueti alterum oculum claudere solebant: tandem vero consuetudo in naturam mutata est: unde & nomen sortiti sunt. Ἀρὶ enim, lingua Scythica, *unum*, μασπὸς autem *oculum* significat. Quæ ad hunc populum spectabant, ea carminibus istis comprehensa, quæ *Arimaspia* dicta. De auctore licet Criticus noster dubitare videatur, insinuant tamen, idque haud occulte, *Gellius lib.* 9, *cap.* 4; *Plinius Hist. lib.* 7, *cap.* 2; & *Pausanias in Atticis*: & disertis verbis asserunt *Tatianus Orat. contra Græcos, sub finem*; *Suidas in Aristea*, *Strabo lib.* 1 *&* 13; *Herodotus lib.* 4, & *Tzetzes Chiliad.* 2, *hist.* 50, *Aristeam Proconnesium* versus istos composuisse, quem *Suidas Crœsi & Cyri* temporibus vixisse refert: adeo ut fallantur necesse est, quotquot *Homeri* æqualem & *Præceptorem apud Strabonem quidam*, [*Tatianus*] vel etiam antiquiorem existimant. *Suidæ* accedit *Herodotus* ex parte, qui illum anno ducentesimo quadragesimo, postquam denuo disparuisset, in *Metaponto* jam rursus comparuisse refert: idque, ut vult *Tzetzes*, *Herodoto* jam tum vivente: ex quo etiam deducimus veriorem esse lectionem, quam in marginem rejectam videmus, ἔτεσι τεσσαράκοντα καὶ διηκοσίοισι, quam quæ in textum *Herodoti* admissa est, τριηκοσίοισι. Si enim a *Cyro* & *Crœso* ad *Herodoti* tempora computemus, ægre ducentorum annorum numerum complebimus. LANGBÆNIUS.

Ibid. Τὰ Ἀριμάσπεια ποιήσας] de auctore Arimaspiorum dubitat D. Longinus; alii uno ore Aristean Proconnesium ejus poëmatis scriptorem fuisse asserunt. FABER.

40. Θαῦμ' ἡμῖν] Naufragorum varia & elegans descriptio, & quidem diversorum auctorum cum judicio Longini. PETRA.

Ibid. Θαῦμ' ἡμῖν καὶ τοῦτο μέγα φρεσὶν ἡμετέρῃσιν.] Quo pacto, ἡμῖν cum ἡμετέρῃσιν stabit? Lege itaque: Θαῦμ' ἢ μὴν, *Sane magnum miraculum.* FABER.

41. Ἄνδρες ὕδωρ] æmulatus est Oppianus Halieut. 1.

> Δέρμασι δ' ἐν βαιοῖσιν ἀελλάων θεράποντες
> Πλαζόμενοι, καὶ θυμὸν ἐν οἴδμασιν αἰὲν ἔχοντες,
> Αἰεὶ μὲν νεφέλην ἰοειδέα παπταίνουσιν,
> Αἰεὶ δὲ τρομέουσι μελαινόμενον πόρον ἅλμης.

TOLLIUS.

42. Δύστηνοί τινές εἰσιν·] In ea, quæ sequuntur, *Arimaspia* hæc a nobis scholia habeas. Δύστηνοί τινές εἰσιν, hoc est, πάντες τινὲς, *omnes.* Φίλας χεῖρας id est, ἰδίας, *suas, proprias.* Ἀναβαλλομένοισι, forte ναυτιῶσι, *stomacho præ nausea rejectante.* Quod autem φίλας vertimus *proprias*, *Heinsio Lectionum Theocrit. c.* 5, *debemus*, qui primus docuit φίλον sæpe significare, *meum*, *tuum*, *nostrum*, &c. vel, quod

est

describendis tempestatibus decerpit, quæ in illis sunt quam asperrima, maximeque terribilia. Conatus est & Arimaspiorum Auctor, qui hæc 7
gravia putat, & horribilia:

Percussere animos sed & hæc miracula nostros.
Desertis homines terris habitant mare ponti.
Heu genus infelix! facies quos dira laborum
Exercet: namque astra oculos, animum occupat æquor.
Sæpe supinatas tendunt ad sidera palmas;
Vota sed immanes discerpunt irrita venti.

Attamen nemini non liquere arbitror, plus in his inesse venustatis, quam terroris. Quam vero diversus ab hoc Homerus! Unum de multis 8
exemplum posuisse sufficiet:

Ac velut insano sævit quum turbine pontus,

Insur-

est *cujusque* proprium. Sic apud *Hesiodum in Theog.* filius dicitur amputare genitalia φίλῳ πατρί. Et apud *Quintum Calabrum l. 9, Lemniades* dicuntur mactare φίλους ἀκοίτας, *viros suos.* LANGBÆNIUS.

43. Φίλας] more veterum φίλος usurpatur pro *meus*, *tuus*, *suus*, &c. FABER.

44. Εὔχοντο σπλάγχνοισι] Græcos Latinosque Poëtas in versione sequutus sum. Theocritus Idyll. XXIII:

Ἴσχον τοιάδε πολλά· τὰ δὲ εἰς ὑγρὸν ᾤχετο κῦμα
Πνοιὴ ἔχοισ' ἀνέμοιο. Χάρις δ' οὐχ' ἕσπετο μύθοις.

Catullus:

Idem nunc retrahis te, ac tua dicta omnia factaque
Ventos irrita ferre ad nebulas aërias sinis.

Virgilius de Ascanio:

Multa patri portanda dabat mandata: sed auræ
Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.

alias vertendum: *male subjicientibus extis.* Sive: *Incassum: votisque obstant ardentibus exta.* Τὸ ναυτιῶσι in assuetis mari locum non habet. Mox τὸ μὴν in V. C. deest: pro quo rectius μὲν legi possit. TOLLIUS.

45. Ὡς πλέον ἄνθους ἔχει] Vere judicat Longinus; sed & addere potuerat, versum hunc,

Ὄμματ' ἐν ἄστροισιν, ψυχὴν δ' ἐν πόντῳ ἔχουσιν,
Oculos in astris, animum autem in mari habent,

plenum esse frigoris & ignaviæ. FABER.

Ibid. Ὡς πλέον ἄνθους] in quatuor Codd. erat: ὡς πλέον ἄνθος ἔχει τὰ λεγόμενα ἡδέως. Unde emendandum esse subolfeci, ὡς πλέον ἄνθους ἔχει τὰ λεγόμενα, ἢ δέους. Postpaulo vocabit φοβερὸν, quod hic δέος, opponetque τῷ γλαφυρῷ, sicut hic τῷ ἄνθει. TOLLIUS.

46. Ἐν δ' ἔπεσ'] Ἰλ. ό. PETRA.

Ibid. Ἐν δ' ἔπεσ', ὡς ὅτε, &c.] miror non annotasse Longinum, duorum versuum granditatem ex eo natam, quod toti dactylica βάσει incedant, qua nihil ἡρωϊκώτερον, ut ab Halicarnasseo & Terentiano Mauro observatum est, & ipse aurium sensus probat. FABER.

Ibid. Ἐν δ' ἔπεσε] talis est illa veteris Poëtæ tempestatis descriptio apud Ciceronem lib. III de Oratore, cap. XXXIX:

------ *Inhorrescit mare,*
Tenebræ conduplicantur, noctisque & nimbum occæcat nigror;
Flamma inter nubes coruscat, cœlum tonitru contremit;
Grando mista imbri largifluo subita præcipitans cadit:
Undique omnes venti erumpunt, sævi existunt turbines,
Fervit æstu pelagus.

ubi omnia itidem τὰ χαλεπώτατα τῶν παρακολουθούντων in tempestate describuntur, *omniaque fere, quo essent clariora, translatis*, ut ait Cicero, *par similitudinem verbis dicta sunt.* Nitidiora sunt illa divini Poëtæ in I Æneïdos:

Incubuere mari, totumque ab sedibus imis
Una Eurusque Notusque ruunt, creberque procellis
Africus; & vastos volvunt ad litora fluctus.
Insequitur clamorque virum, stridorque rudentum.
Eripiunt subito nubes cælumque, diemque,
Teucrorum ex oculis: ponto nox incubat atra.

 Intonue-

Λάβρον ὑπαὶ νεφέων, ἀνεμοτρεφές· ἡ δέ τε πᾶσα
Ἄχνῃ ὑπεκρύφθη, ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτης
Ἱστίῳ ἐμβρέμεται, τρομέουσι δέ τε φρένα ναῦται
Δειδιότες· [47] τυτθὸν γὰρ ὑπ' ἐκ θανάτοιο φέρονται.

9 Ἐπεχείρησε καὶ ὁ Ἄρατος τὸ αὐτὸ τοῦτο μετενεγκεῖν·

—— [48] ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει.

πλὴν μικρὸν αὐτὸ, καὶ γλαφυρὸν ἐποίησεν ἀντὶ φοβεροῦ· ἔτι δὲ [49] παρώ-
10 ρισε τὸν κίνδυνον εἰπὼν, ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει· οὐκοῦν ἀπείργει. Ὁ δὲ ποιητὴς οὐχ ἅπαξ [50] παρορίζει τὸ δεινὸν, ἀλλὰ τοὺς ἀεὶ, καὶ μονονουχὶ κατὰ πᾶν κῦμα πολλάκις ἀπολλυμένους εἰκονογραφεῖ· [51] καὶ μὴν τὰς προθέσεις, ἀσυνθέτους οὔσας συναναγκάσας παρὰ φύσιν, καὶ εἰς ἀλλήλας [52] συμβιασάμενος, [53] ὑπ' ἐκ θανάτοιο, τῷ μὲν συνεμπίπτοντι πάθει τὸ ἔπος ὁμοίως [54] ἐβασάνισεν· τῇ δὲ τοῦ ἔπους συνθλίψει τὸ πάθος [55] ἄκρως ἀπεπλάσατο, καὶ μονονουχὶ ἐνετύπωσε τῇ λέξει τοῦ κινδύνου τὸ ἰδίωμα, ὑπ' ἐκ θανάτοιο φέρονται.

Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther;
Præsentemque viris intentant omnia mortem.

Et mox:

Talia jactanti stridens aquilone procella
Velum adversa ferit, fluctusque ad sidera tollit.
Franguntur remi: tum proram avertit, & undis
Dat latus: insequitur cumulo præruptus aquæ mons.

quæ nemo non facile animum adverterit ab Homero desumta. Verumtamen brevitas illa Homeri plus mihi habere videtur horroris, dum uno velut contuitu omne periculum oculis subjicitur: at apud Virgilium nimium picta pleraque plus habent elegantiæ, quam terroris. Et possem ostendere, nisi..... sed quisque suo utatur fruatur judicio: nec enim dubito, quin singulis accurate expensis plerique concessuri sint, non ita se Virgiliana illa, atque Homerica descriptione perturbari: adeo hæc simplex est & ingenua, nulloque fuco illita, sed ex ipsa petita, subministrataque veritate. TOLLIUS.

47. Τυτθὸν γὰρ] Βραχὺ γάρ ἐστι τὸ διεῖργον αὐτοὺς τοῦ θανάτου διάστημα, ὅ ἐστι, παρ' ὀλίγον θνήσκουσιν, ἐγγὺς ὄντες τοῦ θανάτου. Anacharsis admetitur digitis hoc spatium, ὃς ἐρωτήσας ἐν τῷ πλέειν, ὁπόσον ἐστὶ πάχος τῶν σανίδων τοῦ τῆς νηὸς ἐδάφους, μαθὼν, ὡς τοσοίδε δάκτυλοι, ἔφα, ὅτι τόσον τοῦ θανάτου ἀπέχομεν. PETRA.

Ibid. Τυτθὸν γὰρ] corrige hinc Dionysium Halicarn. sive quis alius vitæ Homeri auctor est, ubi Aratum eum, qui hic confertur, locum ad Homeri protulisse refert imitationem. Vitiose enim illic θυμὸν scribitur p. 368 nuperæ viri eruditissimi editionis. Erratum vero non esse typothetarum e versione liquet, quæ, *Animumque a morte lucrantur*, habet. TOLLIUS.

48. Ὀλίγον δὲ] Aratus παραφράζει proxime superiora illa Homeri. PETRA.

Ibid. Ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει.] *Parvum autem lignum mortem* (vel Orcum) *abigit.* Est enim τμῆσις usitata, τοῦ διερύκει. *Arati* hoc sic παραφράζει *Germanicus Cæsar:*

Ast alii procul e terra jactantur in altum:
Munit & hos breve lignum, & fata instantia pellit.
Et tantum a letho, quantum rate fluctibus absunt.

Nempe,

----- Digitis a morte revulsi
Quattuor, aut septem.

Juvenal. LANGBÆNIUS.

Ibid. Ὀλίγον δὲ] Alciphron epist. III: Ποτὲ γὰρ ὄψον ἀποδόσθαι βουληθεὶς, ἤκουσα ἑνὸς τῶν ἐν τῇ ποικίλῃ διαλεγόντων ἀνυποδήτων, καὶ ἐνεροχρώτου, στιχίδιον ἀποφθεγγομένου τὴν ἀπόνοιαν τῶν πλεόντων ἐπιστρέφοντος· ἔλεγε γὰρ ἄρα τοῦτό τινος εἶναι σοφοῦ τὰ μετέωρα· καὶ ἦν ὅσον ἀπομνημονεύσαντα οὐχ ὅλον εἰπεῖν ὧδε εἰρημένον· ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει. Existimat autem Petrus Victorius Var. l. XXIX, c. XVIII, non ad hunc Homeri locum Aratum respexisse, quem noster putat, sed ad alium e Nyctegersia, ὀλίγος δ' ἔτι χῶρος ἐρύκει: cumque dicat

Insurgunt fluctus ; celeri superimminet ingens
Unda rati ; totamque infusæ aspergine spumæ
Obruit : at fesso ventorum pondera malo
Incumbunt : gelidos nautis pavor occupat artus.
Eripiuntur enim vix desub faucibus Orci.

Quod ultimum Aratus quoque ad hunc modum æmulari conatus est : 9

Et letum exigui ligni compagibus arcet.

Verum sententiam , quæ grandis erat , & magnifica , corrupit, fecitque pro terribili scitam, & pusillam. Præterea periculum etiam submovit, quum ait, *letum ligni compagibus arcet.* Avertit enim , quum *arcet.* 10
Homerus contra ea periculum non modo non omnino removet , sed contra ea ad singulos ferme fluctus de vita periclitantes nautas velut in tabula depingit, atque repræsentat. Præterquam enim quod præpositiones, quas ipsa sibi natura jungi non patitur , violenter cogendo , easque inter se constringendo , (cum ait , *vix desub faucibus orci*) non secus ipsum versum torqueat , ac illos impendentis mortis pavor ; illo ipso etiam vocum ac syllabarum sono undarum in navem irruentium illisum, ac inde ortæ perturbationis vehementiam efficacissime effinxit , ipsique elocutioni jam supra caput stantis periculi terrorem , atque imaginem impressit.

dicat fragilem materiam , & eam quidem tenuem , removere ab illis mortem , non valde tutam salutem eorum esse declarare. TOLLIUS.

49. Παρώρισε τὸν κίνδυνον.] *Exterminavit, exulare jussit periculum :* vel *finem ei imposuit. Homerus* autem non item ; *Non enim statim submovet id, quod terrorem incutit.* Eisdem tormentis carmen affecit, quibus & ipsi affecti patientes. Hoc artificii ex *Homero* didicit *Virgilius* ; qui *Cyclopem* non alio carmine dignatus est , quam plane monstroso, *Æneid.* III :

Monstrum horrendum , informe , ingens , cui lumen ademtum.

Et subsultorium nescio quid inesse voluit versui , in quo de re leviori sermo :

Tum variæ illudunt pestes , sæpe exiguus mus.

Quem miratur *Quintilianus Inst. lib.* 8. *cap.* 3: quia & *epitheton* exiguus , *aptum proprium efficit : & casus singularis magis decuit ; & clausula ipsa unius syllabæ non usitata addit gratiam.* LANGBÆNIUS.

50. Παρορίζει] παρεμφαίνει. PETRA.

51. Καὶ μὴν τὰς] Homeri artificium in exprimenda re. ROBORT.

Ibid. Προθέσεις ἀσυνθέτους οὔσας] Hoc ideo dicit noster, quod præpositiones non vulgo socialiter jungantur ὑπὸ ἐκ : (quanquam id sæpe alibi fecit Homerus), neque se commodas & patientes præbere soleant. Quare etiam addit, παρὰ φύσιν. FABER.

52. Συμβιασάμενος,] ἴσως, συμβιβασάμενος, faciens, ut coëant in se invicem. PETRA.

53. Ὑπ' ἐκ θανάτοιο] sexcenties invenias hasce præpositiones cum apud Homerum, tum apud alios, conjunctas, ubi hæc observatio locum non habeat. Sic lib. XX Iliad. v. CXLVII :

Ὄφρα τὸ κῆτος ὑπεκπροφυγὼν ἀλέοιτο.

& vers. CCC :

Ἡμεῖς πέρ μιν ὑπ' ἐκ θανάτου ἀγάγωμεν.

& Odyss. Μ' :

Οὐ γάρ κεν ῥύσαιτό σ' ὑπ' ἐκ κακοῦ Ἐνοσίχθων·

Oppianus in II Halieut.

----- Οὐδ' ὅσσον ὑπ' ἐκ ποδὸς ἴχνος ἀεῖραι.

Sic & ὑπεκπροφύγῃ apud Hesiod. in Aspide v. 42 , legitur. Sed exemplorum satis. Ita & Latini *desub* , & *sub ex* conjungere solent, de quibus ad Lucretium. In inscriptione apud Gruterum pag. DCCXVII , XI, legas : *ab ante oculis.* TOLLIUS.

54. Ἐβασάνισε τὸ ἔπος] Egregie, si quid aliud, *Versum illum Homeri quasi vi adhibita torsit.* Sic enim intelligendus est Longinus. FABER.

Ibid. Ἐβασάνισεν.] Sic & Petronius *Fabulosum sententiarum tormentum* dixit , in Satyrico. TOLLIUS.

55. Ἄκρως ἀπεπλάσατο] Istud ἄκρως, quod a me-

11 ρονται. [56] Οὐκ ἄλλως ὁ Ἀρχίλοχος [57] ἐπὶ τοῦ ναυαγίου, καὶ [58] ἐπὶ τῇ προσ-
αγγελίᾳ ὁ Δημοσθένης, Ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν, Φησίν. [59] Ἀλλὰ τὰς ἐξοχὰς,
ὡς εἴποι τις, [60] ἀριστίνδην ἐκκαθήραντες, ἐπισυνέθηκαν, [61] οὐδὲν φλοιώ-
12 δες, ἢ ἄσεμνον, ἢ [62] σχολικὸν, [63] ἐγκαταττάττοντες διὰ μέσου. [64] Λυμαί-
νεται γὰρ ταῦτα τὸ ὅλον, [65] ὡσανεὶ ψήγματα, ἢ ἀραιώματα ἐμποιοῦντα με-
γέθη

a me supra expositum fuit, nullus interpretum satis sensisse videtur. Faber.

56. Οὐκ ἄλλως ὁ Ἀρχίλοχος ἐπὶ τοῦ ναυαγίου.] *Archilochus* poëta præter jambos *proprios*, [*Horat. de arte*] scripsit etiam elegos, [*Athen. l.* 11.] quibus annumerandum censeo, quod hic citatur, opus *de naufragio*: quod illum composuisse probabile est in obitum sororis suæ mariti, quem in mari periisse ex *Plutarcho lib. de aud. poët.* cognoscimus. Langbænius.

Ibid. Ἀρχίλοχος ἐπὶ τοῦ ναυαγίου] Mihi idem quod Langbænio videtur, ad illud poëma respicere Longinum, quod Archilochus de sororis suæ marito, qui naufragio perierat, olim scripsit, ut ex Plutarcho notum est. Faber.

57. Ἐπὶ τοῦ ναυαγίου] hujusce forte carminis hoc exstat fragmentum apud Heraclidem in Alleg. Homericis: Γλαῦκε ὅρα, βαθὺς γὰρ ἤδη κύμασι ταράσσεται πόντος, ἀμφὶ δ᾽ ἄκρα γυρεὸν ὄρπον ἵσταται νέφος σῆμα χειμῶνος· κιχάνει δ᾽ ἐξ ἀελπτίης φόβος. Non minus sublime est illud Alcæi:

> Τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται,
> Τὸ δ᾽ ἔνθεν· ἄμμες δ᾽ ἂν τὸ μέσσον
> Ναῒ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ,
> Χειμῶνι μοχθεῦντες μεγάλῳ· κάλα
> Πὰρ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει.
> Λαῖφος δὲ πᾶν ἄδηλον ἤδη,
> Καὶ λακίδες μεγάλαι κατ᾽ αὐτό.
> Χαλᾶσι δ᾽ ἄγκυραι.

Tollius.

58. Καὶ ἐπὶ τῇ προσαγγελίᾳ ὁ Δημοσθένης.] *Et post allatum nuncium Demosthenes.* Ecce tibi Oratoris locum meopte *Marte* adinventum. [*In Orat. de Corona.*] Ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν· ἧκε δὲ ἀγγέλλων τὶς ὡς τοὺς πρυτάνεις, ὡς Ἐλάτεια κατείληπται. Locus est egregius, sed latior, quem nec *Longinus* exscribere sustinuit. In eo Orator tumultum *Atheniensium*, post allatum de capta a *Philippo Elatia* nuncium, graphice describit. Eidem argumento insudavit etiam *Hyperides* [*Theon prog. c.* 2.] sed successu impari. Langbænius.

Ibid. Ἐπὶ τῇ προσαγγελίᾳ ὁ Δημοσθένης] [ἙΣΠΈΡΑ ΜῈΝ ΓᾺΡ ἮΝ] Hunc Demosthenis locum produxit Hermogenes lib. 11 de Ideis, seu Formis orationis, cap. 1, ubi περὶ τῆς γοργότητος agit: ibique inter cetera scribit, *Distributiones breviter factas, quaque redditionem habeant*, γοργότητος effectrices esse: quod ut probaret, nihil aptius & plenius habere potuit, quam mirabilem hunc Demosthenis locum. Sed quid in eo tantopere mirandum est; quippe Longinus hic nihil dicit, nisi, *Vespera enim erat?* Ita plane res est, ut dicis: sed locum ipsum indicare satis habuit, quippe qui longior sit paulo. Eum nos hic κατὰ πλάτος, uti apud Demosthenem est in oratione pro Corona, quæ nec satis unquam lecta fuit, nec satis laudata, proferemus. Ἀλλὰ μὴν, τὸν τότε συμβάντα ἐν τῇ πόλει θόρυβον, ἴστε μὲν ἅπαντες· μικρὰ δὲ ἀκούσατε ὅμως, αὐτὰ τὰ ἀναγκαιότατα. Ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν· ἧκε δ᾽ ἀγγέλλων τὶς ὡς τοὺς πρυτάνεις, ὡς Ἐλάτεια κατείληπται. καὶ μετὰ ταῦτα οἱ μὲν εὐθὺς ἐξαναστάντες μεταξὺ δειπνοῦντες, τούς τε ἐκ τῶν σκηνῶν τῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐξεῖργον, καὶ τὰ γέρρα ἐνεπίμπρασαν· οἱ δὲ, τοὺς στρατηγοὺς μετεπέμποντο, καὶ τὸν σαλπιγκτὴν ἐκάλουν· καὶ θορύβου πλήρης ἦν ἡ πόλις. τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, οἱ μὲν πρυτάνεις, τὴν βουλὴν ἐκάλουν εἰς τὸ βουλευτήριον· ὑμεῖς δ᾽ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπορεύεσθε. καὶ πρὶν ἐκείνην χρηματίσαι, καὶ προβουλεῦσαι, πᾶς ὁ δῆμος ἄνω καθῆτο. καὶ μετὰ ταῦτα, ὡς εἰσῆλθεν ἡ βουλὴ, καὶ ἀπήγγειλαν οἱ πρυτάνεις τὰ προσηγγελμένα ἑαυτοῖς, καὶ τὸν ἥκοντα παρήγαγον, κἀκεῖνος εἶπεν, ἠρώτα μὲν ὁ κῆρυξ, τίς ἀγορεύειν βούλεται; παρῄει δ᾽ οὐδείς· πολλάκις δὲ τοῦ κήρυκος ἐρωτῶντος, οὐδὲν μᾶλλον ἀνίστατο οὐδεὶς, ἁπάντων μὲν τῶν στρατηγῶν παρόντων, ἁπάντων δὲ τῶν ῥητόρων, καλούσης δὲ τῆς κοινῆς τῆς πατρίδος φωνῆς τὸν ἐροῦνθ᾽ ὑπὲρ σωτηρίας. Id est: *Verum qui tumultus in urbe tum fuerit excitatus, nostis omnes: paucis tamen audite cognitu maxime necessaria. Vespera enim erat: venit autem quidam ad consules, Elateam esse occupatam nuncians. Post hæc alii a cœna surgentes, circumforaneos e tabernis expellebant, & crates incendebant: alii duces accersebant, & tubicinem vocabant: tumultu denique referta erat urbs. Postridie, primo diluculo consules senatum in curiam vocabant:*

preſſit. Eadem ivere via Archilochus in naufragii, & Demoſthenes in 11
allati triſtis nuntii expoſitione. *Erat enim*, inquit hic, *diei veſpera*, &c.
ac eminentiſſima quæque nominatim, ſi ita loqui licet, evocantes, eadem ſibi invicem ſuperinædificarunt, nihil, quod frivolum eſſet, aut
ineptum, putidumve, infercientes. His enim univerſum orationis cor- 12
pus non ſecus læditur, devenuſtaturque, quam magnificæ ſubſtructiones ſolent, quum coaptatis inter ſe quadratorum lapidum ordinibus atque com-

cabant: vos autem in concionem ibatis: ac priusquam ſenatus referret, ac decerneret, univerſus populus jam conſederat. Poſt, ut ingreſſus fuit ſenatus, & conſules ea, quæ ſibi nunciata fuerant, propoſuerunt, & nuncium produxerunt, iſque rem narravit: præco rogabat, quis concionem habere vult? nemo prodibat. Sæpius rogante præcone, nihilo magis ſurgebat quiſquam, præſentibus omnibus ducibus, omnibus oratoribus, & communi patriæ voce requirente aliquem, qui de urbis incolumitate diſſereret. Quot ibi virtutes, Lector! FABER.

59. Ἀλλὰ τὰς ἐξοχὰς] In collatione circumſtantiarum non recipiendæ, quæ leves ſunt. ROBORTELLUS.

Ibid. Ἀλλὰ τὰς ἐξοχὰς,] Circumſtantiæ leves negligendæ. PETRA.

Ibid. Τὰς ἐξοχὰς ἀριστίνδην ἐκκαθήραντες.] *Summa rerum faſtigia pro dignitatis ratione ſeligentes. Sic Lucianus in Jove Tragœdo:* Πλουτίνδην κελεύεις, ἀλλὰ μὴ ἀριστίνδην καθίζειν. *Conſidere jubes pro divitiarum, non pro dignitatis ratione.* LANGBÆNIUS.

60. Ἀριστίνδην] Haud ſcio, an melius potuerit atque ingenioſius loqui. Sed, ut res appareat, longiori opus ſermone fuerit, & me σπερμολόγον eſſe haud ſane velim. FABER.

Ibid. Ἀριστίνδην] quaſi vir virum legat. Aut, ſi aliam vultis ſimilitudinem, ſicut Tarquinius eminentia papaverum capita, vel Thraſybulus Mileſius exſtantes ſpicas demeſſuit, ut eſt apud Dionyſium Halicarn. quod & Periandrum feciſſe Herodotus & Ariſtoteles tradidere. Apud Polybium eſt, ἐξέλεξαν ταξιάρχους ἀριστίνδην. TOLLIUS.

61. Οὐδὲν φλοιῶδες] Cicero in Bruto cap. XCI, *nihil habere moleſtiarum, nihil ineptiarum*, dixit. Vid. ſupra ſect. III. TOLLIUS.

62. Σχολικὸν] pro σχολαστικόν. PETRA.

Ibid. Ἢ σχολικὸν] *quod doctrinam redoleret, exercitationemque pæne puerilem.* Cicero l. II de Oratore, c. XXV. TOLLIUS.

63. Ἐγκαταττάττοντες] Cicero in Oratore cap. LXIX: *neque inferciens verba, quaſi rimas expleat.* Ubi & *inculcata inania quædam verba, & quaſi complementa vocat.* TOLL.

64. Λυμαίνεται] Circumſtantiæ futiles totam orationem deformant. PETRA.

65. Ὡσανεὶ ψήγματα, ἢ ἀραιώματα, &c.] Nec auctorem hic ſatis aſſequor, & de interprete plane *Davus* ſum. Conſtat eum hic ab oratione amandare τὸ φλοιῶδες, καὶ τὸν ὄγκον, illud *ſpumoſum & cortice pingui*: [*Perſ.*] quin & ἀρμιώματα (poſt quam vocem interpungendum puto) illud denotare, quod turgidum & ſpongioſum; an autem aliud quippiam, quod ædificiis inſerviat, adhuc docendus ſum. *Ampliandum cenſeo.* LANGBÆNIUS.

Ibid. Καὶ ἀρμιώματα] Ad hunc locum ſic ſcribit Vir Doctiſſimus, & quem, ſi viveret, amarem, & qui nos, ſi Williamſonio Viro Clariſſimo credendum, nos amaret: *Nec auctorem hic aſſequor, & de Interprete plane Davus ſum*, (reſpexit locum Terentii, *Davus ſum, non Oedipus.*) Recte ſane, de Interprete. Quis enim hæc Petræ intelligat? *Tanquam pſegmata, aut raritates, & interſtitia*, &c. Nam alii quidem, quos non viderat Langbænius, ὢ πόποι! eorum alter ſic rem convertit: *Hæc enim omnia lædunt, veluti laxas ac molles reddentia magnitudines fabricatas mutuo nexu.* Dii boni! χελιδόνων μουσεῖα! Alter autem: *Hæc enim, quæ ſunt quaſi ramenta, ac rimæ, omnino labefactant ea, quæ ſimul coagmentata, & mutua convenientia communita magnitudinem efficiunt.* At de Auctore ipſo, id vero aliud longe eſt, quam quod expectari par fuit. Ψῆγμα enim (neſcio, an tale quid a Lexicographis notatum ſit) de minutis illis fragmentis lapidum dicitur, quæ, dum poliuntur, aut cæduntur lapides ipſi, fruſtillatim diſſiliunt, neque uſui ad rem ullam ſunt, niſi ut opplendis rimulis & tenuioribus fiſſuris inſerviant: unde ψηχρὸν apud Heſychium vertitur λεπτόν. At ἀρμιώματα, (ſi vera lectio eſt) ejuſdem ſunt uſus; ſed eorum moles major eſt & craſſior; ſaxa ſcilicet, quæ plerumque impolita & abnormia inter lapides quadratos conjiciuntur, cum paries geminus extruitur; (vulgo vocatur *remplage*, aut *moëlon*, quaſi *moleum* a lapide *molari.* Dubitavi autem ſuperius, an vera lectio ſit; neque

γέθη [66] συνοικοδομούμενα, τῇ τε πρὸς ἄλληλα [67] σχέσει συντετειχισμένα.

neque injuria: nam ἀρμώματα in ea significatione contra naturam rei eſt. Dicendum quippe fuerat παραπληρώματα, non ἁρμώματα. Sed ſi libere loqui licebit, dicam, quod ſentio; legendum jamdiu exiſtimo, ἀραιώματα. Hem! *nova res oblata*, dices; quid enim, ſi nova? Audi tamen Heſychium. Α'ΡΑΡΙΝΟΙ`, ὅσα παραπεφυκότα λιθάρια εἰς τὰς ῥαγάδας. Quo loco haud ſcio an quidquam aptius, aut melius afferri poſſit ad hanc rem. Sed quanquam id alienum a Longino eſt, emenda quod ſequitur apud Heſychium: Α'ΡΑΡΩ͂ΣΑΙ, ἁρμοδίως, προσηρμοσμένως. Lege Α'ΡΑΡΟ'ΤΩΣ. Sed & mox alius error ibi occurrit, de quo nihil nunc dicam. FABER.

66. Συνοικοδομούμενα τῇ πρὸς, &c.] Qui diligenter attenderit, is meæ conjecturæ favebit, cum lego, ΚΑΙ` τῇ πρὸς ἄλληλα, &c. Lege modo; nam emendatio certa eſt. FABER.

Ibid. Συνοικοδομούμενα] noſter ſect. XXXVIII, Τῇ τε τῶν λέξεων ἐποικοδομήσει τὰ μεγέθη συναρμόζουσαν, habet: qui locus ab hoc quod ad ſenſum non admodum diverſus eſt. Duo Vaticani, & S. M. habent συνοικονομούμενα: vitioſe, uti mihi videtur. Pariſinus, συγκονιούμενα, pro συγκονιώμενα, i. e. *eodem opere tectorio oblita*. Sic Onomaſticum vetus: *Cæmentum*, γύψος, κονία, opus tectorium. Puto vero alterutram vocem vel συνοικοδομούμενα, vel συντετειχισμένα, eſſe ab interprete, & e margine in contextum irrepſiſſe, una

ΤΜΗ͂ΜΑ ιά.

Περὶ Αὐξήσεως.

1 Σύνεδρός ἐστι ταῖς προεκκειμέναις ἀρετὴ, [2] καὶ ἣν καλοῦσιν Αὔξησιν,
ὅταν δεχομένων τῶν πραγμάτων, καὶ [3] ἀγώνων, [4] κατὰ περιόδους, ἀρ-
χάς τε πολλὰς, καὶ [5] ἀναπαύλας, [6] ἕτερα ἑτέροις ἐπεισκυκλούμενα με-
2 γέθη συνεχῶς ἐπεισάγηται κατ' ἐπίβασιν. [7] Τοῦτο δὲ, εἴτε [8] διὰ τοπηγο-
ρίαν, εἴτε δείνωσιν, ἢ πραγμάτων, ἢ κατασκευῶν ἐπίῤῥωσιν, εἴτ' [9] ἐποικο-
νομίαν

Σύνεδρος] Altera ratio faciendi ὕψους per Amplificationem, quæque differat a priore. ROBORT.

2. Καὶ ἣν καλοῦσιν] τὸ καὶ hic rectius abeſſe poteſt. TOLLIUS.

3. Α'γώνων,] *Agones* appellant non ſolum ludos gladiatorios, & gymnaſticos, nec tantum ludos ſacros, quos *Græcia* quatuor agnovit, in eiſque omnibus victor τὴν περίοδον νικᾶν dicebatur, [*Athen.*]

(Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα· τέσσαρες ἱροί.)

ſed etiam agonas ſophiſticos, rhetorum controverſias; & ἀγῶνας πολιτικοὺς oratorum adverſarias actiones. Unus (quod ſciam) *Athenæus lib.* 11, *cap.* 10, *Agones politicos* vocavit certamina bellica; ubi rectius forſan πολεμικῶν ἀγώνων legeretur. *Caſaubonus* ὁ μακαρίτης, *in exercitat. Phariſæorum agona*, apud *Epiph:* ſumit vel pro ſeveriori iſta diſciplina, & ὑπωπιάζω, quo ſe ad tempus excruciabant, vel pro tempore ipſo, quo ita ſe exercebant, puta decennio, vel octennio: ſed multum reclamante *Lanſſelio* Jeſuitâ, qui ἀγῶνα pro orationis repetitione ſumendum monet, *in diſpunctionibus calumniarum Caſauboni:* in quibus hominem ſe prodit in ſua vitia facundum. LANGBÆNIUS.

Ibid. Α'γώνων] ἀγῶνες hic, ut ſupra oſtendi, affectiones ſunt pro re nata animum perturbantes: ſive animi perturbationes in ipſa contentione natæ. Langbænius, aliique quammulti, vim hujuſce vocis non perceperunt. *Studium contentionis* appellavit Cicero lib. I, ad Att. epiſt. XVI: *Clodium præſentem fregi in ſenatu, cum oratione perpetua, pleniſſima gravitatis; tum altercatione ejuſmodi, ex qua licet pauca deguſtes. Nam cetera non poſſunt habere neque vim, neque venuſtatem, remoto illo ſtudio contentionis, quem ἀγῶνα vos appellatis.* Vid. infra cap. XV. TOLLIUS.

4. Κατὰ περιόδους, ἀρχάς τε πολλὰς, καὶ ἀναπαύλας.] Periodus apud *Latinos* dicendi magiſtros *ambitus*, *circumductum*, *continuatio*, vel

commissuris ramenta quædam, complementave, hiatus ac rimas explere solita, inculcantur, atque uno velut operis ligamine simul exstruuntur.

una cum illa τῶν ψηφισμάτων interpretatione, ἢ ἀρμώματα ἐμποιοῦντα μεγέθη. Τὸ ἀραιώματα, quod Faber suppeditat, probarem, si mihi aliquod verbi ἀραιόω daretur exemplum. Apud Homerum legas,

> Ὡς δ' ὅτε τοῖχον ἀνὴρ ἀράρῃ πυκινοῖσι λίθοισι
> Δώματος ὑψηλοῖο.

Si conjecturæ indulgendum, malim, ὡσανεὶ ψήφισματα, τὰ ἀρμώματα ἐμπιλοῦντα, τὰ μεγέθη, τῇ πρὸς ἄλλ. σχέσει συντετειχισμένα, sc. λυμαίνει. Rectius tamen erit, si pro ἀραιώματα, substituamus παραπληρώματα, quæ Ciceronem *complementa verborum* appellasse ostendimus; inserta copula καὶ post συνοικοδομούμενα, seu potius legendo, τῇ τε πρὸς ἄλληλα σχέσει. Sic supra sect. x: καὶ ταῦτα τῇ πρὸς ἄλληλα θέσει καθάπερ ἕν τι σῶμα ποιεῖν. Solent autem ista lapidum fragmenta juncturis ædificii, seu lineis, inserta structuram deformare, ac lædere. Σκυροὺς ea veteres appellabant: unde σκυρωτὰ ὁδὸς Pindaro, Pyth. IV, istis fragmentis strata, & complanata. Alias si rudes lapides fuerint, nec arte levigati, quo firmior structura sit, ingentibus illis parvi solent inseri. Ita Pausanias lib. II Tirynthis muros firmatos olim ait, qui ex impolitis lapidibus, ac tam grandibus exstructi erant, ut ne minimus quidem bigis loco moveri posset. Hi igitur parvis insertis aptiore structura coagmentati sunt. Tollius.

67. Σχέσει] προσβολῇ applicatione, coaptatione: nisi quis, ut paulo ante, θέσει legere maluerit. Tollius.

Sectio XI.

De Auxesi, sive Amplificatione.

IN earundem, quas tractavimus, virtutum concilio locum sibi quo- 1
que ea virtus orationis vindicat, quam Rhetores *Amplificationem* vocant; quum scilicet, (ita ferente rerum atque caussarum natura, ut in periodis plura cum initia, tum clausulæ frequententur) illa, quæ per se magna sunt, ita sibi continuata serie ingeruntur, ut quasi per gradus adscendendo non modo ad summum, sed interdum quodammodo supra summum veniatur. Quod sive per loci communis fiat tractationem, sive ex- 2
aggeratione, sive argumentorum ac probationum corroboratione, factive

vel conclusio apud Fabium lib. 9, cap. 4; circuitus etiam, *comprehensio*, & *circumscriptio* apud *Ciceronem ad Heren. & alias*, audit. Constat ut plurimum ex colis duobus, vel supra: quædam tamen periodi sunt μονόκωλοι. *Demetrius Phalereus* περὶ ἑρμηνείας, in *historicam*, *rhetoricam*, & *dialogicam* partitur: qui ἀναπαύλας etiam, ut hic noster, pro clausulis posuit. Περίοδος etiam de circuitu dicitur, quem ad visitandas Ecclesias capessunt ii, quos olim περιοδευτὰς vocabant: [*Meurs. gloss.*] Quo nomine & circumforaneos medicos intelligi putat *Salmasius in exercit. Plin.*, quos nos *montebancos* vocamus; *Græci* vero, ut ex *Troilo* sophista *in Proleg. ad Hermog.* colligimus, ἐπιδιφρίους ἰατροὺς, *medicos curules*: puto, quod curribus hinc inde transferri solebant. Langbænius.

5. Ἀναπαύλας,] Hermog. ἀναπαύσεις vocat. Periodi partes ἀρχὰς καὶ ἀναπαύλας facit Long. Petra.

6. Ἕτερα ἑτέροις] Fabius l. IX, c. IV: *Augeri enim debent sententiæ, & insurgere: ut optime Cicero: Tu, inquit, istis faucibus,* istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate. *Aliud enim majus alio supervenit.* Mox legam, εἴτε πρ[illegible]μάτων. Tollius.

7. Τοῦτο δὲ] Variæ species Amplificationis. Robortellus.

8. Διὰ τοπηγορίαν.] *Per loci communis tractationem.* Διὰ enim, etiam cum accusativo, apud Scriptores, præsertim *Atticos*, significare *per*, notius est, quam ut me monitore indigeat: cujus tamen inadvertentia interpretem de Petra tum hic, tum antea, transversum egit. Langbænius.

9. Ἐποικονομίαν ἔργων] exemplo sit illa apud Ciceronem Milonianæ profectionis enarra-

νομίμων ἔργων, [10] ἢ παθῶν, ([11] μυρίαι γὰρ ἰδέαι τῶν αὐξήσεων γίνονται)
χρὴ γινώσκειν ὅμως τὸν ῥήτορα, ὡς οὐδὲν ἂν τούτων καθ' αὑτὸ συσταίη χωρὶς
3 ὕψους τέλειον. [12] πλὴν εἰ μὴ ἐν οἴκτοις ἄρα νὴ Δία, ἢ ἐν εὐτελισμοῖς.
4 [13] Τῶν δ' ἄλλων αὐξητικῶν ὅτου περ ἂν τὸ ὑψηλὸν ἀφέλῃς, ὡς ψυχὴν
ἐξαιρήσεις σώματος. Εὐθὺς γὰρ [14] ἀτονεῖ, καὶ κενοῦται τὸ ἔμπρακτον αὐτῶν,
5 μὴ τοῖς ὕψεσι συνεπιῤῥωννύμενον. [15] Ἧι μέντοι διαφέρει τῶν ἀρτίως εἰρημένων τὰ νῦν παραγγελλόμενα, ([16] περιγραφὴ γάρ τις ἦν ἐκεῖνο τῶν ἄκρων λημμάτων, καὶ εἰς ἑνότητα σύνταξις) καὶ τίνι καθόλου τῶν αὐξήσεων παραλλάττει τὰ ὕψη, τῆς [17] σαφηνείας ἕνεκα συντόμως διοριστέον.

enarratio & tractatio. TOLLIUS.

10. Ἢ παθῶν] Fabius l. VI, c. I, de augenda miseratione: *Ideoque cum in aliis, tum maxime in hac parte debet crescere oratio: quia quidquid non adjicit prioribus, etiam detrahere videtur: & facile deficit affectus, qui descendit.* TOLLIUS.

11. Μυρίαι γὰρ ἰδέαι] Fabius l. VIII, c. IV: *Quatuor tamen maxime generibus video constare amplificationem: incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie.* TOLLIUS.

12. Πλὴν εἰ μὴ ἐν οἴκτοις] Interdum Amplificationi locus χωρὶς ὕψους. PETRA.

Ibid. Πλὴν εἰ μὴ ἐν οἴκτοις] Neque enim τῷ οἴκτῳ, seu *miserationi*, convenit τὸ Ὕψος, cum utriusque natura plane contraria sit. FABER.

Ibid. Πλὴν εἰ μὴ ἐν οἴκτοις.] Vid supra sect. VIII. TOLLIUS.

13. Τῶν δὲ ἄλλων] ab Amplificatione non posse separari τὸ ὕψος docet. ROBORT.

14. Ἀτονεῖ] χαλᾶται, ut ait sect. XXXVII; vel εἰς λειότητα ἄκεντρον προσπίπτει, sect. XXI: & sect. XXXVIII, συνεκλύεται, καὶ διαχαλᾶται τοῦ ὕψους τὸ ἀπότομον. TOLLIUS.

15. Ἧι μέντοι] Differt a descriptione amplifica-

ΤΜΗ͂ΜΑ ιβʹ.

Ὅτι ὁ τῆς Αὐξήσεως ὅρος, ὁ παρὰ τοῖς τεχνογράφοις, οὐκ ἀληθινός.

1 Ὁ μὲν οὖν τῶν τεχνογράφων ὅρος ἐμοί γ' οὐκ ἀρεστός. Αὔξησίς ἐστι,
φασί, λόγος μέγεθος περιτιθεὶς τοῖς ὑποκειμένοις. [2] Δύναται γὰρ
ἀμέλει καὶ ὕψους, καὶ πάθους, καὶ τρόπων εἶναι κοινὸς οὗτος ὁ ὅρος, ἐπειδὴ
2 κἀκεῖνα τῷ λόγῳ περιτίθησι ποιόν τι μέγεθος. [3] Ἐμοὶ δὲ φαίνεται ταῦτα
ἀλλήλων παραλλάττειν, ᾗ κεῖται τὸ μὲν ὕψος ἐν διάρματι, ἡ δ' αὔ-
ξησις καὶ ἐν πλήθει. Διόπερ ἐκεῖνο μὲν [4] κἂν νοήματι ἑνὶ πολλάκις, ἡ δὲ
3 πάντως μετὰ ποσότητος καὶ περιουσίας τινὸς ὑφίσταται. [5] Καὶ ἔστιν ἡ αὔξησις,
ὡς τύπῳ περιλαβεῖν, συμπλήρωσις ἀπὸ πάντων τῶν ἐμφερομένων τοῖς [6] πρά-

Ὁ μὲν οὖν] Definitio Amplificationis veterum refellitur. ROBORTELLUS.

Ibid. Ὁ μὲν οὖν] Quam artis periti afferunt Αὐξήσεως definitionem, repudiat, quod sit communis τῷ ὕψει, καὶ πάθει, καὶ τρόποις. PETRA.

2. Δύναται γὰρ] Vitiosa hæc est definitio, quæ pluribus competit. Sextus Empir. adv. Mathem. p. 181.: Μοχθηρὸς ἄρα ἐστὶν ὅρος πολλοῖς καὶ διαφόροις πράγμασιν ἐφαρμοζόμενος. TOLLIUS.

3. Ἐμοὶ δὲ φαίνεται] Quomodo differant ὕψος & αὔξησις, ostendit. ROBORTELLUS.

Ibid. Ἐμοὶ δὲ φαίνεται] Διαφορὰ τοῦ ὕψους καὶ τῆς αὐξήσεως. PETRA.

4. Κἂν νοήματι] Scribe κἀν sine accentu, id est καὶ ἐν, sensu diverso & necessario, FABER.

5. Καὶ

ctive alicujus, aut affectuum uberiore explicatione, dispensationeque,
(sunt enim amplificandi formæ ferme infinitæ) illud inprimis orator no-
rit oportet, *nullam earum omnium formarum per se solam esse perfectam
atque absolutam; immo nec subsistere posse, nisi sublimitate suffulta fuerit,
atque sustentata.* Unam tamen, atque etiam alteram excipio; quum 3
nempe miseratio movenda, aut extenuandæ res erunt. *Ceteris si grandi-
tatem detraxeris, haud secus feceris, quam si animam e corpore evelleris.*
Nam si sublimitas defuerit, cujus illæ vigore ac subsidio fulciantur, fir-
menturque, evestigio, quidquid in iis efficax est, ac nervosum, remitti- 4
tur, & evanescit. Quantum vero Amplificatio ab eo, de quo paulo an-
te egimus, eminentissimorum consequentium delectu, eorumque coa-
dunatione differat; ac rursus, quantum in universum Sublimitas ab Am-
plificatione discrepet, quo res clarius percipi possit, atque dilucidius,
data hujus definitione breviter exponam.

plificatio. Petra.

16. Περιγραφὴ γάρ τις ἦν ἐκεῖνο τῶν ἄκρων λημμάτων.] Legendum putavi, περιεγράφη γάρ, τίς ἦν ἐκλογὴ τῶν ἄκρων λημμάτων, &c. De his enim duobus capitibus egit per ultimas hasce sectiones. Favent *sect.* 41. *lin.* 10. & *sect.* 43. *lin.* 20. sed nihil muto. Langbænius.

Ibid. Περιγραφὴ] Vox hæc male accepta est a Petra, pro *delineatione*, & *rudi informatione*, cum noster ea *undequaque petitam sumtamque collectionem* significet validissimorum consequentium. Tollius.

17. Σαφηνείας] Secundus Vaticanus, & prima editio addunt αὐτῆς. Tollius.

Sectio XII.

Amplificationis definitionem apud Artis scriptores minus rectam, ac veram esse.

NOn possum namque non summopere improbare vulgatam illam, quam 1
nobis Artis scriptores obtruserunt, Amplificationis definitionem.
Amplificatio, inquiunt, *est oratio subjectæ materiæ magnitudinem conci-
lians.* Hæc enim definitio & Sublimitati, & Affectibus, & Translatio-
nibus æque bene convenit; quippe quæ & ipsa orationem suo quæque 2
modo in altitudinem sustollant. Dicam igitur, quod sentio. Sublimitas
& Amplificatio in eo mihi semper inter se discrepare visæ sunt, quod
illa in elatione, hæc etiam in numero atque copia consistat: atque hinc
evenire, ut in unico sæpe sensu Sublimitas effulgeat, quum Amplifica-
tio nonnisi in abundantia quadam & coacervatione compareat sententia-
rum. Erit itaque Amplificatio (ut veram ejus imaginem definiendo ex- 3
primam) *exquisita eorum omnium collectio, quæ personis ac negotiis ad-
juncta*

5. Καὶ ἔστιν] Amplificationis definitio verior a Longino allata. Robort.

Ibid. Καὶ ἔστιν] τῆς αὐξήσεως ὅρος. Petra.

6. Περάσμασιν ὁρίων] ἴσως, περάσμασι μορίων. Fr. Portus.

Ibid. Ὁρίων] In edit. Crispini, μορίων, & mox pro τύπων legitur ibidem, τόπων. Conjecturæ Porti Cretensis, qui primus, ut puto, Longinum edidit. Faber. (*errat Faber: primus enim vulgavit Fr. Robortellus.*)

Ibid. Ὁρίων καὶ τύπων] indicat quidem Faber variatum hic in codicibus, sed non addit, quid sui judicii sit. Credo, quod incertus ipse animi nihil certi statuere ausus fuerit.

[6] πράγμασι μορίων, καὶ τύπων, ἰσχυροποιοῦσα τῇ ἐπιμονῇ [7] τὸ κατασκευαζό-
4 μενον. [8] Ταύτῃ τῆς πίστεως διεστῶσα, ὅτι ἡ μὲν τὸ ζητούμενον [9] ἀποδεί-
κνυσιν,

[10] Λείπει.

5 [11] Πλουσιώτατα καθάπερ τι [12] πέλαγος εἰς ἀναπεπταμένον κέχυται πολ-
λαχῆ μέγεθος. Ὅθεν, οἶμαι, κατὰ λόγον ὁ μὲν ῥήτωρ ἅτε παθητικώτε-
ρος, πολὺ τὸ διάπυρον ἔχει, καὶ θυμικῶς ἐκφλεγόμενον. Ὁ δὲ, καθε-
στὼς ἐν ὄγκῳ καὶ μεγαλοπρεπεῖ σεμνότητι, οὐκ ἔψυκται μὲν, ἀλλ' οὐχ
6 οὕτως ἐπέστραπται. Οὐ κατ' ἄλλα δέ τινα ἢ ταῦτα ἐμοὶ δοκεῖ, φίλτατε
Τερεντιανὲ, [13] λέγω δὲ, εἰ καὶ ἡμῖν ὡς Ἕλλησιν ἐφεῖταί τι γινώσκειν, [14] καὶ
ὁ Κικέρων τοῦ Δημοσθένους ἐν τοῖς μεγέθεσι παραλλάττει. Ὁ μὲν γὰρ ἐν ὕ-
ψει τὸ πλέον ἀποτόμῳ, ὁ δὲ Κικέρων ἐν χύσει. καὶ ὁ μὲν ἡμέτερος διὰ τὸ
μετὰ βίας ἕκαστα, ἔτι δὲ τάχους, ῥώμης, δεινότητος, οἷον καίων τε, ἅμα
7 καὶ διαρπάζων, σκηπτῷ τινι παρεικάζοιτ' ἂν, ἢ κεραυνῷ. Ὁ δὲ Κικέρων
[15] ὡς ἀμφιλαφής τις ἐμπρησμὸς, οἶμαι, πάντῃ νέμεται, καὶ ἀνειλεῖται, πολὺ ἔχων
καὶ ἐπι-

Sed sine dubio legendum est *μορίων καὶ τύπων.* Dixit enim Auctor initio hujusce capitis, *τὴν αὔξησιν σύνεδρον εἶναι ταῖς ἀρεταῖς ταῖς προεκκειμέναις*, hoc est, de queis capite præcedente egerat. Illic autem de summorum, quæ in re, de qua ageretur, inhærerent, delectu atque conglobatione egerat: quæ illic, *μόρια τινα ταῖς ὕλαις συνυπάρχοντα*: hic, *μόρια καὶ τύπους*, hoc est, *μόρια ταῖς ὕλαις ἐντετυπωμένα* vocat. Dabo illustre exemplum. Cicero in Philippicis Antonium exagitans, objicit illi ebrietatem, & ex ebrietate contractam turpitudinis infamiam. In hujus facti amplificatione omnes particulas & notas turpitudinis, quæ illi facto inerant, collegit. Sunt ergo illa *μόρια*, sive *τύποι*, hæc: *quod vomuisset, istis faucibus, lateribus, corporis firmitate*: quod *postridie, in cœtu*, in cœtu *Populi Romani, negotium gerens*, negotium *publicum* gerens, *magister equitum*, cui *ructare* turpe esset, *frustis esculentis, vinum redolentibus, gremium suum*, & *totum tribunal*, vomens *implevisset*. Confer jam illa Sapphus, *τὴν ψυχὴν*, ut inquit hæc enumerans, & explicans Longinus, *τὸ σῶμα, τὰς ἀκοὰς, τὴν γλῶσσαν, τὰς ὄψεις, τὴν χρόαν, πάνθ' ὡς ἀλλότρια. διοιχόμενα ἐπιζητοῦσης*, &c. Videbis, quam apprime bona sit hæc Amplificationis definitio, quam Longinus nobis dedit, quamque ea virtus Rhetorices illi priori respondeat, proximumque ei locum obtineat. TOLL.

7. *Τὸ κατασκευαζ.*] V. C. *τὸ κατεσκευασμένον*. TOLLIUS.

8. *Ταύτῃ τῆς πίστεως διεστῶσα*] Desideramus hic discrimen, quod inter *αὔξησιν* & *πίστιν* assignarat auctor: sed de iis latius technici: cumprimis *Fabius lib.* 1, *c.* 4, & *Aristoteles Rhetor. lib.* 1, hic de fide tum artificiali, tum inartificiali, ille de *amplificatione*, late differentes. Magis dolemus amissam *Κρίσιν* summi viri, quam, *Demosthenis* & *Ciceronis* collationem instituens, exeruit. *Demostheni* quidem, quem per excellentiam *rhetorem* appellat, *Periclis* fulmina; *Ciceroni* vero (quem *unum* Latini *habuerunt, quem insolenti Græciæ vel opponerent, vel præferrent*, ut ait *Seneca controv. l.* 1) adscribit *Pindaricæ* dictionis torrentem. *Tryphiodorus Homerum* παραφράζων *Ulyssi* concedit utrumque, *Δεινὸν ἀνεβρόντησε, καὶ ἱερῆς ἀπὸ πηγῆς Ἐξέχεεν μέγα κῦμα μελισταγέος νιφετοῖο. Horribile quid fulminavit, & e sacro fonte effudit ingens flumen melliflua nivis.* LANGBÆNIUS.

9. *Ἀποδείκνυσιν,*] Addo, *ἡ δὲ αὔξησις* nihil est aliud quam exaggerata ratiocinatio, sive, ut loquitur Cicer. in Partitionibus, *gravior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem.* Estque Oratoris propria, ut contra *ἡ πίστις, καὶ ἡ διὰ πίστεως ἀπόδειξις* nuda est probatio & demonstratio rei. Estque Dialectici propria. PETRA.

Ibid. *Ἀποδείκνυσιν*] desiderari videntur; *ἀληθὲς εἶναι· ἡ δὲ τοῦτο δεινότερον ἀπεργάζεται, καὶ παθητικώτερον.* TOLLIUS.

juncta sunt, atque attributa; instituta tractationi diutius inhaerendo vim & robur concilians. Differt autem eatenus a Confirmatione, quod Confir- 4
matio veritatem rei, de qua quaestio est, demonstret: [*Amplificatio vero, ut ea multo etiam major, graviorque esse videatur, efficiat.*]

* * * * *

Cujus magnitudinem ob amplissimam dicendi copiam non male cum 5
Oceano contuleris, quem aestus accedens in immensum extulit. Unde fieri arbitror, ut Demosthenis (quippe qui multo affectibus est commotior) exardescat oratio, animique accensa flammis exaestuet: illius autem eloquentia ad magnificentiam, majestatemque composita, non omni quidem calore careat, verumtamen non tanta sit vehementia, animique ardore
concitata. Neque alia est, me judice, (si qua & nobis Graecis, Terentiane 6
charissime, de Latinis Oratoribus judicandi facultas permittitur) inter Ciceronis & Demosthenis granditatem diversitas. Est enim hic praerupta Sublimitate strictior, & concisior: Cicero vero magis fusus: nostrum, quod vi, celeritate, robore, vehementia animi denique, cuncta inflammet simul, & abripiat, procelloso cuidam turbini, vel fulmini, recte
comparaveris. Contra ea Cicero velut longe lateque serpens flamma, 7
cunctaque depascens, & post multos gyros, ac ambages, in se semper revoluta, cum copiosum habet ignem, tum qui perseveret, partitisque
vicibus

10. ΛΕΙΠΕΙ] Si quid e Longino periisse dolendum, in his esse debet maxime, quod hoc loco scripserat, cum M. Tullii Ciceronis & Demosthenis comparationem institueret. FAB.

Ibid. *Λείπει* ***] Erant hic in Veneto S. Marci Codice in quarto quatuor ferme paginae cum dimidia, relictae vacuae, ascribendis scilicet iis, quae desiderantur. TOLLIUS.

11. Πλουσιώτατα] Alludit ad illud Ciceronis elogium, *Dives Ciceronis lingua.* Quid vero Cicerone largius, quem extra omnem ingenii aleam positum admiratur Plinius? PETRA.

Ibid. Πλουσιώτατα]. Plato hic est, nisi fallor, de quo loquitur, cum Demosthene comparatus: nam ne vel Aeschines, vel quis alius esse existimetur, inde colligi potest, quod Demosthenem a Platone distinguat hisce voculis, *ὁ μὲν ῥήτωρ.* Unde alterum, quicum Demosthenes componitur, oratorem non fuisse abunde liquet. Deinde quia in initio sequentis capitis ait: *Ὅτι μέντοι Πλάτων (ἐπάνειμι γὰρ) χεύματί τινι* &c. Quae verba respondent hisce, *καθάπερ τι πέλαγος κέχυται.* Mirari vero satis nequeo, omnes haec veluti de Cicerone dicta accepisse. TOLLIUS.

12. Πέλαγος] Vide Cael. Rhod. Antiq. lect. lib. 25, c. 3, de Ciceronianae orationis virtutibus. Quae aquarum fluenta adeo exuberant? Quod pelagus inundat spatiosius? &c. PETRA.

13. *Λέγω δὲ*] Comparatio Demosthenis cum Cicerone. ROBORTELLUS.

14. Καὶ ὁ Κικέρων] Sublimis & contractus Demost. Cicero vero fusus. In hunc *συγκριτικὸν* locum audiendus est Fab. Inst. lib. 10, cap. 1: *Quorum ego virtutes plerasque arbitror similes, consilium, ordinem dividendi, praeparandi, probandi rationem, omnia denique, quae sunt inventionis. In eloquendo est aliqua diversitas: densior ille, hic copiosior: ille concludit adstrictius, hic latius pugnat: ille acumine semper, hic frequenter & pondere: illi nihil detrahi potest; huic nihil adjici: cura plus in illo, in hoc natura. Salibus certe & commiseratione (qui duo affectus plurimum valent) vincimus.* Et ipse Cicero de se & Demosthene modestissime scribens: *Vides*, inquit, *illum multa perficere, nos multa conari: illum posse, nos velle, quocunque modo causa postulet, dicere.* PETRA.

15. Ὡς ἀμφιλαφὴς ἐμπρ.] melius duo veteres Parisinus & Vaticanus tertius, *ὡς ἀμφιλαφής τις ἐμπρησμός.* Plutarchus de consimili flamma in Camillo: *ἀναῤῥαφείσης ἐν ὕλῃ πυκνῇ τῆς φλογὸς, καὶ κύκλῳ περινεμομένης.* Paulo ante *καίων* & *διαρπάζων* restitui pro *καίειν* & *διαρπάζειν.* TOLLIUS.

καὶ ἐπίμονον ἀεὶ τὸ καλὸν, διακληρονομούμενον [16] ἄλλοτ' ἄλλως ἐν αὐτῷ,
8 καὶ κατὰ διαδοχὰς ἀνατρεφόμενον. [17] Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑμεῖς ἂν ἄμεινον ἐπικρίνοιτε. [18] Καιρὸς δὲ τοῦ Δημοσθενικοῦ μὲν ὕψους, καὶ ὑπερτεταμένου, [19] ἔν τε ταῖς δεινώσεσι, καὶ τοῖς σφοδροῖς πάθεσι, καὶ ἔνθα δεῖ τὸν ἀκροατὴν τὸ
9 σύνολον ἐκπλῆξαι· τῆς δὲ χύσεως, ὅπου χρὴ [20] καταντλῆσαι. [21] Τοπηγορίαις τε γὰρ, [22] καὶ ἐπιλόγοις κατὰ τὸ πλέον, καὶ παραβάσεσι, καὶ τοῖς φραστικοῖς ἅπασι, καὶ ἐπιδεικτικοῖς, ἱστορίαις τε, καὶ φυσιολογίαις, καὶ οὐκ ὀλίγοις ἄλλοις μέρεσιν ἁρμόδιος.

16. Ἄλλοτ' ἄλλως] Scripti Codices: ἄλλοτ' ἀλλοίως. Tollius.

17. Ταῦτα μὲν ὑμεῖς ἂν ἄμεινον ἐπικρίνοιτε.] *De his quidem VOS exactius judicetis.* Ecce hic *Longinus*, auctor ad invidiam elegans, unum hominem, *Terentianum* suum, multitudinis numero compellat. Puta *Vossissatorum* unus, quos adunco nimis naso suspendit *Erasmus de conscribendis epistolis c.* 12; rem esse contendens χθὲς καὶ πρώην in literariam rempublicam invectam. Neque illud verum est, ἑτέρωσιν non nisi in prima persona contingere, idque modestiæ, festivitatis, vel euphoniæ gratia; in secunda nunquam, nisi cum genus significamus, non personam; quale est illud *Nasonis*:

------ *Quæ vestra libido est.*

Ecce enim *Platoni* dicenti, οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος: occurrit statim *Aristides oratione Platonica*, ἀλλ' ὑμέτερος, ὦ Πλάτων. *Imo vero vester est, Plato.* Sed causam publicam non ulterius agam. Langbænius.

Ibid. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑμεῖς] Eos alicubi reprehendit Erasmus, qui cum uno aliquo agentes, pro *Tu*, *Tibi*, &c. usurpant, *Vos*, *Vobis*, &c. At ex hoc Longini loco, ubi Terentianum alloquens, ὑμεῖς, inquit, &c. Erasmi judicium Vir Doctissimus naso suspendit. Verum id præpropere & minus considerate factum arbitror. Numquam enim Ὑμεῖς, nec *Vos*, ita usurparunt boni scriptores, nisi per *communicationem*; cujus generis illa sunt, quæ is ad hunc scriptorem protulit. Iis addam hæc quoque. Apud Terentium, *Bonas vero me absente hic confecistis nuptias*, id est, Tu & frater patruelis una cum servulo. Virgilius, *Vestras, Eure, domos:* quia non Euri solius sunt, sed & reliquorum ventorum. Terent. alibi, *Facite, Sostrata*, id est, Tu & familia. *Potastis, scelus*, Tu, & filius, & qui domi tecum fuerunt. T. Livius lib. XXXIX: *Ea quoque ipsa vos mihi, Quinte Cæcili,*

ΤΜΗΜΑ ιγ'.

Ὅτι ὁ Πλάτων μεγεθύνεται· καὶ περὶ τῆς μιμήσεως.

1 Ὅτι μέντοι [2] ὁ Πλάτων (ἐπάνειμι γὰρ) [3] χεύματί τινι ἀψοφητὶ ῥέων οὐδὲν ἧττον μεγεθύνεται ἀνεγνωκὼς τὰ ἐν τῇ πολιτείᾳ, [4] τὸν τύπον οὐκ
2 ἀγνοεῖς. [5] Οἱ ἄρα φρονήσεως, φησὶ, καὶ ἀρετῆς ἄπειροι, εὐωχίαις δὲ, καὶ

Ὅτι μέντοι] Platonis locus, quo demonstratur esse μέγεθος διὰ χύσιν. Robortellus.

2. Ὁ Πλάτων (ἐπάνειμι γὰρ)] *Redeo enim*; hinc conjicias dixisse Longinum, in illa superiori lacuna, Granditatem quandam esse, quæ sine mole, sine omni strepitu prodeat. Quod verum est. Nam graves sensus (σεμνὰ νοήματα) id per sese possunt efficere. Faber.

3. Χεύματί τινι] τοιούτῳ τινὶ χεύματι erat in Parisino: in tertio vero Vaticano, τοιούτῳ τινὶ σχήματι. Illud autem prius rectius. Toll.

4. Ἀνεγνωκὼς τὰ ἐν τῇ Πολιτείᾳ, τὸν τύπον οὐκ ἀγνοεῖς] Isthæc duo verba [τὸν τύπον] plane delenda. Nata autem sunt ex glossemate [τὸν τόπον] quod appositum fuerat illi voci ΤΑ' ἐν τῇ, &c. Id est, LOCUM *qui in Politia Platonis legitur.* Sic infinitæ corruptelæ factæ sunt in genere librario. Faber.

Ibid. Τὸν τύπον οὐκ ἀγνοεῖς] voces duas priores

vicibus nunc hanc, nunc illam materiæ partem corripiens non ante cesset, quam cuncta absumserit, seque ipse expleverit, atque satiaverit.
Sed quoniam res hæc vestri, quod ajunt, fori est, judiciique, rectius 8
quoque ipsimet de Cicerone pronuntiaveritis. Est autem Demostheniæ, intensissimæque Sublimitatis usus præcipuus in Amplificationibus, atque animi motibus gravioribus; &, ut verbo dicam, quum auditor rapiendus est. At fuso dicendi generi tum opportunior videtur locus, quum 9
fovendus ille, & amabili, ac jucunda verborum, sententiarumque copia irrigandus, animorumque ulcera emollienda sunt, atque lenienda. Quare & locorum illud tractationibus, & epilogis cummaxime, nec non digressionibus: item, omnibus expositionum, ac demonstrationum generibus, historiis, ac rerum naturalium enarrationibus, aliisque id genus formis orationis valdequam aptum est, & accommodatum.

Cæcili, paucos ante dies ademistis, id est, Tu & Romani tui. Postremo Ὑμεῖς, in hoc Longini loco, est, *Vos, qui Latini estis*; ut in hac ipsa pagina de se loquens scripserat, ἩΜΙ͂Ν ὡς Ἕλλησιν. De se, inquam, uno loquens; sed, per communicationem, de omnibus. Aristidis Sophistæ locum sic intelligere debuerat Vir Doctus. Sed desino. FABER.

18 Καιρὸς δὲ] laudatur Demosthenes. ROBORTELLUS.

Ibid. Καιρὸς δὲ] Demosthenicæ & sublimi orationi quando sit locus. PETRA.

19. Ἔν τε ταῖς δεινώσεσι] Fabius lib. VI, c. 2: *Hæc est illa, quæ δείνωσις vocatur, rebus indignis, asperis, invidiosis, vim addens oratio: qua virtute præter alios plurimum Demosthenes valuit.* TOLLIUS.

20. Καταντλῆσαι] Διαχέαι dixit Hermog. PETRA.

Ibid. Καταντλῆσαι] medicorum hoc verbum est, oleo, vel aqua marina, vel quo alio liquore partes corporis læsas foventium, acrimoniamque doloris, vel humorum concitatorum emollientium, lenientiumque. TOLL.

21. Τοπηγορίαις] κοινοῖς τόποις. Aphth. PETRA.

Ibid. Τοπηγορίαις] lege, τοπηγορίαις αὕτη γάρ. TOLLIUS.

22. Καὶ ἐπιλόγοις] in quis Cicero plurimum valuit: unde ea illi potissimum pars orationis in tuendis reis a ceteris patronis eandem causam dicentibus relicta fuit, ut ipse de se testatur in Oratore, cap. XXXVII. TOLLIUS.

SECTIO XIII.

De Sublimi dicendi genere Platonis: nec non de Imitatione.

SEd ut ad institutum supra sermonem revertamur: Quamvis leni hu- 1
juscemodi ac tranquillo flumine Platonis oratio decurrat, non tamen ideo minus illa assurgit, atque elevatur. Quod vel ex hisce illius 2
de rep. apprime tibi liquere existimo, ubi ait: *Qui quidem prudentiæ ac virtu-*

res delet Faber: forsan recte. Ego certe lubens assentiar. Verumtamen mirari quis possit, hanc illi loquendi formulam ignotam fuisse. Sic Damoxeni coquus apud Athenæum l. III:

> Ἀρμονικὸς, inquit, ὁ μάγειρος, Ἐπίτεινον τὸ πῦρ.
> Ὁμαλιζέτω τοῖς τάχεσι· πρώτη λεπὰς
> Ζεῖ ταῖς ἐφεξῆς οὐχὶ συμφώνως· νοεῖς τὸν τύπον.

i. e. *jam vides genus*, ut ait Cicero; *vides formam*. Adhæc τὸν τύπον, pro τὸν τόπον haud male accipias. Sic supra sect. VIII, πολλοῖς δὲ περὶ ἡμῶν ὁ τύπος ἐξείργασται. Ubi Faber ὁ τόπος edidit, contra aliarum editionum fidem. Et sect. XI: μορίων καὶ τύπων habetur, ubi alii τόπων legunt. Malim tamen, uti dixi, hasce voculas hinc exturbari. TOLLIUS.

5. Οἱ ἄρα φρονήσεως] Locus hic Platonis peten-

καὶ τοῖς τοιούτοις ἀεὶ συνόντες, κάτω, ὡς ἔοικε, φέρονται, καὶ ταύτῃ πλα-
νῶνται διὰ βίου. Πρὸς δὲ τὸ ἀληθὲς ἄνω οὔτ' ἀνέβλεψαν πώποτε, οὔτ' ἀνη-
νέχθησαν, οὐδὲ βεβαίου τε καὶ καθαρᾶς ἡδονῆς ἐγεύσαντο· [6] ἀλλὰ βοσκη-
μάτων δίκην κάτω ἀεὶ βλέποντες, καὶ κεκυφότες εἰς γῆν, καὶ εἰς τρα-
πέζας, βόσκονται [7] χορταζόμενοι, καὶ ὀχεύοντες. Καὶ ἕνεκα τῆς τούτων πλεο-
νεξίας [8] λακτίζοντες, καὶ κυρίττοντες ἀλλήλους σιδηροῖς κέρασι, καὶ ὁ-
3 πλαῖς, ἀποκτιννύουσι δι' ἀπληστίαν. [9] Ἐνδείκνυται δ' ἡμῖν οὗτος ὁ ἀνήρ, εἰ
βουλοίμεθα μὴ κατολιγωρῆσαι, ὡς καὶ ἄλλη τις παρὰ τὰ εἰρημένα ὁδὸς
4 ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τείνει. Ποία δὲ, καὶ τίς αὕτη; [10] ἡ τῶν ἔμπροσθεν με-
γάλων συγγραφέων καὶ ποιητῶν [11] μίμησίς τε, καὶ ζήλωσις. Καὶ τούτου
5 γε, φίλτατε, ἀπρὶξ ἐχώμεθα τοῦ σκοποῦ. [12] Πολλοὶ γὰρ ἀλλοτρίῳ θεο-
φοροῦνται πνεύματι τὸν αὐτὸν τρόπον, [13] ὃν καὶ τὴν Πυθίαν λόγος ἔχει τρί-
ποδι

petendus est ex IX Politeías, pag. DVIII edit. Lemærianæ. Ibi autem quædam diversa sunt ab iis, quæ hic protulit Longinus noster. FABER.

6. Ἀλλὰ βοσκημάτων δίκην] Apulejus in principio fere Apologiæ: *Feris & pecudibus os humile, & deorsum ad pedes dejectum, vestigio & pabulo proximum.* Sallustius in initio Belli Catilin. *Omnis homines summa ope niti decet, ne vitam silentio transigant, veluti pecora: quæ natura prona atque ventri obedientia finxit.* Videsis porro Lactantium lib. II Div. Instit. cap. XX. D. Gregorius Nazianzenus Carm. I:

Οὔπω μέγ' οὐδὲν, εἰ τὰ τῶν πολλῶν λέγω,
Οἳ μηδὲ τὸ πρὶν ἦσαν ἐν τάξει καλῶν,
Βοσκηματώδεις, καὶ κάτω νενευκότες.

TOLLIUS.

7. Χορταζόμενοι] peropportune sane hoc verbo Plato hic usus est. Proprie enim χορτάζεσθαι, dicuntur animalia, quæ herbis, & fœno implentur. Ab his ad homines brutorum ad instar animantium, *ventri*, ut ait Sallustius, *obedientes* facta translatio. Plura invenias exempla apud Athenæum l. III, p. 99. TOLLIUS

8. Κυρίττοντες ἀλλήλους σιδηροῖς κέρασι.] *Cornibus ferreis* (hoc est, armis) *arietantes:* [*Extat locus, variante aliquantulum lectione, apud Plat. Polit. l. 9.*] id enim proprie significat κυρίττειν. Inde apud *Hesychium* joculatores mimi in *Italia*, seu βωμολόχοι moriones, qui in *Corythalia* festo personas ligneas induebant (puta, ut obversis frontibus tutius concurrerent) κυριττοὶ appellati sunt. Κυριττοὶ, οἱ ἔχοντες τὰ ξύλινα πρόσωπα κατὰ Ἰταλίαν, καὶ ἑορτάζοντες τῇ κορυθαλλίᾳ γελοιασταί: legendum existimo vel κορυθαλίᾳ, *Ex Hesych. in* κορ. vel κορυθαλείᾳ. *Ex Etymol. in* εἰρεσιώνη: quam *Hesychius* alibi pro lauro coronata sumit. Sunt, qui idem cum εἰρεσιώνη statuunt; alii ὑπερβόρειον θεόν, [*Hesych.*] *Deam peregrinam*, interpretantur: nisi malit quispiam ὑπερβόρειον legere. *Abaris* enim Hyperboreus εἰρεσιώνην introduxit: ut innuit *Aristoph. Scholiastes in Equit. ubi corrupte legitur* βάρειν, *&* βάριδας *pro* Ἄβαριν *&* Ἀβάριδας. Κορθάλη mendose apud *Etymologum*, pro κορυθάλη, quæ illi est *laurus præ foribus collocata. Pueris enim, & filiabus pubescentibus lauros statuebant lana & fabis onustas.* Δάφνας προσετίθουν ἐπ' ἐρίοις, καὶ κυάμοις· εἰς τὸ δίκρον. Sic enim corrigo. Ex isto forsan κυριττῶν genere calvus ille apud *Synesium in Orat. de Calvitio*, qui cum ariete frontem conserere non extimuit. LANGBÆNIUS.

Ibid. Λακτίζοντες, καὶ κυρίττοντες] quomodo hæc, & hujuscemodi alia, a quoquam probari possint, capere me vix posse lubens fateor. Sunt enim hæ translationes tam duræ, ut in Philosopho, vel dialogista, ferri non posse videantur. Operæ pretium videtur, quæ Dionysius Halicarnass. pag CXXVII, ad Pompejum de Platone pronuntiat, adscribere: Μάλιστα δὲ χειμάζεται περὶ τὴν τροπικὴν φράσιν· πολὺς μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἐπιθέτοις, ἄκαιρος δὲ ἐν ταῖς ἐπωνυμίαις, σκληρὸς δὲ, καὶ οὐ σώζουσα τὴν ἀναλογίαν, ἐν ταῖς μεταφοραῖς γίγνεται. Ἀλληγορίας τε περιβάλλεται μακρὰς, καὶ πολλὰς, οὔτε μέτρον ἐχούσας, οὔτε καιρόν· σχήμασί τε ποιητικοῖς ἐσχάτην προσβάλλουσιν ἀηδίαν, &c. TOLLIUS.

9. Ἐνδείκνυται] digressio ex loco Platonis, in qua

virtutis expertes conviviis, & compotationibus, aliisque id genus voluptatibus perpetuo indulgentes, deorsum, uti par est, feruntur, atque ita in continuo vitam errore transigunt. Ad veritatem vero nec suspexere quidem umquam, nec adspiravere: immo nec veram umquam voluptatem sensibus suis animi gustavere: sed veluti bruta animantia prono semper in terram vultu, defixisque in mensas, & conviviorum luxum, oculorum luminibus, epulis sese & venere explent: quarum rerum insatiabili accensi cupiditate calcibus semet invicem, & cornibus ferreis impetentes, ferientesque, in mutuas ruunt cædes. Ad hæc & aliam nobis eximius hic scriptor viam indicavit, qua, 3
nisi secordia nos retardet, aut ignavia remoretur, ad ipsum Sublimitatis apicem evadere possimus. Quænam illa est? inquies. *Sublimium*, 4
qui ante nos vixerunt, utriusque generis scriptorum cum æmulatione conjuncta imitatio. Teneamus igitur hoc propositum, mi Postumi, & hoc vestigium tota mente atque cogitatione insistamus. Multi enim sacro alieni 5
spiritus afflatu non aliter efferuntur, ac Pythiam fama est tripodi appropin-

in qua de imitatione agit. ROBORTELLUS.

10. Ἡ τῶν] ὅσον συμβάλλεται πρὸς τὸ ὕψος ἡ μεγάλων συγγραφέων μίμησις. PETRA.

11. Μίμησίς τε καὶ ζήλωσις] Cicero lib. II de Oratore, cap. XXI, de Sulpicio: *Non est credibile, quid interesse mihi sit visum inter eum, qui tum erat, & qui anno ante fuerat. Omnino in illud genus Crassi magnificum atque præclarum natura ipsa ducebat: sed ea non satis proficere potuisset, nisi eodem studio atque imitatione incidisset, atque ita dicere consuesset, ut tota mente Crassum, atque omni animo intueretur.* Hinc *pueris*, qui ad eloquentiam informantur, *prælegenda* censet Quintilianus, *quæ maxime ingenium alant, atque animum augeant*, Homeri scilicet & Virgilii carmina, *quod sublimitate Heroïci carminis animus assurgat, & ex magnitudine rerum spiritum ducat*: lib. I, cap. VIII Instit. TOLLIUS.

12 Πολλοὶ γὰρ] furorem in imitatione inesse indicat. ROBORTELLUS.

Ibid. Πολλοὶ γὰρ] Ἐπιχείρημα. PETRA.

Ibid. Ἀλλοτρίῳ θεοφοροῦνται πνεύματι τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν καὶ τὴν Πυθίαν, &c.] Quod hic summatim delibat auctor noster de *Delphico* tripode, & spiramine illo entheo, quo *Pythia* φοιβόληπτος fit, latius exequuntur alii. *Diodorus lib.* 16 narrat, *ut hinc primo per capras oraculum inventum, hiatu isto terræ divinam auram exhalante: cui postea virgo præfecta est, tandem anus specie virginem simulans, quæ primo ligneæ machinæ tres bases habenti, post tripodi æneo insidebat.* In eandem sententiam *Strabo lib.* 9, qui primæ *Pythiæ* nomen *Phamoneen* fuisse addit; oracula autem ab eis edi hunc in modum: *ex profunda specu, aditu non ita lato*, ἀναφέρεσθαι πνεῦμα ἐνθουσιαστικόν· ὑπέρκεισθαι δὲ τοῦ στομίου τρίποδα ὑψηλὸν, ἐφ' ὃν τὴν Πυθίαν ἀναβαίνουσαν, δεχομένην τὸ πνεῦμα, ἀποθεσπίζειν ἔμμετρά τε καὶ ἄμετρα, ἐντείνειν δὲ καὶ ταῦτα εἰς μέτρον ποιητάς τινας ὑπουργοῦντας ἱερῷ. *Enthusiasticus quidam spiritus exhalat: supra orificium specus tripus sublimis situs est, quo conscenso, Pythia, ubi spiritum exceperit, oracula edit tum carmine, tum oratione soluta. Porro poëtæ quidam templo servientes, quæ prosa oratione edita sunt, in carmen compingunt.* Quin e patribus nonnulli idem tradiderunt. *Origines initio l. 7, contra Celsum*, ita: *De Pythia proditum est, ut Castalium os illud insideat Apollinea vates, & ex inferiori sinu, & parte illa, qua fœmina est, spiritum suscipiat, quo plena oracula reddit.* Et *Chrysostomus Hom. 29 in 1 ad Corinth.* adhuc magis dilucide: Λέγεται τοίνυν ἡ Πυθία γυνή τις οὖσα ἐπικαθῆσθαι τῷ τρίποδί ποτε τοῦ Ἀπόλλωνος διαιροῦσα τὰ σκέλη· εἶθ' οὕτω πνεῦμα πονηρὸν κάτωθεν ἀναδιδόμενον, καὶ διὰ τῶν γεννητικῶν αὐτῆς διαδυόμενον μορίων, πληροῦν τὴν γυναῖκα τῆς μανίας· καὶ ταύτην τὰς τρίχας λύουσαν, λοιπὸν ἐκβακχεύεσθαί τε, καὶ ἀφρὸν ἐκ τοῦ στόματος ἀφιέναι· καὶ οὕτως ἐν παροινίᾳ γινομένην τὰ τῆς μανίας φθέγγεσθαι ῥήματα. LANGB.

Ibid. Πολλοὶ γὰρ ἀλλοτρίῳ] Vide, quæ fusissime in hanc sententiam Socrates apud Platonem habet in Dialogo Jone: item Plutarchus in Erotico. TOLLIUS.

13 Ὃν καὶ τὴν Πυθίαν] Ἐπιχειρήματος ἐργασία ἀπὸ τοῦ ὁμοίου. PETRA.

πόδι πλησιάζουσαν, (14 ἔνθα ῥῆγμά ἐστι γῆς ἀναπνέον, ὥς φασιν, 15 ἀτμὸν ἔνθεον) 16 αὐτόθεν ἐγκύμονα τῆς δαιμονίου καθισταμένην δυνάμεως παραυ-
6 τίκα χρησμῳδεῖν κατ' ἐπίπνοιαν. Οὕτως 17 ἀπὸ τῆς τῶν ἀρχαίων μεγαλοφυΐας εἰς τὰς τῶν ζηλούντων ἐκείνους ψυχὰς, ὡς ἀπὸ ἱερῶν στομίων ἀπόρροιαί τινες φέρονται, ὑφ' ὧν ἐπιπνεόμενοι καὶ οἱ μὴ λίαν φοιβαστικοὶ, τῷ
7 ἑτέρων συνενθουσιῶσι μεγέθει. 18 Οὐ γὰρ μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο. 19 Στησίχορος ἔτι πρότερον, ὅ τε 20 Ἀρχίλοχος· πάντων δὲ τούτων μάλιστα

Ibid. Οὐ καὶ τὴν Πυθίαν] Justinus de templo Delphico, l. XXIV, c. VI: *In hoc rupis amfractu, media ferme montis altitudine, planicies exigua est; atque in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet: ex quo frigidus spiritus vi quadam, velut vento, in sublime expulsus, mentes vatum in vecordiam vertit; impletasque Deo responsa consulentibus dare cogit.* TOLLIUS.

14. Ἔνθα ῥῆγμά ἐστι] τοῦ πράγματος ἀφήγησις. PETRA.

15. Ἀθμὸν ἔνθεον] Cicero de Divin. lib. 1, c. L: *Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatæ mentes oracula funderent.* TOLLIUS.

16. Αὐτόθεν, καὶ] τὸ καὶ in tertio Vaticano desideratur, & merito: subdistinguendum enim ante αὐτόθεν, & legendum, ἀθμὸν ἔνθεον, αὐτόθεν ἐγκύμονα &c. TOLLIUS.

17. Ἀπὸ τῆς] ἀπόδοσις. PETRA.

18. Μόνος Ἡρόδοτος] Nova illustratio, sive δευτέρα ἀπὸ τοῦ παραδείγματος ἐργασία. PETRA.

Ibid. Μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο.] *Solus Herodotus Homeri* (ut ita loquar) *imitantissimus*. Subjungit hic & alios summi viri imitatores, quem eruditionis omnis promumcondum lubenter agnoscunt antiqui: Rhetoricam ex eo deduxit *Telephus Pergamensis*, qui librum scripsit, [*Anon. in Hermog. de Statibus.*] Περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον ῥητορικῆς. *Omnis quippe eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit.* [*Fab. lib.* 10, *c.* 1.] Ad eum Geographiam refert *Strabo lib.* 1. Ad eum Astronomiam *Achilles Statius in Arati Phæn.* Et poëtæ patrem suum non inviti appellant. *Ovid. amor. l.* 3. *El.* 8.

----- *A quo, ceu fonte perenni,*
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

vel, ut sonantius *Manilius Astronom. l.* 2:

------ *Cujus ex ore profusos*
Omnis posteritas latices in carmina duxit,
Amnemque in tenues ausa est diducere rivos,
Unius fœcunda bonis.

Quem propterea ἕνα καὶ μόνον ποιητὴν salutat *Architectonicorum* auctor. [*Athenæus, vel Philo.*] Imo & *Philosophici gregis ducem Maximus* Tyrius *Dissert.* 14: Ὅμηρος μὲν ἀποκηρύττεται φιλοσοφίας ὁ ἡγεμὼν τοῦ γένους. Ubi & in eandem sententiam cum hoc nostro disserit, *Platonem*, quamvis præceptorem ejeret, & *Homerum* lana coronatum, unguentoque delibutum e republica sua ejecerit, fuisse nihilominus ἐκείνης τῆς ᾠδῆς θρέμμα; *illius musæ alumnum*: quod se latius alibi ostensurum recipit; forsan præstitit in opere illo, quod *de Homeri Philosophia teste Suida* conscripsit. Fecisset utique & *Longinus* hic, si non *Ammonius* jam antea perfecisset. Illud enim colligere est ex loco proxime sequenti, utcunque mendoso. LANGBÆNIUS.

Ibid. Μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος] *Solus Herodotus maxime Homericus fuit: ante ipsum quoque Stesichorus & Archilochus, sed supra illos omnes Plato.*] Qui tandem fiat, ut SOLUS sit, cum illi & Stesichorum, Archilochumque, & Platonem addiderit? Nempe error in Græco est. Legendum enim: ὉΜῈΝ Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος· Στησίχορος ΔῈ ἔτι πρότερον. [*Herodotus quidem*, &c. FABER.

Ibid. Μόνος Ἡρόδοτος] particulas duas excidisse puto, ut fuerit: Οὐ γὰρ μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο. Sic sect. XXXVIII: Οὐ γὰρ αὐλὸς μόνον ἐπιτίθησί τινα πάθη &c. Dionysius Halicarnass. ad Pompejum: συνειδὼς γὰρ Ἡρόδοτος, ὅτι πᾶσα μέρος ἔχουσα λόγου διήγησις, ἂν μὲν ἀναπαύσεις τινὰς λαμβάνῃ, τὰς ψυχὰς τῶν ἀκροωμένων ἡδέως διατίθησιν· ἐὰν δὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένῃ πραγμάτων, κἂν τὰ μάλιστα ἐπιτυγχάνηται, λυπεῖ τὴν ἀκοὴν τῷ κόρῳ, ποικίλην ἐβουλήθη ποιήσειν τὴν γραφὴν, Ὁμήρου ζηλωτὴς γενόμενος. Idem περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος: ἐζήλωσαν δὲ αὐτὸν (τὸν Ὅμηρον) ἐπῶν τε πολλοὶ ποιηταὶ, καὶ μελῶν, ἔτι δὲ τραγῳδίας τε καὶ κωμῳδίας, συγγραφεῖς τε ἀρχαῖοι, καὶ φιλόσοφοι, καὶ ῥήτορες· ὧν ἁπάντων μεμνῆσθαι πολὺ ἂν ἔργον εἴη· ἀρκέσει δὲ τῶν ἐν λόγοις δυναστευσάντων, οὓς ἐγὼ κρατίστους εἶναι πείθομαι,

διὸ

pinquantem, ab exhalante illic ex hiatu quodam terræ anhelitu divino ſpiritu impleri, cæleſtique mentis inſtinctu agitatam conſulentibus reſponſa dare. Non aliter ab illa veterum animi magnitudine, velut e 6
ſacro Apollinis ſpecu, quædam quaſi effluvia in æmulantium animos deferuntur, quibus incitati etiam hi, quos iniquior natura ad iſtum animorum ardorem non ſatis inſtruxerat, cum aliena ſimul granditate ad Sublimitatis faſtigium auferuntur. Itaque non ſolus Herodotus Ho- 7
mericæ granditatis preſſo pede veſtigia calcavit: ſed & ante eum Steſichorus hoc fecit: fecit etiam Archilochus. Omnes tamen longo poſt ſe re-

δύο παραχέθαι μόνυς· συγγραφέων μὲν Ἡρόδοτον, φιλοσόφων δὲ Πλάτωνα. Καὶ γὰρ ἀξίωμα, καὶ χάρις αὐτῶν ἐπιτρέχει ταῖς ἁρμονίαις, (an *ἑρμηνείαις*;) &c. Idem de Compoſitione Steſichorum & Alcæum inter Melicos nominat, Sophoclem inter Tragicos, inter Hiſtoricos Herodotum, inter Rhetores Demoſthenem, qui Homerum æmulati ſint. Neque vero inventionem ejus tantum, ac diſpoſitionem, ſed & elocutionem Herodotus imitatus eſt. Demetrius Phalereus: *Τὸ δὲ ποιητικὸν ἐν λόγοις ὅτι μὲν μεγαλοπρεπὲς καὶ τυφλῷ δῆλον, φασι, πλὴν οἱ μὲν γυμνῇ πάνυ χρῶνται τῇ μιμήσει τῶν ποιητῶν, μᾶλλον δὲ ἐ μιμήσει, ἀλλὰ μεταθέσει, καθάπερ Ἡρόδοτος*. Tollius.

19. *Στησίχορος*] Homeri imitatores. Robortellus.

Ibid. *Στησίχορος*] Poëta Lyricus Dorica lingua plures libros ſcripſit. Vide Suidam. Apud Stobæum, Athenæum, & paſſim in Græcorum ſcholiis citatur. Petra.

Ibid. *Στησίχορος ἔτι πρότερον.*] *Et Herodoto etiam antiquior Steſichorus.* Hic enim natus eſt *teſte Suida* Olympiade XXXVII; & primo *Tiſias* vocatus, *Steſichori* nomen poſtea adeptus; *ὅτι πρῶτος σὺν κιθαρῳδίᾳ χόρον ἔστησε, quia primus cum cithara cantu chorum inſtituit.* Chorum *Lyricum* intelligo, non *Dithyrambicum*, quem vel *Philoxenus* [*Iſ. Tzetz. de Poëtis*] vel *Hermioneus* [*Antipater & Euphronius apud Scholiaſt. Ariſtoph. in Avibus*] vel certe *Arion* invenit; [*Hellanicus, Dicæarchus, & Demarchus ibid. & Ariſt. apud Proclum in Chreſtom.*] non *tragicum* vel *comicum*; qui forte *Philammonem* primum auctorem agnoſcunt; [*Plutarch. in Muſ.*] & a prioribus in hoc differunt, illi circulares, hi quadrangulares; [*Tzetz. ubi prius. Pollux, lib. 4, cap. 15. Ariſtoph ſchol. in Equites.*] *Comicus* quidem ex XXIV choreutis *κατὰ ζυγὸν καὶ στοῖχον* conſtitutis. (in rank and file) *ζυγὸς* quivis quatuor perſonas: *στοῖχος* autem (ſeu rectius *στίχος*) ſex comprehendit, *ſicut colligitur ex opuſculo περὶ τάξεως παλαιᾶς, collato cum Poll. lib.* 1, *cap.* 10, §. 2. *ubi pro τοῖχος, lego στοίχος, vel στίχος.* Chorus *tragicus*, poſt *Æſchyli Eumenidas*, ex XV ſolis choreutis conſtitit, ita inter ſe ordinatis, ut in quovis *ζυγῷ*, ſeu ordine ſecundum latitudinem ponerentur tres chorici; in quovis *στίχῳ*, ſive ordine ſecundum longitudinem, quinque; hunc in modum ⁝ ⁝ ⁝ ⁝ ⁝
Chorus autem tam *Lyricus*, quam *Dithyrambicus*, circularis ex L choricis conſtabat: hoc tamen intererat, quod hi tripodem, illi taurum pro præmio referebant. Deinde, his *antiſtrophi* in uſu non erant; illis & *ſtrophæ*, & *antiſtrophi*, & *epodi*; eaque etiam (ut creditur) *Steſichori* hujus inventum; unde parœmia, *ὅτε τὰ τρία Στησιχόρυ γινώσκεις.* [*Diogenian.*] *Ne tria quidem Steſichori noſti*: nempe *στροφὴν*, quæ ad lyram canebatur *κινυμένοις εἰς τὰ δεξιὰ χορευταῖς*, [*Pindari Schol. in introduct. ad Olymp.*] *Choricis ad dextram procedentibus*; *ἀντίστροφον, quem canebant, ad ſiniſtram revertentes*: & *ἔπῳδον, quem in medio conſiſtentes recitabant.* Denique, proderit non neſcire, & in ludo talorum jactum quendam *Steſichorum, indice Polluce l.* 9, *c.* 7, vocari; octo nempe; idque ob ſepulchrum poëtæ, in *Himera Siciliæ* urbe, *ἐξ ὀκτὼ πάντων συντεθέντα* [*τάφον*] *ex octo omnibus conſtitutum*; inde natum proverbium *ἅπαντα ὀκτώ, Omnia octo.* Expreſſius *Euſtathius Iliad.* ψ. de ſepulchro ait, *ἐξ ὀκτὼ γονιῶν συνέκειτο, ex octo angulis conſtitutum.* Addit *Apoſtolius*, *ὀκτὼ κίονας, καὶ ὀκτὼ βαθμὺς, columnas etiam octo, & octo gradus.* [*Parœm. Cent.* 15. *part.* 67.] Aperte ſatis, ſed in hoc lapſus, quod *Catanam* poſuit pro *Himera in comment.* Langb.

Ibid. *Στησίχορος*] Quintilianus lib. x, c. 1: *Steſichorus quam ſit ingenio validus, materia quoque oſtendunt, maxima bella & clariſſimos canentem duces, & epici carminis onera lyra ſuſtinentem. Reddit enim perſonis in agendo ſimul loquendoque debitam dignitatem: ac, ſi tenuiſſet modum, videtur æmulari proxi-* mus

μάλιστα [21] ὁ Πλάτων, ἀπὸ τοῦ Ὁμηρικοῦ κείνου νάματος εἰς αὐτὸν μυ-
8 ρίας ὅσας παρατροπὰς ἀποχετευσάμενος. Καὶ ἴσως ἡμῖν ἀποδείξεων ἔδει,
9 [22] εἰ μὴ καὶ τὰ ἐπ' εἴδους οἱ περὶ Ἀμμώνιον ἐκλέξαντες ἀνέγραψαν. [23] Ἔστι
δ' οὐ κλοπὴ τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ὡς [24] ἀπὸ καλῶν ἠθῶν, ἢ πλασμάτων,
10 ἢ δημιουργημάτων ἀποτύπωσις. [25] Καὶ οὐδ' ἂν ἐμβιβάσαι μοι δοκεῖ [26] τηλι-
καῦτά τινα τοῖς τῆς φιλοσοφίας δόγμασι, καὶ εἰς ποιητικὰς ὕλας πολλαχοῦ
συνεμβῆναι, καὶ φράσεις, εἰ μὴ [27] περὶ πρωτείων νὴ Δία παντὶ θυμῷ
πρὸς

mus Homerum potuisse. Dion Chrysostom. de Homero & Socrate: Τοῦτόγε ἅπαντές φασιν οἱ Ἕλληνες, Στησίχορον Ὁμήρου ζηλωτὴν γενέσθαι, καὶ σφόδρα ἐοικέναι κατὰ τὴν ποίησιν. TOLLIUS.

20. Ἀρχίλοχος.] Hujus Poëtæ versus citantur aliquoties apud Stobæum, & Athenæum. Jambici carminis Auctorem facit Horat. in Arte. PETRA.

21. Ὁ Πλάτων] graviter ab Heraclide Pontico increpatur, quod, quum pleraque ex Homeri fontibus hausisset, eum nihilominus e sua ejecerit republica. Verba ejus sunt: Ἐρρίφθω δὲ καὶ Πλάτων ὁ κόλαξ, Ὁμήρου συκοφάντης, ἔνδοξον ἀπὸ τῆς ἰδίας πολιτείας τὸν φυγάδα περιπέμπων λευκοῖς ἐρίοις ἀνεστεμμένον, καὶ πολυτελεῖ μύρῳ τὴν κεφαλὴν διάβροχον. Et, postquam pauca de Epicuro, qui ejusdem fuerat sententiæ, inseruit, ita pergit: καὶ τὸ πικρότατον, ἀρχὴν ἑκάτεροι τῶν παρ' ἑαυτοῖς δογμάτων ἔχοντες Ὅμηρον, ἀφ' οὗ τὰ πλεῖστα τῆς ἐπιστήμης ὠφέληνται, περὶ τοῦτον ἀχαρίστως εἰσὶν ἀσεβεῖς. Plura Dionysius Halicarn. in illa ad Pompejum epistola, quæ consuli poterit. Panætius certe *Philosophorum Homerum* eum vocavit, ut est apud Ciceronem Tusc. Quæst. l. 1. Fabius lib. x, c. 1: *Philosophorum quis dubitet Platonem esse præcipuum, sive acumine disserendi, sive eloquendi facultate divina quadam, & Homerica? Multum enim supra prosam orationem, & quam pedestrem Græci vocant, assurgit; ut mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instinctus.* Nec prosa tantum oratione, sed etiam versa, ac ligata, Homerum æmulari studuit. Verum illo Homerico versu deterritus, Ἠϊόνες βοόωσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω, quo mirifice maris litora fluctibus pulsantis sonus exprimitur, combussisse poëmata fertur, uti Victorius e quodam oræ Codicis sui annotato scholio didicisse se affirmat l. XXXVI Var. c. 13. Vide de eo versu Dionys. Halic. de compositione, & quæ Ill. Cuperus in Apotheos. Homeri, p 120. TOLLIUS.

22. Εἰ μὴ τὰ ἐπ' Ἰνδοὺς καὶ οἱ περὶ Ἀμμώνιον ἐκλέξαντες ἀνέγραψαν.] *Si non Ammonius in iis, quæ contra Indos commentatus est, jam perscripsisset.* Per οἱ περὶ Ἀμμώνιον enim *Ammonium* solum assignari satis norunt grammaticorum filii. Quo nomine plures olim fuisse, eosque primæ classis philosophos, ignotum non est. Ego totus in hoc sum, ut *Ammonius Alexandrinus*, Philosophus (dum vixit) Christianus hic intelligatur: ut qui *Platonicus* fuerit, & de *Platone, teste Hierocle de Providentia apud Photium*, scripserit nonnulla: & quem *Longinus libro de Fine*, alias eo nomine commendatum habeat, cujus familiaris fuerit. *Platonici vero* (inquit) *Ammonius & Origenes*, οἷς ἡμεῖς τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου προσεφοιτήσαμεν, ἀνδράσιν οὐκ ὀλίγῳ τῶν καθ' ἑαυτοὺς εἰς σύνεσιν διενεγκοῦσιν. Fuit & *Ammonius* Grammaticus, non alius ab eo, quem *Suidas Ammonianum* appellat. Quod enim *Suidas* de *Ammoniano* narrat, *asinum habuisse Poëticis lectionibus addictum adeo, ut apposito pabulo nihilominus esuriret*: illud ipsum de *Ammonio* refert *Damascius in vita Isidori apud Photium*; auctor, ex quo non hæc tantum ἀμαρτύρως transcripsit *Suidas*. Quod hic dicitur τὰ ἐπ' Ἰνδοὺς, vitiosum est haud dubie. *Indicorum* Scriptores haud paucos offendimus, *Androsthenem*, *Basilidem*, *Cæmaronem*, *Clitophontem Rhodium*, *Chrysermum*, *Daimachum*, *Megasthenem*, *Nearchum*, *Onesicritum*, & (qui solus, nec totus, ad nos pervenit) *Ctesiam*, sublestæ fidei homines: sed quid his cum iis, quæ ex *Homero* mutuo sumserit *Plato*? poterit fieri, uti *Longinus* scripserit τὰ ἐπ' αὐτοὺς: sed conjecturam istam nec ipse probo, nec aliis amplexandam propino. LANGBÆNIUS.

Ibid. Εἰ μὴ τὰ * ἐπ' Ἰνδοὺς καὶ οἱ περὶ Ἀμμώνιον ἐκλέξαντες ἀνέγραψαν] Hic vero cæcutiunt Interpretes. Nam Gabriel quidem hæc convertere ausus non est; qua in re mihi, ut alibi, prudentissimus fuisse videtur. Secundus ita rem expedivit: *Nisi hi, qui bella gesta in Indos literarum monumentis* tradi-

ſe reliquit intervallo divinus Plato; qui ab uberrimo illo Homericæ magnitudinis fonte innumeros ad ſe in hortos Academi rivulos deduxit. Erant hæc autem exemplis fortaſſe mihi nonnullis confirmanda, ni jam 8
ſigillatim ea Ammonius collegiſſet, notaſſetque. Quæ quidem imitatio 9
tantum abeſt, ut furti nomine inſimulanda videatur, ut potius velut quædam excellentium ſeu formarum, ſive ſimulacrorum, aut operum exiſtimanda ſit expreſſio, atque exemplum. Præterea & illud conſta- 10
re puto, non alia Platonem de cauſſa tam multa ex hoc genere Philoſophiæ placitis immiſcuiſſe, tamque liberaliter falcem ſuam in poëticam cum rerum, tum verborum meſſem immiſiſſe, quam quod tota mente animo-

tradiderunt, & qui Ammonii tempore in verborum delectu floruerunt, ſumto aliunde exemplo ſcripſiſſent. Ita me Deus amet, quot verba, totidem errata ſunt; ſed nunc ridere haud vacat. Quid igitur ille tertius? *Niſi quæ * in Indos & de Ammonio eligentes, literis prodidiſſent.* Haud dubie de Jove Hammone cogitabat, qui hæc ſcripſit. Ridete Riſus, ridete Jalemi, & inficetæ Facetiæ. Langbænius quidem viderat, illud, οἱ περὶ Α'μμώνιον, idem eſſe ac *Ammonium ipſum*, (quod qui probare velit, is lectorem ſuum in ſcriptoribus Atticis minime verſatum eſſe credat) ſed de *Indis* illis, quid? *Quod hic dicitur* τὰ ἐπ' Ι'νδοὺς *vitioſum eſt haud dubie*, ait Langbænius; fateor, & quis, homo natus, diffiteri velit? Verum quo tandem pacto ſcripſerat Longinus? *hoc opus eſt*, mi lector. At dicam tamen Scripſerat, εἰ μὴ ΚΑΙ' ΤΑ' Ε'Π' Ε'ΙΔΟΥΣ οἱ περὶ Α'μμώνιον, &c. Hinc omnia vitro pellucidiora fiunt. Sententia itaque totius loci hæc eſt: *Fortaſſe allatis exemplis ad rei ipſius demonſtrationem opus eſſet: ſed cum* etiam τὰ ἐπ' εἴδους *Ammonius plane, fuſe, & aperte oſtenderit, non eſt, cur actum agamus.* Τὰ ἐπ' εἴδους ſunt ſingularia, ſpecialia. Locutio eſt philoſophica, ſi Græcos legiſti; barbara, ſi nondum legiſti. Nam *Indos* quidem cur hic potius video, quam aut Æthiopas, aut Garamantas, Hyperboreos, aut Arimaſpos denique? De Ammonio autem Philoſopho ſatis abunde Suidas, Voſſius, & alii dixerunt; neque id nunc agitur. Faber.

Ibid. Τὰ ἐπ' Ι'νδοὺς] Acute & vere Faber τὰ ἐπ' εἴδους. Conjeceram ego, eodem ferme ſenſu, τὰ ἐπὶ μέρους, id eſt, particularia, ſingularia: quæ τοῖς καθ' ὅλου ſolent opponi. Ita & ſect. I: αὐτὸς δ' ἡμῖν, ἑταῖρε, τὰ ἐπὶ μέρους, ὡς πέφυκε, καὶ καθήκει, συνεπικρινεῖς ἀληθέστατα. Differunt tamen τὰ ἐπ' εἴδους, & τὰ ἐπὶ μέρους. Formas, inquit Cicero in Topicis cap. VII, *qui putat idem eſſe, quod* partes, *confundit artem: & ſimilitudine quadam conturbatus, non ſatis acute, quæ ſunt ſecernenda, diſtinguit.* Plato in Politico: Οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦτό γε αὖ παντάπασι φύλαξαι, μήποτε παρ' ἐμοῦ δόξῃς αὐτὸ ἐναργῶς διωρισμένον ἀκηκοέναι. Τὸ ποῖον; Εἶδός τε καὶ μέρος ἕτερον ἀλλήλων εἶναι. Τί μήν; ὡς εἶδος μὲν, ὅταν ᾖ του, καὶ μέρος ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι τοῦ πράγματος, ὅτουπερ ἂν εἶδος λέγηται· μέρος δὲ εἶδος, οὐδεμία ἀνάγκη· alias & κατ' εἶδος διηγεῖσθαι dicitur. Tollius.

23. Ε'στι δ' οὐ κλοπὴ] adiſis Macrobium lib. VI Saturnal. c. 1, & Arellium Fuſcum apud Senecam Controverſ. XXIV, l. IV. Tollius.

24. Α'πὸ καλῶν ἠθῶν,] πόθεν, καὶ τί ἡ μίμησις. Petra.

Ibid. Η'θῶν] numquam hoc ἠθῶν concoquere potui; neque unquam morum, ut literarum, expreſſas ſpecies vidi. Lege, ſi ſapis, ἀπὸ καλῶν εἰδῶν, hoc eſt, pulchrarum *formarum*, imaginum, ſimulacrorum. Tollius.

25. Καὶ οὐδ' ἂν] videtur ſignificare Poëſin τῶν Διονυσιακῶν, quæ adhuc exſtat. Robortellus.

Ibid. Καὶ οὐδ' ἂν ἐμβιβάσαι] veteres libri, & Robort. editio ἐπακμάσαι. Et mox συνεμβῆναι pro συνεκβῆναι, minus bene. Tollius.

26. Τηλικαῦτά τινα] tanta, tam magna. Alias σμικρὰ ὅσα, tantula. Petra.

27. Περὶ πρωτείων πρὸς Ο'μηρον] Eadem Halicarnaſſei ſententia de Platone fuit, in Epiſtola ad Pompejum. pag. CXXVI: Ε'δήλωσε δὲ τοῦτο [ὁ Πλάτων] διὰ τῆς πρὸς Ο'μηρον ζηλοτυπίας, ὃν ἐκ τῆς κατασκευαζομένης ὑπ' αὐτοῦ πολιτείας ἐκβάλλει στεφανώσας, καὶ μύρῳ χρίσας. *Idque oſtendit Plato ſua illa in Homerum zelotypia, quem is ex Republica ſua ejicit tæniis redimitum, & liquidis odoribus perfuſum.* Sed quam inique, ne dicam ſtulte, comparata eſt concertatio. Lege modo, quæ tota pag. CXXVI ab Halicarnaſſeo dicuntur. Miror certe tale quid unquam Platoni in mentem venire potuiſſe,

 potuiſſe,

πρὸς Ὅμηρον, ὡς ἀνταγωνιστὴς νέος πρὸς ἤδη τεθαυμασμένον, ἴσως μὲν φιλονεικότερον, [28] καὶ οἱονεὶ διαδορατιζόμενος, οὐκ ἀνωφελῶς δ' ὅμως,
II διηριστεύετο. [29] Ἀγαθὴ γὰρ, [30] κατὰ τὸν Ἡσίοδον, ἔρις ἥδε βροτοῖσι· καὶ τῷ ὄντι καλὸς οὗτος, καὶ ἀξιονικότατος εὐκλείας ἀγών τε καὶ στέφανος, ἐν ᾧ καὶ τὸ ἡττᾶσθαι τῶν προγενεστέρων οὐκ ἄδοξον.

tuiſſe, ſi venit tamen: id enim ab iis manaſſe arbitror, qui homini favebant. Vix quippe credibile ſit, quam acres Deus ille philoſophorum amatores, cultores, adoratores, olim habuerit. FABER.

28. Καὶ οἱονεὶ διαδορατιζόμενος] *Budæo*, viro de *Græcis* literis optime merito, σταδὴν μάχεσθαι eſt comminus pugnare, cui opponi monet διὰ δοράτων μάχεσθαι, ſeu δορατίζειν, pugnare eminus. Mihi vero διαδορατίζεσθαι hoc in loco *velitationem* quandam deſignare videtur. LANGBÆNIUS.

29. Ἀγαθὴ γὰρ,] Laudabile ſtudium & certamen imitationis. PETRA.

Ibid. Ἀγαθὴ γὰρ] Scipio apud Livium lib. XXVIII: *Maximo cuique id accidere animo certum habeo, ut ſe non cum præſentibus modo, ſed cum omnis ævi claris viris comparet.* TOLLIUS.

30. Κατὰ τὸν Ἡσ.] ἐν τοῖς ἔργ. καὶ ἡμέραις. FR. PORTUS.

31. Ἐν ᾧ καὶ τὸ ἡττᾶσθαι] Accius in Armorum

ΤΜΗΜΑ ιδ'.

Ὅτι δεῖ προστίθεσθαί σοι τοὺς ἐξοχωτάτους συγγραφεῖς.

1 Οὐκοῦν καὶ ἡμᾶς, ἡνίκ' ἂν διαπονῶμεν ὑψηγορίας τι καὶ μεγαλοφροσύνης
δεόμενον, [2] καλὸν ἀναπλάττεσθαι ταῖς ψυχαῖς, [3] πῶς ἂν, εἰ τύχοι,
ταυτὸ τοῦθ' Ὅμηρος εἶπεν, πῶς δ' ἂν Πλάτων, ἢ Δημοσθένης ὕψωσαν,
2 ἢ ἐν ἱστορίᾳ Θουκυδίδης. Προσπίπτοντα γὰρ ἡμῖν κατὰ ζῆλον ἐκεῖνα τὰ πρόσ-
ωπα, καὶ οἷον [4] διαπρέποντα, τὰς ψυχὰς ἀνοίσει πως [5] πρὸς τὰ ἀνειδω-
3 λοποιούμενα μέτρα. Ἔτι δὲ μᾶλλον, εἰ κἀκεῖνο τῇ διανοίᾳ προσυπο-
γράφοιμεν, πῶς ἂν τόδε τι ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενον παρὼν Ὅμηρος ἤκουσεν,
4 ἢ Δημοσθένης, ἢ πῶς ἂν ἐπὶ τούτῳ διετέθησαν. Τῷ γὰρ ὄντι [6] μέγα τὸ ἀγώ-

Οὐκοῦν] Præceptum, quid iis cogitandum, qui ſcripturi ſunt aliquid. ROBORT.

Ibid. Οὐκοῦν] Præcepta quoad imitationem omnibus, qui ſcripturi ſunt, obſervanda tria. PETRA.

2. Καλὸν ἀναπλάττεσθαι] Cicero Milone: *fingite animis: liberæ enim ſunt cogitationes.* PETRA.

Ibid. Καλὸν ἀναπλάττ.] Maximam hujus capitis partem, uſque ad πλέον δὲ τούτων, ex Halic. Dionyſio περὶ τῆς τῶν λόγων ἐξετάσεως, pag. LXVIII, Longinus mutuatus eſt. TOLLIUS.

3. Πῶς ἂν, εἰ τύχοι] haud ſecus ac in vita recte inſtituenda monuit Epictetus, cap. LI Enchiridii: Ὅταν τινὶ μέλλεις συμβάλλειν, καὶ μάλιστα τῶν ἐν ὑπεροχῇ δοκούντων, πρόβαλε σεαυτῷ, τί ἂν ἐποίησεν ἐν τούτῳ Σωκράτης, ἢ Ζήνων· καὶ οὐκ ἀπορήσεις τοῦ χρῆσθαι προσηκόντως ἐν τῷ ἐμπεσόντι. Seneca Epiſt. XI: *Aliquis vir bonus nobis eligendus eſt, ac ſemper ante oculos habendus, ut ſic tamquam illo ſpectante vivamus, & omnia tamquam illo vidente faciamus.* Et mox: *Elige eum, cujus tibi placuit & vita, & oratio: & ipſius animum ante te ferens, & vultus, illum ſemper tibi oſtende vel cuſtodem, vel exemplum.* Sic Cicero l. VI Epiſt. II ad Att. *Id me igitur tu, cujus mehercle os mihi ante oculos ſolet verſari, cum de aliquo officio ac laude cogito, tu me, inquam, rogas, præfectus Scaptius ut ſit?* TOLLIUS.

4. Διαπρέποντα] dupliciter hoc explicari poteſt, activa ſcilicet, & neutra ſignificatione:

animoque cum Homero, (ad inſtar novi cujuſdam adverſarii cum jam laudum vetere, multiſque palmis nobili athleta) decertaturus in arenam deſcendere decreverat. Sed in hoc juvenilius aliquanto, & concitatiore, quam par erat, ac tantum non hoſtili in eum animo invectus videri poſſit. Non fruſtra tamen, nec inutiliter: 11

Namque hominum generi talis contentio prodeſt,

ut eſt apud Heſiodum: neque ulla certe pulchrior, aut præſtantior, ſeu dimicatio, ſeu palma, reperiri, excogitarive poteſt, quam quum de laude atque gloria decertatur: quippe in quo certamine ne vinci quidem ab antiquioribus inglorium ſit, atque inhonorum.

rum Judicio apud Macrobium lib. VI Saturnalium:

Nam tropæum ferre me a forti viro pulcrum eſt:

Si autem & vincar, vinci a tali nullum eſt probrum.

Martialis lib. I ſpectacul. *Cedere majori, virtutis palma ſecunda eſt.* TOLLIUS.

SECTIO XIV.

Optimos nobis ſcriptores in ſcribendo velut ante oculos conſtituendos eſſe.

ERgo & nos, ubi quid moliemur, quod grandiloquentiam, animique 1
exigat elationem, rectiſſime faciemus, ſi cogitatione informaverimus, quomodo, ſi res ita caſu tuliſſet, Homerus idipſum fuiſſet elocuturus: aut, qui vel Plato, vel Demoſthenes, vel, ſi res erit hiſto-
riæ, Thucydides id ad magnificentiam admoviſſet. Quod ſi enim iſtiuſ- 2
modi nobis viros imitandos, exprimendoſque propoſuerimus, illa ipſa aſſidua excellentium hominum cogitatio animum ac mentem noſtram ad eam, quam nobis ante oculos poſuimus, Sublimitatem effinget, atque
conformabit. Tum vero multo magis, ſi & illud animo repræſentaveri- 3
mus, in quam partem hoc illudve dictum noſtrum vel Homerus, vel Demoſthenes, ſi adeſſent, accepturi, quidve de eo exiſtimaturi forent.
Nam tale ſibi fingere, & oculis animi intueri forum ac tribunal; & in 4
tam

ne: ita ut ſit vel, *componentes, effingenteſque ad ſublimitatem*, vel, *fulgore ſuo prælucentes*, ut apud Pindarum Olymp. Od. I. TOLLIUS.

5. Πρὸς τὰ ἀνειδωλοποιούμενα μέτρα] *Ad rerum imagines adumbrantes verſus.* Sic interpres de Petra. Atqui quid *Platoni, Demoſtheni*, & *Thucydidi* cum verſibus? per μέτρα potius *menſuram* eorum, & *altitudinem animo conceptam* intelligo; quo ſenſu ſuperius dixerat Ὁμήρου μέτρον *ſect* 31. Vel, ſi hoc non placeat, quidni pro μέτρα legamus μετεωρα? *Elata*, & pluſquam ſublimia; uti vel ex eo ſatis liquet, quod *Calliſthenis* quædam οὐχ ὑψηλὰ, ἀλλὰ μετέωρα vocavit *ſect.* II. LANGBÆNIUS.

Ibid. Ἀνειδωλοποιούμενα μέτρα] Non *verſus*, ut Gabriel accepit, ſed *fines, terminos, menſuram*, ut Pizimentius: neque aliter ſuadeat ratio. Quod autem μέτρα illa ἀνειδωλοποιούμενα vocat, ſic explicandum puto, ἅτινα δι' εὐγενοῦς φαντασίας ἐν τῇ ψυχῇ ἀναπλάττομεν, καὶ οἱονεὶ ἐντυποῦμεν, *terminos illos, quos nobili quadam & grandi viſione in animis noſtris imprimimus, ubi admirabilis alicujus exemplaris amore correpti ſumus.* Vir doctus pro μέτρα ſuſpicatus eſt legendum μετέωρα: ſed meminiſſe debuerat τὰ μετέωρα a Rhetore noſtro vituperari. FABER.

6. Μέγα ἀγώνισμα] Locum Thucydidis, quem nemo non in Græcia imitatus eſt, reſpexit Longinus. FABER.

7. Καὶ θεάτρον.] καθάπερ ἐν θεάτρῳ, Dionyſius

ἀγώνισμα, τοιοῦτον ὑποτίθεσθαι τὸ τῶν ἰδίων λόγων δικαστήριον, [7] καὶ θέα-
τρον, καὶ ἐν τηλικούτοις ἥρωσι, κριταῖς τε, καὶ μάρτυσιν ὑπέχειν τῶν
5 γραφομένων εὐθύνας, [8] καὶ μὴ πλαῖσαι. Πλέον δὲ τούτων παρορμητικόν, εἰ
προστιθείης, [9] πῶς ἂν ἐμοῦ ταῦτα γράψαντος ὁ μετ' ἐμὲ πᾶς ἀκούσειεν
6 αἰών. [10] Εἰ δέ τις αὐτόθεν φοβοῖτο, [11] μὴ τοῦ ἰδίου βίου καὶ χρόνου φθέγξαιτό
τι ὑπερήμερον, ἀνάγκη καὶ τὰ [12] συλλαμβανόμενα ὑπὸ τῆς τούτου ψυχῆς
[13] ἀτελῆ καὶ τυφλὰ, ὥσπερ ἀμβλοῦσθαι πρὸς τὸν τῆς ὑστεροφημίας ὅλης μὴ
τελεσφορούμενα χρόνον.

nysius Hal. de hac ipsa re. Sed hic τὸ θεάτρον forum significat: quia in theatris Græcorum judicia exercebantur, non secus ac in foro apud Romanos. Cicero in Bruto cap. II: *Cum forum P. R. quod fuisset quasi* theatrum *illius ingenii, voce erudita &c. spoliatum videret* TOLLIUS.

8. Ὑπέχειν εὐθύνας, καὶ μὴ παῖξαι.] *Judicium subire, & non ludere.* Conjicio legendum potius, καὶ μὴ πλαῖσαι, *& non causa cadere.* LANGBÆNIUS.

Ibid. Παῖξαι] Conjiciebat Langbænius legendum μὴ πλαῖσαι. Nihil muto; innuit enim nihil ineptum, nihil puerile scriptum iri, οὐδὲν μειρακιῶδες, παιδαριῶδες. FABER.

Ibid. Καὶ μὴ παῖξαι] libri omnes πεπαῖχθαι· at verior mihi semper visa Langbænii conjectura legentis, μὴ πλαῖσαι. Id enim proprium in re Comica verbum, ubi πλαίειν dicebantur, quorum fabulæ non placebant, sed exigebantur. Manet igitur noster in ea, quam a theatris desumserat, translatione. TOLLIUS.

9. Πῶς ἂν ἐμοῦ] ad exemplum Demosthenis, ὃς διδοὺς αὑτὸν ὑπεύθυνον τῷ πάντα βασανίζοντι φθόνῳ, καὶ χρόνῳ, μηδὲν εἰκῇ μήτε πρᾶγμα παρέλαβε, μήτε ὄνομα. Dionysius Halic. pag. XXX. Lucianus de Hist. conscribenda: Τὸ δὲ ὅλον ἐκείνου μοι μέμνησο· πολλάκις τὸ αὐτὸ ἐρῶ· καὶ μὴ πρὸς τὸ παρὸν μόνον ὁρῶν γράφε, ὡς οἱ νῦν ἐπαινέσωνταί σε, καὶ τιμήσωσιν, ἀλλὰ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος ἐστοχασμένος, πρὸς τοὺς ἔπειτα μᾶλλον σύγγραφε, καὶ παρ' ἐκείνων ἀπαίτει τὸν μισθὸν τῆς γραφῆς. Idem de Herodoto: Κτήματα γάρ φησι, μᾶλλον ἐς ἀεὶ συγγρά-

ΤΜΗ͂ΜΑ ιε'.

Περὶ Φαντασίας.

1 Ὄγκου, καὶ μεγαληγορίας, καὶ [2] ἀγῶνος ἐπὶ τούτοις, ὦ νεανία, καὶ [3] αἱ
2 φαντασίαι παρασκευαστικώταται· [4] εἰδωλοποιΐας αὐτὰς ἔνιοι λέγουσι. [5] Κα-
λεῖται μὲν γὰρ κοινῶς φαντασία πᾶν ἐννόημα λόγου γεννητικὸν ὁπωσοῦν παρι-
στάμενον·

Ὄγκου,] ὄγκος apud auctorem hunc, tragicum quendam orationis fastum & tumorem designat. Qua voce appellabant olim nescio *quid supra larvam personæ tragicæ, ad figuram literæ Λ, in altum sublatum.* Ὄγκος ἐστὶ τὸ ὑπὲρ τὸ πρόσωπον ἀνέχον εἰς ὕψος, λαβδοειδεῖ τῷ σχήματι. LANGBÆNIUS.

Ibid. Ὄγκου, καὶ μεγαλ.] egregium hujusce præcepti exemplum exstat apud Justinum l. XXIX, cap. III: ubi Philippus, *Videre se,* ait, *consurgentem in Italia nubem illam trucis & cruenti belli: videre tonantem ac fulminantem ab occasu procellam,* & quæ sequuntur. TOLLIUS.

2. Ἀγῶνος] Cic. lib. I Epist. ad Atticum Ἀγῶνα interpretatur *contentionem*, seu *contentionis studium.* PETRA.

Ibid. Ἀγῶνος] occurrit hic iterum vox hæc eadem, qua supra, significatione. Quod autem noster dixit, ἀγῶνος αἱ φαντασίαι παρασκευαστικώταται, hoc Fabius l VI, c. II, extulit: *Et affectus non aliter, quam si rebus ipsis intersimus, sequentur.* TOLLIUS.

3. Αἱ φαντασίαι] Καὶ αἱ φαντασίαι, *quas Græci* phantasias *vocant, nos sane visiones appellamus, per quas imagines rerum absentium ita repræsentantur animo, ut eas cernere oculis, ac præsentes habere videamur.* Quintil. lib. 6,

tam præſtantium, clarorumque cum judicum, tum teſtium, corona, ſeu conſeſſu, de ſcriptis ſuis velut cauſſam dicere, ſuffragiaque auferre cunctorum, certamen revera & arduum eſt, & palmæ præ ceteris nobilis ac decoræ. At hoc tamen omnium multo acerrimum incitamentum eſt, 5
& graviſſimum, ſi & illud animo recurſarit, quid de his, illiſve ſcriptis noſtris univerſa ſit exiſtimatura poſteritas. Nam ſi quis ita ſibi protinus 6
diffidat, ut iiſdem ſcriptorum ſuorum fata regionibus terminet, quibus vitæ noſtræ ſpatium circumſcriptum eſt, fieri nequit, quin ea, quæ tali mente conceperit, ad inſtar imperfecti cæcique fœtus aboriantur, priuſquam legitima perennaturæ ad poſteros famæ partus tempora attingere potuerint.

γράφειν, ἥπερ ἐς τὸ παρὸν ἀγώνισμα. Ad eundem fere modum Cicero ad C. Cæſarem pro Marcello, quod ad ipſam vitam: *Servi igitur iis etiam judicibus, qui multis poſt ſeculis de te judicabunt: & quidem haud ſcio, an non incorruptius, quam nos; nam & ſine amore, & ſine cupiditate, & rurſus ſine odio, & ſine invidia judicabunt.* Tollius.

10. Εἰ δέ τις αὐτόθεν] Fabius lib. x, c. 1: *Quotus enim quiſque inveniri tam demens poteſt, qui ne minima quidem alicujus certæ fiducia partis memoriam poſteritatis ſperaverit?* Æſchylus vero ſcripta ſua ſe tempori conſecrare dicebat apud Athenæum l. viii, p. 347. Tollius.

11. Τοῦ ἰδίου βίου ὑπερήμερον.] *Quod vitæ ſuæ tempus excedat.* Ὑπερήμεροι, vox forenſis, eos proprie denotat, *qui in judicio damnati mulctas impoſitas ad diem conſtitutum non perſolverent. Et res ipſa*, ὑπερημερία. Apud *Suidam* autem, ἐξ ὑπερημερίας ἐληλυθέναι, eſt *poſt feſtum* venire, κατόπιν τῆς ἑορτῆς. Langbænius.

12. Συλλαμβανόμενα] Ab eadem metaphora profectum, qua ſuperius dixerat Longinus animos noſtros ἐγκύμονας eſſe. Faber.

13. Ἀτελῆ καὶ τυφλὰ] Ut pleraque animantia, catuli, feles, &c. Faber.

Sectio XV.

De Viſionibus.

PRæter ea, quæ recenſuimus, *Viſiones* quoque ſunt, Juvenis elegan- 1
tiſſime, (ſive *Imaginationes*, ut nonnulli malunt,) ad conferendam orationi cum granditatem, tum vero & ſplendorem, atque perturbationem, longe omnium appoſitiſſimæ. Definitur vulgo Viſio *qui-* 2
vis conceptus mentis orationem generans, undecunque ille excitetur: peculiariter

lib. 6, cap. 2. Cic. in Lucullo *viſum impreſſum. Efficiuntque*, ait, *quam* τύπωσιν ἐν ψυχῇ *definiunt.* Petra.

Ibid. Αἱ φαντασίαι] videſis ea de voce, ceteriſque inde derivatis, fuſiſſime diſputantem H. Stephanum in not. ad Sexti Emp. Pyrrhon. Hypothes. p. 510. Tollius.

4. Εἰδωλοποιΐας] MS. Codices quatuor duabus particulis auctiores ita legunt; Οὕτω γοῦν εἰδωλοποιΐας αὐτὰς ἔνιοι λέγουσι. Sed nil mutandum. Tollius.

5. Καλεῖται] φαντασίας nomen quomodo apud Rhetores accipiendum. Robortellus.

Ibid. Ἐννόημα λόγου γεννητικὸν] *Verbaque præviſam rem non invita ſequentur.* Horat. in Arte Cic. *ex inventione rerum, & cognitione efflореſcat, & redundet oportet oratio*, &c. Petra.

Ibid. Φαντασία, πᾶν ἐννόημα λόγου γεννητικόν.] Extat, apud *Plutarchum de placitis phil. lib. 4, cap. 12, Chryſippi* locus illuſtris, in quo inter φαντασίαν, φανταστὸν, φανταστικὸν, & φάντασμα ſatis ſubtiliter diſtinguit. Cui *phantaſia* eſt πάθος ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενον, ἐνδεικνύμενον ἑαυτῇ καὶ τὸ πεποιηκός: *affectio in anima oborta, eique repræſentans ipſum illud, a*

ςάμενον· ἰδίως δ' ἐπὶ τούτων κεκράτηκε τοὔνομα, [6] ὅταν ἃ λέγῃς, ὑπ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ πάθους [7] βλέπειν δοκῇς, καὶ ὑπ' ὄψιν τιθῇς τοῖς ἀκούουσιν.
3 [8] Ὡς δ' ἕτερόν τι ἡ ῥητορικὴ φαντασία βούλεται, καὶ ἕτερον ἡ παρὰ ποιηταῖς, οὐκ ἂν λάθοι σε· οὐδ' ὅτι τῆς μὲν ἐν ποιήσει τέλος ἐστὶν [9] ἔκπληξις, τῆς δ' ἐν λόγοις [10] ἐνάργεια· ἀμφότεραι δ' ὅμως τοῦτ' ἐπιζητοῦσι [11] τὸ συγκεκινημένον.

4 [12] Ὦ μῆτερ, ἱκετεύω σε· μὴ 'πίσειέ μοι
[13] Τὰς αἱματωποὺς, καὶ [14] δρακοντώδεις κόρας.
[15] Αὗται γὰρ, αὗται πλησίον θρώσκουσί μου.
καὶ, [16] Οἴμοι, κτανεῖ με· ποῖ φύγω;

[17] Ἐνταῦθ'

quo factum est. [*Ex 12 libro de Anima, ut constat ex Laërt. l. 7, in Zenone.*] Illud nempe quod in scholis appellamus *speciem intelligibilem. Phantasma* autem *est*, ἐφ' ὃ ἑλκόμεθα κατὰ τὸν φανταστικὸν διάκενον ἑλκυσμόν· *in quod ferimur per phantasticum & inanem tractum.* Nempe ægri somnia, qualia videre est *in iis, qui atra bile laborant, vel qui furore perciti sunt.* Mox ipsissimum hunc *Euripidis* locum adducit, & sententiam de eo profert tanquam auctori nostro plane ὁμόψηφος. LANGBÆNIUS.

Ibid. Λόγου γεννητικὸν] Sextus Empir. l. VII adv. Mathem. p. 152: Ὅ γε μὴν λόγος, φησὶν, ἀπὸ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων ἡμῖν πραγμάτων συνίσταται· τουτέστι τῶν αἰσθητῶν. TOLLIUS.

6. Ὅταν ἃ λέγῃς] Fabius lib. VII, cap. III: *Est igitur unum genus, quo tota rerum imago quodammodo verbis depingitur:*

Constitit in digitos extemplo arrectus uterque.

& cetera, quæ nobis illam pugilum congredientium faciem ita ostendunt, ut non clarior futura fuerit spectantibus. Plurimum in hoc genere, sicut in ceteris, eminet Cicero. An quisquam tam procul a concipiendis rerum imaginibus abest, ut, cum illa in Verrem legit: Stetit soleatus Prætor P. R. cum pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus in litore: *non solum ipsum os intueri videatur, & locum, & habitum; sed quædam etiam ex iis, quæ dicta non sunt, sibi ipse adstruat? Ego certe mihi cernere videor & vultum, & oculos, & deformes utriusque blanditias, & eorum, qui aderant, tacitam aversationem, ac timidam verecundiam.* Vide & cap. II l. IV, ubi & alia exempla adfert, quæ respici poterunt. TOLLIUS.

7. Βλέπειν δοκῇς] præter ea, quæ apud Fabium exstant, exempla, hoc etiam Virgilianum præclarum est de Sinone l. II Æn. *Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit.* Quem versum numquam lego, quin cum ipso mihi Sinone circumstantium Trojanorum multitudinem cernere videar, oculisque perlustrare. Nilus in Narrationibus pag. 95: Ὃ γὰρ ὁ νοῦς ἔχει τῇ φαντασίᾳ τετυπωμένον, τοῦτο τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν δοκεῖ ὁ φανταζόμενος, πᾶσι διὰ τὸν τῆς ἱστορίας πόθον τὴν σπουδαζομένην μορφὴν περιτιθείς. TOLLIUS.

8. Ὡς δ' ἕτερον] Phantasiam Poëticam & Oratoriam fine inter se differre tradit. ROBORTELLUS.

9. Ἔκπληξις] Galenus lib. III de usu partium, ubi Pindarum perstringit Centauros ex homine & equa natos fingentem: Ἀλλ', ὦ Πίνδαρε, σοὶ μὲν ᾄδειν τε καὶ μυθολογεῖν ἐπιτρέπομεν, εἰδότες τὴν ποιητικὴν μοῦσαν οὐχ ἥκιστα τῶν ἄλλων τῶν οἰκείων κόσμων, καὶ τοῦ θαύματος δεομένην· ἐκπλῆξαι γὰρ οἶμαι, καὶ κηλῆσαι τοὺς ἀκροατὰς, οὐ διδάξαι βούλεται. Vid. & Strabonem lib. I: ubi dispositionis historicæ finem ait esse expressionem, & efficaciam: Fabulæ vero poëticæ delectationem, & stuporem. Habet quoque nonnulla Cresoll. p. 97, & 100. TOLLIUS.

10. Ἐνάργεια] Noster infra hoc cap. n. 16: Τῆς δὲ Ῥητορικῆς φαντασίας κάλλιστον ἀεὶ τὸ ἔμπρακτον, καὶ ἐνάληθες. Quintilianus l. VI, c. II: *Insequetur* ἐνάργεια, *quæ a Cicerone* Illustratio, *&* Evidentia *nominatur; quæ non tam dicere videtur, quam ostendere: & affectus, non aliter quam si rebus ipsis intersimus, sequentur.* Dionysius Halicarnass. in Lysia: Ἔχει δὲ καὶ τὴν ἐνάργειαν πολλὴν ἡ Λυσίου λέξις· αὕτη δέ ἐστι δύναμίς τις ὑπὸ τὰς αἰσθήσεις ἄγουσα τὰ λεγόμενα· γίνεται δὲ ἐκ τῆς τῶν παρακολουθούντων λήψεως, &c. Quæ mirifice men-

tem

liariter autem in illis nomen obtinuit, quum quis earum, quas dicit, rerum imagines adeo efficaciter cogitatione depingit sua, ut affectuum vehementia, velut instinctu quodam numinis, extra se raptus cernere eas oculis, ipsisque ostendere auditoribus videatur. Neque vero latere 3
tibi arbitror, aliud Oratoriam intendere, aliud Poëticam Visionem: uti nec illud, *Poëticæ id esse propositum, ut eorum, qui audiunt, animos terrore percellat: Oratoriæ vero, ut, quidquid dicitur, non tam dici videatur, quam sub adspectum ipsum subjici.* Hanc *Evidentiam*, sive *Illustrationem*: illam *Consternationem* recte appellaveris. Utramque vero in hoc uno conspirare, quod audientium animos egregie commoveant, atque perturbent. Exemplo sit hoc Euripidium: 4

O mater: obsecro te, ne incutias mihi
Has sanguinoculas, anguicomasque virgines.
Ipsæ, ipsæ etenim jam proxime mî accursitant.

Et postpaullo:

Jam, jam me interimet. Hei mihi! quo fugio miser!

Hic

tem Longini illustrant, ostenduntque, quare caput hoc de phantasia illi περὶ τῶν ἄκρων λημμάτων sectioni subjecerit, quæ & ipse παρακολουθοῦντα vocat, ut jam indicavimus. Vide illic plura de Lysia, cujus evidentiam tantam esse dicit, ut nemo tam mente lævus, aut ingenio tardus futurus sit, ὃς οὐχ ὑπολήψεται τὰ δηλούμενα ὡς γινόμενα ὁρᾶν, καὶ ὥσπερ παροῦσιν, οἷς ἂν ὁ ῥήτωρ εἰσάγῃ, προσώποις ὁμιλεῖν. Tollius.

11. Τὸ συγκεκινημένον] huic opponitur τὸ ἄψυχον καὶ ἀκίνητον. Tollius.

12. Ὦ μῆτερ] exempla poëticæ φαντασίας. Ex Æschylo ἐν Εὐμενίσι talia quædam desumi possunt. Robortellus.

Ibid. Ὦ μῆτερ] ex Euripidis Oreste, Fr. Portus. [p. 49. edit. Canter. ubi male ὦ μᾶτερ Dorice; quum cetera non sint Dorica.]

Ibid. Ὦ μῆτερ] τῆς φαντασίας εἴδη. Petra.

Ibid. Ὦ μῆτερ] Virgilius l. IV Æn. 470:

Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes,
Armatam facibus matrem, & serpentibus atris,
Cum fugit, ultricesque sedent in limine diræ. Tollius.

13. Τὰς αἱματωπούς] vultus *sanguine & igne micantes* dixit l. VIII Met. Ovidius. Virgilius autem l. II Æn. oculos *suffectos sanguine & igne.* Orestes apud Æschylum in Choëphoris, de Furiis: Ἄναξ Ἄπολλον, αἵδε πληθύουσι δή, Κἀξ ὀμμάτων στάζουσιν αἷμα δυσφιλές. Tollius.

14. Δρακοντώδεις κόρας.] *Serpentibus horridas puellas.* Furias intelligit, quas *Erinnyas*, *Hesiodus*; *Eumenidas*, & Σεμνὰς Θεὰς, *venerandas deas*, per euphemismum vocabant *Athenienses*; uti & pestem νόσον ἱερὰν, *morbum sacrum*; [*Apollonii schol. l. 1.*] & sinistram ἀριστερὰν, & εὐώνυμον. q. *potiorem*, & boni ominis manum. Quod autem *furias* δρακοντώδεις vocat *Euripides*, ab *Æschylo* mutuatus est, *qui primus finxit earum crines serpentibus implicitos. Pausan. in Att.* Langbænius.

15. Αὗται γὰρ] De Alcmæone Cicero Academicarum Quæst. lib. II, cap. XXVIII: *Incede, Incede, adsunt, me me expetunt.* Quid cum Virginis fidem implorat?

Fer mi auxilium, pestem abige a me,
Flammiferam hanc vim, quæ me excruciat:
Cæruleæ incinctæ igni incedunt:
Circumstant cum ardentibus tædis.

[ubi lego,

Cærulea incinctæ angui incedunt.

Sic de Alecto Virgilius lib. VII:

Huic Dea cæruleis unum de crinibus anguem Conjicit.]

Et Seneca in Herc. furente, *Cinxere tenebræ: Phœbus obscuro meat sine nube vultu. Quis diem retro fugat? &c.* Petra.

16. Καὶ, Οἴμοι] Ex Iphigen. Taurica, p. 408. edit. Canteri, ubi κτενεῖ με priore futuro, pro κτανεῖ με legitur. Tollius.

17. Ἐνταῦθ᾽ ὁ ποιητὴς] Eleganter igitur ille, quisquis fuit, qui τὰς ποιητικὰς φαντασίας διὰ τὴν ἐνάργειαν ἐγρηγορότων ἐνύπνια εἶναι dixit,

5 [17] Ἐνταῦθ' ὁ ποιητὴς αὐτὸς οὐκ εἶδεν Ἐριννύας· [18] ὃ δὲ ἐφαντάσθη, μικροῦ
6 δεῖν θεάσασθαι καὶ τοὺς ἀκούοντας ἠνάγκασεν. [19] Ἔστι μὲν οὖν [20] Φιλοπονώτα-
τος ὁ Εὐριπίδης δύο ταυτὶ πάθη, μανίας τε, καὶ ἔρωτας ἐκτραγῳδῆσαι,
κἀν τούτοις, ὡς οὐκ οἶδ' [21] εἴ τις ἕτερος, ἐπιτυχέστατος· οὐ μὴν ἀλλὰ
7 καὶ ταῖς ἄλλαις [22] ἐπιτίθεσθαι φαντασίαις οὐκ ἄτολμος. Ἥκιστά γέ τι
μεγαλοφυὴς ὤν, ὅμως τὴν αὐτὸς αὑτοῦ φύσιν ἐν πολλοῖς γενέσθαι τραγι-
κὴν προσηνάγκασε, καὶ παρ' ἕκαστα ἐπὶ τῶν μεγεθῶν, [23] ὡς ὁ ποιητὴς,

> [24] Οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχίον ἀμφοτέρωθεν
> Μαστίεται, ἓε δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι.

8 Τῷ γοῦν Φαέθοντι παραδιδοὺς τὰς ἡνίας ὁ Ἥλιος,

> [25] Ἔλα δὲ, μήτε Λιβυκὸν αἰθέρ' εἰσβαλών·
> Κρᾶσιν γὰρ ὑγρὰν οὐκ ἔχων [26] ἁψῖδα σὴν
> Κάτω διήσει,

Φησίν. Εἶθ' ἑξῆς,

> [27] Ἵει δ' ἐφ' ἑπτὰ [28] Πλειάδων ἔχων δρόμον.
> Τοσαῦτ' ἀκούσας [29] εἶτ' ἔμαρψεν ἡνίας·
> Κρούσας δὲ πλευρὰν [30] πτεροφόρων ὀχημάτων,

Μεθῆ-

xit, apud Plutarchum in Erotico; quod ipſe dictum ad eos, qui amant, non invenuſte tranſtulit: de quo nos aliqua ad Auſonii extremam Epiſt. XXIV. TOLLIUS.

18. Ὃ δὲ ἐφαντάσθη, μικροῦ δεῖν, &c.] Ὑποτακτικὸν potius ὃ recipiendum puto: ut ſit, *Quod autem ab eo imaginatum eſt, pene auditores ipſos videre coëgit.* LANGBÆNIUS.

Ibid. Ὃ δὲ ἐφαντάσθη,] Verum id, quod dixit Langbænius, & ipſe diu eſt cum videram, ſcribendum eſſe, ὃ δὲ ἐφαντάσθη. FABER

19. Ἔστι μὲν οὖν] Euripidis laus, quod amoris & inſaniæ perturbationes apte exprimat. ROBORTELLUS.

20. Φιλοπονώτατος ὁ Εὐριπίδης] Nihil verius; Euripides enim totus ἀπὸ τῆς συνθέσεως pendet; quod ſatis oſtendit, ipſum minus aptum τῷ ὕψει fuiſſe, quippe qui μεγαλοφυὴς non eſſet; quod & ſtylus ipſe indicat, σύνθεσιν habens γλαφυρὰν καὶ ἀνθηρὰν, ut recte judicavit Halicarnaſſeus; nec mirum, qui in Socratis palæſtra tamdiu fuerit. FABER.

Ibid. Φιλοπονώτατος] vox φιλόπονος in arte ſcribendi curam ſignificat, & ſtudium, quod in expolitione ſcriptorum adhibetur. Sic Dionyſius Halicarn. de Platone dicit περὶ συνθέσ. Ὁ δὲ Πλάτων τοὺς ἑαυτοῦ διαλόγους κτενίζων καὶ βοστρυχίζων, καὶ πάντα τρόπον ἀναπλέκων οὐ διέλιπεν ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη. Πᾶσι γὰρ δήπου τοῖς φιλολόγοις γνώριμα τὰ περὶ τῆς φιλοπονίας τοῦ ἀνδρὸς ἱστορούμενα, &c. TOLLIUS.

21. Εἴ τισιν ἑτέροις] corrigit Stanlejus in notis ad Æſchylum, εἴ τις ἕτερος: ipſa jubente ratione. Sic noſter ſect. 31: Τὸν δὲ ἐπιτάφιον ἐπιδεικτικῶς, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος, διέθετο· εἴ τις ἄλλος, & εἴ τις ἕτερος, æquipollentia ſunt. Hoc ipſo capite paullo inferius: ἣν οὐκ οἶδ' εἴ τις ὄψιν ἐναργέστερον εἰδωλοποίησε Σιμωνίδου. Philo περὶ φιλανθρωπίας: ἧς ἐρασθεὶς ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἕτερος ὁ πατὴρ τῶν νόμων. Quod autem de Euripide Longinus dubitanter dixit, id ipſum Quintilianus abſque hæſitatione aſſeveravit, l. x, c. 1: *In affectibus vero cum omnibus mirus, tum in iis, qui miſeratione conſtant, facile præcipuus.* TOLLIUS.

22. Ἐπιτίθεσθαι] idem hic, quod ἐπιβάλλειν· unde ἀδρεπήβολος. Sic mox, Αἰσχύλου φαντασίαις ἐπιτολμῶντος ἡρωϊκωτάταις. TOLLIUS.

23. Ὡς ὁ ποιητής] Ἰλιάδ. υ', 170. FR. PORTUS. Ita ferme quoque Heſiodus in Aſpide, verſ. 430:

> Γλαυκιόων δ' ὄσσοις δεινὸν, πλευράς τε καὶ ὤμους
> Οὐρῇ μαστιόων, ποσσὶ γλάφει.

TOLLIUS.

24. Οὐρῇ] στίχοι κατὰ κόλλησιν accommodati, quos ex Il. ύ. ad Cæſarem tranſtulit Lucanus lib. 1: *Inde moras ſolvit belli* &c. PETRA.

25. Ἔλα

Hic enim Poëta non ipſas revera videbat furias: veruntamen quam ea- 5
rum conceperat imaginem, eam non tam in auribus, quam in oculis defixit auditorum. Videturque mihi Euripides, ut in aliis omnibus conci- 6
piendis viſis non inaudax, ita in duabus hiſce animi perturbationibus, furore nempe, & amore, tragice exprimendis inprimis ſtudioſus, &, ſiquis alius, ita me di ament, inſigniter felix: quumque natura minime 7
ad grandiloquentiam factus ſit, multis tamen in locis naturæ ſuæ vim facere, eamque, quotieſcunque argumentum Sublimitatem poſtulat, ad cothurni Tragici altitudinem adigendo, quod non eſt, eſſe cogere: ſic ut de eo non inepte illud Poëtæ uſurpaveris:

Et latera, & lumbos violento verbere caudæ
Concutit, atque animos ad pugnam ſumit ab ira.

Hinc nata illa Phœbi, ubi Phaëthonti habenas tradit: 8

Neque vero equos ages per æthera Libycum:
Namque hic temperie deſtitutus humida
Pondus ruentis axis in præceps dabit.

Et mox:

Sed ad ſorores tende recta Pliadas.
Imbutus hiſce lora Phaëthon corripit:
Lentoque alipedum latera cædens verbere,

Laxanſ-

25. Ἔλα δέ, &c.] Locus hic *Euripidis* haud dubie ex ejus *Phaëtonte* deſumtus eſt. Fabulam enim iſtius nominis ſcripſiſſe conſtat ex *Euſtathio, qui verſus quoſdam ex eo citat ad Iliad. ν΄. Laertio lib. 2, in Anaxag.* & *Macrobio Sat. l. 1, c. 17.* LANGBÆNIUS.

26 Ἀψῖδας ἦν] lege omnino, ἀψῖδα ΣΗ´Ν. [*currum tuum*] miror tantum in Longino mendum uſque adhuc hæſiſſe. Sed quæ ratio iſthæc, [*κάτω δίεισι?*] Videlicet tota difficultas in δίεισι ſita eſt, quod, ut omnia verba, quæ ab εἶμι (id eſt πορεύομαι) profluunt, de futuro dicitur. Hoc, quod dixi modo, poteſt videri eſſe aliquid, Lector: ſed tibi fucum facere nolo; quod multi & fecere olim, & nunc faciunt. Legendum enim διήσει. Nam τὸ δίειμι activæ ſignificationis non eſt; δίημι autem tale eſt. Itaque ut hunc locum explicem, διήσει τὴν σὴν ἀψῖδα, ad verbum erit, *tranſmittet currum tuum, locum cadenti currui dabit; non poterit ſuſtinere currum:* quia videlicet κρᾶσιν ὑγρὰν οὐκ ἔχει; Quaſi nempe craſſius aëris temperamentum facere poſſit, ne currus tam facile in terras ruat. FABER.

27. Ἴει δ᾽ ἐφ᾽ ἑπτὰ Πλειάδων.] Signanter dixit *Septem Pleiadas.* Nam *Septem dici, ſex tamen eſſe ſolent.* [*Ovid. faſt. l. 4.*] Septimam ſunt qui ſæpius naſci & denaſci exiſtimant; alii ab aſpectu ſolum noſtro ſubduci; alii non omnino dari. Atque hac in claſſe *Homerum* reponit *Athenæus lib. 11, cap. 12;* ut qui ſex tantum *Pleiades* in poculo *Neſtoris* formaverit. Accedunt Mathematici. Sic *Theon Vergilias in Arati phœnom.* non obſtante *Arati* auctoritate ſeptem aſſerentis, ſex ſolas conſpici poſſe aſſerit: Πλὴν εἰ καὶ ἑπτὰ ταύτας φησὶν εἶναι, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ ἓξ εἰσι μόναι φαινόμεναι. *Proclus Sphæræ cap. ult.* οἱ μὲν ἐπὶ τοῦ ταύρου, ἐπὶ τοῦ νώτου αὐτοῦ κείμενοι ἀστέρες, τὸν ἀριθμὸν ἕξ, καλοῦνται Πλειάδες. *Stellæ, quæ in dorſo Tauri ſunt, numero ſex, vocantur Pleiades.* LANGBÆNIUS.

28. Πλειάδων] Ἑπτάπορος Πλειὰς dicitur in Oreſte, quod Pleias ſeptem ſtellis conſtet. PETRA.

Ibid. Πλειάδων] Falli videtur. Sed ea tempeſtate ſitus terrarum, & cui aſtro quæque regio, ſubjecta foret, paucis exceptis, haud ſane notum erat. Nam quod de Lybia dicit, &c. Sed tempus abit. FABER.

29 Εἶτ᾽ ἔμαρψεν] τὰς ἡνίας συλλαμβάνοντος προθυμίαν, ſeu ſtudium, expreſſit his verbis Ovid. Metamorph. 2: *Ille levem juvenili corpore currum* &c. loci conferendi. PETRA.

30. Πτεροφόρων ὀχημάτων.] *Volucrium equorum,* (non curruum) ita enim dictum eſt, ut in illo,

Neque

Μεθῆκεν· αἱ δ' ἔπταντ' ἐς αἰθέρος πτυχάς.
Πατὴρ δ' ὄπισθε νῶτα [31] Σειρίου βεβὼς
Ἵππευε παῖδα νουθετῶν, Ἐκεῖσ' ἔλα.
[32] Τῇ ῥα στρέφ' ἅρμα, τῇ δε.

9 [33] Ἆρ' οὐκ ἂν εἴποις, [34] ὅτι ἡ ψυχὴ τοῦ γράφοντος συνεπιβαίνει τοῦ ἅρματος, καὶ συγκινδυνεύουσα τοῖς ἵπποις [35] συνεπτέρωται; οὐ γὰρ ἄν, εἰ μὴ τοῖς οὐρα-
10 νίοις ἐκείνοις ἔργοις ἰσοδρομοῦσα ἐφέρετο, τοιαῦτ' ἄν ποτε ἐφαντάσθη. Ὅμοια καὶ τὰ ἐπὶ τῆς [36] Κασσάνδρας αὐτῷ,

[37] Ἀλλ' ὦ φίλιπποι Τρῶες.

11 [38] Τοῦ δ' Αἰσχύλου φαντασίαις ἐπιτολμῶντος ἡρωϊκωτάταις, (ὥσπερ [39] οἱ Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις παρ' αὐτῷ,

Ἄνδρες

Neque audit currus habenas.

Sic clarissimus *Rutgersius Var. lect. l.* 1, *c.* 10; qui & αἰθέρος πτυχὰς, *ætheris convexa*, (non juga) significare ex *Hesychio* annotavit. Et illustri mendo auctorem nostrum liberavit, pro Σειρέιου βεβὼς, reponens σειραίου βεβώς. *Terga funalis* equi premens. Monet enim quadrigas olim duplici temone fuisse, eoque perpetuo, & qui omnibus equis injiceretur: [*Ex Isidoro lib.* 18, *cap.* 23.] & hos *funales* appellatos; ut, quibus jugum injectum, *jugales*. Funales *Græci* σειραίους vocant, [*Poll. lib.* 1, *cap.* 10, §. 9.] δεξιὸν τ' ἀνεὶς, [*Soph. Electra*]

Σειραῖον ἵππον εἶργε τὸν προσκείμενον.
Dextero funario laxans habenas attrahebat intumum.

Scholiastes exponit τὸν ἔξω τοῦ ζυγοῦ, τὸν δεξιὸν, προσκείμενον δὲ τῷ καμπτῆρι ἀριστερόν. *Rutgersius* interpretis nostri versionem, (*Pater autem pone dorso Sirii conscenso equitabat*,) adunco nimis naso suspendit; *Quid eum*, inquit, *commeritum fuisse putas, qui illas tripodi assuetas præsidis Musarum nates tam ferventi sideri, velut eculeo, imposuerit? nisi eas Phœbus illo medicamine, quo Phaëtontis caput contigit, flammæ patientes fecerit.* Quod Soli hic *Euripides* equas tribuat, nemo suspectum habeat; licet enim *Ovidius Metam.* & alii in quadrigis ejus solos mares conjungat; [*Hygin. fab.* 183,] *Eumelus* tamen *Corinthius* etiam *Bronten* & *Steropen* equas admittit. Quadrigas dixi, quod poëtæ, ut Lunæ bigas, Plutoni trigas, Jovi sejugas, sic Soli quadrigas tribuunt. LANGBÆNIUS.

Ibid. Ὀχημάτων] Currus ipsos pro equis posuit; nil novi fecit. FABER.

Ibid. Ὀχημάτων] ita ferme apud Virgil. *eques* pro equo l. III Georg. ad quem locum Servius: Equitem; *equum. pro equo rectorem posuit.* Sic & apud Ennium citante Philargyrio: *Denique vi magna quadrupes eques, atque elephanti, Projiciunt sese.* Propius tamen Virgilius l. V Æn. dixit:

Non tam præcipites bijugo cercamine campum
Conripuere, ruuntque effusi carcere currus. TOLLIUS.

31. Σειρέιου βεβὼς] Primum lege Σειρίου: dein cetera videbimus. Rutgersius hunc locum tentavit. Sed cum Viri Clarissimi librum nec habeam, nec legerim unquam, eo res commissa est, ut Langbænii fide utendum mihi sit. Is autem sic scribit: *Clarissimus Rutgersius illustri mendo auctorem nostrum liberavit, pro* Σειρέιου βεβὼς, *reponens* σειραίου βεβὼς, [*Terga funalis equi premens*,] Mox addit, *Rutgersius Interpretis nostri versionem*, [Pater autem pone dorso Sirii conscenso equitabat,] *adunco nimis naso suspendit*; Quid eum, *inquit*, commeritum fuisse putas, qui illas tripodi assuetas præsidis Musarum nates tam ferventi sideri, velut eculeo, imposuerit? nisi eas Phœbus illo medicamine, quo Phaëthontis caput contigit, flammæ patientes fecerit.] Sunt isthæc satis bella, sentio: sed isthæc, quantumvis bella & ingeniosa, haud facient tamen, ut me tacere potius, quam loqui malim. Quid enim, si quis, (quod tueri possum,) afferat quatuor equos (nam id sæpe factum scio,) una fronte junctos traxisse currum? quæ autem ab Interprete Sophoclis pag. CXIV edit. Stephanicæ, quæ etiam ab Eustathio pag. DCC edit. Romanæ, scripta fuere, ea nihil contra sententiam meam faciunt. At equus, inquit Vir Clarissimus, ardentior

paulo

Laxanſque habenas, ſpatia conſcendit poli.
Sed pone tergo Sirii inſcenſo pater
Adequitat, & natum inſtruit: heus iſthac age:
Hac verte currum: hac.

Quid? nonne hic ipſum, Terentiane, dixeris animum Poëtæ una cum Phaë- 9
thonte currum illum conſcendere; idemque ſubeundo periculum non minus alatum eſſe, atque ipſi ſunt equi ſolis? Nam niſi eodem atque illi curſus impetu ablatus actis illis cæleſtibus interfuiſſet, numquam profecto iſtiuſmodi viſum cogitatione informaſſet. Non alius generis ſunt 10
& hæc ejuſdem in Caſſandra:

At Trôes ô Mavortii, &c.

Quin etiam, quum Æſchylus audaci animi magnitudine viſiones ſecte- 11
tur perquam magnificas, ac vere Heroïcas, (ut, quum in Tragœdia *Septem ad Thebas*,

Tum

paulo eſt, σείριος ſcilicet; fateor. Sed Sol ipſe frigidusne eſt, & alſioſus? an conglaciatas nates habebat? apage, ſi me amas, conglaciatas. Dein σείριος nil aliud hoc loco fuerit quam equus aliquis e Cœleſtium equorum numero; nam omnes planetæ ſuos habent equos. Σείριος autem eſt plane *aſtricus*. Non temere dico. Σεὶρ enim, ut veteres monent, Sol eſt, σεῖρος, aſtrum eſt; unde & Latinorum *ſidus*, quod, ni fallor, primus omnium moneo. Nam quæ de illius vocis etymo dixerunt & Varro & Iſidorus, & ii, quos appellare nolo, meræ nugæ ſunt. Heſychius: ΤΕΙΡΕΑ, ἄστρα. (E poëtis probare licet.) At τείρεα & σείρεα, plane eadem; unde & σειρίασις, *ſideratio* Latinorum. Idem alibi de hac voce σείριος ſic ſcribit: ὁ δὲ Ἀρχίλοχος τὸν ἥλιον· Ἴβυκος δὲ πάντα τὰ ἄστρα. Igitur ex Archilocho, &c. At ex Ibyco, antiquiſſimo poëta, omnia aſtra σείρια, aut σείριοι vocantur. Verum, dices, nil iſthæc probant; opperire modo, nam jam probabunt, aut certe non abs re eſſe videbuntur. Si equus ille, quo Sol vehebatur, erat equus σειραῖος, *funalis*, ut vult Rutgerſius, quo tandem pacto diceret poëta ὄπισθεν, *a tergo?* an is a tergo eſſe poterat, qui currum trahebat? An ita tunc temporis ferebat conſuetudo, ut equos currus ipſe traheret? ô rem novam! Itaque lege σειρίου, ni tu, Lector, aliud dixeris, quam quod alii dixerunt. Multa, ut vides, paucis; at, ita me Deus, longior fui tamen, quam volui. *Ergo iter inceptum peragam.* FABER.

32. Τῇ ῥ᾽ ἐστ.] ἴσως, τῇδε στρέφ᾽ ἅρμα. FR. PORTUS.

Ibid. Τῇ ῥ᾽ ἐστρεφ᾽ ἅρμα, τῇδε]. Portus optime conjecit legendum, τῇδε στρέφ᾽ ἅρμα, τῇδε. FABER.

Ibid. Τῇ ῥ᾽ ἐστ.] Melius Codices, τῇ μοι στρέφ᾽ ἅρμα, τῇδε. Ita fere Oedipus apud Sophoclem in Oed. Colon.

Τῇδ᾽ ὧδε· τῇδε βᾶτε· τῇδε γάρ μ᾽ ἄγει
Ἑρμῆς ὁ πομπός. TOLLIUS.

33. Ἆρ᾽ οὐκ ἂν εἴποις] Sic de Virgilio Fabius: *Quid? non idem Poëta ultimi fati cepit imaginem, cum diceret:*

---- Et dulces moriens reminiſcitur Argos?
TOLLIUS.

34. Ὅτι ἡ ψυχὴ] Senſus: diceres utique poëtam eodem vectum curru cæleſtes illos tractus, & vaſtitates, tum luſtraſſe, tum horruiſſe, ſimul cum Phaëtonte periclitatum. PETRA.

35. Συνεπτέρωται] vitioſe editio Petræ habet συνεπτέραται. Vide Boeth. l. IV, Metr. I de conſol. Philoſ. TOLLIUS.

36. Κασσάνδρας αὐτῷ] cur non παρ᾽ αὐτῷ? Sed & ſic ſupra alicubi locutus eſt. TOLLIUS.

37. Ἀλλ᾽, ὦ Φίλιπποι Τρῶες....] Sed ubinam exemplum illius φαντασίας, quam demonſtrare volebat Longinus? Videlicet loci alius, in quo ſita erat, principium notare ſatis habuit; qui, quod longior eſſet, ab eo prætermiſſus eſt; itidem plane, ut in admirabili loco Demoſthenis, [ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν,] de quo ſupra egimus. FABER.

38. Τοῦ Αἰσχύλου] Ἡρωϊκωτάταις Αἰσχύλου φαντασίαις. FABER.

Ibid. Τοῦ Αἰσχύλου] cohærent hæc, longo interjecto hyperbato, cum ſequentibus, Ἐνίοτε μέντοι ἀκατεργάστους, &c. Quod mihi quidam ex interpretibus non videntur animadvertiſſe. TOLLIUS.

39. Οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ.] quam Tragœdiam Ἄρεως

Ἄνδρες (φησὶν) ἑπτὰ [40] θούριοι λοχαγέται,
[41] Ταυροσφαγοῦντες εἰς μελάνδετον σάκος,
[42] Καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου,
Ἄρην τ', Ἐνυὼ, καὶ [43] φιλαίματον Φόβον
Ὁρκωμότησαν,

12 [44] τὸν ἴδιον αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους δίχα οἴκτου συνομνύμενοι θάνατον) ἐνίοτε μέντοι [45] ἀκατεργάστους, καὶ οἱονεὶ [46] πωκοειδεῖς τὰς ἐννοίας, καὶ ἀμαλάκτους φέροντος, [47] ὅμως ἑαυτὸν ὁ Εὐριπίδης κἀκείνοις [48] ὑπὸ φιλοτιμίας
13 [49] τοῖς κινδύνοις προσβιβάζει. [49] Καὶ παρὰ μὲν Αἰσχύλῳ παραδόξως [50] τὰ τοῦ Λυκούρ-

Ἄρεως εἶναι dixit Gorgias. Plutarchus τὸ μέγιστον τῶν Αἰσχύλου δραμάτων appellat l. VII Symp. Quæſt. x. Æſchylus ipſe apud Ariſtophanem in Ranis Act. IV ſc. II:

> ---- Δρᾶμα ποιήσας Ἄρεως μεστόν
> Εὐριπ. ποῖον; Αἰ. τοὺς ἑπτ' ἐπὶ Θήβαις.
> Ὃ θεασάμενος πᾶς ἄν τις ἀνὴρ ἠράσθη
> δάϊος εἶναι.

e quo verſu ultimo hanc noſter obſervationem traxiſſe videri poſſit. Tollius.

40. *Θούριοι λοχαγέται.*] *Bellicoſi duces:* ut Θούριος ὄρνις, *bellicus ales*, apud *Æſchylum* in *Sphinge*. [*Ariſtoph. ſchol. in Ranis.*] Λοχαγέτης autem dicitur, qui λόχον ducit. Λόχος autem agmen exercitus milites comprehendens DXII, ut ex *Thucydide lib.* 5 colligitur. *Lacedæmonii* autem quinque λόχους habuere, ut vult *Comici in Lyſiſtratam* Scholiaſtes ineditus. Eorum nomina, ἔδωλος, [*Heſychio* ἐδωλός.] σίνις, ἀρίμας, πλόας, μεσοάγης, & σίνις. *Thucydides* ſeptem agnoſcit, χωρὶς τῶν νικηριστῶν, ait ſcholiaſtes hic; rectius χωρὶς τῶν σκιριτῶν, præter *Sciritas*, qui etiam inter *Laconicos* λόχους recenſentur; [*Thucyd. ſchol. lib.* 5.] de quibus conſule *Diodorum Siculum lib.* 15, qui μοῖραν cum *locho* confundere videtur; ut *Xenophon in Laced. repub.* μόραν· cujuſmodi, ex *Lycurgi* inſtituto, ſex habuerunt. Langb.

41. *Ταυροσφαγοῦντες εἰς μελάνδετον σάκος.*] *Bovem mactantes ſuper nigrante clypeo.* Locum hunc ſubſannat *Comicus* in *Lyſiſtrata*,

> Εἰς ἀσπίδ', ὥσπερ φασ' ἐν Αἰσχύλῳ ποτὲ,
> Μηλοσφαγούσαις.

Super clypeo, quod olim in Æſchylo factum ferunt, oves mactantibus. Nec enim *Biſeti* commentum recipio, qui, neſcio qua auctoritate fretus, *Æſchylum* fabulam quandam ſcripſiſſe æſtimat, titulo Μηλοσφαγοῦσαι. Langbænius.

42. *Καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου Ὁρκωμότησαν*] *Contingentes manibus taurinum ſanguinem, ſancte jurarunt.* Id enim in ſacramentis iſtiuſmodi ſolenne fuit, ut ſanguinem adhiberent; nonnunquam humanum. Sic eum *Catilina apud Saluſt.* conjurationis ſuæ ſociis propinavit. Et apud reges barbaros in more poſitum fuiſſe refert *Tacitus Annal. l.* 12, *quoties in ſocietatem coeant, implicare dextras, polliceſque inter ſe vincire, nodoque perſtringere. Mox, ubi ſanguis in artus extremos ſe effuderit, levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum.* Quod idem tradit *Herodotus lib.* 2, niſi quod pro *pollicibus* ponit *brachia*; uti & *Luciani Toxaris*. Langbænius.

43. *Φιλαίματον φόβον*] *Sanguineum metum.* Hic autem additur, quia Martis comes. Virgilius lib. XII Æn. 331:

> *Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri*
> *Sanguineus Mavors clypeo increpat, atque furentes*
> *Bella movens immittit equos: illi æquore aperto*
> *Ante Notos, Zephyrumque volant: gemit ultima pulſu*
> *Thraca pedum; circumque atræ Formidinis ora,*
> *Iræque, Inſidiæque, Dei comitatus aguntur.*

Referunturque cum hi duo, tum ceteri omnes, ab Homero. Tollius.

44. *Τὸν ἴδιον αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους δίχα οἴκτου συνομνύμενοι θάνατον.*] Septem verſus omiſit Longinus; eorumque ſententiam tantum expreſſit. Verſus, quos in animo habebat, hi ſunt:

> Ὁρκωμότησαν, ἢ πόλει κατασκαφὰς
> Θέντες λαπάξειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ,
> Ἢ γῆν, θανόντες, τήνδε φυράσειν φόνῳ,
> Μνημεῖά θ' αὑτῶν τοῖς τεκοῦσιν ἐς δόμους

Πρὸς

Tum Principes ſeptem viri, bello inclyti,
Taurum ſuper ſcuto jugulantes æreo,
Manibuſque ſacrum contingentes ſanguinem,
Mavortem, Enyo, & ſanguinarium Metum,
Jurant, ſuiſque teſtes precibus advocant:

& in ſuam ipſorum mortem ſe invicem abſque ulla ſui miſeratione ſacramento adigunt) quum Æſchylus, inquam, tam nobiles & elatas ſibi mente viſiones informet, ſed rudibus eas nonnunquam, & impexis, ſi ita loqui liceat, ac nondum ſubactis ſententiis veſtiat, Euripides ambitioſa incitatus æmulatione hæc quoque accedere propius, & attrectare gaudet pericula. Velut, quum Æſchylus Lycurgi regiam inopinata Li- 13
beri

Πρὸς ἅρμ' Ἀδράστου χεροῖν ἔστεφον δάκρυ
Λείβοντες. οἶκτος δ' οὔτις ἦν διὰ στόμα.
Σιδηρόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρείᾳ φλέγων
Ἔπνει, λεόντων ὡς Ἄρην δεδορκότων.
Faber.

45. *Ἀκατεργάστους*] notat idem in eo vitium Fabius l. x, c. 1: *Tragœdias primus in lucem Æſchylus protulit, ſublimis, & gravis, & grandiloquus, ſæpe uſque ad vitium: ſed rudis in pleriſque, & incompoſitus.* Chorus apud Ariſtophanem de utroque, Act. III, ſc. II:

Προσδοκᾶν οὖν εἰκός ἐστι
Τὸν μὲν (Euripidem) *ἀστεῖόν τι λέξειν*
Καὶ κατερρινημένον.
Τὸν δ' (Æſchylum) *ἀνασπῶντ' αὐτοπρέμνοις*
Τοῖς λόγοισιν ἐμπεσόντα
Συσκεδᾶν πολλὰς ἀλινδήθρας ἐπῶν·

Quoniam vero Longinus veluti dedita opera Sophoclem etiam adduxit, non injucundum fore, nec intempeſtivum puto, ſi & Dionis Chryſoſtomi de tribus hiſce Tragicis judicium adſcripſero, poſtquam eos inter ſe compoſuit: *Οὐδεὶς ἂν ἡττήθη τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων· ἥτε γὰρ τοῦ Αἰσχύλου μεγαλοφροσύνη, καὶ τὸ ἀρχαῖον, ἔτι δὲ καὶ τὸ αὔθαδες τῆς διανοίας καὶ φράσεως, πρέποντα ἐφαίνοντο τῇ τραγῳδίᾳ, καὶ τοῖς παλαιοῖς ἤθεσι τῶν ἡρώων· οὐδὲν ἐπιβεβουλευμένον, οὐδὲ στωμύλον, οὐδὲ ταπεινόν. Ἡ δὲ τοῦ Εὐριπίδου σύνεσις, καὶ περὶ πάντα ἐπιμέλεια, ὥστε μήτε ἀπίθανόν τι καὶ παρημελημένον ἐάσαι, μήτε ἁπλῶς τοῖς πράγμασι χρῆσθαι, ἀλλὰ μετὰ πάσης ἐν τῷ εἰπεῖν δυνάμεως, ὥσπερ ἀντίστροφός ἐστι τῇ τοῦ Αἰσχύλου, πολιτικωτάτη, καὶ ῥητορικωτάτη οὖσα, καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσι πλείστην ὠφέλειαν παρασχεῖν δυναμένη.* De Sophocle vero ita cenſet: *Ὅτε Σοφοκλῆς μέσος ἔοικεν ἀμφοῖν εἶναι, οὔτε τὸ αὔθαδες καὶ ἁπλοῦν τὸ τοῦ Αἰσχύλου ἔχων, οὔτε τὸ ἀκριβὲς, καὶ δριμὺ, καὶ πολιτικὸν τοῦ Εὐριπίδου· σεμνὴν δέ τινα καὶ μεγαλοπρεπῆ ποίησιν, τραγικώτατα καὶ εὐεπέστατα ἔχουσαν.* Tollius.

46. *Πωκοειδεῖς* & *ἀμαλάκτους*, & *ἀκατεργάστους.*] Metaphoræ omnes ſumtæ a *rudi & pingui vellere, cujus œſypum tepore aquæ nondum purgatum ſit.* Notum illud Magiſtri veteris, qui, cum ei imperitiſſimus diſcipulus traderetur, ut eum prima artis elementa doceret, dixit, *πόκον οὐ πλύνω*: *Craſſiora & rudiora vellera non ſubigo.* Faber.

47. *Ὅμως ἑαυτὸν*] præclare verſati in hoc genere *φαντασίας* Æſchylus, Euripides, Sophocles, Simonides. Robortellus.

48. *Ὑπὸ φιλοτιμίας*] quam facetiſſime perſtrinxit Ariſtophanes in Ranis. Tollius.

49. *Τοῖς κινδύνοις*] hinc *γόνιμος ποιητὴς* eidem Ariſtophani. *Πῶς γόνιμον;* rogat Bacchum Hercules. *Ὡδὶ γόνιμον*, reſpondet ille, *ὅστις φθέγξεται*

Τοιοῦτό τι παρακεκινδυνευμένον,
Αἰθέρα Διὸς δωμάτιον, ἢ χρόνου πόδα.
Tollius.

50. *Καὶ παρὰ μὲν*] Æſchyli locus cum Euripidis loco comparatus. Petra.

51. *Τὰ τοῦ Λυκούργου βασίλεια κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Διονύσου θεοφορεῖται.*] *Lycurgum* intelligit filium *Dryantis*, regem *Edonorum*, *de quo Hom. Il. ζ'. Hygin. fab. 132. Apollodor. Biblioth. l. 3. Nonn. Dionyſ. l. 20. Ejus*, inquit, *regia, cum primum Bacchus apparuit, ſacro quodam furore percita eſt.* Fuit enim *Lycurgus Bacchi* hoſtis infenſiſſimus, de quo fabulam ſcripſit *Æſchylus*: unde, quod hic ſubjicitur, ab auctore deſumtum eſt. *Euripidis* autem illud, *Πᾶν δὲ ξυνεβάκχευσ' ὄρος*, extat in *Bacchis*, verſ. 725. Langbænius.

Ibid. *Λυκούργου*] Thracem illum intellige, de quo paſſim fabularum ſcriptores. Ceterum *Διονύσου ἐπιφάνεια* non eſt *Bacchi celebritas*, quod nihil hic ſignificet, ſed, (liceat ita loqui) *Bacchi apparitio.* Unde apud Herodotum lib. 1, *θεοφάνεια*, & apud Pindarum

alicubi

τοῦ Λυκούργου βασίλεια [52] κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Διονύσου θεοφορεῖται,

Ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα, βακχεύει στέγη.

Ὁ δ' Εὐριπίδης τὸ αὐτὸ τοῦθ' ἑτέρως [53] ἐφηδύνας ἐξεφώνησε,

Πᾶν δὲ ξυνεβάκχευσ' ὄρος.

14 [54] Ἄκρως δὲ καὶ ὁ Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ θνήσκοντος Οἰδίπου, [55] καὶ ἑαυτὸν [56] μετὰ
διοσημείας τινὸς θάπτοντος πεφάντασται, καὶ κατὰ τὸν ἀπόπλουν τῶν Ἑλλήνων,
15 ἔπειτ' [57] Ἀχιλλέως προφαινομένου τοῖς ἀναγομένοις ὑπὲρ τοῦ τάφου. Ἣν
οὐκ οἶδ' εἴ τις ὄψιν ἐναργέστερον εἰδωλοποίησε Σιμωνίδου· πάντα [58] δ' ἀμή-
16 χανον παρατίθεσθαι. Οὐ μὴν ἀλλὰ τὰ μὲν παρὰ τοῖς ποιηταῖς μυθικωτέραν
ἔχει τὴν ὑπερέκπτωσιν, [59] ὡς ἔφην, καὶ πάντη τὸ πιστὸν ὑπεραίρουσαν·
[60] τῆς δὲ ῥητορικῆς φαντασίας, κάλλιστον ἀεὶ [61] τὸ ἔμπρακτον, καὶ ἐνάληθες.
17 Δειναὶ δὲ καὶ [62] ἔκφυλοι [63] αἱ παραβάσεις, ἡνίκ' ἂν ᾖ [64] ποιητικὸν τὸ τοῦ λό-
γου,

alicubi in titulo nescio cujus εἴδους. De qua voce Interpretes consuli poterunt. FABER.

52. Κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν] Vide eruditissime hac de voce differentem Spanhemium in præclaro opere de usu & præstantia Numismatum. TOLLIUS.

53. Ἐφηδύνας] Cur autem dixit Longinus suavius eandem sententiam ab Euripide expressam fuisse, quam ab Æschylo? Hæc causa est, quod ἐνθουσιᾷν usurparit Æschylus, Euripides autem συμβακχεύειν. FABER.

Ibid. Ἐφηδύνας] Fallitur Faber, cum suavitatem majorem in Euripidis, quam Æschyli versu esse opinatur, eo quod hic ἐνθουσιᾷν, ille ξυμβακχεύειν dixerit. Consistit enim in mutatione vocis βακχεύειν in ξυμβακχεύειν, adeoque in ipsa sententia. Suavius enim est, cum aliquo insanire dici, quam solo ejus instinctu ad furorem abripi. Vis illa Dei societate furoris temperatur: sic ut voluntate potius, ac lubidine ex hilaritate prognata, quam motu numinis concitantis, festum illud a montibus celebrari videatur. Tale quid, sed alterius sensus, ac loci, occurrit apud Virgilium, (si qua variæ lectioni antiqui codicis fides) l. XI Æn. fere extremo: ubi Tarchon

Nomine quemque vocat, reficitque in prælia pulsos:
Quis metus, ô numquam dolituri, ô semper inertes
Tyrrheni? quæ tanta animis ignavia venit?
Femina palantes agit, atque hac agmina vertit?
Quo ferrum? quidve hæc gerimus tela irrita dextris?

in vulgatis, *geritis*, legitur. Non male, sed peracerbe, ut recte Pierius in suis ad hunc Poëtam castigationibus notavit: cui hæc V. C. lectio valde arridet, quod se Tarchon quoque inter illos numerando magnam acerbitatis partem ex hac objurgatione tollat. Apprime vero huc faciunt, quæ de hac judicii sui ἀκριβείᾳ apud Aristophanem ipse fingitur Euripides gloriari, ita ad Æschylum loquens:

Ἀλλ' ὡς παρέλαβον τὴν τέχνην παρὰ σοῦ, τὸ πρῶτον μὲν εὐθὺς
Οἰδοῦσαν ὑπὸ κομπασμάτων, καὶ ῥημάτων ἐπαχθῶν,
Ἴσχνανα μὲν πρώτιστον αὐτὴν, καὶ τὸ βάρος ἀφεῖλον. TOLLIUS.

54. Ἄκρως δὲ καὶ ὁ Σοφοκλῆς] Vide locum illum, ubi περὶ ἄκρων λημμάτων. FABER.

Ibid. Ἄκρως δὲ καὶ ὁ Σοφ.] Adscribam locum, quod alios in eo notando aberrasse videam. Chorus igitur in tempestate illa prodigiosa ita loquitur: Ἔκτυπεν αἰθήρ. ὦ Ζεῦ. Ἴδε μάλα μέγας ἐρείπεται κτύπος ἄφατος ὅδε Διόβολος· ἐς δ' ἄκραν δεῖμ' ὑπῆλθε κρατὸς φόβαν· ἔπτηξα θυμόν· Οὐρανία γὰρ ἀστραπὴ φλέγει πάλιν. Τί μὰν ἀφήσει τέλος; Δέδια τόδ'· οὐ γὰρ ἅλιον ἀφορμᾷ ποτ', οὐκ ἄνευ ξυμφορᾶς· ὦ μέγας αἰθὴρ, ὦ Ζεῦ. Hæc habebat ante oculos Longinus, quum Sophoclem ἄκρως πεφαντάσθαι dicit. Item ista, quæ mox sequuntur: Ἔα, ἔα. Ἰδοὺ μάλ' αὖθις ἀμφίσταται διαπρύσιος ὄτοβος. Ἵλαος δαῖμον, ἵλαος, εἴ τι γᾶ ματέρι τυγχάνεις ἀφεγγὲς φέρων. Ἐναισίου δὲ συντύχοιμι, μηδ' ἄλαστον ἄνδρ' ἰδὼν, ἀκερδῆ χάριν μετάσχοιμί πως· Ζεῦ ἄνα, σοὶ φωνῶ. Hic ipse sibi lector, non Sophocles tantum, fulminum ac tonitruum in ipsos oculos ingestorum

beri Patris apparitione concitari fingit, & hac utitur ſententia:

Inſaniunt jam tecta, bacchatur domus.

Euripides hanc ipſam arripuit: ſed aliter eam, & multo quidem mollius ac ſuavius expreſſit, hoc pacto:

Mons totus illis conſonat bacchantibus.

Sed & præclara ſunt, atque eximia Sophoclis viſa, omninoque admirabilia, 14
quibus vel morientem Oedipum, ſeque cum prodigioſa quadam tempeſtate ſepelientem; vel Achillem Græcis in patriam revertentibus in tumulo apparentem deſcribit. Quam quidem imaginem nemo, quantum 15
ego quidem judico, melius atque efficacius Poëta Simonide imaginatus eſt. Verum omnia apponere exempla cum operoſum nimis, tum vero & faſtidii plenum eſt. Ceterum Poëtarum viſiones fabuloſis, & omnem ferme 16
fidem excedentibus caſibus auditorum animos exterrere, atque conſternare ſolent; uti ſupra dixiſſe memini: *Rhetorica vero imaginatio illa pulcherrima eſt, ac præſtantiſſima, quæ ſibi res, voces, actus denique omnes evidentiſſime, & ad ipſam veritatem fingit, atque auditoribus ante oculos ponit.* Turpis autem ac pravus, & plane, quod ajunt, extra lineas pro- 17
currens

rum horrifico terrori intereſſe videtur, ac tantum non ipſe præ animi exſternatione exclamare, ζεῦ ἄνα, σοὶ φονῶ. TOLLIUS.

55. Καὶ ἑαυτὸν] Locus eſt in Oedip. Colon. ubi nuncius introducitur mortis Oedipi, aliquis e comitatu Theſei, qui jamjam abſorbendo terræ hiatu adfuerat Oedipo. Tota illa dictio legenda, cujus initium eſt, ταῦτ' ἐστὶν ἤδη κἀποθαυμάσαι πρέπον, &c. PETRA.

56. Μετὰ διοσημείας.] *Cum prodigioſa tempeſtate.* Eſt ubi & vox hæc illam *Aſtrologiæ* partem deſignat, quæ circa tempeſtates prædicendas verſatur; eoque alteram *Arati* partem διοσημεῖα vocamus; & *Johannes Philadelphenſis*, inter alia Mathematica etiam περὶ διοσημειῶν ſcripſit; quod non ita commode, *de oſtentis*, vertit interpres *Suidæ*. LANGB.

57. Ἀχιλλέως προφαινομένου] Tentavit & Seneca hanc viſionem in Troadibus, verſ. 167, & ſeqq. ſed abſque ſucceſſu. Confer cum Græcis, & æquo me Jove judicaſſe dices. Pro ἔπειτ' malim ἐπί τ'. TOLLIUS.

58. δι' ἀμήχανον] Scilicet φαντασιῶν παραδείγματα. PETRA.

59. Ὡς ἔφην,] Supra nempe in hac eadem ſectione, τῆς μὲν ἐν ποιήσει τέλος ἐστὶν ἡ ἔκπληξις. Et, quod hic ἔμπρακτον καὶ ἐνάληθες, citato loco ἐν λόγοις ἐνάργειαν dixit. Τὸ ἔμπρακτον Cic. in or. de petit. Conſ. dicitur *efficacitas*. PETRA.

60. Τῆς δὲ ῥητορ. φαντασίας] Vid. ſupr. ſect. XV, 3. TOLLIUS.

61. Τὸ ἔμπρακτον] mox vocat τὸ πραγματικόν. TOLLIUS.

62. Ἔκφυλοι] Ἑτερογενεῖς. PETRA.

63. Αἱ παραβάσεις,] παρεκβάσεις· ἡ δὲ παρέκβασις, καὶ παρεκβατικὸς λόγος, *ad cauſæ utilitatem excurrens oratio eſt* Fabio. PETRA.

Ibid. Ἔκφυλοι αἱ παραβάσεις.] Quamvis non contemnenda Petræ conjectura, qui παρεκβάσεις legit, poterit tamen antiqua lectio locum ſuum tueri; ſi παραβάσεις poëtarum intelligamus, quas ideo *alienas* appellat; ſic autem vocabant apoſtrophos iſtos, quos, exeuntibus ad tempus actoribus, chorus ad ſpectatores, vel de rebus publicis, vel de ipſius poëtæ privatis, habere ſolebat. Παράβασίς ἐστι τοιοῦτο· μετὰ τὸ τοὺς ὑποκριτάς, τοῦ πρώτου μέρους πληρωθέντος, ἀπὸ τῆς σκηνῆς ἀναχωρῆσαι, ὡς ἂν μὴ τὸ θέατρον κενὸν ᾖ, καὶ ὁ δῆμος ἀργῶς καθέζηται, ὁ χορὸς ἀπόστροφον ἐποιεῖτο πρὸς τὸν δῆμον, &c. Hactenus, & plura *Platonius de differentia Comœdiarum*, qui parabaſios iſtius partes ſtatuit, μελύδριον, κομμάτιον, στροφὴν, ἀντίστροφον, ἐπίρρημα, ἀντεπίρρημα, & anapæſtos. Septies enim ſe convertere ſolebant. Paulo aliter auctor vitæ *Ariſtophanis*, ſed locus mutilus eſt. Nec multum diverſe *Pollux lib. 4, c. 16:* cui & παραβάσεως δίκη eſt *actio injuriarum* forſan, vel impietatis potius: unde *Julianus* apoſtata per antonomaſiam ſæpe apud auctores audit, ſine addito nomine, ὁ παραβάτης: ut *Homerus*, ὁ ποιητής: *Demoſthenes*, ὁ ῥήτωρ: *Strabo*, ὁ γεωγράφος: *Stephanus*, vel ejus epitomator *Hermolus Byzantius*, ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας. LANGBÆNIUS.

Ibid.

γου, καὶ μυθῶδες τὸ πλάσμα, καὶ εἰς πᾶν προσεκπίπτον τὸ ἀδύνατον.
18 [65] Ὡς ἤδη νὴ Δία καὶ οἱ καθ' ἡμᾶς δεινοὶ ῥήτορες, καθάπερ οἱ τραγῳδοὶ,
βλέπουσιν ἐριννύας· καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο μαθεῖν [66] οἱ γενναῖοι δύνανται, ὅτι ὁ λέ-
γων Ὀρέστης,

[67] Μέθες, μί' οὖσα τῶν ἐμῶν ἐριννύων.
[68] Μέσον μ' ὀχμάζεις, ὡς βάλῃς εἰς τάρταρον,

19 Φαντάζεται ταῦθ', [69] ὅτι μαίνεται. [70] Τί οὖν ἡ ῥητορικὴ φαντασία δύναται;
πολλὰ μὲν ἴσως καὶ ἄλλα τοῖς λόγοις ἐναγώνια, καὶ ἐμπαθῆ προσεισφέ-
ρειν· κατακιρναμένη μέντοι ταῖς πραγματικαῖς ἐπιχειρήσεσιν, οὐ πείθει τὸν
20 ἀκροατὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ δουλοῦται. Καὶ μὴν εἴ τις, φησὶν, αὐτίκα δὴ
μάλα κραυγῆς ἀκούσειε πρὸ τῶν δικαστηρίων, εἶτ' εἴποι τις, ὡς ἀνέῳκται
τὸ δεσμωτήριον, οἱ δὲ δεσμῶται φεύγουσιν, οὐθεὶς οὕτως οὔτε γέρων, οὔτε
νέος, ὀλίγωρός ἐστιν, ὃς οὐχὶ βοηθήσει καθ' ὅσον δύναται· [71] εἰ δὲ δή τις εἴποι
παρελθὼν, ὡς ὁ τούτους ἀφεὶς οὗτός ἐστιν, [72] οὐδὲ λόγου τυχὼν παραυτίκ'
21 ἂν ἀπόλοιτο. Ὡς νὴ Δία καὶ ὁ Ὑπερείδης κατηγορούμενος, ἐπειδὴ τοὺς
δούλους μετὰ τὴν ἧτταν ἐλευθέρους ἐψηφίσατο, [73] τοῦτο τὸ ψήφισμα, εἶπεν,

οὐχ

Ibid. Παραβάσεις] Conjecit Interpres legendum παρεκβάσεις: sed ostendam olim, legendum necessario esse ὑπερβάσεις: ita enim præsens materia postulat. Sic & Longinus postpaulo dixit ὑπερβέβηκε. FABER.

Ibid. Αἱ παραβάσεις] Faber ὑπερβάσεις emendandum censebat, ut paulo ante ὑπερέκπτωσις: Petra, παρεκβάσεις. Uterque male. Neque vero dicam τὸ παραβάσεις defendi posse, si pro eo vitio accipiatur, quod committitur ἐν τῷ παραβαίνειν τοὺς τῆς ἀληθείας ὅρους, καὶ τὸ δυνατόν. Quod diversum est ab eo, quod in Rhetoricis vocatur, εἰς ἄλλο τι τοῦ λόγου μέρος παραβαίνειν. Verum simpliciter, pro eo, quod consistit ἐν τῷ παραβαίνειν εἰς ἀλλότριον γένος. Quare eas noster etiam ἐκφύλους παραβάσεις vocat. Sic Aristoteles ad Eudemum: πολλάκις λανθάνουσι λέγοντες ἀλλοτρίους λόγους τῆς πραγματείας, καὶ κενούς. TOLLIUS.

64. Ποιητικὸν] Supra γεννητικὸν τοῦ λόγου, *efficiens* ad verbum ferme dixit Cic. *Quod honestas actiones affert & efficit, id efficiens dici potest.* PETRA.

Ibid. Τὸ ποιητικὸν] non hic est *efficiens*, ut Petra putavit, sed *Poëticum* plasma. Nam tunc voculæ τὸ τοῦ abesse debuissent. Sicut & in principio hujus capitis λόγου γεννητικὸν, non τοῦ λόγου γενν. legitur. TOLLIUS.

65. Ὡς ἤδη] furor etiam oratoribus, sicut in Poëtis. ROBORTELLUS.

Ibid. Ὡς ἤδη] eodem etiam modo sui ævi scriptores Lucianus perstringit, veramque Historicæ elocutionis ipsis doctrinam tradit, atque rationem, de Conscrib. Hist. cap. XXV: Κίνδυνος γὰρ αὐτῇ τότε μέγιστος, παρακινῆσαι, καὶ κατενεχθῆναι ἐς τὸν τῆς ποιητικῆς κορύβαντα· ὥστε μάλιστα πειστέον τηνικαῦτα τῷ χαλινῷ, εἰδότας, ὡς ἱπποτυφία τις καὶ ἐν λόγοις πάθος οὐ μικρὸν γίγνεται. TOLLIUS.

66. Οἱ γενναῖοι] Ironice dictum, aut, si mavis, officiose, quod tamen plerumque idem est. FABER.

67. Μέθες] apud Eurip. in Oreste, p. 49. edit. Canter. TOLLIUS.

68. Μέσον μ' ὀχμάζεις] more luctatorum. Lycophron v. 40: Ἐντ' αὐλῷ μέσῳ Πατρὸς παλαίστου χερσὶν ὀχμάσας δέμας. Nilus Monachus in Narrationibus: Τὸ γὰρ τῆς γαστριμαργίας πάθος ἀκροβολίζεται πρὸς τὴν ψυχὴν, διερεθίζον τὸ τῆς λαγνείας μανιῶδες οἰστρηλάτημα, τὰς πλευρὰς δοκιμάζον τῶν ἄρτι κονιζομένων, εἰ ἔτι ἐστήκασιν ἐν τῷ σκάμματι, τὰς ἰγνύας παγίως ἐρείσαντες, εἰ εἰσὶν εὔζωστοι, μέσα μὴ ταχέως διδόντες τοῖς ἀντιπάλοις· ὁ γὰρ ἡδονῇ βρωμάτων ἐνδεδωκὼς εὐκαταγώνιστος τῷ ὑπογαστρίῳ δέδεικται πάθει, τῇ τοῦ ἐλάττονος ἥττῃ τὸ μεῖζον ἐγγυώμενος πτῶμα, pag. XL. Qui locus eximius est cum ad intelligendam veterum luctandi rationem, tum ad indicandam vene-

rem:

currens error eſt, quum in oratione civili, ac pedeſtri, ad poëticas, &
fabuloſas, adeoque impoſſibiles fictiones proceditur: ſicut noſtri illi ſo- 18
lent grandiloqui, ſi Dis placet, & vehementes oratores, qui mihi Tra-
gicorum more furias vident, neque tamen (ô homines acutos ſane &
perſpicaces!) illud videre poſſunt, Oreſtis illa,

Dimitte me, quæ es una mearum Erinnyum.
In tartara ut me jacias, medium amplecteris:

Oreſtis eſſe inſanientis, cujus ſenſus morbo perturbati hanc illius oculis
imaginem objiciant furiarum. Sed longe alia, mihi crede, Terentiane, Vi- 19
ſionis Rhetoricæ natura eſt ac facultas: quæ quidem non modo velut in re
præſenti verſari, iiſdemque animorum motibus concitari facit eos, qui
audiunt; verum etiam negotialibus admiſta tractationibus cum ea, quæ
vult, perſuadet, tum & nolentes, invitoſque auditores ſubigit, cogit-
que ſequi, qua rapit. *Quod ſiquis* (inquit orator) *derepente ante tribunal* 20
*clamorem audiat; nuntiet autem aliquis, effractas carceris fores, revulſa
clauſtra, incluſos fugere: nemo, ſcio, tam negligens fuerit, nemo tam len-
tus, quamlibet ſenex, quamlibet puer, quin eveſtigio ad ferendam pro viri-
bus opem accurrat. Quod ſi vero quis alius ſuperveniens dixerit*, hem tibi
ſcelus, qui vinctos e cuſtodia eripuit, hem tibi: *quis veſtrum eſt, judi-
ces, qui dubitet, quin is ſtatim indicta cauſſa malus male pereat?* Ejuſdem 21
indolis ſunt & illa Hyperidis, qui in judicium vocatus, quod poſt acce-
ptam ad Chæroneam cladem rogationem ad populum de manumitten-
dis

reæ voluptatis doloſam perniciem. Vid. & Heliodor. l. ult. ubi Theagenis & æthiopis lucta deſcribitur. Tollius.

69. Ὅτι μαίνεται] Ariſtoteles in lib. de memoria, τοῖς ἐξισαμένοις, ſive inſanis, illa phantaſmata occurrere dicit, ὅταν τὶς μὴ εἰκόνα ὡς εἰκόνα θεωρῇ. Cicero l. II Academicor. cap. XVII, & XXVIII; qui reſpici poterit. Recte Sextus Empiricus adv. Mathemat. pag. 181: Φαντασία ἐςὶν ἑτεροίωσις ἐν τῷ ἡγεμονικῷ; licet hanc ejus perfectam eſſe neget definitionem, quia & aliis competit, ut appetitui, aſſenſioni, & comprehenſioni. Hanc autem Oreſtis κατὰ μανίαν ἀπὸ τῆς Ἠλέκτρας phantaſiam p. 183 ſimul ἀληθῆ καὶ ψευδῆ fuiſſe dicit, καθὸ μὲν γὰρ ὡς ἀπὸ ὑπάρχοντός τινος πέπτωκεν, ἦν ἀληθής· ὑπῆρχε γὰρ Ἠλέκτρα· καθ' ὃ δὲ ὡς ἀπὸ Ἐριννύος, ψευδής· οὐκ ἦν γὰρ Ἐριννύς. Qui & ſequente pagina id ipſum fuſius exſequitur. Tollius.

70. Τί οὖν ἡ ῥητ.] Quantam habeat vim ῥητορικὴ φαντασία. Robortellus.

Ibid. Τί οὖν ἡ ῥητορ. φαντασία] Vide, quæ paulo ante e Fabio deſcripſimus. Tollius.

71. Εἰ δὲ δή τις εἴποι παρελθὼν, ὡς ὁ τούτους ἀφεὶς οὗτός ἐστιν. *Si quis interim adveniens renunciet, ipſum hunc illum eſſe, qui* captivos *emiſerit*, (ita ut idem ille auctor criminis inveniatur, qui index erat) *ne ad cauſam quidem dicendam admiſſus, protinus periret.* Langbænius.

72. Οὐδὲ λόγου τυχών,] τυχεῖν λόγου dicuntur ii, quibus dicendi facta poteſtas, καὶ οὐκ ἀκρίτως ἀπαγόμενοι. Petra.

73. Τοῦτο τὸ ψήφισμα, &c.] Ubinam id eſt, quod ſibi propoſuit Longinus? In eo ſcilicet, quod *pugna*, [μάχη] dicitur ſcripſiſſe decretum; qua in re, ut mirifice judicat Longinus, ὑπερβέβηκε τὸν τοῦ πείθειν ὅρον, *omnes perſuadendi terminos ſupergreſſus eſt.* Faber.

Ibid. Τοῦτο τὸ ψήφισμα] Diverſus abit a noſtro, & a veritate, Pſeudo-Demetrius Phal. de Elocutione, qui dictum hoc Demadi adſcribit, nec non aliquantulum immutat. Locus eſt, ubi περὶ δεινότητος Demadis agit, oſtenditque eum habuiſſe ἐπισφαλές τι, καὶ οὐκ εὐμίμητον μάλα. Sic autem ille: Τοῦτο τὸ ψήφισμα οὐκ ἐγὼ ἔγραψα, ἀλλ' ὁ πόλεμος τῷ Ἀλεξάνδρου δόρατι γράφων. Hyperidis enim hoc ſcitum fuiſſe teſtatur quoque Demoſthenes in Ariſtogitona I, ubi etiam hujus meminit judicii: Ὅτε γὰρ Ὑπερείδης ἔγραψε τῶν

οὐχ ὁ ῥήτωρ ἔγραψεν, ἀλλ' ἡ ἐν [74] Χαιρωνείᾳ μάχη· ἅμα γὰρ τῷ πρα-
22 γματικῷ ἐπιχειρεῖν ὁ ῥήτωρ πεφάντασται. Διὸ καὶ τὸν τοῦ πείθειν ὅρον ὑπερ-
βέβηκε τῷ λήμματι· [75] Φύσει δέ πως ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασιν ἀεὶ τοῦ
κρείττονος ἀκούομεν· ὅθεν ἀπὸ τοῦ ἀποδεικτικοῦ περιελκόμεθα εἰς τὸ κατὰ
φαντασίαν ἐκπληκτικόν· ᾧ τὸ πραγματικὸν ἐγκρύπτεται περιλαμπόμενον.
23 Καὶ τοῦτ' οὐκ ἀπεικότως πάσχομεν· δυοῖν γὰρ συνταττομένων ὑφ' ἕν,
24 ἀεὶ τὸ κρεῖττον εἰς ἑαυτὸ τὴν θατέρου δύναμιν περισπᾷ. [76] Τοσαῦτα περὶ
τῆς κατὰ τὰς νοήσεις ὑψηλοῦ, καὶ ὑπὸ μεγαλοφροσύνης, ἢ μιμήσεως,
ἢ φαντασίας ἀπογεννωμένων ἀρκέσει.

περὶ Χαιρώνειαν ἀτυχημάτων τοῖς Ἕλλησι γενομένων, καὶ τῆς πόλεως ὑπὲρ αὐτῶν τῶν ἐδάφων εἰς κίνδυνον μέγιστον κατακεκλειμένης, εἶναι τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους· ἵν' ὁμονοοῦντες ἅπαντες ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας προθύμως ἀγωνίζωνται, ὅταν τις κίνδυνος τηλικοῦτος καταλαμβάνῃ τὴν πόλιν· τούτου τοῦ ψηφίσματος γραφὴν παρανόμων ἀπενέγκας ἠγωνίζετο ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Et Rutilius Lupus l. 1; ubi de Hyperide: *Item ejuſdem: Quid a me ſæpius his verbis de meo officio requiris? ſcripſiſti, ut ſervis libertas daretur: ſcripſiſti, ut exules reſtituerentur: ſcripſiſti, ut nequis exilio afficeretur. Leges igitur, quæ prohibebant hæc, non negligebas!* (rectius fuiſſet, *non pervidebas?* vel, *non legebas?*) *Non poteram: propterea, quod literis earum arma Macedonum oppoſita obſiſtebant.* Item Plutarchus in ejus vita: Κριθεὶς δ' ὑπὸ Ἀριστογείτονος παρανόμων, ἐπὶ τῷ γράψαι μετὰ Χαιρώνειαν τοὺς μετοίκους πολίτας ποιήσασθαι, τοὺς δὲ δούλους ἐλευθέρους, ἱερὰ δὲ, καὶ παῖδας, καὶ γυναῖκας εἰς τὸν Πειραιᾶ ἀποθέσθαι, ἀπέφυγεν· αἰτιωμένων δέ τινων αὐτὸν, ὡς παριδόντα πολλοὺς νόμους ἐν τῷ ψηφίσματι, Εἰ μὴ ἐπεσκότει, ἔφη, μοι τὰ Μακεδόνων ὅπλα· οὐκ ἐγὼ τὸ ψήφισμα ἔγραψα, ἡ δ' ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη. Ubi τὸ

ΤΜΗΜΑ ιϛʹ.

Περὶ σχημάτων.

1 Ἀ'Υτόθι μέντοι καὶ [1] ὁ περὶ σχημάτων [2] ἐμφερὴς τέτακται τόπος· καὶ γὰρ ταῦτ' ἂν ὃν δεῖ σκευάζηται τρόπον, ὡς ἔφην, οὐκ ἂν ἡ τυχοῦσα μεγέθους εἴη μερίς· οὐ μὴν ἀλλ' ἐπεὶ τὸ πάντα διακριβοῦν πολὺ ἔργον ἐν τῷ παρόντι, [3] μᾶλλον δ' ἀπεριόριστον, [4] ὀλίγα τύπων, ὅσα μεγαληγορίας ἀπο-
2 τελεστικά, τοῦ πιστώσασθαι τὸ προκείμενον ἕνεκα, καὶ δὴ διέξιμεν. Ἀπόδειξιν
3 ὁ Δημοσθένης ὑπὲρ τῶν πεπολιτευμένων εἰσφέρει. Τίς δ' ἦν ἡ κατὰ φύσιν
χρῆσις αὐτῆς; [5] οὐχ ἡμάρτετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ὑπὲρ τῆς τῶν
ἑλλήνων

Ὁ περὶ σχημάτων] de Figuris. PETRA.

2. Ἐμφερὴς] Vaticanus tertius ἐφεξῆς. TOLLIUS.

3. Μᾶλλον δὲ ἀπεριόριστον] De *figuris* ſcribere, inquit, res eſt infiniti laboris; quis enim illas ita definire poſſit, aut deſcribere, ut ne adverſatorem habeat? Recte itaque Quintilianus, lib. 8: *Apollodorus, ſi tradenti Cæcilio* (is ipſe eſt, de quo D. Longinus) *credimus, incomprehenſibilia* (ἀπεριόριστα) *Partis hujus præcepta exiſtimavit.* Et paulo ante dixerat, ubi de tropo & ſchemate agebat: *Nomine enim fateor eſſe communia hæc, & ſcio quam multiplicem habeant, quamque ſcrupuloſam diſputationem: ſed ea non pertinet ad præſens meum propoſitum. Nil enim refert quomodo appelletur utrumlibet eorum, ſi, quid orationi proſit, apparet: nec mutatur vocabulis vis rerum. Et ſicut homines, ſi aliud acceperunt, quam quod habuerant, nomen, iidem ſunt*

dis ſervis tuliſſet: *Hanc rogationem*, inquit, *non orator, ſed Chæronenſis
pugna tulit.* Negotiali namque tractationi pugnæ illius admiſcendo vi-
ſionem, perſuaſionis terminos ſententiæ ſublimitate longiſſime tranſcur-
rit. Natura quippe ita comparatum eſt, ut, quæ ſunt in negotiis va- 22
lentiſſima, ea aures quoque noſtras fortiſſime percellant: animus autem
objectarum imaginum intuitu a fide demonſtrationis abductus ad id con-
vertatur, quo per imaginationem percutitur. Unde fit, ut altera illa
pars, negotialis ſcilicet, fulgore hujus circumfuſa, atque offuſcata
non appareat. Quod quum accidit, non ſane præter rationem ac- 23
cidere dicendum eſt: quandoquidem de duabus rebus ſecum compoſitis
ea ſemper, quæ potior eſt ac præſtabilior, alterius imbecillioris omnem
vim atque efficaciam ad ſe trahit, ac ſibi adjungit. Atque hæc de Subli- 24
mitate, quæ in ſenſuum conſiſtit amplitudine, & vel ab animi magni-
tudine, vel ab imitatione, aut etiam a viſione proficiſcitur, dicta ſuf-
ficiant.

τὸ παρεῖδεῖν eſt *pervidere*, ut Horat. *Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis.* Nam τὸ *negligere* minus commodo τῷ ἐπισκοτεῖν reſpondet. Tollius.

74. Χαιρωνεία μάχη·] Vicus eſt Bœotiæ Athenienſium clade nobilitatus. Petra.

75. Φύσει δέ πως] Vid. quæ ſect. XVII in eandem noſter ſententiam adfert. Tollius.

76. Τοσαῦτα] Hactenus περὶ νοήσεως καὶ πάθους, quæ duæ partes primæ erant in diſtributione. Nunc incipit differere de figuris ſententiarum aptis πρὸς τὸ ὕψος. Robortell.

Ibid. Τοσαῦτα] Hactenus prima pars, in qua de primo fonte actum, nec non de quibuſdam veluti particulis loco ſecundi fontis περὶ πάθους, de quo, proprio tractatu ſeorſum dicturum ſe recepit Auctor. Jam de tertio fonte dicendum. Petra.

Sectio XVI.

De Figuris.

TRanſeo igitur ad figuras: quibus tertium ſupra locum aſſignavi. 1
Hæ namque rite tractatæ non exiguam, uti dixi, illius partem
conſtituunt. Verum quod eas omnes perſequi non modo in præſenti ni-
mis magni, ſed & alias infiniti res laboris ſit, paucas tantum ex omni
illo numero, quæ grandem ſublatamque faciunt orationem, excerpere,
eaſque confirmandi illorum gratia, quæ dicentur, paulo accuratius ex-
ponere viſum eſt. Initium autem a Demoſthene faciam, qui, quum in 2
reipublicæ adminiſtratione nihil a ſe perperam admiſſum demonſtraturus
eſſet, non hanc conſuetam atque naturalem elocutionis viam ingreſſus
eſt: *Non peccaviſtis, Athenienſes, quum pro fortunis univerſæ Græciæ in* 3
illam

ſunt tamen; ita hæc, de quibus loquimur, ſive tropi, ſive figuræ dicentur, idem efficient: non enim nominibus proſunt, ſed effectibus. Dignum Quintiliano judicium: atque adeo vix eſt, ut, ſi ſex ſeptem figuras demſeris, vix eſt, inquam, ut omnino de aliis certi quidquam (de nominibus dico) conſtituere poſſis; ſed res manet tamen; nomen in ambiguo eſt, *ſignum* ſcilicet, non res ipſa. Petra.

4. Ὀλίγα τούτων] ὀλίγα σχήματα ὕψους ποιητικά. Petra.

5. Οὐχ ἡμάρτετε] In oratione *de Corona*, ſeu *pro Cteſiphonte*. Faber.

6. Ἐλευθερίας] in Vaticano ſecundo erat, ἐλευ-

ἑλλήνων [6] ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον [7] ἀράμενοι· ἔχετε δὲ οἰκεῖα
τούτου παραδείγματα· [8] οὐδὲ γὰρ οἱ ἐν Μαραθῶνι ἥμαρτον, [9] οὐδ' οἱ ἐν Σαλα-
4 μῖνι, [10] οὐδ' οἱ ἐν Πλαταιαῖς. [11] Ἀλλ' ἐπειδὴ καθάπερ ἐμπνευσθεὶς ἐξαί-
φνης ὑπὸ θεοῦ, καὶ οἱονεὶ φοιβόληπτος γενόμενος, τὸν τῶν ἀριστέων τῆς
ἑλλάδος [12] ὅρκον ἐξεφώνησεν, [13] οὐκ ἔστιν ὅπως ἡμάρτετε, οὐ [14] μὰ τοὺς ἐν

Μαρα-

ἐλευθερίας ἀγῶνα ἀράμενοι. TOLLIUS.

7. Ἀράμενοι.] Ἀνελόμενοι. Sic Plato de Rep. 2: Οὐ φαῦλον πρᾶγμα ἡράμεθα, suscepimus, aggressi sumus. Alibi κινδύνους παραλαμβάνειν dixit Demost. PETRA.

8. Οὐδὲ γὰρ οἱ ἐν Μαραθῶνι ἥμαρτον.] Miro dicendi artificio orator hic tres celebriores *Atheniensium* pugnas commemorat: *Marathonia*, *Medos* devicere. [*Herod. lib. 6.*] Nec de ulla unquam pugna magis gloriantur. [*Pausan. lib. 1.*] Eam in *Pœcile* depingi curabant, quæ propterea a *Persio* dicitur:

Braccatis illita Medis Porticus.

LANGBÆNIUS.

9. Οὐδ' οἱ ἐν Σαλαμῖνι.] *Salamis* insula, ad quam navali pugna *Athenienses Themistocle* duce *Xerxis* copias fuderunt. *Vid. Diodor. Sic. l. 11, Plut. in Themist. Herodot. lib. 8. Salamini Atticæ* aliam in *Cypro* cognominem exstruxit *Teucer*, cum a *Telamone* patre non reciperetur, ut qui *Ajacem* fratrem αὐτόχειρα non impedisset. [*Schol. Æschyli ad Persas, Acron ad Hor. l. 1, od. 3.*] Atque hinc *Salaminem Atticam veram* appellant scriptores. *Sen. in Troad.*

Numquid Ajacis Salamina veram.

Et Lucan. lib. 3:

Tresque petunt veram credi Salamina carinæ.

Et Manil. Astron. l. 5:

Vera Syracusis Salamis non merget Athenas.

Ubi aqua hæret magno *Scaligero*. LANGB.

10. Οὐδ' οἱ ἐν Πλαταιαῖς.] Ad *Plataas* fusi sunt *Persæ*, quibus præerat *Mardonius*, a *Lacedæmoniis* & *Atheniensibus*, illos *Pausania*, hos *Aristide* ducente. [*Herodot. l 9, Plut. in Aristide, Diod. Sic. lib. 11.*] LANGBÆNIUS.

11. Ἀλλ' ἐπειδὴ] Furor Demosthenis in dicendo expressus per figuram sententiæ. ROBORTELLUS.

12. Ὅρκον ἐξεφώνησεν] Plutarchus in lib. de Gloria Atheniensium extremo, ubi de Phocione loquitur: ἢ τοῖς κοινοῖς στεφάνοις, οὓς τὴν Ἑλλάδα ἐλευθερώσας ἔλαβε, τὸν Δημοσθένους σὺν τοῦ στεφάνου παραβάλλωμεν, ἐν ᾧ τοῦτο λαμπρότατον, καὶ λογιώτατον, ὁ ῥήτωρ πεποίηκεν, ὀμόσας τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, οὐ τοὺς ἐν ταῖς σχολαῖς τὰ μειράκια προδιδάσκοντας· ἐφ' οἷς οὐ τοὺς Ἰσοκράτεις, καὶ Ἀντιφῶντας, καὶ Ἰσαίους, ἀλλὰ τούτους ἡ πόλις δημοσίαις ταφαῖς ἔθαψεν, διαδεξαμένη τὰ λείψανα τῶν σωμάτων, καὶ τούτους ἀπεθέωσε τοὺς ὅρκους ὁ ῥήτωρ ὀμνύων, οὓς οὐκ ἐμιμεῖτο. E quo loco Longinus hanc suam tam bellam observationem tantum non ad verbum descripsit. Locus autem ille adeo a veteribus laudatus est, ut eo præcipue argumento Fabius vim, atque impetum, ac sublimitatem Demosthenis ostenderit. Verba ejus sunt l. XII, cap. X Instit. *Quid denique Demosthenes? non cunctos illos tenues & circumspectos vi, sublimitate, impetu, cultu, compositione superavit? non insurgit locis? non figuris gaudet? non translationibus nitet? non oratione ficta dat carentibus vocem? non illud jusjurandum per cæsos in Marathone ac Salamine propugnatores reip. satis manifesto docet, præceptorem ejus Platonem fuisse? quem ipsum num Asianum appellabimus, plerumque* instinctis divino spiritu vatibus *comparandum?* plane ut noster, qui καθάπερ ἐμπνευσθέντα jusjurandum illud protulisse dicit. Æmulati sunt & scholastici, teste Seneca suasoria secunda; *Cestius*, inquit, *cum descripsisset honores*, (de trecentis loquitur Spartanis, qui ad Thermopylas vitam pro patria abjecerunt) *quos habituri essent, adjecit:* per sepulcra nostra jurabitur. *Nicetas longe disertius hanc phantasiam movit, & adjecit:* Nisi antiquior fuisset Xerxes, quam Demosthenes, ***. Deest injuria temporum intercepta hoc loco illius sententiæ pars, quæ nisi illam Cestii longo intervallo anteiverit, merito ac jure optimo ab ingeniis scholasticis utraque profecta fuisse dicenda est. Contra ea perquam scita, & pervenusta est illa coqui usurpatio hujusce jurisjurandi apud Athenæum l. IX, p. 980: Δεομένων δ' ἐν ἡμῶν, καὶ λιπαρούντων δεικνύναι τὴν σοφίαν, οὐκ ἐρῶ, φησί, τήτες, μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι κινδυνεύσαντας, καὶ προσέτι τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας. Geminus l. IV Anthol. in lapideam victoriam Philippi Mac.

Οὗτος ὁ Κεκροπίδαισι βαρὺς λίθος Ἄρεϊ κεῖμαι,

ξεῖνε,

illam dimicationem descendistis. Habetis enim præclari hujus consilii exempla domi complura. Non enim, qui ad Marathona depugnarunt, peccavere: non qui ad Salamina; non qui ad Platæas. Sed veluti divino quodam 4
mentis ablatus instinctu decantatum illud per fortissimos Græciæ propugnatores jusjurandum insonuit: *Non peccavistis Athenienses: non, per eos*,

> Ξεῖνε, Φιλιππείης σύμβολον ἠνορέης,
> Ὑβρίζων Μαραθῶνα, καὶ ἀγχιάλου Σαλαμῖνος
> Ἔργα, Μακηδονίοις ἔγχεσι κεκλιμένα.
> Ὤμνυε νῦν νέκυας, Δημόσθενες· αὐτὰρ ἔγωγε
> Καὶ ζωοῖς ἔσομαι καὶ φθιμένοισι βαρύς.

Videsis & Cresollium p. 196 Theatr. Sophist. TOLLIUS.

13. Οὐκ ἔστιν ὅπως] Ἐν τῷ περὶ στεφ. FR. PORTUS.

14. Μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας.] *Per eos, qui in Marathone antea periclitati sunt.* Phrasin ex *Thucydide lib.* 1, mutuatus est, φαμὲν γὰρ Μαραθῶνί τε μόνοι προκινδυνεῦσαι τῷ βαρβάρῳ. *Dicimus nos solos cum barbaris in Marathone non sine summo nostro periculo concertasse.* Juramenti formam addit orator de proprio; quam, licet hesterni quidam rhetorculi carpere non vereantur, [*Balzacius in ep.*] constat apud sanioris judicii seculum plausum retulisse. Et *Lucianus in Demosth. encomio*, ingeniose fingit *Demosthenem* in hæc verba supremum spiritum exhalasse; *epoto*, inquit, *veneno limen templi sine mora transgressus, & me respiciens*, ἄγε δὴ τοῦτον, ἔφη, πρὸς Ἀντίπατρον, Δημοσθένην δὲ οὐκ ἄξεις· οὐ μὰ τούς· Κἀμοὶ μὲν ἐφαίνετο προσθήσειν τοὺς ἐν Μαραθῶνι πεπτωκότας, ὁ δὲ, χαίρειν εἰπὼν, ἀπέπτη. *Duc hoc*, inquit, *ad Antipatrum: Demosthenem enim non duces. Non per eos. Additurus mihi visus est, eos, qui in Marathone ceciderunt; ille autem, dicens æternum vale, occidit.* Sunt qui grammatico nimis acumine ex hoc & aliis locis sic colligunt, ἔθος ἦν ἀρχαῖον ὀμνύναι πρῶτον θεοὺς, εἶτα ἐπάγειν καὶ τὰς ἰδίας συμφοράς. *Solebant olim primo deos jurare, dein & sua damna subjicere.* [*Apollon. schol. ad lib.* 2, *vers.* 259.] Sic *Cepheus ibid.* per *Apollinem* simul, & per cæcitatem suam,

> Ἴστω Λητοῦς υἱός------
> Καὶ τόδ' ἐπ' ὀφθαλμῶν ἀλαὸν νέφος.

Sic *Telemachus* per *Jovem*, & dolores patris, *Odyss.* υ.

> Οὐ μὰ Ζῆν', Ἀγέλαε, καὶ ἄλγεα πατρὸς ἐμοῖο.

Sic *Demosthenes*, Μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι. At sane non aliud voluit orator, quam quod hic diserte satis expressit *Longinus*; nempe δι' ὁμοτικοῦ σχήματος τοὺς προγόνους ἀποθεῶσαι, *majores in deorum ordinem conscribere*, ut sic *Athenienses* in *Philippum* concitaret alacrius. Atque hinc facile conficitur, juramenta antiquitus per eas tantum personas concepta, quas pro diis habuere. Sicubi enim per *Genium Cæsaris* adhuc viventis juratum, hoc pejori seculo adulationi publicæ datum est, postquam rerum summa ad unum translata. Antea certe obtinuit illud *Minucii in Octavio: Invitis hoc nomen adscribitur: optant in homine perseverare, fieri se deos metuunt, &, etiamsi senes, nolunt.* Huc facit, quod *C. Cæsar* post mortem *Drusillæ* sororis, quam in divorum numerum referri curavit, *nunquam nisi per numen* (alii *nomen*) *Drusillæ dejeravit.* [*Sueton. in Cajo.*] LANGBÆNIUS.

Ibid. Οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι] Si quid olim ab omnibus dicendi magistris tractatum, versatumque fuit, in iis est, quod legis. Sed, sciens & expertus dico, qui illos legerim, omnes, si cum Longino conferantur, dum Criticam suam exercent, pueri sunt. Quintilianus tamen lib. IX, viam ingressus erat: *Et Demosthenes*, inquit, *jurando per interfectos in Marathone & Salamine, id agit, ut minore invidia cladis apud Chæroneam acceptæ laboret.* Vide Hermogenem lib. 1, de Formis, p. 309, postremæ editionis. Item 394 & 544, 545. FABER.

Ibid. Μὰ τοὺς ἐν Μαρ.] mirum, quantopere pop. Atheniensis hac pugna superbierit: adeo ut, siquis ei placere vellet oratorum, illius prælii plurimam facere mentionem cogeretur. Videsis Platonem in Menexeno. Derisit hanc Atheniensium insaniam, multoque sale defricuit comicorum facetissimus Aristophanes, cum aliis in locis plurimis, tum præcipue in Acharnensibus, ubi illos, utpote qui sola victoriæ ad Marathona commemoratione hostes essent debellaturi, nihil interim præclari gerentes, ficto scitissime vocabulo, μαραθωνομάχους vocat: quo nescio an ullum inter omnia Æschyli, vel Dithyrambicorum κομπάσματα reperiri possit κομπωδέστερον. Vide & quæ Lucianus, alter Aristophanes, sed pedestris, in institutione Rhetoris, in eundem

Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, [15] Φαίνεται δι' ἑνὸς τοῦ ὀμοτικοῦ σχήματος (ὅπερ ἐνθάδε ἀποστροφὴν ἐγὼ καλῶ) τοὺς μὲν προγόνους [16] ἀποθεώσας, ὅτι δεῖ τοὺς οὕτως ἀποθανόντας ὡς θεοὺς ὀμνύναι παριστάνων, τοῖς δὲ κρίνουσι, τὸ τῶν ἐκεῖ προκινδυνευσάντων ἐντιθεὶς φρόνημα, τὴν δὲ τῆς ἀποδείξεως φύσιν μεθιστὰς εἰς ὑπερβάλλον ὕψος, καὶ πάθος, καὶ ξένων, καὶ ὑπερφυῶν ὅρκων ἀξιοπιστίαν, καὶ ἅμα παιώνειόν τινα, καὶ ἀλεξιφάρμακον εἰς τὰς ψυχὰς τῶν ἀκουόντων καθιεὶς λόγον, [17] ὡς κουφιζομένους ὑπὸ τῶν ἐγκωμίων, μηδὲν ἔλαττον τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Φίλιππον, ἢ ἐπὶ τοῖς κατὰ Μαραθῶνα, καὶ Σαλαμῖνα νικητηρίοις παρίστασθαι φρονεῖν· οἷς πᾶσι τοὺς
5 ἀκροατὰς διὰ τοῦ σχηματισμοῦ συναρπάσας ᾤχετο. Καίτοι [18] παρὰ τῷ
Εὐπόλιδι τοῦ ὅρκου τὸ σπέρμα φασὶν εὑρῆσθαι,

> [19] Οὐ γὰρ μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην,
> Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

6 [20] Ἔστι δ' οὐ τὸ ὁπωσοῦν τινὰ ὀμόσαι μέγα, τὸ δὲ ποῦ, καὶ πῶς, καὶ ἐφ' ὧν
καιρῶν, καὶ τίνος ἕνεκα. [21] Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν οὐδέν ἐστ' εἰ μὴ ὅρκος, [22] καὶ
7 πρὸς εὐτυχοῦντας ἔτι, καὶ οὐ δεομένους παρηγορίας, τοὺς Ἀθηναίους. [23] Ἔτι
δ' οὐχὶ τοὺς ἄνδρας ἀπαθανατίσας ὁ ποιητὴς ὤμοσεν, ἵνα τῆς ἐκείνων ἀρετῆς τοῖς ἀκούουσιν ἐντέκῃ [24] λόγον ἄξιον, ἀλλ' ἀπὸ τῶν προκινδυνευσάντων ἐπὶ τὸ ἄψυχον ἀπεπλανήθη, τὴν μάχην· [25] παρὰ δὲ τῷ Δημοσθένει [25] πεπραγμάτευται πρὸς ἡττημένους ὁ ὅρκος, ὡς μὴ Χαιρώνειαν ἔτ' Ἀ-

θηναίοις

hunc Athenienfium morbum feftive lufit. TOLLIUS.

15. Φαίνεται] figura per jusjurandum quam apta apud Demofthenem. ROBORTELLUS.

Ibid. Φαίνεται] ὀμοτικὸν σχῆμα figura διανοίας, per quam furor Demofthenis in dicendo expreffus ἀποστροφὴν vocat Longinus. PETRA.

16. Ἀποθεώσας] ita Sextus Empiricus de Pythagoræis; ubi de eorum agit jurejurando p. 154 adv. Mathemat. Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ κεφαλᾷ παραδόντα τετρακτύν· τὸν μὲν παραδόντα λέγοντες Πυθαγόραν· τοῦτον γὰρ ἐθεοποίουν. Ubi male κεφαλᾷ pro ψυχᾷ legitur; nifi μνημονικὸν Sexti ἁμάρτημα exiftimandum fit. Mox malim καὶ ὅτι δεῖ· nifi potius vocula παριστάνων delenda videatur. Præcedens enim φαίνεται cohæret cum παρίστασθαι φρονεῖν. TOLL.

17. Ὡς κουφιζομένους] V. C. κουφιζόμενος. Sed præftat vulgata. TOLLIUS.

18. Εὐπόλιδι] etiam apud Eupolin Poëtam talis jurisjurandi figura. ROBORTELLUS.

Ibid. Εὐπόλιδι] Athenienfis Comicus, cujus fabulæ non extant. PETRA.

19. Οὐ γὰρ μὰ τὴν Μαραθῶνι] Ad hunc Eupolidis locum oftendit Longinus, quid ἐν δεινότητι κριτικῇ poffet : non ut ifti ὑπόξυλοι ῥήτορες faciunt, qui circa inertia θεωρήματα languent. At hic fecit, quod hominem philofophum præftare oportuit. FABER.

Ibid. Οὐ μὰ τὴν] Eandem comminationem, fed alio cum jurejurando, apud Euripidem legas in Medea;

> Οὐ γὰρ μὰ τὴν δέσποιναν, ἣν ἐγὼ σέβω, &c.
> Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

TOLLIUS.

20. Ἔστι δ' οὐ τὸ ὁπωσοῦν] Quando ufurpandum jusjurandum, & quomodo, ut fit μέγα. PETRA.

Ibid. Οὐ γὰρ τὸ ὁπωσοῦν ὀμόσαι μέγα] Optime Rhetor Latinus l. IX, c. 2. Inft. *Nam & in totum jurare, nifi ubi neceffe eft, gravi viro parum convenit: & eft a Seneca dictum eleganter, non patronorum hoc effe, fed teftium. Nec meretur fidem, qui fententiolæ gratia jurat*, NISI SI POTEST TAM BENE, QUAM DEMOSTHENES, [*ut fupra dixi;*] eo nempe loco, qui a me productus eft modo. FABER.

Ibid. Ἔστι δὲ οὐ τὸ ὁπωσοῦν] Liquet ex ipfius Demofthenis exemplis. Quum enim aliquando in concione juraffet, μὰ γῆν, μὰ κρήνας,

μὰ

eos, qui in campis Marathoniis pro salute patriæ periclitati sunt. Atque ita unica illa jurisjurandi figura (quam hic *Apostrophen* lubens appellarim) & majores consecrasse visus est, ac si per eos, qui tam clarum vitæ exitum habuissent, non secus ac per Deos jurare conveniret; & illam ad Marathona cæsorum animi magnitudinem judicibus insinuavit; naturamque demonstrationis in eximiam Sublimitatem, atque animi perturbationem, inusitatique ac insignis jurisjurandi religionem convertit; adhæc accepti simul vulneris medicatricem audientium animis orationem infudit: & Atheniensibus, hac eos erigendo recreandoque laude, persuasit, ut non minores sibi ob infelix cum Philippo prælium, quam ob præclaras ad Marathona ac Salamina victorias sumendos esse spiritus ducerent. Sic ut his omnibus, unius ope atque adminiculo figuræ suffultis, in suam auditores omnes sententiam rapuerit, pertraxeritque. Est, fateor, 5
quod nonnulli volunt, apud Eupolidem hujus jurisjurandi primum veluti semen, cum ait:

Nec enim ille per meum ad Marathona prælium
Lætabitur, qui me dolore affecerit.

At *non quovis jurare modo magnum quid est, aut laudabile:* verum, quum 6
locus, quum tempus, quum ratio, quum res ipsa, quum auditor postulat, tum vero inprimis præclarum est, & ad commovendos animos efficax. Apud Eupolidem autem nil nisi simplex jusjurandum est, idque ad Athenienses tunc temporis florentes, ac rem feliciter gerentes, adeoque consolationis minime indigos. Præterea nec ita illud ab eodem con- 7
cipitur, ac si per Semideos quosdam juret, quos sua virtus intulisset cælo, ut ita dignos illorum animi fortitudine spiritus audientium animis inserat: sed ab hominibus vitæ periculum pro patria subeuntibus ad rem inanimam, id est, ad ipsam pugnam, jusjurandum deflectit: multo secus atque ab Demosthene factum, qui & ad victos illud adhibuit, &, ut illam ad Chæroneam cladem non jam inter adversa ducerent,

μὰ πόλεμον, μὰ νόμισμα, Comicis multum risum debuit, acetoque Attico perfusus est, & a populo exsibilatus. Idem, quum & alio quodam usus esset jurejurando consimili, non minore tum quoque risu exceptus est, uti Plutarchus in ejus vita tradit, inter x Rhetores. TOLLIUS.

21. Α'λλ' ἐκεῖ μὲν,] Eupolidis & Demosth. locorum κατὰ ταυτὸν σύγκρισις. PETRA.

22. Καὶ πρὸς εὐτυχοῦντας ἔτι,] συγκρίσεως prius membrum, quo describitur Comici illius juramentum a personis. PETRA.

23. Ε'τι δ' οὐχὶ] Explicatur artificium loci Demosthenis. ROBORTELLUS.

Ibid. Ε'τι δ' οὐχὶ] A jurisjurandi diversa materia apud utrumque auctorem. Eupolis enim per inanimum quid jurat. PETRA.

24. Λόγον ἄξιον,] *Opinionem* verte, non *orationem. Ut auditoribus ingeneraret opinionem illorum virtute dignam.* LANGBÆNIUS.

Ibid. Ε'ντέχνῃ λόγον] λόγος hic *ratio* est, non *oratio*, ut optime vidit Volfius in Prolegomenis ad Demosthenem suum. FABER.

25. Παρὰ δὲ τῷ Δημοσθένει] Alterum membrum collationis de Demosthenis juramento: in quo multa notatu digna concurrere demonstrat. PETRA.

26. Πεπραγμάτευται πρὸς ἡττημένους ὁ ὅρκος.] *Juramentum in eorum gratiam, qui victi sunt,* (male, *occisi*) *elaboratum est; ne Chæroneæ clades Atheniensibus ulterius summi infortunii loco haberetur.* LANGBÆNIUS.

27. Καὶ κατὰ ταυτὸν] Vat. tertius, καὶ ταυτόν. TOLLIUS.

8 θηναίοις ἀτύχημα φαίνεσθαι. [27] Καὶ κατὰ ταυτὸν, ὡς ἔφην, ἅμα ἀπό-
δειξίς ἐστι τοῦ μηδὲν ἡμαρτηκέναι, καὶ παράδειγμα, ὅρκων πίστις, ἐγκώμιον,
9 προτροπή. [28] Κἀπειδήπερ ὑπήντα τῷ ῥήτορι, λέγεις ἧτταν πολιτευσά-
μενος, εἶτα νίκας ὀμνύεις, [29] διὰ ταῦθ' ἑξῆς κανονίζει, καὶ [30] δι' ἀσφα-
λείας ἄγει [31] καὶ ὀνόματα· διδάσκων, ὅτι κἀν [32] βακχεύμασι νήφειν ἀναγ-
καῖον· τοὺς προκινδυνεύσαντάς, φησιν, ἐν Μαραθῶνι τῶν προγόνων, καὶ τοὺς
ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας, [33] καὶ τοὺς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, καὶ τοὺς ἐν
Πλαταιαῖς παραταξαμένους· [34] οὐδαμοῦ νικήσαντας εἶπεν, ἀλλὰ πάντῃ τὸ
[35] τοῦ τέλους διακέκλοφεν ὄνομα, ἐπειδήπερ ἦν εὐτυχὲς, καὶ τοῖς κατὰ
10 Χαιρώνειαν ὑπεναντίον. Διόπερ καὶ τὸν ἀκροατὴν φθάνων εὐθὺς ὑποφέ-
ρει,

28. Κἀπειδήπερ ὑπήντα τῷ ῥήτορι,] πρόληψις, cujus πρότασις, ἢ κατάστασις hæc, Κἀπειδήπερ ὑπήντα τῷ ῥήτορι. Ἀπάντησις, seu ὑποφορὰ, λέγεις ἧτταν πολιτευσάμενος, εἶτα, &c. PETRA.

Ibid. Κἀπειδήπερ ὑπήντα τῷ Ῥήτορι] Legerim: ὑπήντα ΤΙΣ τῷ Ῥήτορι. FABER.

29. Διὰ ταῦθ' ἑξῆς] Λύσις ab ipsius Demosthenis artificii consideratione. PETRA.

Ibid. Διὰ ταῦθ' ἑξῆς κανονίζει, καὶ δι' ἀσφαλείας ἄγει καὶ ὀνόματα· διδάσκων ὅτι, &c.] Sic interpungere non dubito; (licet exemplaria universim omnia reclament,) ita prima facie hic se sensus offeret; *propterea ipsa etiam verba, quæ sequuntur, ad normam explorat, & inoffensa profert: docens, quam necesse sit etiam insanire cum ratione.* Κανονίζειν proprie est ad *normam explorare*, inde translatum est ad eam, de qua modo dictum est, ἀποθέωσιν denotandam: quod illi tantum pro *Sanctis* habendi sint, quorum vita ad regulam perfectionis examinata inculpata reperitur. *Canonizatio* autem ista, prout in *Romana* Ecclesia jamdudum obtinet, siquid antiqui habet, illud omne ab ethnicis mutuatum. [*V. Cæremoniale Rom. & Angelum Roccham comment. de Canonizatione Sanctorum.*] Ut, quod, inquisitione de vita, fama, & miraculis Canonizandi habita, terna vice Pontifici supplicat Orator, ut in album Sanctorum referatur, primo, *instanter*; secundo, *instanter* & *instantius*; tertio, *instanter*, *instantius*, & *instantissime*: quod columbas, turtures, & canistellum vivis aviculis diversi generis plenum offerunt, una cum cereis, panibus, & vini cadis; hæc, inquam, omnia non multum abludunt a formula θεοποιΐας ista, quam late prosequitur *Herodianus lib.* 4, *in Principio.* Certe honores suos omnes (quos septem assignat *Roccha*) *Canonizati* cum *Divis* communes habent. Ut sunt, inter *Sanctos* referri: Sic ethnici inter *Deos*: in Ecclesiæ precibus invocari; templa & aras in eorum memorias erigi; sacrificia in honorem eorum offerri; dies festos celebrari; imagines pingi, addito certo lumine in signum gloriæ; & demum reliquias custodiri. Sic, inquam, & ethnici suos invocabant; & templa, vel ἡρῷα eis statuebant; quin & aras, quas proprie ἐσχάρας vocare licet; βωμοὶ enim altaria deorum, [*Ammon. de vocum diff.*] ἐσχάραι, aræ divorum, seu heröum: inter quæ & hoc intererat, quod illa in altum erecta, hæ defossæ. βωμὸς οἰκοδομητός· ἐσχάρα σκαπτή. [*Ethnicorum auctor, in βώμιος.*] Θυσιαστήριον enim (quod sciam) non agnoscunt scriptores ethnici; semel apud *Pollucem* offendo, sed pro titulo; quod ideo suspectum habeo, quia ἐν τῷ ῥητῷ nihil tale occurrit. Sacra etiam sua, & festos, ludosque, imo & sacerdotes decretos habuere, ut sodales *Augustales Augustus.* Cujus etiam, (ut & avunculi *Julii*) radiatum caput in statuis fuisse, tum ex historicis, tum ex numismatis innotescit. Fidem his faciunt, quæ de *Romuli*, *Julii*, & *Augusti Cæsarum*, *Drusillæ*, *Severi*, & aliorum deificatione referuntur *apud Plut. in Rom. Livium l.* 1, *Halic. l.* 2, *Tacit. l.* 1, *Senec. de brevit. & in ludo, &c.* LANGBÆNIUS.

30. Δι' ἀσφαλείας] id est, ἀσφαλίζεται. Sic apud Galenum lib. IV ad Glauconem; διὰ πάσης φυλακῆς τε καὶ ἀσφαλείας ἄγειν. TOLLIUS.

31. Καὶ ὀνόματα διδάσκων] Hunc locum commode non potuerunt vertere interpretes, qui non viderint gravem (sic judico) in eo esse errorem. Legendum enim [καὶ ἘΝΤΑΥ͂ΘΑ] *Docens* HOC LOCO *sobrie & non temere agen-*

cerent, effecit: ſic ut ſimul & demonſtratio ſit, uti dixi, nihil ab ipſis in ea 8
pugna ſubeunda peccatum fuiſſe; & exemplum, & jurisjurandi fides, &
laudatio, & cohortatio. Quin &, ne vel hoc illi ab adverſario objici
poſſet. *Tu mihi hic de clade, quæ te auctore accepta eſt, loqueris, & poſt-* 9
illa per majorum juras victorias; ipſa etiam, quibus utitur, verba di-
ligentiſſime, & ad amuſſim artis atque rationis exigit, & examinat, ea-
que in tutum deducit: inſigni oratoribus documento, ut cum ratione
inſanire, atque etiam in bacchationibus ſobrios eſſe ſe debere memine-
rint: *Non per illos*, inquiens, *qui in campis Marathoniis pro patria peri-
clitati ſunt; quique ad Salamina navali prælio dimicarunt; quique ad Ar-
temiſium, quique ad Platæas cum hoſte conflixerunt.* Hic enim nuſquam,
qui vicerunt, dicit; verum ubique victoriæ & eventus lætiſſimi nomine
ſuppreſſo, quod inauſpicato ad Chæroneam prælio quam maxime erat
contrarium, prævenit eos, qui audiunt, atque ipſum etiam adverſarium, 10
ſubji-

agendum eſſe, quamvis elatam & ἐνθουσιαστικὴν orationis formam ſequaris. Qui oculos habent, mecum tria verba non commutabunt. FABER.

Ibid. Καὶ ὀνόματα] nil mutandum. Antea ſchema Διανοίας tractarat Longinus: hic & *verborum* in Demoſthene curam ὡς ἐν παρόδῳ oſtendit. Ὀνομάτων vero ἐκλογὴ ſect. VIII inter phraſeos partes refertur: in quibus non tantum, quod ornatum, & magnificum eſt, quæritur, ſed &, quod non offendit auditorem. Cujuſmodi verba tamquam ſcopulos vitanda alicubi Cicero monet TOLLIUS.

32. Ἐν βακχεύμασι] quia tum vino pleni erant thiaſotæ TOLLIUS.

33. Καὶ τοὺς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ.] *Artemiſium* erat promontorium *Eubœæ*, ſupra *Heſtiæam* ad boreale littus expanſum. [*Plut. in Themiſt.*] De prælio *Græcorum* contra *Perſas* ad *Artemiſium commiſſo* legatur *Herodotus lib.* 7. LANGBÆNIUS.

34. Οὐδαμοῦ νικήσαντας εἶπεν,] Quod tamen verum erat; ſed maluit Demoſthenes voces medias opponere, προκινδυνεύσαντας (*periclitatos*) ναυμαχήσαντας (*qui prælio navali decertarunt*) παραταξαμένους (*qui in acie ſteterunt;*) quid ita tandem? Quia nimia differentia viſa fuiſſet inter eventum Chæronenſis pugnæ; in qua a Philippo victi fuerant Athenienſes, & eventum præliorum, quæ apud Marathonem, Salamina, & Platæas obierant. Itaque adeo ſtatim occurri poterat, *Quid ais, Demoſthenes? Victorias narras, & proſpera rerum; at nos victi, afflicti, & plane perditi ſumus. Aliud igitur tibi quærendum, quod dicas.* FABER.

35. Τοῦ τέλους ὄνομα] Id quod dixi modo, *vero nomine eventum non ſignavit.* FABER.

36. Οὓς ἅπαντας ἔθαψε δημοσίᾳ ἡ πόλις.] *Quos omnes ſepeliit publice civitas.* Solebant enim *Athenienſes*, ex inſtituto patrio, eos, qui in bello cecidiſſent, publice ſepelire, in hunc modum: [*Thucyd. lib.* 2.] Triduo ante diem juſtis deſtinatum tentorium erigunt, in quo defunctorum oſſa proponunt; ipſo funeris die arcas ex cupreſſo factas plauſtris adferunt, pro unaquaque tribu unam, in quibus oſſa reponuntur; & præterea lectus unus vacuus, ſtratus ob eos, quorum cadavera reperta non ſunt. Funus hoc modo adornatum proſequuntur omnes, tum cives, tum peregrini; mulieres item cognatæ ejulantes: oſſa in publico agro condunt, additis cujuſque ſepulchro columnis cum adſcriptis titulis; [*Pauſan. l.* 1, *Suid. in* κεραμεικός.] demum aliquis e meliori nota, ad hoc munus deſtinatus, ſolenni oratione habita defunctos pro roſtris laudat. Locus autem, in quo ſepeliebant, erat extra urbem, *Ceramicus* dictus. Κεραμεικὸς, ἔνθα τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτήσαντας ἔθαπτον δημοσίᾳ, καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἔλεγον. [*Harpocration.*] Atque huc reſpexit *Ariſtophanes* in *Avibus*,

> Ὁ Κεραμεικὸς δέξεται νώ. Δημοσίᾳ γὰρ ἵνα ταφῶμεν,
> Φήσομεν πρὸς τοὺς στρατηγοὺς Μαχομένω τοῖσι πολεμίοις
> Ἀποθανεῖν ἐν Ὀρνεαῖς.

Ceramicus ſuſcipiet nos: ut enim publice ſepeliamur, ducibus dicemus, nos cum hoſtibus pugnantes in Orneis mortuos eſſe. Atque hoc in cæteris ſancte obſervatum: eos tantum, qui in *Marathonio* prælio obierunt, non in *Ceramico*, ſed in

ρει, [36] οὓς ἅπαντας ἔθαψε δημοσίᾳ, φησὶν, [37] ἡ πόλις, Αἰσχίνη, οὐ τοὺς κατορθώσαντας μόνους.

eo ipso campo sepelierunt, ἐκείνων διαπρεπῆ τὴν ἀρετὴν κρίναντες, ut *Thucydides* ait: cui succinit *Pausanias*, additque insuper, heröas eos a *Marathoniis* appellari. LANGBÆNIUS.

37. Οὓς ἡ πόλις, Αἰσχίνη, &c.] Miror Longinum nil dixisse de hac *apostrophè*; plena enim amarulentiæ est, si quidquam aliud. Sed nec te celabo, hunc locum multo aliter apud Demosthenem ipsum legi, quam ut hic legitur, οὓς ἅπαντας ὉΜΟΊΩΣ ἡ πόλις ΤΗ͂Σ ΑὙΤΗ͂Σ

ΤΜΗ͂ΜΑ ιζʹ.

Ὅτι τῷ Ὕψει συμμαχεῖ τὰ σχήματα, καὶ πῇ, καὶ πῶς.

1 ΟὐΚ ἄξιον δ' ἐπὶ τούτου τοῦ τόπου παραλιπεῖν ἕν τι τῶν ἡμῖν τεθεωρημένων, φίλτατε· ἔσται δὲ πάνυ σύντομον, ὅτι φύσει πως [1] συμμαχεῖ τῷ ὕψει τὰ σχήματα, [2] καὶ πάλιν ἀντισυμμαχεῖται θαυμαστῶς ὑπ'
2 αὐτοῦ. Πῇ δὲ, καὶ πῶς, ἐγὼ φράσω. [3] Ὕποπτόν ἐστιν ἰδίως τὸ διὰ σχημάτων πανουργεῖν, καὶ προσβάλλον ὑπόνοιαν ἐνέδρας, ἐπιβουλῆς, παραλογισμοῦ· [4] καὶ ταῦθ', ὅταν ᾖ πρὸς κριτὴν [5] κύριον ὁ λόγος, μάλιστα δὲ [6] πρὸς
3 τυράννους, βασιλέας, [7] ἡγεμόνας ἐν ὑπεροχαῖς. [8] Ἀγανακτεῖ γὰρ εὐθὺς, εἰ, ὡς παῖς ἄφρων, ὑπὸ τεχνίτου ῥήτορος σχηματίοις κατασοφίζεται· καὶ εἰς

ΣΥμμαχεῖ τῷ Ὕψει] Plane eadem usus metaphora Hermogenes lib. I de formis, dixit, εὐκρίνειαν εἶναι ἐπίκουρον τῆς καθαρότητος. FABER.

Ibid. Συμμαχεῖ] tertius Vaticanus, συμμαχεῖται, pro συμμάχεται. TOLLIUS.

2. Καὶ πάλιν] figuras sententiarum interdum adjuvare τὸ ὕψος docet, interdum non. ROBORTELLUS.

3. Ὕποπτόν ἐστιν] Figurata oratio insidiarum, & paralogismi suspecta. PETRA.

Ibid. Ὕποπτόν ἐστιν τὸ διὰ σχημάτων, &c.] Quintilianus lib. IX: *Tum etiam ipsa plurimum prosunt, quæ simplicem quandam, & non præparatam ostendendo orationem, minus nos suspectos judici faciunt.* Auctor Dial. de causis corruptæ eloquentiæ: *At hercule pervulgatis jam omnibus, cum vix in cortina quisquam assistat, quin elementis studiorum etsi non instructus, at certe imbutus sit, novis & exquisitis eloquentiæ itineribus opus est, per quæ orator fastidium aurium effugiat, utique apud eos judices, qui vi aut potestate, non jure aut legibus cognoscunt, & nec recipiunt tempora, sed constituunt; nec expectandum habent oratorem, dum illi libeat de ipso negotio dicere, sed sæpe ultro admonent, atque alio transgredientem revocant, & festinare se testantur.* FABER.

Ibid. Ὕποπτόν ἐστιν] idcirco magna laus Æschinis, qui Schematibus utebatur, οὐ πρὸς τὸ δοκεῖν τι σὺν τέχνῃ λέγειν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀναγκαιότατον τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασι, uti de eo testatur Photius in Bibliotheca. Contra, notante Fabio lib. XI, c. II, *& magis miratur, & minus timet judex, quæ non putat adversus se præparata.* Dionysius Halicarn. de Isæo, ubi eum cum Lysia componit: Τοῦ Λυσίου μὲν οὖν τις ἀναγινώσκων τὰς διηγήσεις οὐδὲν ἂν ὑπολάβοι λέγεσθαι κατὰ τέχνην, ἢ πονηρίαν, ἀλλ' ὡς ἡ φύσις, καὶ ἡ ἀλήθεια φέρει, αὐτὸ τοῦτο ἀγνοῶν, ὅτι τῆς τέχνης τὸ μιμήσασθαι τὴν φύσιν, αὐτῆς μέγιστον ἔργον ἦν. Ἐπὶ δὲ τῶν Ἰσαίου διηγημάτων τοὐναντίον ἂν παθεῖν, μηδὲν ὑπολαβεῖν αὐτοφυῶς, καὶ αὐτοπραγματεύτως λέγεσθαι, μηδ' εἴτινα ὡς ἔτυχε γενόμενα εἴρηται. Ἐκ κατασκευῆς δὲ πάντα, καὶ μεμηχανευμένα πρὸς ἀπάτην, ἢ ἄλλην τινὰ κακουργίαν· καὶ τῷ μὲν, κἂν ψευδῆ λέγοντι, πιστεύσειαν ἄν. Τῷδε, μηδ' ἂν ἀληθεύῃ, χωρὶς ὑποψίας προσέξει. Cicero de Antonio in Bruto, c. XXXVII: *Erat memoria summa: nulla meditationis suspicio: imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur: sed ita erat paratus, ut judices illo dicente nonnumquam viderentur non satis parati ad caven-*

ſubjicitque eveſtigio: *Quos omnes, Æſchine, civitas publice ſepeliit; non eos tantum, quis feliciter rem gerere contigit.*

ἈΥΤΗ͂Σ ἈΞΙΩ΄ΣΑΣΑ, ΤΙΜΗ͂Σ ἔθαψεν, Αἰσχίνη, ἐχὶ τὲς κατορθώσαντας ἈΥΤΩ͂Ν. Vis dicam? vitioſa & corrupta ſunt hodierna exemplaria. Nam in iis [δημοσίᾳ] deſideratur, in quo tota vis orationis ſita: deinde ὁμοίως gloſſema: deinde etiam gloſſematis gloſſema eſt, τῆς αὐτῆς ἀξιώσασα τιμῆς. Lege modo. Denique, quod pæne omiſeram, αὐτῶν pro μόνες. FABER.

SECTIO XVII.

Figuras & Sublimitatem ſuppetias ſibi invicem ferre, & ubi, ac quomodo?

HOc mihi loco minime prætereundum videtur, cariſſime Poſtumi, 1
quod inter alia obſervaſſe memini; exponam vero quam potero breviſſime: *Figuras videlicet ac Sublimitatem mutuis natura ſuppetiis mirifice ſublevari; neque minus illas ab hac adjuvari, quam ipſæ illam viciſſim corroborent, & adaugeant.* Ubi vero, & qui hoc fiat, jam nunc dicam. 2
Callidus ille & ſollers figurarum uſus res præ ceteris omnibus perquam ſuſpicioſa eſt, metumque inſinuat inſidiarum, doli, & fraudis: præſertim, ubi apud judicem res agitur vitæ neciſque dominum: multo etiam magis, ſi tyrannus is fuerit, vel rex, vel provinciæ præſes. Statim enim is 3
indignatur, quum ſe velut imprudentem puerulum ab aſtuto oratore figurarum peti videt machinis atque fallaciis: eaſque in ſui contemtum atque

cavendum fuiſſe Hinc apud Sextum Empir. adv. Math. p. 78: Κἂν γὰρ δίκαια καλασκευάζῃ ὁ ῥήτωρ, δοκῆσι μὴ διὰ τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῆ ῥήτορ۞ πανεργίαν τὰ μὴ δίκαια τοιαῦτα αὐτοῖς φαίνεσθαι. Τῷ δὲ τῦ ἰδιώτε ὡς ἀσθενεῖ πᾶς τις συναγωνίζεται, καὶ τῷ ἧτlον δικαίῳ προσδοξάζει τὸ μᾶλλον δίκαιον, διὰ τὸ ὑπ' ἀφελῆς καὶ ἰδίωτε καλασκευάζεσθαι. TOLLIUS.

4. Καὶ ταῦθ' ὅταν] figurarum nimium uſum nocere monet, ſi apud unum judicem, aut regem loquaris. ROBORTELLUS.

5. Κύριον ὁ λόγ۞.] Judex, in cujus poteſtate jus vel damnandi, vel abſolvendi. De hac poteſtate judicis in reum Cic. pro Quintio: *Propterea quod omnes, quorum in alterius manu vita poſita eſt, ſæpius illud cogitant, quid poſſit is, cujus in ditione ac poteſtate ſunt, quam quid debeant facere.* PETRA.

6. Τυράννες, βασιλέας.] Reges optimos *tyrannos* olim vocatos, *cui non dictus Hylas?* Quando vero vox iſta a primæva ſua ſimplicitate deflexit, non ita triviale. *Scholiaſtes Sophoclis ad Oedipum Tyr.* annotavit reges omnes *Trojanis* antiquiores *tyrannos* vocatos; vocem vero iſtam *Homeri* temporibus ignotam prorſus, ut qui *Echetum*, bipedum omnium nequiſſimum, regem vocaverit, non *tyrannum*, *Odyſſ.* σ'.

Εἰς Ἔχετον βασιλῆα, βροτῶν δηλήμονα πάντων.

Tandem, circa *Archilochi* tempora, vocis uſum ad *Græcos* perveniſſe vult *Hippias* Sophiſta. *Tyranni* autem vel ab urbe *Tyro*, vel a *Tyrrhenis* dicti, quod hi latrociniis dediti eſſent. Quos autem nunc *tyrannos*, olim αἰσυμνήτας vocabant: referente *Ariſtotele* in *Republica Cumæorum*. Hæc ille, & in hanc rem plura. LANGBÆNIUS.

Ibid. Πρὸς τυράννες] tertius Vaticanus, πρὸς τὲς τυράννες: quod non ſuo loco inſertum videtur, cum commodior ei ante ἐν ὑπεροχαῖς aſſignari poſſit. TOLLIUS.

7. Ἡγεμόνας ἐν ὑπεροχαῖς.] Primum legendum, ἡγεμόνας ΤΟΥ͂Σ ἐν ὑπεροχαῖς; ſed addo amplius, legendum videri, ΤΟΥ͂Σ ἘΝ ἘΠΑΡΧΙ΄ΑΙΣ, *præfectos provinciarum proconſules, proprætores.* Neque magis proprie loqui potuit Rhetor noſter. Lucianus ἁρμοστὰς diceret, *ordinatores provinciarum.* Quod Latiniſſimum eſt, *miſſus ad ordinandam provinciam*, paſſim in veteribus legitur. FABER.

8. Ἀγανακτεῖ γὰρ εὐθὺς] *quia videtur ars omnis dicentis contra judicem adhiberi*, ut ait Fabius l. 4. c. 1. TOLLIUS.

9. Ἀπο-

καὶ εἰς καταφρόνησιν ἑαυτοῦ λαμβάνων τὸν παραλογισμόν, ἐνίοτε μὲν [9] ἀποθηριοῦται τὸ σύνολον· [10] κἂν ἐπικρατήσῃ δὲ τοῦ θυμοῦ, [11] πρὸς τὴν πει-
4 θὼ τῶν λόγων πάντως [12] ἀντιδιατίθεται. [13] Διόπερ καὶ [14] τότε ἄριστον δοκεῖ
5 τὸ σχῆμα, ὅταν αὐτὸ τοῦτο [15] διαλανθάνῃ, ὅτι σχῆμά ἐστι. [16] Τὸ τοίνυν ὕψος, καὶ πάθος τῆς ἐπὶ τῷ σχηματίζειν ὑπονοίας ἀλέξημα, καὶ θαυμαστή τις ἐπικουρία καθίσταται· [17] καί πως παραληφθεῖσα ἡ τοῦ πανουργεῖν τέχνη [18] τοῖς κάλλεσι, καὶ μεγέθεσι τὸ λοιπὸν ὑποδέδυκε, καὶ πᾶσαν ὑποψίαν
6 ἐκπέφευγεν. Ἱκανὸν δὲ τεκμήριον τὸ προειρημένον, ὦ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι· τίνι γὰρ ἐνταῦθ᾽ ὁ ῥήτωρ ἀπέκρυψε τὸ σχῆμα; [19] δῆλον, ὅτι τῷ φωτὶ
7 αὐτῷ. Σχεδὸν γάρ, [20] ὥσπερ καὶ τ᾽ ἀμυδρὰ φέγγη ἐναφανίζεται τῷ ἡλίῳ περιαυγούμενα, οὕτω τὰ τῆς ῥητορικῆς σοφίσματα ἐξαμαυροῖ περιχυθὲν πάν-
8 τοθεν [21] τὸ μέγεθος. Οὐ πόρρω δ᾽ ἴσως τούτου καὶ [22] ἐπὶ τῆς ζωγραφίας τι τοιοῦτο συμβαίνει· [23] ἐπὶ γὰρ τοῦ αὐτοῦ κειμένων ἐπιπέδου παραλλήλων ἐν χρώ-

9. Ἀποθηριοῦται] atqui judicis *delinitor esse debet orator*, ut Cicero monet in Bruto c. LXX. TOLLIUS.

10. Κἂν ἐπικρατήσῃ δὲ τὰ τοῦ θυμοῦ, πρὸς τὴν πειθὼ τῶν λόγων πάντως ἀντιδιατίθεται.] *Vel, ut ira imperet, at orationis suadela* (seu, *quo minus ab ea persuadeatur*) *penitus reluctatur.* Ita enim interpungere malim, quam receptam sequi παρασημείωσιν. LANGBÆNIUS.

Ibid. Κἂν ἐπικρατήσῃ δὲ τὰ] dele cum duobus MSS. ultimam hanc voculam τὰ, & distingue ad exemplum a Langbænio ostensum: subintelligendo ὁ ἐν τέλει δικαστής. Vel lege, κἂν ἐπικρατήσῃ δ᾽ εἶτα. TOLLIUS.

11. Πρὸς τὴν πειθὼ] *cum in his rebus cura verborum deroget affectibus fidem: & ubicumque ars ostentatur, veritas abesse videatur:* Fabius l. IX, c. III extremo, vel ut Hermogenes de Methodo c. XVII: ὅτι ὁ δικαστὴς ὑποπτεύει τὸν ῥήτορα, καὶ δέδοικε, μὴ ἐξαπατηθῇ τῇ δυνάμει τῆς ῥητορικῆς· αὐτὸ τοίνυν τοῦτό ἐστι τεχνίτου ῥήτορος, τὸ δοκεῖν αὐτόθεν λέγειν, ἵνα καὶ οὕτως ὁ δικαστὴς ταραχθῇ. *Utilissima* igitur, monente Seneca l. I contr. in præfatione, *est dissimulata subtilitas, quæ effectu apparet, habitu latet.* Vel ut Aristoteles lib. III Rhetor. c. II: Διὸ δεῖ λανθάνειν ποιοῦντας, καὶ μὴ δοκεῖν λέγειν πεπλασμένως, ἀλλὰ πεφυκότως. Τοῦτο γὰρ πιθανόν· ἐκεῖνο δὲ τοὐναντίον, ὡς πρὸς ἐπιβουλεύοντα διευλαβοῦνται· uti recte Muretus emendat, pro διαβάλλονται. Hinc egregia illa laus Gavii Silonis apud eundem Senecam lib. V Controvers. *Erat, qui patremfamilias præferret, oratorem subduceret. Partem enim eloquentiæ putabat, eloquentiam abscondere.* Ex hac quoque penu Artem suam Ovidius instruxit; lib. II:

Si latet ars, prodest: affert deprensa pudorem,
Atque adimit merito tempus in omne fidem. TOLLIUS.

12. Ἀντιδιατίθεται] Ita ut Judex id dicat, quod nescio quis apud Aristophanem, in Pluto:

Οὐ γὰρ πείσεις, οὐδ᾽ ἢν πείσῃς.
Non persuadebis, etiamsi persuaseris.

FABER.

Ibid. Διόπερ καὶ τότε] V. infra sect. XXXVII de Hyperbole. TOLLIUS.

13. Διόπερ καὶ] Κρύψις τοῦ σχήματος optima illa, quæ τοῦ ὕψους καὶ τοῦ πάθους beneficio existit. PETRA.

14. Τότε ἄριστον δοκεῖ τὸ σχῆμα, &c.] Consonum huic est, quod de epistolico charactere præcipit *Philostratus in epist. ad Aspasiam*; ἐχέτω τὸ εὔσχημον ἐν τῷ μὴ ἐσχηματίσθαι. *Figuram habeat in eo, quod sit minime figuratus.* Figuram autem varie definierunt antiqui rhetores. *Zoilus* ita; [*Apud Phœbammonem in proleg.*] σχῆμά ἐστιν ἕτερον μὲν προσποιεῖσθαι, ἕτερον δὲ λέγειν, *Aliud simulare, aliud dicere. Cæcilius* (idem ille de quo crebra hic mentio) paulo aliter, Καικίλιος ὁ Καλαινδίτης (corrige, Καλακτίτης) ὡρίσατο οὕτως, σχῆμά ἐστι προτροπὴ εἰς τὸ μὴ κατὰ φύσιν, *Deflexio ad id, quod secundum naturam non est. Tiberius de figuris Demosth. Et Plutarch. de figuris Homeri*, plenius: σχῆμά ἐστιν τὸ μὴ κατὰ φύσιν τὸν νοῦν ἐκφέρειν, μηδὲ ἐπ᾽ εὐθείας· ἀλλ᾽ ἐκτρέπειν καὶ ἐξαλλάττειν τὴν διάνοιαν τῇ πλάσει κόσμου τινὸς, ἢ χρείας

atque contumeliam accipiens ita sæpenumero exasperatur, & oratori
immutatur, ut, quamvis iram suam cohibeat, atque moderetur, animo
tamen & auribus a sermone oratoris sit aversissimis. Quapropter *ea de-* 4
mum censenda est optima figura, quæ effectu apparet, habitu latet. Hanc 5
vero in judice attentatæ figuris fidei suæ suspicionem mirum in modum
lenit, tollitque conjuncta cum animi concitatione Sublimitas: ac si
quandoque contigerit, ut illa calliditatis ars ab oratore adhibeatur, subit
hæc evestigio fulgidum Sublimitatis & præstantium affectuum lumen, &
sub umbra magnarum virtutum delitescens effugit oculos, quamvis acu-
tissimos, suspicionis. Exemplum aliud idoneum magis, magisque illustre, 6
quam quod attuli, dari vix ullum potest. *Non per eos, qui in campis Ma-
rathoniis*, &c. Agnoscisne hic, Terentiane dulcissime, qua re figuram
hic orator occultavit, eam rem a fulgore Sublimitatis aliam nullam esse?
Equidem Rhetoricis mihi figuris idem accidere videtur, quod ignibus
ac luminibus minoribus. Nam quemadmodum sol exortus splendore suo 7
aliis omnibus sideribus tenebras obducit, ita & circumfusa figuris Sub-
limitatis lux penitus illas obscurat, & abscondit. Nec multum differt,
quod in pictura evenire solet. Quamvis enim umbra lumenque juxta se 8
invicem, & in eadem tabellæ planitie, coloribus expressa fuerint, ta-
men

χρείας ἕνεκα. *Figura est non ordinario modo mentem exprimere, nec directe; sed sententiam animi inflectere, & variare fictione aliqua, vel ornatus, vel necessitatis gratia.* Exempla cupienti suggeret *Halicarnasseus de figuris.* LANGBÆNIUS.

15. Διαλανθάνει ὅτι σχῆμά ἐστι] Recte Comicus: *nam doli non doli sunt, nisi astu colas.* In Captivis puto. FABER.

16. Τὸ τοίνυν ὕψος] infra sect. XXXII: Ὅμως δὲ πλήθους καὶ τόλμης μεταφορῶν, καὶ σχημάτων, τὰ εὔκαιρα καὶ σφοδρὰ πάθη, καὶ τὸ γενναῖον ὕψος εἶναί φημι ἴδιά τινα ἀλεξιφάρμακα. TOLLIUS.

17. Καί πως παραληφθ.] Remedium igitur fuerit hoc, quod ὕψος καὶ πάθος in oratione faciunt, ut minus appareant figuræ. ROBORTELLUS.

Ibid. Καί πως παραληφθεῖσα] V.C. παραληφθεῖσαν. Forte fuit: παραληφθεῖσα ἡ τοῦ, vel, ἐν τῷ πανουργεῖν τέχνη. TOLLIUS.

18. Τοῖς κάλλεσι] mirifice ego fallor, nisi hic vitium est. Præcessit statim; τὸ τοίνυν ὕψος καὶ πάθος, &c. Unde igitur hic κάλλος? τὸ κάλλος enim concinnitati adscribitur, quæ plerumque, ut alibi videbimus, animi perturbationi adversa delectationem tantum aucupatur. Corrige ergo, τοῖς πάθεσι καὶ μεγέθεσι. TOLLIUS.

19. Δῆλον ὅτι φωτὶ αὐτῷ] Præclarum omnino, & plenum ingenii judicium. *Lumen enim illud Granditatis, quo figuræ convestiuntur* (sic enim de lumine solis Lucretius) *facit, ut ne ad illas oculi penetrare possint.* Φῶς ἀπρόσιτον, de Deo, in Sacris. FABER.

Ibid. Ὅτι τῷ φωτὶ αὐτῷ] Fabius lib. IV c. 1: *Magis conciliatis animis, & jam calentibus, hæc libertas feretur; maximeque cum in locos fuerimus ingressi, quorum naturalis ubertas licentiam verbi notari circumfuso nitore non patitur.* TOLLIUS.

20. Ὥσπερ τὰ ἀμυδρὰ] Sic fere Sappho:

Ἀστέρες μὲν ἀμφὶ σελάνναν ἂψ ἀποκρύπτουσι,
Φαεινὸν εἶδος, ὁπόταν πλήθοισα μάλιστα λάμπῃ γᾶν.

Idem Fabius l. IV, c. 2: *In narratione sit in verbis summa diligentia: quæ in locis impetu feruntur, & circumjecta orationis copia latent.* Vid. infra notata ad sect. XXXI, 4. TOLLIUS.

21. Τὸ μέγεθος] Seneca l. IV de Benef. c. XXII: *Cujus pulchritudo animos circumfundit, & delinitos admiratione luminis ac fulgoris sui rapit.* TOLLIUS.

22. Ἐπὶ τῆς ζωγραφίας] Plutarchus de Herodoti malignitate p. 863: Ὥσπερ οἱ ζωγράφοι τὰ λαμπρὰ τῇ σκιᾷ τρανώτερα ποιοῦσι. TOLLIUS.

23. Ἐπὶ γὰρ τοῦ αὐτοῦ] Cicero l. III de Oratore c. XXVI: *Sed habeat tamen illa in di-*

χρώμασι τῆς σκιᾶς τε, καὶ τοῦ φωτὸς, ὅμως προϋπαντᾷ τε τὸ φῶς ταῖς
9 ὄψεσι καὶ φαινόμενον ἔξοχον, [24] καὶ ἐγγυτέρω παρὰ πολὺ φαίνεται. Οὐκοῦν καὶ τῶν
λόγων τὰ πάθη, καὶ τὰ ὕψη ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐγγυτέρω κείμενα, διά
τε φυσικήν τινα συγγένειαν, καὶ διὰ λαμπρότητα, ἀεὶ τῶν σχημάτων
προεμφανίζεται, καὶ τὴν τέχνην αὐτῶν ἀποσκιάζει, καὶ οἷον ἐν κατα-
καλύψει τηρεῖ.

cendo admiratio ac summa laus umbram aliquam & recessum, quo magis id, quod erit illuminatum, exstare, atque eminere videatur. Tollius.

24. Καὶ

ΤΜΗΜΑ ιη΄.

Περὶ Πεύσεως καὶ Ἐρωτήσεως.

1 ΤΙ΄ δ᾽ ἐκεῖνα φῶμεν, [2] τὰς πεύσεις τε, καὶ ἐρωτήσεις; ἆρα οὐκ αὐ-
ταῖς ταῖς τῶν σχημάτων εἰδοποιΐαις παρὰ πολὺ ἐμπρακτότερα καὶ
2 σοβαρώτερα συντείνει τὰ λεγόμενα; [3] Ἢ βούλεσθε, εἰπέ μοι, περιϊόντες
ἀλλήλων [4] πυνθάνεσθαι, λέγεταί τι καινόν; τί γὰρ ἂν γένοιτο τούτου καινό-
τερον, [5] ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ Ἀθηναίους καταπολεμῶν, καὶ τὰ τῶν ἑλλήνων
διοικῶν; τέθνηκε Φίλιππος; οὐ μὰ Δί᾽, ἀλλ᾽ ἀσθενεῖ· τί δ᾽ ὑμῖν δια-
φέρει; καὶ γὰρ [6] ἂν οὗτός τι πάθῃ, ταχέως ὑμεῖς ἕτερον Φίλιππον ποιήσετε.
3 Καὶ πάλιν, [7] Πλέωμεν ἐπὶ Μακεδονίαν, φησί· [8] ποῖ δὴ προσορμιού-
μεθα, ἤρετό τις; εὑρήσει [9] τὰ σαθρὰ τῶν Φιλίππου πραγμάτων αὐτὸς [10] ὁ
4 πόλεμος. Ἦν δὲ ἁπλῶς ῥηθὲν τὸ πρᾶγμα τῷ παντὶ καταδεέστερον·
νυνὶ δὲ τὸ ἔνθουν, καὶ ὀξύῤῥοπον τῆς πεύσεως, καὶ ἀποκρίσεως, καὶ τὸ πρὸς
ἕτερον ἀνθυπαντᾷν, οὐ μόνον ὑψηλότερον ἐποίησε τῷ σχηματισμῷ τὸ ῥηθὲν,

ἀλλὰ

Τί δ᾽ ἐκεῖνα] Figuras sententiarum apte positas addere vim maximam orationi tradit. Robortellus.

Ibid. Τί δ᾽ ἐκεῖνα] Vide Hermog. περὶ μεθόδ. δειν. ἐρώτησις καὶ πεῦσις pro eodem: sunt tamen, qui τὴν ἐρώτησιν genus, τὴν πεῦσιν vero speciem dicant. Petra.

2. Τὰς πεύσεις τε, καὶ ἐρωτήσεις] *Technici* ita distinguunt, ut ἐρώτησις sit interrogatio, quæ pro responso assensionem tantum, vel negationem requirit; *est*, vel *non*: πεῦσις autem quæ fusiorem responsionem: *Theon cap. 5, pro exemplo* πεύσεως *hoc adducit: Theano Pythagorica* interrogata, ποία γυνὴ ἀπ᾽ ἀνδρὸς καθαρὰ εἰς τὸ Θεσμοφορεῖον κάτεισιν; εἶπε, ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου παραχρῆμα, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου οὐδέποτε: *Quæ mulier a viro pura ad Cereris sacra veniret?* Respondit, *a suo statim, ab alieno nunquam.* Locum ex *Clemente Strom. lib. 4,* sic restituo, ποσταία γυνή, quoto die mulier, &c. Langbænius.

Ibid. Τὰς πεύσεις] *Hæc exornatio*, inquit Cornificius ad Herenn. l. IV, c. XV, *ad sermonem vehementer accommodata est, & animum auditoris retinet attentum tum venustate sermonis, tum rationum exspectatione.* Videsis & Fabium lib. IX, cap. II Institut. Tollius.

3. Ἢ βούλεσθε,] ἐν τῷ κατὰ Φίλ. α΄. Fr. Portus.

Ibid. Ἢ βούλεσθε] Demosthenis locus, quo demonstratur, quantam vim habeant Pysma & Erotema Robortellus.

Ibid. Ἢ βούλεσθε] Petitus est hic locus e I Philippica Demosthenis. Faber.

4. Πυνθάνεσθαι,] Legendum in infinitivo πυνθάνεσθαι. Petra.

5. Μακεδὼν ἀνὴρ] tertius Vaticanus conci-

lius

men id, quod luminosum est, oculos nostros validius feriens eminere, & aliquatenus exstare, multoque quam umbra propius esse videtur. Ad 9
eundem modum, & qui in oratione adhibentur affectus, & omnis Sublimitas, animis nostris cum necessitudine quadam atque cognatione naturæ, tum etiam splendore suo propinquiora, claritate sua figuras multis partibus antevertunt, inque oculos nostros validius incurrunt; artemque offusa nocte, quasi velamine quodam, obtegunt, & occultant.

24. Καὶ ἐγγυτέρω] V. C. una voce auctior, ἀλλὰ καὶ ἐγγυτέρω. Hoc fit autem διὰ τὸ παράλληλα τὰ ἐναντία μάλιστα φαίνεσθαι, ut ait Aristot. III Rhet. 2. TOLLIUS.

SECTIO XVIII.

De Interrogatione & Percontatione.

QUid hic ego tibi, mi Terentiane, *Interrogationes* & *Percontationes* re- 1
censeam? Quis enim est, qui ignoret, orationem haruncce figurarum conformationibus & contendi quam fortissime, & ab iisdem cum vehementiæ permultum, atque acrimoniæ sibi acquirere, tum vero nimium quantum dignitatis & magnificentiæ? *An vero,* (inquit alibi idem orator) 2
alter alterum quæso, per circulos oberrantes percontabimini, Ecquid novi? At quid (Juppiter!) magis novum ad auris umquam nostras accidere posit, quam quod homo Macedo Athenienses bello aggreditur, Græciæque res ordinat? Quid ais? Philippus, vixitne? non sane, sed ei male est. Di boni! quid vestra id interest, vivatne, an vixerit Philippus? qui, si quid eo fuerit, alium vobis Philippum brevi sitis inventuri. Et rursum: *In Macedoniam*, inquit, 3
navigemus. Sed, quo appellemus? quærat aliquis. Ipsum bellum infirma regni ac rerum Philippi aperiet. Hæc si orator simpliciter fuisset elocutus, dignitatem ac pondus rei verbis minime adæquasset. Nunc autem æstus 4
ille mentis, & concitata illa veloxque Percontationis & responsionis reciprocatio, illaque ipsi sibi, velut alteri cuipiam reposita Subjectio, non modo Sublimitatem figurato hoc loquendi modo orationi attulit, verum

sius hæc legit, Μακεδὼν ἀνὴρ καταπολεμῶν τὴν Ἑλλάδα τέθνηκε, &c. TOLLIUS.

6. Εἴ τι πάθῃ] *Si quid ei acciderit*, pro, mortuus fuerit. Exempla passim. FABER

Ibid. Ἂν οὗτός τι πάθῃ] Notus εὐφημισμὸς, id est, *si quid hoc fuerit.* Sic & ἐάν τι συμβαίνῃ in testamento Aristot. apud Diog. Laert. Exempla passim obvia sunt. TOLLIUS.

7. Πλεῶμεν] Ex eadem oratione. FABER.

8. Ποῖ δὴ προσορμ.] Hermog. l. 2 de Ideis, c. 7, legit, πῆ δὴ προσορμισόμεθα: dicitque hanc figuram τὸ ἐνδιάθετον, καὶ τὸ ἀληθῶς ἔμψυχον, καὶ γοργὸν ποιεῖν. Mox & Φιλίππου noster pro ἐκείνου posuit, perspicuitatis ergo. TOLLIUS.

9. Τὰ σαθρὰ τῶν πραγμάτων] *Rerum vitia* Latine dicerem, ut *vitiosa ædificia*, &c. FABER.

Ibid. Τὰ σαθρὰ] Proverbialis hæc locutio. Plato in Eutyphrone: Εἰ ἄρα ἐμὲ ἐπιχειρήσειε γράφεσθαι, εὕροιμ' ἂν, ὡς οἶμαι, ὅπη σαθρός ἐστι· καὶ πολὺ ἂν ἡμῖν πρότερον περὶ ἐκείνου λόγος γένοιτο ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ἢ περὶ ἐμοῦ. Ubi ante περὶ ἐμοῦ excidisse videtur vocula ἐκείνου. Hesychius, σαθρά, ἀσθενῆ, κεκλασμένα. TOLLIUS.

10. Ὁ πόλεμος] Hinc hausisse videtur Livius, quæ lib. XXVIII, c. 44, Scipionem inducit loquentem: *Multa, quæ nunc ex intervallo non apparent, bellum aperiet.* TOLLIUS.

5 ἀλλὰ [11] καὶ πιστότερον. [12] Ἄγει γὰρ τὰ παθητικὰ τότε μᾶλλον, ὅταν αὐτὰ φαίνηται [13] μὴ ἐπιτηδεύειν αὐτὸς ὁ λέγων, ἀλλὰ γεννᾷν ὁ καιρός. [14] Ἡ δ' ἐρώτησις ἡ εἰς ἑαυτὸν, καὶ ἀπόκρισις, μιμεῖται τοῦ πάθους τὸ ἐπίκαιρον·
6 [15] Σχεδὸν γὰρ [16] ὡς οἱ ὑφ' ἑτέρων ἐρωτώμενοι παροξύνονται, ἐκ τοῦ παραχρῆμα πρὸς τὸ λεχθὲν ἐναγωνίως, καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀνθυπαντῶσιν, οὕτω τὸ σχῆμα τῆς πεύσεως καὶ ἀποκρίσεως εἰς τὸ δοκεῖν ἕκαστον τῶν ἐσκεμμένων [17] ἐξ ὑπογυίου κεκινῆσθαί τε, καὶ λέγεσθαι, τὸν ἀκροατὴν [18] ἀπάγει, καὶ παραλογίζεται. Ἔτι τοίνυν (ἓν γάρ τι τῶν ὑψηλοτάτων [19] τὸ Ἡροδότειον πεπίστευται) [20] εἰ οὕτως * * * * *

11. Καὶ πιστότερον] rationem reddit Hermogenes de Methodo cap. XX: Πιστεύει γὰρ ἕκαστος τῶν ἀκουόντων, ἐννοῶν, ὅτι οὐκ ἂν ἠρώτησεν ἑαυτὸν ὁ Ῥήτωρ, εἰ μὴ ἐπίστευεν ἀποδείξειν, καὶ ἥντινα ἔχει ὑπόνοιαν ὁ ἀκροατὴς, θεραπεύεται. TOLLIUS.

12. Ἄγει γὰρ τὰ παθ.] Dionyf. Halic. Καὶ γὰρ τὸ ἀφρόντιστον αὐτὸ, καὶ τὸ ὥσπερ αὐτοφυὲς, δεινότητα παραστήσει τινά. Ratio autem eſt, quia videntur a neceſſitate proficiſci, quæ fidem facit. *Nam & verberibus*, (inquit Cicero in Topicis c. XX,) *tormentis, igni fatigati, quæ dicunt, ea videtur veritas ipſa dicere: & quæ a perturbationibus animi ſunt, dolore, cupiditate, iracundia, metu, quia neceſſitatis vim habent, afferunt auctoritatem & fidem.* TOLLIUS.

13. Μὴ ἐπιτηδεύειν] egregie huc faciunt Hermogenis illa ubi de conviciis agit lib. II Id. c. 7; ea non eſſe moleſta ſcilicet, ὅταν ὡς ὑπὸ ὀργῆς προαχθῇ, καὶ οὐκ ἐσκεμμένος ἥκει πρὸς τὰς λοιδορίας, ἀλλ' αὐτόθεν ἐπελθὸν αὐτῷ δι' ὀργὴν ταῦτα εἴρηκεν, ὅτε λόγος τὸ πιθανὸν πλέον ἐκ τῶν τοιούτων μεθόδων ἔχει διὰ τὴν διάθεσιν, καὶ τὸ ἐμψύχως προαχθῆναι. Ubi plura eximia. TOLLIUS.

14. Ἡ δ' ἐρώτησις] Vide Hermogenem citato loco pagina 415, adeoque de hac interrogandi & reſpondendi forma in methodo εὐκρινείας pag. 234 in fine. PETRA.

15. Σχεδὸν γὰρ] Quid faciat Pyſma illud, docet. ROBORTELLUS.

16. Ὅσον ὑφ' ἑτέρων] malim ὅσοι. PETRA.
Ibid. Ὅσον ὑφ' ἑτέρων] Plane legendum,
ΩΣ

ΤΜΗΜΑ ιθ'.

Περὶ Ἀσυνδέτων.

* * * * *

1 Ἄπλοκα ἐκπίπτει, καὶ οἱονεὶ προχεῖται τὰ λεγόμενα, [1] ὀλίγου δεῖν φθάνοντα καὶ αὐτὸν τὸν λέγοντα. [2] Καὶ συμβαλόντες, φησὶν [3] ὁ Ξενοφῶν, τὰς ἀσπίδας, ἐωθοῦντο, ἐμάχοντο, ἀπέκτεινον, ἀπέθνησκον. [4] Καὶ τὰ τοῦ Εὐρυλόχου,

[5] Ἤλθομεν, ὡς ἐκέλευες, ἀνὰ δρυμὰ, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ·
Εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα [6] δώματα Κίρκης.

Τὰ γὰρ

Ὀλίγου δεῖν] Ἀσύνδετος εἰσβολὴ μεγάλην ἐνδεικνυμένη λύπην διὰ τῶν ἑτάρων ἀδευκέα πότμον, ut loquitur Hom. PETRA.

2. Καὶ συμβαλόντες,] Ἐν τῷ εἰς Ἀγησίλαον. FR. PORTUS.

Ibid. Καὶ συμβαλόντες] exſtant hæc & l. 4 Rer. Græc. ſed pace Longini dixerim, ubi hæc in Xenophonte legebam, non ſentiebam me affici illo animi motu, quem Sublimia legentibus ſuppeditant. Eſt enim elegans magis & concinna ſententia, quam gravis: eamque Xenophon bis habet, velut qua præter ceteras fuerit delectatus. Figuram vero quod attinet, laudat eam & Ariſtoteles l. III Rhet. c. XVIII; ubi de Patheticis agit: καὶ τάδ' ἀσύνδετα ὡσαύτως· ἦλθον, ἀπήντησα, ἐδεόμην· quæ tamen

verum multo quoque eam reddidit credibiliorem. Nam tum demum 5
concitata affectibus oratio eos, qui audiunt, commovet, quum eam orator non domo afferre, sed in arena, quod ajunt, invenire videtur. Atqui illa sui ipsius Interrogatio, & ad eam subjectio, repentini, & ex ipsa velut occasione nati affectus extemporalitatem mirifice imitatur. Sicut enim illi, qui ab aliis interrogantur, irritati ad ea ipsa, quæ rogan- 6
tur, extemplo cum animi quadam concitatione respondent, adeoque, quæ ipsa dictat affectuum veritas, regerunt: ita & hæc Interrogationis atque huic redditæ responsionis figura auditorem minus cautum decipit, atque circumvenit; sic ut, quæ ab oratore diu & accurate meditata afferuntur, ex tempore illi subnasci, dicique existimet. Præterea (nam & hoc Herodoti e maxime sublimibus semper habitum fuit) si ita * * * *

ΩΣ ΟΙ· sequitur enim in redditione comparationis, ὕτως. FABER.

17. Ἐξ ὑπογυίου] *Ex tempore.* Ὑπόγυον enim idem quod πρόχειρον, (*ad manum*) vel παρὰ ποσί· (*ante pedes*) γυῖα enim (ut ex *Ulpiano* antea monui) proprie manus & pedes designant. LANGBÆNIUS.

18. Ἀπάγει] i. ἀπατᾷ, fallit, decipit, de via rationis deducit. TOLLIUS.

19. Τὸ Ἡροδότειον. Εἰ ὕτως.] Locum hunc *Herodoti* non vacavit exquirere; remittit nos *Stephanus* ad sect. 384, in codice *Genevensi*: ut ego lectorem. LANGBÆNIUS.

Ibid. Τὸ Ἡροδότειον πεπίστευται) εἰ ὕτως ***] Locum hunc Herodoti, ut ait Langbænius, ad oram sui Cod. notaverat H. Stephanus, eumque reperiri dixerat pag. CCCLXXXIV, editionis II. fallitur aut Langbænius, aut Stephanus. Nam locum hunc in illa pagina frustra quæsieris, sed illum modo, ubi de Dionysio Phocæorum stratego agitur; de quo Longinus sect. XXII. FABER.

20. Εἰ ὕτως] Desiderantur & alia præter hoc exemplum pluscula. Est enim duplex hoc caput. Nam quæ sequuntur ex Xenophonte, & Homero, ea ad copulæ defectum, sive asyndeton, referenda sunt. In Veneto margini adscriptum erat: ἐκλείπει περὶ δύο φύλλα. TOLLIUS.

SECTIO XIX.

De Asyndetis, seu Dissolutis.

* * * * *

ADeo non impedita, adeo omni vinculo exsoluta provolvuntur, ut ipsum tantum non præveniant dicentem. *Collisisque* (inquit alicubi 1
Xenophon) *clypeis impellebantur, pugnabant, cædebant, cædebantur.* Neque minus incitata sunt illa Eurylochi:

Ivimus, ut jussum, per sylvas, inclyte Ulysse,
Vidimus exstructas pulchras in vallibus ædes.

Hæc

men actione adjuvanda dicit: alias enim esse frigida. TOLLIUS.

3. Ξενοφῶν] oratione in Agesilaum Regem. FABER.

4 Καὶ τὰ τῦ Εὐρυλόχυ] Delendi hic sunt asterisci; neque enim quidquam deest. Locus Hom. est Odyss. κ'. vers. 251, sed in secundo versu error est; neque enim legendum δώματα Κίρκης, sed δώματα καλά: quippe in illa narratione Eurylochus testatur ignorasse se primum, cujusnam ædes illæ essent:

Ἔνθα δέ τις μέγαν ἱστὸν ἐποιχομένη λίγ' ἄειδεν,
Ἢ θεὸς, ἠὲ γυνὴ, &c. FABER.

5. Ὅμηρ,] Ὀδ. κ'. FR. PORTUS.

6. Δώματα Κίρκης] libri duo Vat. δώματα καλά. Vid. Apollonium de Syntaxi pag. 15. TOLLIUS.

 7. Φέρει

2 Τὰ γὰρ ἀλλήλων διακεκομμένα, καὶ οὐδὲν ἧττον κατεσπευσμένα, [7] φέρει τῆς ἀγωνίας ἔμφασιν, [8] ἅμα καὶ ἐμποδιζούσης τι, καὶ συνδιωκούσης· [9] τοιαῦθ' ὁ ποιητὴς ἐξήνεγκε διὰ τῶν ἀσυνδέτων.

7. Φέρει τῆς ἀγωνίας] Τουτέστι μεγάλης λύπης δηλωτικὰ τὰ ἀσυνδέτως ἐξενεχθέντα. PETRA.

Ibid. Φέρει τῆς ἀγωνίας ἔμφασιν, &c.] *Æstus animi sui agoniæ cujusdam repræsentationem exhibet, eodem tempore & impedientis aliquid & urgentis.* LANGBÆNIUS.

Ibid. Φέρει τῆς ἀγωνίας] Dionyſ. Halic. Ἐναγώνιος μὲν οὖν ἴσως μᾶλλον ἡ διαλελυμένη λέξις. Miror autem nullam hic τοῦ πολυσυνδέτου factam mentionem: niſi forte in illa lacuna delitescit. Hæc enim figura, tempore & loco uſurpata, mirum in modum orationem attollit; uti ex eodem auctore libelli περὶ ἑρμηνείας, & Hermogene c. XII de Methodo, videre eſt, qui breviter utriuſque figuræ uſum ac naturam indicat: ταυτὸ δὲ, inquiens, ἀμφότερα δηλοῖ, καὶ ἐργάζεται καὶ μέγεθος ὁμοίως, καὶ πλῆθος, ὅταν ἑκατέρου καιρὸς ᾖ. Ταυτὸν δὲ ἐργαζόμενα οὐχ ὁμοίως ἐργάζεται· ἀλλὰ τὸ μὲν μετὰ συνδέσμων πραγματικὸν πλῆθος, ἢ μέγεθος.

ΤΜΗΜΑ κ'.

Ὅτι οἱ σύνδεσμοι ἄκεντρον ποιοῦσι τὸν λόγον.

1 Ἄκρως δὲ καὶ ἡ ἐπὶ ταυτὸ σύνοδος τῶν σχημάτων εἴωθε κινεῖν, [2] ὅταν δύο, ἢ τρία οἷον [3] κατὰ συμμορίαν ἀνακιρνάμενα, ἀλλήλοις [4] ἐρα-
2 νίζῃ τὴν ἰσχὺν, τὴν πειθὼ, τὸ κάλλος. [5] Ὁποῖα καὶ τὰ [6] εἰς τὸν Μειδίαν ταῖς [7] ἀναφοραῖς ὁμοῦ καὶ διατυπώσει συναναπεπλεγμένα [8] τὰ ἀσύν-

Ἄκρως δὲ] De commiſtione hic noſter agit figurarum ſent. & verborum. ROBORT.

Ibid. 2 Ἄκρως δὲ] Elegans, καὶ τροπικὴ in unum idemque concurrentium figurarum ἐνεργείας deſcriptio. PETRA.

2. Ὅταν δύο ἢ τρία] Dionyſius: Καὶ ἅμα δέ τι ἐκπληκτικὸν ἔχει ὁ λόγος ἠθροισμένος ἐκ τῶν τριῶν· μάλιστα ἐπὰν ὀργιζομένους ἐμφαίνωμεν αὐτοὺς, ἢ ἠδικημένους. Videtur ille ſcriptor hoc ipſum, quod a Longino adfertur, exemplum præ oculis habuiſſe. Nobile item aliud exemplum ex Homero de Nireo adfert, quod quia eodem modo, atque noſter ſuum, tractat, locum deſcribere non piguit, quo caput hoc egregie illuſtratur. Τὸν δὲ Νιρέα, inquit, αὐτόν τε ὄντα μικρὸν, καὶ τὰ πράγματα αὐτοῦ μικρότερα, τρεῖς ναῦς καὶ ὀλίγους ἄνδρας, μέγαν καὶ μεγάλα ἐποίησε, καὶ πολλὰ ἀντ' ὀλίγων, τῷ σχήματι διπλῷ χρησάμενος ἐξ ἐπαναφορᾶς τε καὶ διαλύσεως. Νιρεὺς γὰρ, φησι, τρεῖς νῆας ἦγεν, Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱὸς, Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνήρ· ἥτε γὰρ ἐπαναφορὰ τῆς λέξεως ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὄνομα τὸν Νιρέα, καὶ ἡ διάλυσις πλῆθός τι ἐμφαίνει πραγμάτων, καίτοι δύο ἢ τριῶν ὄντων, καὶ σχεδὸν ἅπαξ τοῦ Νιρέως ὀνομασθέντος ἐν τῷ δράματι, μεμνήμεθα οὐδὲν ἧττον, ἢ τοῦ Ἀχιλλέως, καὶ τοῦ Ὀδυσσέως, καίτοι κατ' ἔπος ἕκαστον λαλουμένων σχεδόν. Αἰτία δ' ἡ τοῦ σχήματος δύναμις. Εἰ δ' οὕτως εἶπε, Νιρεὺς ὁ Ἀγλαΐης υἱὸς ἐκ Σύμης τρεῖς νῆας ἦγε, παρασεσιωπηκότι ἐῴκει τὸν Νιρέα· ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς ἑστιάσεσι τὰ ὀλίγα διαταχθέντα πως, πολλὰ φαίνεται, οὕτω κἀν τοῖς λόγοις. Sequutus autem videtur Dionyſius Ariſtotelem, qui idem exemplum eodem ferme modo tractat. Locus eſt III Rhetor. c. XII: Ἔτι ἔχει, inquit, ἴδιόν τι τὰ ἀσύνδετα· ἐν ἴσῳ γὰρ χρόνῳ πολλὰ δοκεῖ εἰρῆσθαι· ὁ γὰρ σύνδεσμος ἓν ποιεῖ τὰ πολλά· ὥστε ἐὰν ἐξαιρεθῇ, δῆλον ὅτι τοὐναντίον ἔσται τὸ ἓν πολλά· ἔχει οὖν αὔξησιν· ἦλθον, διελέχθην, ἱκέτευσα πολλά· δοκεῖ δὲ ὑπεριδεῖν, ὅσα εἶπον, ὅσα φημί· τοῦτο δὲ βούλεται ποιεῖν καὶ Ὅμηρος ἐν τῷ,

Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν, &c.
Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱὸς, &c.
Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος.

περὶ οὗ γὰρ πολλὰ εἴρηται, ἀνάγκη καὶ πολλάκις εἰρῆσθαι· εἰ οὖν καὶ πολλάκις, καὶ πολλὰ δοκεῖ· ὥστε ηὔξησεν ἅπαξ μνησθεὶς διὰ τὸν παραλογισμὸν, καὶ μνήμην πεποίηκεν, οὐδαμοῦ ὕστερον αὐτοῦ λόγον ποιησάμενος. TOLLIUS.

3. Κατὰ συμμορίαν] videndi de hac voce Harpocration, & Suidas. TOLLIUS.

4. Ἐρανίζῃ] De *erano* dicerem, niſi omnia eſſent

Hæc enim ad hunc ab ſe invicem modum abſciſſa, nihiloque ſecius accelerata, iſtiuſmodi perturbationis vehementiam exprimunt, quæ ſimul & orationis curſum nonnihil impediat, & eundem tamen magis adhuc incitet. Quare in rebus hujuſcemodi Poëta Diſſolutione uſus eſt. 2

θος· τὸ δὲ ανευ συνδέσμων λεγόμενον ἠθικόν ἐστι. Sed & alibi alia affert exempla cum ad hoc, tum ad ſequens caput ſpectantia. Tollius.

8. Ἅμα ἐμποδιζούσης καὶ συνδιοικούσης] Ait hoc loco æſtum & ἀγωνίαν τῆς ψυχῆς modo ἐμποδίζειν, modo συνδιοικεῖν orationem; quod falſum eſt, de illo altero verbo συνδιοικεῖν; nam nihil aliud ſignificare poteſt quam, *una ſimul adminiſtrare, regere, admoderari*, & quæ ejuſdem ſignificationis ſunt. At hoc loco opus aliquo verbo eſt, quod adverſa fronte pugnet cum τῷ, ἐμποδίζειν: idque qui neget, vacuum cerebri caput habeat neceſſe eſt. Quamobrem legendum ajo, ΣΥΝΔΙΩΚΟΥΣΗΣ, *impellentis, cogentis.* Auctoritate non opus eſt; tamen illud notabis, quod ſect. XXII dicitur τὸ ΣΥΝΔΕΔΙΩΓΜΕΝΟΝ τοῦ πάθους. Faber.

9. Τοιαῦτ᾽ ὁ ποιητὴς] Aſyndeta quam vim habeant in oratione, demonſtratur. Robortellus.

Sectio XX.

De Figurarum Coacervatione, ſeu Congerie.

Sed & Coacervatio figurarum auditores ſummopere afficere ſolet, 1
atque perturbare: quum ſcilicet duæ pluresve, quaſi ſocietate inita inter ſe nexæ, jugatæque, acrimoniam ſibi invicem, & robur, ac perſuadendi vim, cultumque, & ornatum, veluti ſymbolam, conferunt.
Quod genus ſunt illa Demoſthenis in Midiam, ubi Repetitionis, De- 2
ſcriptio-

eſſent a doctis jam pridem occupata. Addo tantum eandem metaphoram ſecutum fuiſſe Halicarnaſſeum pag. VIII, verſ. 20: Καὶ ἔτι τὴν Πλατονικὴν ἐκείνην περίοδον... τίς οὐκ ἂν φαίη παραπληρώματι λέξεως οὐκ ἀναγκαίῳ περιτηρεγγίσθαι; vide locum egregium ἐν τέχνῃ p. 35, quanquam eum librum non puto eſſe γνήσιον, ut olim dicam. Faber.

Ibid Ἐρανίζει] ἔρανος proprie ſymbola ad convivium, de qua Terent. in Eunucho: cui colligendæ præfectus ἐρανάρχης dictus: tum & ad alias collationes ea vox tranſlata. Diogenes Cynicus apud Laërtium l. VI: Ἔρανον ποτε αἰτούμενος, πρὸς τὸν ἐρανάρχην ἔφη:

Τοὺς ἄλλους ἐνάριζ᾽, ἀπὸ δ᾽ Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας.

ubi elegantiſſimus luſus eſt in vocibus ἐναρίζω, quod ſpoliare armis occiſos, ut & trucidare, & ἐρανίζω, quod tranſpoſitis literis ſtipem colligere ſignificat. Vide plura de erano apud Caſaub. ad Theophr. Charact. Tollius.

5. Ὁποῖα καὶ τὰ εἰς Μειδίαν] Tractavit & Fabius hunc locum, ſed aliquanto aliter, lib. VI, cap. I. Inſtit. *Plurimum tamen affert atrocitatis modus; ſi graviter, ſi contumelioſe: ut Demoſthenes ex parte percuſſi corporis, ex vultu ferientis, ex habitu, invidiam Midiæ quærit.* Hiſtoriam videſis apud Plutarch. in vita Demoſth. inter X Rhetores. Tollius.

6. Εἰς τὸν Μειδίαν] Locus, quo de agitur, pag. CCCXCV Demoſth. occurrit. Utor autem edit. Volfiana, ſeu Germanica, majoris chartæ. Faber.

Ibid. Εἰς τὸν Μειδίαν] de eodem, ni fallor, Diogenes Laërt. in Diogene Cynico: Ἀλλὰ καὶ Μειδίου κονδυλίσαντος αὐτὸν, καὶ εἰπόντος, Τρισχίλιαί σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ, τῇ ἑξῆς πυκτικοὺς λαβὼν ἱμάντας, καὶ καταλοήσας αὐτὸν, ἔφη, τρισχίλιαί σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ. Tollius.

7. Ἀναφοραῖς ὁμοῦ] Διατυπώσει miſcentur Epanaphoræ & Aſyndeta apud Demoſth. pag. 337 text. 130. Petra.

8. Τὰ ἀσύνδετα] περὶ τῶν ἀσυνδέτων Herm. in methodo δειν, pag. 416, item pag. 309, lin. 1, item pag. 348, 4, & 19, item p. 261, 3. Petra.

Ibid. Τὰ ἀσύνδετα] Habet hæc noſter a Plutarcho in Platonicis quæſtionibus extremis: λόγος δὲ συνδέσμων ἐξαιρεθέντων, inquit ille, πολλά-

ἀσύνδετα. [9] Πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν ὁ τύπτων, ὧν ὁ παθὼν ἔνια οὐδ' ἂν
3 ἀπαγγεῖλαι δύναιτο ἑτέρῳ, τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ. [10] Εἶθ',
ἵνα μὴ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὁ λόγος ἰὼν στῇ, (ἐν τάξει γὰρ τὸ ἠρεμοῦν, ἐν
ἀταξίᾳ δὲ τὸ πάθος, ἐπεὶ [11] φορὰ ψυχῆς, καὶ συγκίνησίς ἐστιν) εὐθὺς
ἐπ' ἄλλα μεθήλατο ἀσύνδετα, καὶ ἐπαναφοράς· ὅταν ὡς ὑβρίζων,
4 ὅταν ὡς ἐχθρὸς, [12] ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόρρης. Οὐδὲν ἄλλο διὰ
τούτων ὁ ῥήτωρ, ἢ ὅπερ ὁ τύπτων, ἐργάζεται, τὴν διάνοιαν τῶν δικαστῶν
[13] τῇ ἐπαλλήλῳ πλήττων φορᾷ. Εἶτ' ἐντεῦθεν πάλιν, ὡς αἱ καταιγίδες,
ἄλλην ποιούμενος [14] ἐμβολὴν, [15] ταῦτα κινεῖ, ταῦτα [16] ἐξίστησιν ἀν-
θρώπους, [17] ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι· οὐδεὶς ταῦτα ἀπαγγέλλων
5 δύναιτο τὸ δεινὸν παραστῆσαι. [18] Οὐκοῦν τὴν μὲν φύσιν τῶν ἐπαναφορῶν καὶ
ἀσυνδέτων πάντη φυλάττει τῇ συνεχεῖ μεταβολῇ· οὕτως αὐτῷ καὶ ἡ τάξις
ἄτακτον, καὶ ἔμπαλιν ἡ ἀταξία ποιὰν περιλαμβάνει τάξιν.

ΤΜΗ-

πολλάκις ἐμπαθεστέραν καὶ κινητικωτέραν ἔχει δύναμιν· ὡς ὁ τοιοῦτος,

Ἄλλον ζωὸν ἔχουσα νεούτατον, ἄλλον ἄουτον,
Ἄλλον τεθνειῶτα κατὰ μόθον ἕλκε ποδοῖιν·

Καὶ τὰ τοῦ Δημοσθένους ταυτὶ, Πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν, &c. Διὸ καὶ σφόδρα τὸ ἀσύνδετον σχῆμα παρὰ τοῖς τέχνας γράφουσιν εὐδοκιμεῖ· ubi plura pag. 101 edit. Parif. TOLLIUS.

9. Πολλὰ γὰρ] Vide Thucydidem l. 1 p. 53, Seneca alicubi: *Contumelia eſt minor injuria: quam queri magis, quam exſequi poſſumus; quam leges quoque nulla dignam vindicta reputarunt.* Aliter hæc conſideravit Imp. in Digeſtis lib. 48, tit. 19, §. 16, 6: *Qualitate conſideratur factum, cum vel atrocius, vel levius eſt: ut furta manifeſta a nec manifeſtis diſcervi ſolent; rixæ a graſſaturis; expilationes a furtis; petulantia a violentia. Qua de re maximus apud Græcos orator Demoſthenes ſic ait:* Οὐ γὰρ ἡ πληγὴ παρέστησιν τὴν ὕβριν, ἀλλ' ἡ ἀτιμία, οὐδὲ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶ δεινὸν, καίπερ ὂν δεινὸν, ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει· πολλὰ γὰρ ἂν &c. Videtur ad illa Demoſthenis item Livius reſpexiſſe l. XXIX, c. 9: ubi Pleminius *neglectam ab Scipione, & nimis leviter latam ſuam injuriam exiſtimat: nec quemquam æſtimare alium eam litem poſſe, niſi qui atrocitatem ejus patiendo ſenſiſſet.* TOLLIUS.

10. Εἶθ' ἵνα μὴ] Diatypoſi commiſcentur ἀναφορὰ & ἀσύνδετα. ROBORTELLUS.

11. Φορὰ ψυχῆς] cujuſmodi in illo Virgilii loco IX Æn. 424:

----- Tunc vero exterritus amens
Conclamat Niſus: nec ſe celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.
Me, me, adſum, qui feci: in me convertite ferrum,
O Rutuli: mea fraus omnis, &c.

ubi eædem figuræ occurrunt. TOLLIUS.

12. Ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόρρης.] κόνδυλοι proprie ſignificant ipſas articulorum in digitis prominentias, atque inde & plagam articulis inflictam. [*Pollux l. 2, c. 4, §. 31.*] Ἐπὶ κόρρης autem alii de ictu capiti illato interpretantur, quia *Homero* κόρρη eſt κεφαλή: [*idem Pollux l. 2, c. 4, §. 1.*] alii temporibus, vel pro alapa genis impacta, [*Suidas*] ita ut ipſa tempora attingantur. Sic *Ælius Dionyſius apud Euſtath.* πληγὴ εἰς σιαγόνα καὶ κρόταφον. Apud *Heſychium* & alios κατὰ κόρρης pro eodem ſumitur; quod magis *Atticum* eſſe contendit *Mauſſacus ad Harpoc.* verum *Phrynichus* & *Magiſter in collectionibus dict. Attic. Atticiſtæ* ſummi, non ita; quin apud eos, ἐπὶ κόρρης πατάξαι λέγουσιν Ἀττικοὶ, τὸ τὴν γνάθον πλατείᾳ πλῆξαι χειρὶ, *malam explicata manu ferire Attici vocant* ἐπὶ κόρρης. Addit *Magiſter* & *Platonis* exemplum, & *Libanii*; quem etiam ob id accuſat, quod alibi ῥάπισμα dixerit; hoc quippe (ut etiam ex *Harpocratione* diſcimus) licet in communi vita uſitatum, minus *Atticum* tamen, eoque reprobandum. LANGBÆNIUS.

Ibid. Ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόρρης] addunt duo Vaticani, ὡς δοῦλον, (quod tamen ab aliena manu) quia ſervilia, & homini libero non ferenda. Lucian. in Prometheo de Dominis iraſcentibus utrumque diſtinguit: εἰ δὲ καὶ πάνυ ὀργισθεῖεν, ἢ κονδύλους ἐνέτριψαν, ἢ καὶ κατὰ κόρρης ἐπάταξαν. Vide & Juſtin. l. 1,

de ſer-

ſcriptionis, ac Diſſolutionis exornationes mire inter ſe implicitæ ſunt, &
permixtæ. *Multa namque,* inquit, *is, qui quem verberat, patrat, quorum ille,* 3
qui vapulat, ne referre quidem aliis aliquam partem poſſit; geſtu, vultu, voce.
Deinde, ne in earundem pergens figurarum continuatione orationis impetus reſiſtat, & quieſcat, (tranquilli namque, compoſitique animi eſt
ſervare ordinem: at affectionis, quæ mentis quædam commotio eſt,
atque concitatio, proprium perturbare omnia, & confundere) ſtatim
ad alia tranſilit Inconnexa, & ad alias Repetitiones: *quum ut inſultans,*
quum ut inimicus, quum pugno, quum in malam. Neque aliter variato 4
iſthoc conſequentium ſeſe invicem figurarum concurſu judicum animos
ferit, ac percutit, atque ipſe ab Midia pugnis antea percuſſus fuerat.
Deinde alium rurſus in ruentis omnia procellæ morem impetum faciens,
ſubjicit eveſtigio: *Hæc ſunt, quæ commovent: hæc ſunt, quæ rapiunt homines non aſſuetos contumeliis extra ſe: quæ quidem nec verbis quiſquam ſatis conſequi poſſit; multo vero minus injuriæ acerbitatem aliis oſtendere.*
Quare, dum ad hunc modum Repetitionum & Diſſolutionum naturam 5
atque indolem crebra variataque ubique iteratione obſervat, & ordo ei
ſine ordine eſt; & vice verſa, quod inordinatum erat, certo quodam ordine digeſtum, concluſumque continetur. SE-

de ſervilibus verberibus a Cyro liberis illatis, &c. Sed de his ad extremam ſectionem fuſius. TOLLIUS.

13. Τῇ ἐπαλλήλων πλήθει φορᾷ] Legendum τῇ ἘΠΑΛΛΗΛΩΙ ΠΛΗΤΤΩΝ φορᾷ. FABER.

Ibid. Τῇ ἐπαλλήλων πλήθει] V. C. ἐπαλλήλῳ. Recte: adeoque Fabri emendatio prorſus admittenda eſt. TOLLIUS.

14. Ἐμβολὴν] repetunt hic duo Vaticani ea, quæ præceſſere, ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόῤῥης, φησί· ταῦτα &c. TOLLIUS.

15. Ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους] Palam eſt, (iis dico, qui naſum Græcum habent,) palam eſt, inquam, deeſſe aliquid. Optime itaque in contextu hodierno Demoſthenis legitur, ἐξίστησιν ἀνθρώπους ἈΥΤΩ͂Ν, ad verbum, *hæc homines* EXTRA SEIPSOS *ponunt:* id eſt, *ad inſaniam redigunt:* ut Latini dicunt, *non ſum apud me,* ἐξέστην ἐμαυτοῦ. Galli, *Je ſuis hors de moy-meſme.* Sed quia locus a Longino mutilus productus eſt, eum ego integrum hic deſcribam: Ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους [αὐτῶν,] ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι· οὐδεὶς ἂν, [lego γὰρ] [ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,] ταῦτ᾽ ἀπαγγέλλων δύναιτο τὸ δεινὸν παραστῆσαι [τοῖς ἀκούουσιν οὕτως, ὡς ἐπὶ τῆς ἀληθείας, καὶ τοῦ πράγματος, τῷ πάσχοντι, καὶ τοῖς ὁρῶσιν ἐναργὴς ἡ ὕβρις φαίνεται.] Οὐκοῦν, &c. FABER.

16. Ἐξίστησιν] additur & αὐτῶν, a Plutarcho, qui rurſus τὸ ὄντας omittit. De ipſa re videſis Grotium l. I cap. 2, VIII, 7, de Jure belli ac pacis. Terentius Heautontimor. II, ſc. I: *Minime miror, qui inſanire occipiunt ex injuria.* Cicero Tuſc. Quæſt. III, c. V. de inſanis: *Exiſſe ex poteſtate dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine, aut iracundia.* Ut & IV, 36. Poſtpaulo extremo verſu legam, ἄτακτόν τι. TOLLIUS.

17. Ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι.] *Contumelia affici non aſſuetos.* Sic enim vocem hanc interpretari videtur *Halicarnaſſeus Epiſt. ad Ammæum*, προπηλακιζομένη, καὶ δεινὰς ὕβρεις ὑπομένουσα. *Etymologus* vocem deducit παρὰ τὸ πηλός. Οἱ γὰρ Ἀττικοὶ τὸν ἐπί τινι ἁμαρτήματι ἁλόντα πηλῷ χρίοντες ἐδημοσίευον. *Attici enim criminis alicujus convictum luto inungentes in publicum protrudere ſolebant:* Addit *Suidas*, quos olim luto, nunc fuligine ungi. Forte, παλλακείας, *concubinatus* crimen intelligit, cujus ſupplicium fuerit προπηλακισμὸς; uti adulterii ῥαφανίδωσις, & παρατιλμὸς virorum, ὀνοβασία fœminarum. Videtur & προπηλακισμὸς pro colapho ſumi majori impetu incuſſo, προπηλακισμὸς ἰσχυρὸς ἐπὶ κόῤῥης καὶ μείζων τοῦ κονδύλου. *Phavorinus in lexico:* quod huic *Demoſthenis* loco apprime convenit. LANGBÆNIUS

18. Οὔκουν τὴν μὲν] Vis quanta ſit indicat in commiſtione apta figurarum Epanaphoræ & Aſyndeti. ROBORTELLUS.

ΤΜΗ͂ΜΑ κα΄.

Ὅτι οἱ Σύνδεσμοι ἄκεντρον ποιοῦσι τὸν λόγον.

1 Φέρε οὖν παράθες τοὺς συνδέσμους, εἰ θέλοις, [2] ὡς ποιοῦσιν οἱ Ἰσοκράτειοι· [3] Καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτο χρὴ παραλιπεῖν, ὡς πολλὰ ἂν ποιήσειεν ὁ τύπτων, πρῶτον μὲν τῷ σχήματι, εἶτα δὲ τῷ βλέμματι, εἶτά γε
2 μὴν αὐτῇ τῇ φωνῇ. Καὶ εἴσῃ κατὰ τὸ ἑξῆς οὕτως παραγράφων, ὡς οὐ πάθους [4] τὸ συνδεδιωγμένον καὶ [5] ἀποτραχυνόμενον, [6] ἐὰν τοῖς συνδέσμοις ἐξο-
3 μαλίσῃς, [7] εἰς λειότητα ἄκεντρον παραπίπτει, καὶ εὐθὺς ἔσβεσται. [8] Ὥσπερ γάρ, εἴ τις συνδήσειε τῶν θεόντων τὰ σώματα, τὴν φορὰν αὐτῶν ἀφῄρηται, οὕτως καὶ τὸ πάθος ὑπὸ τῶν [9] συνδέσμων, καὶ τῶν ἄλλων προσθηκῶν ἐμποδιζόμενον [10] ἀγανακτεῖ· τὴν γὰρ ἐλευθερίαν ἀπολύει τοῦ δρόμου, καὶ τὸ ὡς ἀπ' ὀργάνου τινὸς ἀφίεσθαι.

Φέρε οὖν] περὶ τῶν πολυσυνδέτων, quibus orationis patheticæ vis, ἀκμή, & contentio remittitur, & relaxatur, ejusdemque retardatur impetus. Petra.

Ibid. Φέρε οὖν] Rem a ratione contrariorum jam probat: *Adde conjunctiones*, inquit, *& alia sermonis vincula, tum, quam remissa & pæne iners oratio futura sit, videbis*. Faber.

Ibid. Φέρε οὖν] Dionysius, quum dixisset τὴν διαλελυμένην λέξιν μᾶλλον εἶναι ἐναγώνιον, exemplum hoc protulit: Ἐδεξάμην, ἔτικτον, ἐκτρέφω φίλε. Subjicit autem postpaulo: εἰ δὲ συνδήσας εἴποις, ἐδεξάμην, καὶ ἔτικτον, καὶ ἐκτρέφω, πολλὴν ἀπάθειαν τοῖς συνδέσμοις συμβαλεῖς. Est & aliud apud eundem exemplum: τὸ δὲ τοιοῦτο, inquit, κυρτὰ, φαληριόωντα, τῇ ἐξαιρέσει τοῦ καὶ συνδέσμου μεγαλειότερον ἀπέβη μᾶλλον, ἢ εἰ εἶπε, κυρτὰ καὶ φαληριόωντα. Tollius.

2. Ὡς ποιοῦσιν οἱ Ἰσοκράτειοι.] *Isocratis præstantissimi discipuli fuerunt in omni studiorum genere.* [*Quintil. l. 3, c. 1.*] Inter eos celebriores erant *Isæus*, *Hyperides*, *Theodectes*, *Theopompus*, *Philiscus*, *Trallianus*. De discipulis *Isocratis* volumen integrum, idque accurate scripsit *Hermippus*. [*Halicar. in Isæo, & Athen. l. 8.*] Notantur apud auctores, ut qui παρισώσεις, & antitheta, in orationibus suis nimis pueriliter affectarent. [*Demetrius Phal. & Halic. in methodo panegyr.*] *Longinus* hic etiam polysyndeta eis in pretio fuisse meminit. Langbænius.

3. Καὶ μὴν οὐδὲ] Copulas Isocrateis placere in oratione significat. Robortellus.

4. Τὸ συνδεδιωγμένον] recte: *quia acriora facit, & instantiora, quæ dicimus, & vim quandam præ se ferentia, velut sæpius erumpentis affectus*; ut ait Fabius lib. IX, cap. III.

Aquila:

ΤΜΗ͂ΜΑ κβ΄.

Περὶ Ὑπερβατῶν.

1 Τῆς δὲ αὐτῆς ἰδέας καὶ [2] τὰ ὑπερβατὰ θετέον· ἔστι [3] δὲ λέξεων, ἢ νοήσεων, ἐκ τοῦ κατ' ἀκολουθίαν κεκινημένη τάξις, καὶ οἱονεὶ [4] χαρακτὴρ ἐναγω-

Τῆς δὲ αὐτῆς] Hyperbaton etiam convenire grandi orationi ostendit, & cur? Robortellus.

Ibid. Τῆς δ' αὐτῆς] plura videsis apud Hermogenem de Methodo, c. XIV, ubi eximium ex Thucydide profert exemplum: nec non de Ideis l. I, cap. XI, p. 330, & cap. XII, p. 363. Et ut hæc exempla virtutis sunt; ita contra ea vitiosum hyperbaton Plinius in epist. ad Tacitum, quæ lib. VIII exstat, studio posuit:

Neque;

SECTIO XXI.

Copulas orationem enervare.

AGe, ſi lubet, adde his, Terentiane, vincula Conjunctionum, ut 1
Iſocratei ſolent. Fac; *Verum neque illud ſilentio prætereundum eſt, non
unam a verberante injuriam fieri; ac primum quidem geſtu, deinde & vul-
tu, ac tandem ipſa quoque voce.* Et perge ita in ceteris: ſenties illico, 2
rapidum illum & exaſperatum concitati affectus impetum, ſi conjun-
ctionibus illum quaſi complanaveris, atque emollieris, in omni caren-
tem aſperitate lævorem deſidere, &, ut apes ſolent, amiſſo aculeo ex-
ſtingui. Quemadmodum enim revinctis, alligatiſque curſorum corpo- 3
ribus omnis ſimul eorum procurſus contentio impeditur: ita & ille com-
moti affectus fervor conjunctionum vincula, ceterorumque, quibus re-
tineri queat, additamentorum impedimenta reſpuit, atque indignatur:
quippe queis libera ipſi atque irreligata procurrendi facultas eripitur, viſ-
que illa retenditur, atque relaxatur, qua, ſicuti telum e machina nervo
ſolet, in adverſarios emittitur.

Aquila de Fig. ſententiarum, de Aſyndeto: *Facit autem figura hæc ad celeritatem & vim doloris aliquam ſignificandam, quia plerumque, cum commoti ſumus, hoc modo incidere ſolemus.* Θυμὸς γὰρ τέχνης οὐ δεῖται. Ἀλλὰ δεῖ τρόπον τινὰ αὐτοφυᾶ εἶναι ἐπὶ τῶν τοιούτων κατηγορεῶν, καὶ ἁπλᾶ, τὰ λεγόμενα, ut egregie monet Dionyſ. Halic. TOLLIUS.

5. Ἀποτραχυνόμενον] Sic & idem Dionyſius δεινὰς dixit τὰς ἀνωμάλους ὁδούς. TOLLIUS.

6. Ἐὰν τοῖς συνδέσμοις] eadem fere apud Dionyſium reperias: Μάλιστα δὲ πάντων ἰστέον, τὴν διάλυσιν δεινότητος ἐργάτιν· οἷον, Πορεύεται διὰ τῆς ἀγορᾶς, τὰς γνάθους φυσῶν, τὰς ὀφρῦς ἐπηρκὼς, ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ· εἰ γὰρ συναφθῇ ταῦτα συνδέσμοις, πρᾳότερα ἔσται. TOLL.

7. Εἰς λειότητα, ἄκεντρόν τε προσπίπτει,] Lego εἰς λειότητα ἄκεντρον προσπίπτει. Certe illud τε tollendum. Intellige *lævorem & æquabilitatem quandam orationis, in qua nulli aculei ſint; omnia* ita polita & facta, ut *ſtylus ſine ſale, ſine acumine ſit: nihil habeat, quod orexin movere, & faſtidium languentis ſtomachi proritare queat.* FABER.

Ibid. Ἐς λειότητα ἄκεντρον] τὸ εἰς λειότητα *cohæret cum* ἐξομαλίζῃς. *Alias non* προσπίπτει, *ſed* πίπτει *dixiſſet Longinus, ut ſupra ſect.* VII, πίπτει δὲ εἰς ἀπαύξησιν. TOLLIUS.

8. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις] Illuſtratio argumenti a ſimili. PETRA.

9. Συνδέσμων] περὶ τῶν συνδέσμων Hermog. p. 416. PETRA.

10. Ἀγανακτεῖ] Tritum illud Virgilii, *Et pontem indignatus Araxes.* TOLLIUS.

SECTIO XXII.

De Hyperbatis, ſive Transgreſſionibus.

IIſdem annumeres licet & *Tranſgreſſiones.* Eſt autem Tranſgreſſio *ver-* 1
borum ſententiarumque emota ordine naturali diſpoſitio, natique e re
præſen-

Neque; inquit, *ut magiſtro magiſter, neque ut diſcipulo diſcipulus, (ſic enim ſcribis) ſed ut diſcipulo magiſter. (Nam tu magiſter, ego contra. Atque ideo tu in ſcholam revocas, ego adhuc ſaturnalia extendo,) librum miſiſti. Non potui longius hyperbaton facere, atque hoc ipſo probare, eum me eſſe, qui non modo magiſter tuus, ſed ne diſcipulus quidem debeam dici.* TOLLIUS.

2. Τὰ ὑπερβατὰ θετέον.] de hyperbato mi-

ror

2 ἐναγωνίου πάθους ἀληθέστατος. [5] Ὡς γὰρ οἱ τῷ ὄντι ὀργιζόμενοι, ἢ φοβούμενοι, ἢ ἀγανακτοῦντες, ἢ ὑπὸ ζηλοτυπίας, ἢ ὑπὸ ἄλλου τινὸς (πολλὰ γὰρ, καὶ ἀναρίθμητα τὰ πάθη, καὶ οὐδ' ἂν εἰπεῖν τις ὁπόσα δύναιτο) ἑκάστοτε παραπίπτοντες, ἄλλα προθέμενοι πολλάκις ἐπ' ἄλλα [6] μεταπηδῶσι, μέσα τινὰ παρεμβαλόντες ἀλόγως, εἶτ' αὖθις ἐπὶ τὰ πρῶτα ἀνακυκλοῦντες, καὶ πάντῃ πρὸς τῆς ἀγωνίας, ὡς ὑπ' ἀστάτου πνεύματος τῇδε κἀκεῖσε ἀγχιστρόφως ἀντισπώμενοι, [7] τὰς λέξεις, τὰς νοήσεις, τὴν ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἱρμοῦ παντοίως πρὸς μυρίας τροπὰς ἐναλλάττουσι τάξιν, οὕτω παρὰ τοῖς ἀρίστοις συγγραφεῦσι διὰ τῶν ὑπερβατῶν ἡ μίμησις ἐπὶ τὰ τῆς
3 φύσεως ἔργα φέρεται. [8] Τότε γὰρ ἡ τέχνη τέλειος, ἡνίκ' ἂν φύσις εἶναι δοκῇ· ἡ δ' αὖ φύσις ἐπιτυχὴς, ὅταν λανθάνουσα περιέχῃ τὴν τέχνην.
4 Ὥσπερ λέγει ὁ [9] Φωκαεὺς Διονύσιος παρὰ τῷ Ἡροδότῳ· [10] Ἐπὶ ξυροῦ

γὰρ τῆς

ror, quod scribit Hermogenes lib de Formis pag. CCCLXIII. Vide illum & pag. DXXXVIII. Quintilianus libro VIII: *Hyperbaton quoque, id est verbi transgressionem, quam frequenter ratio comparationis & decor poscit, non immerito inter virtutes habemus. Fit enim frequentissime aspera, & dura, & dissoluta, & hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur, &, ut quodque oritur, ita proximis, etiamsi vinciri non potest, alligetur.* Libro autem IX, c. I: *In hyperbato*, inquit, *commutatio est ordinis.* Quod idem est ac Græca Rhetoris nostri: ὑπερβατά ἐστι.... ἐκ τοῦ κατ' ἀκολουθίαν κεκινημένη τάξις. Unde & appareat, ex eodem fonte utrumque hausisse FABER.

3. Ἔστι δὲ λέξεων,] Tum verborum, tum sententiarum trajectione conficitur hyperbaton. PETRA.

4. Χαρακτὴρ] Perturbationum animi character verissimus τὸ ὑπερβατόν. PETRA.

5. Ὡς γὰρ οἱ] Vide, ut ratio usus figurarum sumitur ex natura affectuum animi. ROBORTELLUS.

6. Μεταπηδῶσι,] Supra μεθάλλεσθαι in eadem significatione usurpatum. PETRA.

7. Τὰς λέξεις] maluissem: τὴν τῶν λέξεων καὶ νοήσεων ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἱρμοῦ, &c. TOLLIUS.

8. Τότε γὰρ] de naturæ & artis convenientia. ROBORTELLUS.

Idem. Τότε γὰρ] Naturæ & artis conjunctionem quavis occasione inculcat, ὅτι κατὰ τὸν Ἀγάθωνα Τέχνη ἔστερξε φύσιν, καὶ φύσις τέχνην. PETRA.

9. Φωκαεὺς Διονύσιος] Locus est apud Herodot. lib. VI; tmemate XI. Præter illa, quæ notavit Longinus, observandum, Strategi illius orationem incipere a vocula γὰρ; id quamobrem? (nam inde natum videri potest hyperbaton) ob id scilicet, quod Dionysius post multos orationem habuit; dein ob id etiam, quod innuit Longinus. Sic Demosthenes; ἑσπέρα ΓΑΡ ἦν. FABER.

10. Ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς] Hyperbati exemplum ex Herodoto. ROBORTELLUS.

Ibid. Ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς.] ἐν τῇ Ἐρατοῖ. FR. PORTUS.

Ibid. Ἐπὶ ξυροῦ] Νῦν ἐν κινδύνῳ ἐστὶ τὰ καθ' ἡμᾶς. Sic apud Soph. ἐν Ἀντιγ. Tiresias vates loquitur, φρόνει βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης, i. *sapias, scito te versari in fortunæ novacula*, i. in summo discrimine. PETRA.

Ibid. Ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς.] *In acie novaculæ.* proverbiale hoc ab *Homero Iliad.* κ' mutuati sunt *posteri.* [*Herod. Lucian. in Jove tragœdo, Soph. in Ajace flagell*] Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς. Quod (ut *Eustathio* & *Triclinio* placet) *Sophocles* παραφράζει, cum dicit ξυρεῖ ἐν χρῷ. Quod proverbium esse de rebus in summo periculo constitutis monet scholiastes, ἔστι παροιμία ἐπὶ τῶν ἐπικινδύνων πραγμάτων. *Erasmus in Chiliad.* (ex *Theocriti* scholiis) deduci putat *a circulatoribus, qui in acie gladiorum ingrediuntur; aut ab iis, qui ferrum manu contrectant. Eustathius* autem *ad Iliad.* κ'. *a vulneribus, quæ jam*, utpote aliter immedicabilia, *sectionem postulant*: ἐκ τῶν τραυμάτων, ἃ τομῆς ἤδη δέονται. Ego potius a maleficis jam plectendis, vel ab hostiis sub cultro constitutis, translatum censeo; quo sensu *Horatius Serm. lib.* 1, *sat.* 9.

Fugit

præſenti affectus velut nota quædam certiſſima. Quemadmodum enim 3
iis, qui revera iraſcuntur, aut metuunt, aut indignantur, aut obtre-
ctatione, æmulationeve, aut qua alia affectione animi (eſt enim nume-
rus earum infinitior, quam ut recenſeri omnes poſſint,) tranſverſi agun-
tur, accidere ſolet, ut, quum aliunde orationem inchoaverint, ab ejuſ-
dem ſubinde continuatione delabentes ad alia ſæpe tranſiliant, & his præ
animi impotentia ita perturbate interjectis ad inſtitutum rurſus ſermo-
nem revertantur, & quoquoverſum ab animi impetu, velut ab inſta-
bili vento, nunc huc, nunc illuc, æſtu reciprocante jactati, verba,
ſententias, omnemque adeo naturalis compoſitionis ordinem varia pror-
ſus atque multiplici ratione commutent: ita paſſim optimos quoſque
ſcriptores ad hunc naturæ morem ſuas componere videas orationes,
eumque elegante ac tempeſtivo hyperbatorum uſu exprimere, atque
imitari. Nam *tum demum Ars conſummata eſt, atque abſoluta, quum Na-
turæ ſpeciem induit:* & viciſſim, *Natura tum denique felix, emendataque* 3
dicenda eſt, quum ab Arte latenter adjuvatur. Ex hoc genere ſunt illa
Dionyſii Phocæenſis apud Herodotum: *In ipſo vobis diſcrimine res ve-* 4
ſtræ

------ Fugit improbus, ac me
Sub cultro linquit.

Alteram loquendi formulam, ἐν χρῷ, ſuperius nobis exhibuit *Sappho*. Ejus uſus apud auctores varius; eſt ubi certum tonſuræ genus, [*Heſych. Ariſt. ſch. in Avibus.*] quod σκάφιον vocant, deſignat. De quo, & aliis, late *Hadrianus Junius Comment. de coma, cap.* 6 Alias, *in proximo*; ut ἐν χρῷ τοῦ κινδύνου γίνεσθαι. [*Syneſ. ep.* 4] Atque inde ἐν χρῷ μάχεσθαι, [*Dion. lib.* 50.] eſt *comminus pugnare*; & οἱ ἐν χρῷ, *amici, intimi*: quo modo *Perſius Sat.* 3: *Ego te intus, & in cute novi.* hoc eſt, *Cornuto* interprete, *in animo, & in conſcientia.* Plura ſuggeret *Franciſcus Vigerus de Idiotiſmis, c.* 9. LANGBÆNIUS.

Ibid. Ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς] proprie, *in acie novaculæ.* ἀκμὴ enim acies eſt, ſive ὀξύτης. Lucianus de Mercede conductis: τῆς τελαίνης τὰς ἀκμὰς εἰς τὰς χεῖρας λαβὼν, καὶ ἀποπειρώμενος. Pindar. Pyth. IX, ἔπραθε Φαζγάνου ἀκμᾷ. Vertendum tamen, *in ipſo diſcriminis articulo*, ſeu *momento*. Ἀκμὴ & καιρὸς ſæpe eadem: Sophocles Philoctete:

Ἀκμὴ γὰρ οὐ μακρῶν ἡμῖν λόγων.

Idem Electra:

------ Ὡς ἐνταῦθ' ἐσμὲν,
Ἵν' οὐκέτ' ὀκνεῖν καιρὸς, ἀλλ' ἔργων ἀκμή.

Æſchylus Agamemnone:

Τὸ μὴ μέλλειν δ' ἀκμή.

Idem Perſis:

Κ' οὐκ ἔτ' ἦν μέλλειν ἀκμή.

Euripides Hercule Furente:

Ἐσώθης εἰς ἀκμὴν ἐλθὼν φίλοις.

Aliquando ἀκμὴ τοῦ καιροῦ τὸ καιριώτατον ſignificat; punctum ſcilicet illud temporis, quo neglecto, ſeu prætervecto, *occaſio* abiit, *Metanœa* vero adeſt, in Epigr. Gr. & Auſonio. Sic Euripides Helena:

------ Οὗ μόλις ποτὲ
Λαβοῦσ' ἐπ' ἀκμῆς εἰμὶ κατθανόντ' ἰδεῖν.

Conjunxit utrumque Iſocrates ad Nicoclem: Κράτιστον μὲν τὴν ἀκμὴν τῶν καιρῶν τυγχάνειν. Rurſus eodem ferme modo ἐπὶ ξυροῦ ſimpliciter legas: Sic Sophocles Antigone: Ἐπὶ ξυροῦ τύχης. Idem Hercule Fur.

Τοσῷδε μᾶλλον ὡς ἔβητ' ἐπὶ ξυροῦ.

Unde dubium videtur, num vocula ἀκμὴ a voce ξυρὸς regatur, an contra. Apud Phædrum enim Tempus, ſive Occaſio deſcribitur, *pendens in novacula*, id eſt, *ſuper aciem novaculæ*, quæ ſane ſubtiliſſima: ſic ut occaſio minimo momento huc illuc impellatur. Ceterum ſententiam hanc Herodotus ab Homero mutuatus eſt, qui Iliad. κ': ait:

Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς
Ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι.

Ubi male in vulgatis editionibus legitur ἄμμιν. Videſis & ad hunc locum Scholiaſten. in Vaticano codice articulus ante ἀκμῆς aberat; ſicut in Homero. TOLLIUS.

11. Ἡμῖν] potius ὑμῖν, ut e ſequentibus patet. Nec aliter prima editio: alias enim di-

cendum

γὰρ τῆς ἀκμῆς ἔχεται [11] ἡμῖν τὰ πράγματα, [12] ἄνδρες Ἴωνες, ἢ εἶναι ἐλευ-
θέροισι, ἢ δούλοισι, καὶ τούτοισι, ὡς δρηπέτῃσι· [13] νῦν ὦν ὑμέες ἢν μὲν βούλη-
σθε ταλαιπωρίας [14] ἐνδέκεσθαι, [15] τὸ παραχρῆμα μὲν πόνος ὑμῖν ἔσται,
οἷοί τε δὲ ἔσεσθε ὑπερβαλλόμενοι τοὺς ἐναντίους εἶναι ἐλεύθεροι· ἐνταῦθ' ἦν
τὸ κατὰ τάξιν, [16] ὦ ἄνδρες Ἴωνες, νῦν καιρός ἐστιν ὑμῖν πόνους ἐπιδέχεσθαι.
[17] ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ὑμῖν τὰ πράγματα· ὁ δὲ, τὸ μὲν, ἄνδρες
5 Ἴωνες, ὑπερεβίβασεν, [18] (προσέβαλε γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τοῦ φόβου φθάνων, ὡς
μηδ' ἀρχὴν πρὸς τὸ ἐφεστὼς δέος προσαγορεῦσαι τοὺς ἀκούοντας) [19] ἔ-
πειτα δὲ τὴν τῶν νοημάτων ἀπέστρεψε τάξιν· πρὸ γὰρ τοῦ φῆσαι, ὅτι αὐτοὺς
δεῖ πονεῖν, (τοῦτο γάρ ἐστιν, ὃ παρακελεύεται) ἔμπροσθεν ἀποδίδωσι τὴν
αἰτίαν, δι' ἣν πονεῖν δεῖ, Ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς, φήσας, ἔχεται ἡμῖν τὰ πρά-
6 γματα· ὡς μὴ δοκεῖν ἐσκεμμένα λέγειν, ἀλλ' ἠναγκασμένα. [20] Ἔτι δὲ
μᾶλλον ὁ Θουκυδίδης καὶ τὰ φύσει πάντως ἡνωμένα, καὶ ἀδιανέμητα, ὅμως
7 ταῖς ὑπερβάσεσιν ἀπ' ἀλλήλων ἄγειν δεινότατος. Ὁ δὲ [21] Δημοσθένης
οὐχ οὕτως μὲν αὐθάδης, [22] ὥσπερ οὗτος, [23] πάντων δ' ἐν τῷ γένει τούτῳ
κατακορέστατος, καὶ πολὺ τὸ ἀγωνιστικὸν ἐκ τοῦ ὑπερβιβάζειν, καὶ [24] ἔτι
νὴ Δία τὸ [25] ἐξ ὑπογύου λέγειν, συνεμφαίνων, καὶ πρὸς τούτοις εἰς τὸν κίν-
8 δυνον τῶν μακρῶν ὑπερβατῶν τοὺς ἀκούοντας συνεπισπώμενος. [26] Πολ-
λάκις γὰρ τὸν νοῦν, ὃν ὥρμησεν εἰπεῖν, [27] ἀνακρεμάσας, καὶ μεταξὺ, ὡς εἰς
ἀλλόφυλον καὶ ἀπεοικυῖαν τάξιν, ἄλλ' ἐπ' ἄλλοις διὰ μέσου, καὶ ἔξωθέν
ποθεν ἐπεισκυκλῶν, εἰς φόβον ἐμβαλὼν τὸν ἀκροατὴν, ὡς ἐπὶ παντελεῖ
τοῦ λόγου

cendum illic fuerat : Νῦν οὖν ἢν μὲν ἡμεῖς βουλώμεθα, &c. Nisi & hic personarum quoque quæsita ad Sublimitatem commutatio est, de qua nos supra nonnihil e Virgilio. TOLLIUS.

12. Ὡς δρηπέτῃσι] si verbum verbo reddas, erit, *tamquam fugitivis*. Sed quia inelegans hoc & insolens, verti, *acerbissimam* : quia vix ulla acerbior, aut durior esse potest servitus, quam retractorum e fuga fugitivorum. TOLLIUS.

13. Νῦν ὦν ὑμέες] Similem fere locum e Philippica Ciceronis decima Victorius in Variis adduxit. *Omnes*, inquit ille, *nationes servitutem ferre possunt ; nostra civitas non potest : nec ullam aliam ob causam, nisi quod illæ laborem doloremque fugiunt ; quibus ut careant, omnia perpeti possunt*. TOLLIUS.

14. Ἐνδέκεσθαι] Jonicum, pro ἐνδέχεσθαι *suscipere*, non, *evitare*, ut de Petra. ὦν autem pro οὖν positum. FABER.

15. Τὸ παραχρῆμα] nescio, an hæc interpretes alii ceperint : illustrantur autem non mediocriter hisce Catonis apud A. Gellium lib. XVI, cap. I : *Cogitate*, inquit, *cum animis vestris, siquid vos per laborem recte feceritis, labor ille a vobis cito recedet, benefactum a vobis, dum vivetis, non abscedet*. Consimilia fere sunt illa Cyri ad Persas apud Justin. l. I. TOLLIUS.

16. Ὦ ἄνδρες Ἴωνες] exemplum hujusmodi orationis elegantis potius, quam vehementis, apud Xenophontem lib. IV rer. Græcar. occurrit, ubi Dercyllides ad Abydenos ita loquitur: ὦ ἄνδρες, νῦν ἔξεστιν ὑμῖν, καὶ πρόσθεν φίλοις οὖσι τῇ πόλει ἡμῶν, εὐεργέτας φανῆναι τῶν Λακεδαιμονίων. Καὶ γὰρ τὸ μὲν ἐν ταῖς εὐπραξίαις πιστοὺς φαίνεσθαι οὐδὲν θαυμαστόν· ὅταν δέ τινες ἐν συμφοραῖς γενομένων φίλοι βέβαιοι φανῶσι, τοῦτο εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον μνημονεύεται. Et lib. III Cyropædiæ: Ἄνδρες Ἀσσύριοι, νῦν δεῖ ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι. Νῦν γὰρ περὶ ψυχῶν τῶν ὑμετέρων ὁ ἀγὼν, καὶ περὶ γῆς, ἐν ᾗ ἔφυτε, &c. ubi nullum Hyperbaton. TOLLIUS.

17. Ἐπὶ ξυροῦ] Sic loquitur Nestor apud Hom. Il. κ'. PETRA.

18. Προ-

ſtræ verſantur, Jones, ut vel ætatem omnem liberi ſitis, vel ſervitutem ſerviatis acerbiſſimam. Itaque ſi jam nunc æquis animis ærumnarum nonnihil aclaborum pati ſuſtinueritis, initio quidem ea res moleſta vobis accidet: at deinceps, ſuperatis hoſtibus, perpetua libertas exigui temporis patientiæ præmium ac fructus erit. Ordo hic erat: *O Jones, nunc tempus eſt, ut labores æquis animis perpetiamini: nam in ipſo res veſtræ diſcrimine verſantur.* At hic primum compellationem illam, *ô Jones*, trajiciendo ab
ipſo metu exorſus eſt; ac ſi periculi ſuper caput ſtantis terrore foret
præpeditus, quominus eos in principio orationis, uti factum oportue-
rat, compellaſſet. Deinde & ipſum ſententiarum pervertit ordinem. 5
Priuſquam enim ærumnas illis tolerandas eſſe dicat (quod hujuſce eſt ad-
hortationis propoſitum) cauſſam, ob quam eas perpeti neceſſe ſit, ex-
ponit, nempe; *in ipſo res veſtræ vobis diſcrimine verſantur.* Sic ut non
diu ante meditata, ſed quæ ipſa ex tempore eliciat, & extundat neceſſitas,
in medium proferre videatur. In his autem multis partibus crebrior eſt, 6
ac pæne totus, Thucydides: in iis etiam, quæ natura ita conjunxit, ut
ſejungi non poſſe videantur, per Tranſgreſſionem divellendis inſignis
artifex. Parcior aliquanto Demoſthenes: ceteroquin in hoc genere alio- 7
rum omnium facile princeps, ad ſatietatem uſque: tum & in exhiben-
dis, exprimendiſque per Tranſgreſſiones animi perturbationibus, & in illa
jam quaſi ſubita, ac velut ex ipſa re nata loquendi ratione effingenda,
valdequam multus, & efficax: adeo ut & ipſum ſimul auditorem ſæpe
in illud prolixarum Tranſgreſſionum rapiat periculum. Frequenter 8
enim accidit, ut, (dum ſententiam, quam inchoaverat, ſuſpendit, &
ad alieni generis interim, ac omnino diverſi ſermonis tramitem deflectens,
alia aliis intermedia, & forinſecus alicunde arceſſita aggerit) ubi jam
auditoribus illum incuſſit metum, ac ſi prorſus ab inſtituta ſit oratione
aberra-

18. Προσέβαλε γὰρ] Declaratur ejus Hyperbati artificium. ROBORTELLUS.

Ibid. Προσέβαλε γὰρ] duo Codices: προσεισέβαλεν οὖν ἂν εὐθὺς ἀπὸ τοῦ φόβου, ὡς μηδ᾽ ἀρχὴ φθάνων περὶ τὸ ἐφεστὼς δέος. Nec aliter editio prima habet Robortelli. TOLLIUS.

19. Ἔπειτα] Hermog. pag. 419. PETRA.

20. Ἔτι δὲ μᾶλλον] Thucydidis artificium in Hyperbatis. PETRA.

Ibid. Ἔτι δὲ μᾶλλον ὁ Θουκυδίδης.] *Thucydides* etiam hyperbatis nimium quantum delectatur: quo nomine apud *Halicarnaſſeum, de Thucyd. charactere*, vapulantem vide. LANGBÆNIUS.

21. Δημοσθένης] Demoſthenes prudenter & apte utitur hyperbatis. PETRA.

22. Εἴπερ οὗτος] de Thucydide loquitur, qui hyperbatis ſcatet, & iis omnibus, unde obſcuritas oboriri ſolet; quamobrem ab Halicarnaſſeo dicitur *ænigmata ſcribere.* Locus non ſuccurrit, arbitror tamen legiſſe me illum in libello περὶ τῶν ἰδιωμάτων τοῦ Θουκυδίδου. FABER.

23. Πάντων δὲ] Demoſthenes quoque uſus eſt ſæpiſſime, prudentius tamen Thucydide, & aptius. ROBORTELLUS.

24. Ἔτι νὴ Δία] Vaticanus tertius, ἐστὶ νὴ Δία. TOLLIUS.

25. Ἐξ ὑπογυίου] Hermogenes & alii vocant, & proprie magis, ἐξ αὐτοσχεδίου. Quæ facultas interdum mirificos affectus edit in animis auditorum. FABER.

26. Πολλάκις γὰρ] Vide, ut Longinus, dum de Hyperbato loquitur, longum Hyperbaton faciat. ROBORTELLUS.

Ibid. Πολλάκις γὰρ] Quid efficiat τὸ ὑπερβατὸν apud auditores, μακρῷ ὑπερβατῷ deſcribit. PETRA.

27. Ἀνακρεμάσας,] Κἀυτὸς οἷον ἀνεκρέμασε τὴν περὶ τοῦ ὑπερβατοῦ ἔννοιαν, quoad illius effectum

τοῦ λόγου διαπλῶσαι, καὶ συναποκινδυνεύειν ὑπ' ἀγωνίας τῷ λέγοντι συναναγκάσας, εἶτα παραλόγως διὰ μακροῦ τὸ πάλαι ζητούμενον εὐκαίρως ἐπὶ τέλει που προσαποδοὺς, αὐτῷ τῷ κατὰ τὰς ὑπερβάσεις [28] παραβόλῳ,
9 καὶ ἀκροσφαλεῖ πολὺ μᾶλλον ἐκπλήττει. [29] Φειδὼ δὲ τῶν παραδειγμάτων ἔστω διὰ τὸ πλῆθος.

fectum, auditorum animis. PETRA.

Ibid. Ἀνακρεμάσας,] Ita uti de Poëtico ordine in longiori opere Horatius præcipit,

Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia dici
Pleraque differat, & præsens in tempus omittat. TOLLIUS.

28. Παραβόλῳ] Vid. not. ad sect. XXXII, 4. TOLLIUS.

29. Φειδὼ δὲ ἔσω διὰ τὸ πλῆθος] Hyperbati

ΤΜΗΜΑ κγ'.

Περὶ Πολυπτώτων; καὶ ἄλλων τοιούτων σχημάτων, καὶ Πληθυντικῶν.

1 ΤΑ' γε μὴν Πολύπτωτα λεγόμενα, Ἀθροισμοὶ, καὶ [2] Ἀντιμεταβολαὶ,
καὶ Κλίμακες, πάνυ ἀγωνιστικὰ, ὡς οἶσθα, [3] κόσμου τε, καὶ παντὸς
2 ὕψους, καὶ πάθους συνεργά. [4] Τί δὲ αἱ τῶν πτώσεων, χρόνων, προσώπων,
ἀριθμῶν, γενῶν ἐναλλάξεις, [5] πῶσποτε καταποικίλλουσι, καὶ ἐπεγεί-
3 ρουσι τὰ ἑρμηνευτικά; [6] Φημὶ δὴ τῶν κατὰ τοὺς ἀριθμοὺς οὐ μόνα ταῦτα
κοσμεῖν, ὁπόσα τοῖς τύποις ἑνικὰ ὄντα τῇ δυνάμει κατὰ τὴν ἀναθεώρη-
4 σιν πληθυντικὰ εὑρίσκεται), [7] (Αὐτίκα, Φησὶ, λαὸς ἀπείρων θύννων ἐπ' ἠϊόνεσσι
διϊστάμενοι κελάδησαν) [8] ἀλλ' ἐκεῖνα μᾶλλον παρατηρήσεως ἄξια, ὅτι
ἔσθ'

ΤΑ' γε μὴν] magnam habent vim, si simul commisceantur hæ figuræ *πολύπτωτα, κλίμακες, ἀθροισμοὶ, μεταβολαί.* ROBORTELLUS.

2. Ἀντιμεταβολαὶ] duo Codices, *μεταβολαί.* TOLLIUS.

3. *Πολύπτωτα κόσμου τε, καὶ παντὸς Ὕψους καὶ πάθους σύνεργα*] Illud, *παντὸς Ὕψους*, falsum est de *polyptotis*. Legendum itaque *κόσμου* ΤΕ ΠΑ'ΝΤΩΣ, καὶ Ὕψους, &c. FABER.

Ibid. Κόσμου] hoc verum: sed quod ad Sublimitatem attinet, id nec de polyptoto, nec de gradatione ita liquido affirmari potest. Contra Auctor Rhetor. ad Herenn. l. IV, c. 23, fidem, & gravitatem, & severitatem oratoriam polyptotis frequenter collocatis *minui* dicit, *propterea quod est in his lepos, & festivitas, non dignitas, neque pulcritudo. Quare, quæ sunt ampla*, inquit, *& pulcra, diu placere possunt: quæ lepida & concinna, cito satietate afficiunt aurium sensum fastidiosissimum.* Fabius lib. IX, cap. III: *Gradatio*, inquit, *quæ dicitur κλίμαξ, apertiorem habet artem, & magis affectatam; ideoque esse rarior debet.* Hac igitur una ratione Longinus defendi potest; si nimirum hæ figuræ raro, & commode usurpentur, tum vero eas ad conciliandam orationi altitudinem plurimum prodesse. Hermogenes l. I de Ideis; *ἔτι κάλλους ἴδιον καὶ τὸ πολύπτωτον καλούμενον σχῆμα.* De Gradatione vero paulo ante dixerat. *Ἔτι τῶν ἐπιφανῶς καλλωπιζόντων ἐστὶ μετ' ἐναργείας καὶ τὸ κλιμακωτὸν καλούμενον σχῆμα, ὃ δὴ σπάνιον παρὰ τῷ ῥήτορι, μᾶλλον οὐδὲ σπάνιον, ἀλλ' ἅπαξ ἢ δὶς εἰρημένον.* TOLLIUS.

4. Τί δ' αἱ] Vis etiam in mutatione casuum, temporum, personarum, generum, numerorum. ROBORTELLUS.

5. *Πῶς, πότε*] Unica voce *πῶσποτε.* FABER.

6. *Φημὶ δὴ τῶν κατὰ*] Fabius lib. VIII, cap. VI: *Maxime autem in orando valebit numerorum illa libertas. Nam & Livius sæpe sic dicit*, Romanus prælio victor: *cum Romanos vicisse significat. Et contra Cicero ad Brutum:* Populo, *inquit*, imposuimus, & oratores visi sumus; *cum de se tantum loqueretur.*

Quod

aberraturus, eaque trepidantes sollicitudine una secum periclitari coëgit, longo tandem post tempore, quod dudum desideratum fuerat, ex inopinato, sed opportune subjiciens, felici quidem illa, sed ancipiti, ac periculosa in transponendis verbis & sententiis audacia multo illos, quam alias, vehementius commoveat, ac percellat. Et hujus quidem generis 9
exemplorum tanta vis est, atque copia, ut eorum mihi afferendi labore supersedendum existimem.

bati exempla non est cur longius petantur. Ipse enim Longinus, dum de iis agit, duo satis intricata, & ἔμπλοκα fecit, alterum initio hujus sectionis, alterum hoc loco; idque consulto: nam ita solens est. Ubi de figura aliqua, aut virtute orationis agit, illam exprimit, dum loquitur: *(quod & alii ante Fabrum observarunt)* itidem ut Terentiano factum, qui pro vario carminis genere metrum variavit. FABER.

SECTIO XXIII.

De Polyptotis, aliisque id genus figuris: item de Singularibus, & Pluralibus.

JAm vero Exornationes illæ, quæ vulgo *Polyptota* dicuntur, item 1
Coacervationes, *Commutationes*, *Gradationesque*, plane sunt, uti nosti, ad contentionem aptissimæ, & ad ornatum, omnemque cum orationis granditatem, tum animorum concitationem vehementer accommodatæ. Quid? nonne & *casuum quoque*, & *temporum*, & *personarum*, *nu*- 2
merorumque, & *generum mutationes* elocutionem veluti luminum quadam varietate mirifice distinguunt, & illustrant, jacentemque excitant, & attollunt? Ceterum, quum de Numeri loquor mutatione, non ita 3
hæc velim accipias, Terentiane suavissime, ac si ea sola exornare censeam orationem, quæ singulariter terminata potestate, si penitius consideres, pluralia deprehenduntur: (quod genus: 4

Mox immensa ruens dispersa ad littora plebes
Horrendum insonuere)

verum illa potius animadvertenda, sequendaque judicem, quæ terminatione

Quod genus non orationes modo ornat, sed etiam quotidiani sermonis usus recipit. TOLL.

7. Αὐτίκα (φησὶ) λαὸς ἀπείρων] Thucyd. locus est. PETRA.

Ibid. Αὐτίκα (φησὶ) λαὸς ἀπείρων, &c. Male metuo, ne gratis dicat interpres hæc *Thucydidis* esse: quæ una tantum litterula immutata, cujus etiam vestigia in MS. deprehendimus, nullo negotio in carmen, nescio cujus poëtæ, coalescent. Sic ergo,

-------- Αὐτίκα λαὸς ἀπείρων
Θῦνον ἐπ' ἠϊόνεσσι διϊςάμθροι κελάδησαν.

Statim infinitus populus ad littora ruebant, & divisi clamaverunt. LANGBÆNIUS.

Ibid. Αὐτίκα (φησὶ) λαὸς ἀπείρων θύνων ἐπ' ἠϊόνεσσι διϊςάμθροι κελάδησαν] Interpres hunc locum Thucydidis esse dixit: Langbænius putavit esse poëtæ alicujus, atque versum cum acroteleutio formavit. Sed, si legas Θῦνον, necessario erit legendum ΚΑΙ' διϊςάμθροι κελάδησαν; atque ita corruat versus necesse est. Ego autem, unde id probem, quod mihi videtur, haud sane habeo; sed dicam tamen, quæ mea sententia sit. Arbitror locum esse Hecatæi scriptoris prosaïci, & qui veteri Jonismo usus fuerat. Nam Herodoti Jonismus recentior est. Et fortasse olim, aliud agens, verum hujus loci parentem reperiam. FABER.

8. Α'λλ' ἐκεῖνα μᾶλλον] qualia πληθυντικὰ augeant orationem, & πάθος efficiant, docet. ROBORTELLUS.

ἔσθ' ὅπου προσπίπτει[9] τὰ πληθυντικὰ μεγαλορρημονέστερα, καὶ αὐτῷ δοξο-
5 κομποῦντα τῷ ὄχλῳ τοῦ ἀριθμοῦ. Τοιαῦτα παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ τὰ ἐπὶ τοῦ
[10] Οἰδίπου.

—— —— [11] Ὦ γάμοι γάμοι,
Ἐφύσαθ' ἡμᾶς, καὶ φυτεύσαντες, πάλιν
[12] Ἀνεῖτε ταὐτὸν σπέρμα, κἀπεδείξατε
[13] Πατέρας, ἀδελφοὺς, παῖδας, αἷμ' ἐμφύλιον,
Νύμφας, γυναῖκας, μητέρας τε, χ' ὁπόσα
Αἴσχιστ' ἐν ἀνθρώποισιν ἔργα γίνεται.

Πάντα γὰρ ταῦτα ἓν [15] ὄνομά ἐστιν, Οἰδίπους· ἐπὶ δὲ θατέρου Ἰοκάστη.
6 Ἀλλ' ὅμως χυθεὶς εἰς τὰ πληθυντικὰ ὁ ἀριθμὸς, συνεπλήθυνε καὶ τὰς
ἀτυχίας· [14] καὶ, ὡς ἐκεῖνα, πεπλεόνασται,

Ἐξῆλθον Ἕκτορές τε, καὶ Σαρπηδόνες.

7 Καὶ τὸ Πλατωνικὸν, ὃ καὶ ἑτέρωθι παρατεθείμεθα, ἐπὶ τῶν Ἀθηναίων,
[16] Οὐ γὰρ Πέλοπες, οὐδὲ Κάδμοι, οὐδ' Αἴγυπτοί τε, καὶ Δαναοὶ, οὐδὲ βάρ-
βαροι συνοικοῦσιν ἡμῖν, ἀλλ' αὐτοὶ Ἕλληνες, οὐ μιξοβάρβαροι, οἰκοῦμεν· καὶ
τὰ ἑξῆς. Φύσει γὰρ ἐξακούεται τὰ πράγματα κομπωδέστερα ἀγεληδὸν οὕτως τῶν
8 ὀνομάτων ἐπισυντιθεμένων. [17] Οὐ μέντοι δεῖ ποιεῖν αὐτὸ ἐπ' ἄλλων, εἰ μὴ
ἐφ' ὧν δέχεται τὰ [18] ὑποκείμενα αὔξησιν, ἢ πληθὺν, ἢ ὑπερβολὴν, ἢ
πάθος, [19] ἕν τι τούτων, ἢ τὰ πλείονα· ἐπεί τοι [20] τὸ πανταχοῦ [21] κώ-
δωνας

9. Τὰ πληθυντικὰ] Aristoteles lib. III Rhetor. c. IV, de iis, quæ tumorem orationi conciliant: καὶ τὸ ἓν πολλὰ ποιεῖν, ὅπερ οἱ ποιηταὶ ποιοῦσιν· ἑνὸς γὰρ ὄντος λιμένος ὅμως λέγουσι, λιμένας εἰς Ἀχαϊκούς· καὶ,

Δέλτου μὲν αἵδε πολύθυροι διαπτυχαί.

Nobile exemplum est Sublimitatis orationi per pluralem numerum conciliatæ apud Pindarum, ubi Musam relictis humilioribus terræ regionibus altius escendere fastigium jubet. Sic enim Isthm. V:

------- Ἔλα νῦν μοι πέδοθεν.
Λέγε, τίνες Κύκνον, τίνες Ἕκτορα πέφνον,
Καὶ στράταρχον Αἰθιόπων ἄφοβον, &c.

de solo Achille. TOLLIUS.

10. Οἰδίπου] In *Oedipode Tyranno*. FABER.

11. Ὦ γάμοι] ἐν τῷ Οἰδίπ. τυράννῳ. FR. PORTUS.

12. Ἀνεῖτε ταὐτὸν] Ἀνεδώκατε· ἤγουν, ὦ μῆτερ ἡ γεννήσασά με, καὶ πάλιν ἑαυτὴν εἰς σπορὰν ἐμοὶ δοῦσα. PETRA.

13. Πατέρας,] Διότι ἐκ μητρὸς ἐπαιδοποίησα, καὶ διότι, οὓς ἔσπειρα ἐκ τῆς αὐτῆς μητρὸς ἐγεννήθησαν. PETRA.

14. Ἓν ὄνομά ἐστιν] Deesse hic videtur, ἐφ' ἑτέρου μὲν: cui illud, ἐπὶ δὲ θατέρου respondeat. Mox lege, ὡς καὶ ἐκεῖνα. TOLLIUS.

15. Ἐξῆλθον Ἕκτορές τε, καὶ Σαρπηδόνες] Videtur esse Æschyli. FABER.

16. Οὐ γὰρ Πέλοπες] ἐν τῷ Ἐπιταφίῳ. FR. PORTUS.

Ibid. Οὐ γὰρ Πέλοπες] Locus petitus ex Menexeno Platonis, qui dialogus ab aliis ἐπιτάφιος inscribitur. Sed hic mutilus est, in vulgatis codicibus plenior. [Οὐ γὰρ Πέλοπες, οὐδὲ Αἴγυπτοί τε, καὶ Δαναοὶ, οὐδὲ ἄλλοι πολλοὶ, φύσει (μὲν) Βάρβαροι ὄντες, νόμῳ δὲ Ἕλληνες,] Cætera itidem se habent, ut hic apud Longinum. Hæc autem ideo dicit Plato, quod Pelops Lydus, aut Phryx esset; Cadmus e Phœnicia; Ægyptus & Danaus ex Melampodum regione, quam postea *Ægypti* nomine appellarunt. Ceterum ita illud, quod superius paulo legitur, interpungendum est: καὶ τὸ Πλατωνικὸν, ὃ καὶ ἑτέρωθι παρατεθείμεθα, ἐπὶ τῶν Ἀθηναίων. *Et illud Platonis de Atheniensibus, quod ipse alibi produxi.* Alioqui absurda diceret Longinus. Et tamen ita omnes priores Interpretes. FABER.

Ibid. Οὐ γὰρ Πέλωπες] aliud exemplum
ampli-

natione plurali multo sæpe elatiorem, & ipsa numeri multitudine augustiorem reddunt, ac efficiunt orationem. Cujusmodi sunt hæc Oedipi 5
apud Sophoclem:

O nuptiæ! O mihi exsecrandæ nuptiæ!
Vos, vos genuistis nos, satosque jam semel
Iterum refuso reddidistis semine,
Fratres, Patres, natos, propinquum sanguinem:
Sponsas, maritas, matres, & quæcunque apud
Homines facinora patrantur fœdissima.

Hisce etenim nominibus omnibus unus tantum hinc Oedipus, illinc Jo-
casta designatur: verum effuso, ac dilatato in pluralem terminationem 6
numero ipsæ quoque Oedipi ærumnæ augeri quodammodo multiplicari, videnturque. Ad eundem modum & illa numero amplificata sunt:

Et Hectores exierunt, & Sarpedones.

Nec non illa Platonis (quæ & alibi a me adducta sunt) de Athiensi- 7
bus: *Non enim aut Pelopes, aut Cadmi, aut Ægypti, aut Danai, aliive id genus origine barbari, una nobiscum habitant: Græci meri sumus, nulla barbarorum permixtione contaminati, qui hanc civitatem incolimus;* &c. Natura enim omnia illa, quæ nominibus ad hunc modum in multitudinem compositis efferuntur, grandiora multo & magnificentiora ad
animos eorum, qui audiunt, accidere solent. At non ubivis hoc exor- 8
nationis genere utendum est, nec semper: verum tum demum, quum subjecta materia vel amplificationem, vel multitudinem, vel superjectionem, vel affectum, seu singula, seu plura simul, admittere videbitur. Siquidem passim, & ubique purpureos vesti clavos assuere cum ineptum

amplificationis per numerum pluralem, quod huic comparari possit, Themistius nobis exhibet in Sophista: Κηφισοδώρες δὲ, inquit, καὶ Εὐβελίδας, καὶ Τιμαίες, καὶ Δικαιάρχες, καὶ στρατὸν ὅλον τῶν ἐπιτιθεμένων Ἀριστοτέλει τῷ Σταγειρίτῃ πῶς ἂν καταλέξαιμι εὐπετῶς. Tollius.

17. Οὐ μέντοι δεῖ] quando sit utendum tali ratione augendi, monet. Robortellus.

18. Ὑπερκείμενα] lego ὑποκείμενα. Petra.

Ibid. Ὑπερκείμενα] Idem mihi in mentem venerat, quod Interpreti, legendum ὑποκείμενα. Faber.

19. Ἔν τι τέτων] Lubens sane legerem, ἢ ἔν τι. Sed hinc quoque τὰ ante πλείονα debet deleri. Faber.

20. Πανταχε κώδωνας ἐξῆφθαι λίαν σοφιστικόν.] *Tintinnabula ubivis suspendere sophistam sapit.* Hæc sunt, quæ *tympana eloquentiæ* vocavit *Fabius lib.* v, *cap.* 12. *Tinnitus Gallionis* legimus: & *Ciceronem crepitaculum fori* salutatum. [*Auctor Dialogi de Oratoribus.*] Hinc κωδωνίσαι, *experimentum facere*; vel quod vigilum insomniam, vel quod coturnicum, seu etiam equorum, pugnacitatem tintinnabulis explorare solebant. Sic *Comici ad Lysistratam* Scholiastes ἀνέκδοτος: κωδωνίσαι, διαπεῖραι· μετῆκται δὲ ἀπὸ τῶν περιπατέντων [γρ. περιπαραλέντων] καὶ κώδωσι διαπειρομένων εἰ ἐγρηγόρασιν οἱ ἐπὶ ταῖς φυλακαῖς τεταγμένοι. Οἱ δὲ ὑπομνηματισαὶ, ἀπὸ τῶν ὀρτύγων φασὶ μετῆχθαι τὴν λέξιν· τὲς γὰρ ὑπομένοντας τε κώδωνος ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς μάχην. Ἔνιοι δὲ φασι καὶ τὲς ἵππες κώδωσιν ἐξετάζειν. Langbænius.

Ibid. Ἐπεὶ τοι τὸ πανταχε κώδωνας ἐξῆφθαι, λίαν σοφιστικόν.] Olim κώδωνας, seu tintinnabula, frenis & phaleris equorum addebant, non tamen ubique, & semper; sed cum decursio aliqua equestris, aut transvectio fiebat, seu quid aliud ejus generis, quod pompatice & splendide fieri deceret. Inde illud Aristophanis adversus Æschylum, cum scribit, introduxisse eum in scenam, Μέμνονας κωδω-

δωνας ἐξῆφθαι, λίαν σοφιστικόν.

κωδωνοφαλαροπώλους, id eſt, *qui equos haberent, ex quorum phaleris penduli* κώδωνες *ſtreperent, tintinnarent.* Ad eum locum Scholiaſtes, Apollonii veteris Grammatici auctoritate uſus, ita ſcribit: ὅτι [ὁ Αἰσχύλος] παρήνεγκε χρωμένους κώδωσί τινας, κώδωνας ἐν τοῖς φαλάροις καὶ χαλινοῖς τῶν ἵππων ἔχοντας. Adde huc locum Apuleji lib. x Mileſiarum. Ibi ſic loquitur Aſinus philoſophus & rhetor: *Me phaleris aureis, & fucatis ephippiis, & purpureis tapetis, & frenis argenteis, & pictilibus balteis, & tintinnabulis perargutis exornatum, ipſe reſidens amantiſſime,* &c. *affatur.* Longini itaque ſententia eſt, non debere oratorem ubique, & ſine delectu figuris uti, & ſplendidioribus rhetoricæ ornamentis; ſed ibi tantum, ubi rei magnitudo tale quid poſtulat. FABER.

Ibid. Τὸ πανταχοῦ κώδωνας] Lucian. in Aſino:

Κώδωνες μέλος μουσικώτατον ἐκφωνοῦντες.

Euripides in Rheſo, de ejus equis:

------ Γοργὼ δ' ὡς ἐπ' αἰγίδος θεᾶς
Χαλκῆ μετώποις ἱππικοῖσι πρόσδετος
Πολλοῖσι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει φόβον.

Hora-

ΤΜΗΜΑ κδ'.

Ὅτι ἐνίοτε τὰ ἑνικὰ ὑψηλοφανῆ ἐστίν.

1 Ἀλλὰ μὴν καὶ τοὐναντίον, τὰ ἐκ τῶν πληθυντικῶν εἰς τὰ ἑνικὰ ἐπισυναγόμενα ἐνίοτε [2] ὑψηλοφανέστατα. [3] Ἔπειθ' ἡ Πελοπόννησος ἅπασα διειστήκει, [4] Φησί. [5] Καὶ δὴ Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλήτου ἅλωσιν [6] διδά-
2 ξαντι, [7] εἰς δάκρυα ἔπεσεν θέητρον. Τὸ γὰρ ἐκ τῶν διῃρημένων εἰς τὰ ἡνωμένα

Ἀλλὰ μὴν] quandoque πληθυντικὰ ἑνικῶς prolata conferunt πρὸς τὸ ὕψος. ROBORTELLUS.

Ibid. Ἀλλὰ μὴν] adeatur Dionyſ. Halicarnaſſ. p. 160 med. de Thucydide: ubi eum reprehendit a plurali numero ad ſingularem immodice tranſeuntem. TOLLIUS.

2. Ὑψηλοφανέστατα] ἡ γὰρ σύνθεσις, ut ait Ariſtot. I Rhet. c. XXVII, ὑπεροχὴν δείκνυσι πολλήν. TOLLIUS.

3. Ἔπειθ' ἡ Πελοπόννησος] Exemplum aliud ode 18, lib. III Carm. *Ludit herboſo pecus omne campo, Quum tibi nonæ redeunt Decembres; Feſtus in pratis vacat otioſo Cum bove pagus.* PETRA.

Ibid. Ἔπειθ' ἡ Πελοπόννησος.] Locus integer ſic habet: [*Demoſth. de Corona.*] Οἷς γὰρ ηὐτυχήκεσαν ἐν Λεύκτροις, οὐ μετρίως ἐκέχρηντο· ἔπειθ' ἡ Πελοπόννησος ἅπασα διειστήκει. *Suis ad Leuctra ſucceſſibus non uſi fuerunt moderate; deinde tota Peloponneſus in factiones erat diviſa.* Ubi a plurali tranſit ad ſingularem. Quod etiam in ſequenti exemplo contingit. LANGBÆNIUS.

Ibid. Ἔπειθ' ἡ Πελοπόννησος ἅπασα] Ex oratione de Corona. Figura autem in eo eſt, quod Peloponneſum pro Peloponneſiis poſuerit. FABER.

4. Φησί] Δημοσθ. ἐν τῷ περὶ στεφ. FR. PORTUS.

5. Καὶ δὴ Φρυνίχῳ δρᾶμα, &c.] Locum hunc primus ex *Herodoto in Erato* adduco. Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ δῆλον ἐποίησαν ὑπεραχθεσθέντες τῇ Μιλήτου ἁλώσει, τῇ τε ἄλλῃ πολλαχῇ, καὶ δὴ καὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα, Μιλήτου ἅλωσιν, καὶ διδάξαντι, εἰς δάκρυά τε ἔπεσεν τὸ θέητρον, καὶ ἐζημίωσάν μιν, ὡς ἀναμνήσαντα οἰκήϊα κακά, χιλίῃσι δραχμῇσι· καὶ ἐπέταξαν, μηκέτι μηδένα χρᾶσθαι τούτῳ τῷ δράματι. *Athenienſes autem Mileti excidium ſe moleſte tuliſſe, tum ex aliis multis declararunt, tum ex eo, quod Phrynicho fabulam edente, quam de Mileti excidio compoſuerat, theatrum in lachrymas prorupit; eumque, quod domeſtica mala refricuiſſet, mille drachmis mulctarunt; addito interdicto, ut ne quis poſtea ea fabula uteretur. Phrynichum* intellige poëtam tragicum, (*Comicus* enim *Herodoto* poſterior) quem *Suidas* falſo a *Perſis* mulctatum narrat, quod *Mileti* excidium in tragœdia repræſentaſſet, Φρύνιχον οἱ Πέρσαι χιλίαις ἐζημίωσαν, ἅλωσιν τραγῳδήσαντα Μιλησίων. Non hoc *Perſarum* factum, qui *Miletum* ipſi diripuerant, ſed *Athenienſium*; uti *Herodoto* aſſentiunt *Strabo lib.* 14, *ex Calliſthene*: & *Plutarchus in præceptis politicis. Miletus* autem urbs *Jonica*,

adeo

ineptum plane eſt, tum doctrinam redolet, exercitationemque pæne puerilem.

Horatius in Arte de re ipſa:

Purpureus, late qui ſplendeat, unus & alter
Aſſuitur pannus.

Quem æmulatus eſt Fabius lib. VIII, cap. V: *Porro ut affert lumen clavus purpuræ loco inſertus, ita certe neminem deceat intertexta pluribus notis veſtis. Quare licet hæc enitere, & aliquatenus exſtare videantur, tamen lumina illa non flammæ, ſed ſcintillis inter fumum emicantibus ſimilia dixeris: quæ ne apparent quidem, ubi tota lucet oratio, ut in ſole ſidera deſinunt cerni.* Dionyſius idem fere præcipit, χρῆσθαι μέντοι τοῖς σχήμασι μὴ πυκνοῖς· ἀπειρόκαλον γὰρ, καὶ παρεμφαῖνόν τινα τοῦ λόγου ἀνωμαλίαν. TOLLIUS.

21. Κώδωνας ἐξῆφθαι,] Κατὰ τρόπον μεταφορᾶς τρίτον παρ' Ἑρμογένει ἐν τῇ σεμν. Sunt autem Κώδωνες, quos vulgo *ſonalios* vocamus, ex equorum phaleris propendentia plerumque tintinnabula. Proprie Κώδων τὸ τῆς σάλπιγγος πλατὺ: a cujus ſimilitudine tintinnabula Κώδωνες Græcis dicuntur. PETRA.

SECTIO XXIV.

Singularia quandoque ſuppeditare Sublimitatem.

CONtra ea contingere nonnumquam videmus, ut illa, quæ ex plu- 1
rali numero in ſingularem coartantur, multis ſæpe partibus ampliora videantur: ut, *Adhæc omnis Peloponneſus in factiones diſceſſerat.* Item: *Quum Phrynichus Mileti Excidium in ſcena exhiberet, univerſum theatrum in lacrymas effuſum eſt.* Ea namque, quæ in plura diviſa ſunt, ſi ad ſingularis numeri contraxeris unitatem, grandiorem quandam quaſi corporis molem præ ſe ferunt. Cujus utriuſque ornatus unam ean- 2
demque

adeo luxu diffluens, ut *Mileſia* carmina [*Ovid. triſt. l.* 2,] pro impudicis habita ſint, non minus quam *Sotadica.* Et fabulæ quævis literariis ludicris refertæ, *Mileſiæ* vocantur; quales ſunt *Apuleji. Vid. Capitolinum in Clodio Albino.* Et Μιλήσια ἐρώματα ob delicias ſuas in proverbium abiere; [*Euſtath. in Dionyſ.*] ut quæ ipſo ſomno *molliora*: Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω, μαλακώτεροι ὕπνω. Ἁ Μίλητος ἐρεῖ. *Theocrit. Idyll.* 16. Videatur & *Marcellinus l.* 28. Ad ea, quæ hic de mutatione numerorum, temporum, perſonarum, differit auctor, adjunge (ſi lubet) exempla, quæ ex *Homero* ſuppeditat auctor libelli de ſchematis *Homeri*, ſive is *Plutarchi* γνήσιος, ſive potius *Apollonii Alexandrini.* Nec non quæ ex *Thucydide Halicarnaſſeus de Charact. Thucyd.* LANGBÆNIUS.

6. Διδάξαντι,] Quod Græci dicunt δρᾶμα διδάξαι, Cic. *agere & docere fabulam* vertit. De utroque Phrynicho, Tragico & Comico, vide Suidam. Unde porro pendeat dativus iſte, ex contextu non conſtat. Haud, dubie quia locus citatus ἀτελὴς, aliunde pendet, quod hic in contextu non expreſſum: ſimile quid habes in ſequenti pag. in illo Herod. loco. PETRA.

7. Εἰς δάκρυα ἔπεσον οἱ θεώμενοι] Quod habet probandum Longinus? Hoc ſcilicet, τὰ ἑνικὰ ἐνίοτε ὑψηλοφανῆ εἶναι, *quæ ſingularis numeri ſint, ea interdum ad ſpeciem Granditatis facere.* Itaque falſum eſt exemplum Herodoti, quo utitur εἰς δάκρυα ἔπεσον οἱ θεώμενοι, *lacrymas profuderunt ſpectatores.* Sed aliter multo Longinus; nempe, pro θεώμενοι, ſcripſerat, θέατρον, aut θέητρον, (*Theatrum fleverunt*) quod deinde, addito gloſſemate, corruptum eſt, & lectio illa genuina ſuo loco mota fuit. Locus Herodoti eſt in VI, ſectione XXI. FABER.

Ibid. Εἰς δάκρυα ἔπεσε] Quod ubi fiebat, res facta erat poëtæ, vel etiam Rhapſodis. Vid. Platonem in Jone. Lucian. de Gymnaſ. p. 797: Καὶ ῥήσεις οἰκτρὰς ἐτραγῴδει πρὸς τὸ θέατρον, ὑφ' ὧν ἐς δάκρυα κατεσπῶντο οἱ ἀκούοντες. Vide de his elegantiſſimum locum l. III Confeſſ. Auguſtin. de Phrynicho vero Tzetzes Chil. VII, 156:

Τὴν ἅλωσιν Μιλήτου δὲ Φρύνιχος, Ἀθηναῖος
Ὢν τραγικὸς, ἐδίδαξεν οἰκτρᾷ τῇ τραγῳδίᾳ.
Ὡς πᾶν θρηνῆσαι θέατρον, καὶ μελανοφορῆσαι.
Χιλίας δὲ ἐζημίωτο δραχμὰς τοῖς Ἀθηναίοις,

3 γινόμενα ἐπιστρέψαι τὸν ἀριθμὸν, σωματοειδέστερον. Αἴτιον δ' ἐστ' ἀμφοῖν
τοῦ κόσμου ταυτὸν οἶμαι· ὅπου τε γὰρ ἑνικὰ ὑπάρχει τὰ ὀνόματα, τὸ πολ-
4 λὰ ποιεῖν αὐτὰ, [8] παρὰ δόξαν, ἐμπαθοῦς. Ὅπου τε πληθυντικὰ, τὸ
εἰς ἕν τι εὔηχον συγκορυφοῦν τὰ πλείονα, διὰ τὴν εἰς τοὐναντίον μεταμόρ-
φωσιν τῶν πραγμάτων, [9] ἐν τῷ παραλόγῳ.

Οἳ καὶ μηδένα ἔγραψαν τῷ δράματι κεχρῆσθαι. Ammianus Marcellinus lib. XXVIII Phrynichum Miletum relegatum refert, *indignantibus Atheniensibus tam luctuosæ coloniæ suæ cladis memoriam sibi refricatam.* Ceterum pro ἔπεσαν, quod in vulgatis Herodoti Codicibus est, ἔπεσε τὸ θέητρον potius legendum videtur. Alias enim Auctoris nostri observatio frustra fuerit. Potest tamen ἔπεσαν tertia plurali defendi, sicut apud Homerum legitur, Ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἀπονέοντο· ἐπειδήπερ, ut auctor ait vitæ Homeri, ἡ πληθὺς τὴν μὲν προσηγορίαν ἐστὶν ἑνικὸν, πολλοὺς δὲ ἐν αὐτῷ περιείληφεν. Vide & supra sect. XXIII, 3. TOLLIUS.

8. Τὸ, πολλὰ ποιεῖν αὐτὰ, παρὰ δόξαν, εὐπαθοῦς] Vitiosum est istud εὐπαθοῦς: nam contrarium verum fuerit. Lege itaque, ἐμπαθοῦς. Sic sect. XXVI, 3. ἐμπαθέστερόν τε γὰρ αὐτὸν ἅμα καὶ προσεχέστερον ἀποτελέσεις. Et sect. XXVII: ἐμπαθὲς τὸ πολυπρόσωπον, καὶ ἀγχίστροφον παρέστησε. Denique nihil est, quod dubites. Potest & legi ἐκπαθοῦς, quod ejusdem notionis est. Ut sect. XXXVIII; ἐπειδὰν ὑπὸ ἐκπαθείας μεγέθει τινὶ συνεκφωνῶνται περιστάσεως. FABER.

Ibid. Παρὰ δόξαν εὐπαθοῦς] rectius Faber, ἐμπαθοῦς, ut sect. XXVII: Ἐμπαθὲς τὸ πολυπρόσωπον παρέστησε. Alias legi possit ἐκπαθοῦς, ut ἐκπνέον, ἐκβολὴ πάθους, & similia apud nostrum.

ΤΜΗ͂ΜΑ κέ.

Ὅτι παρεληλυθότα διηγητέον, ὡς παρόντα, ἢ γιγνόμενα.

Ὅταν γε μὴν τὰ παρεληλυθότα τοῖς χρόνοις εἰσάγῃς ὡς γινόμενα, καὶ παρόντα, οὐ διήγησιν ἔτι τὸν λόγον, ἀλλ' ἐναγώνιον πρᾶγμα ποιήσεις. Πεπτωκὼς δέ τις, [2] φησὶν ὁ Ξενοφῶν, ὑπὸ τῷ Κύρου ἵππῳ, καὶ πατούμενος, παίει εἰς τὴν γαστέρα τῇ μαχαίρᾳ τὸν ἵππον αὐτοῦ· [3] ὁ δὲ σφαδάζων ἀποσείεται τὸν Κῦρον· ὁ δὲ πίπτει. Τοιοῦτος ἐν τοῖς πλείστοις ὁ [4] Θουκυδίδης.

ΤΜΗ͂-

Ὅταν γε μὴν] Quomodo res actuosa magis videatur, si præteritam ut præsentem narres. ROBORTELLUS.

2. Φησὶν ὁ Ξενοφῶν,] ἐν τῷ ζ' Κύρου παιδείας FR. PORTUS.

3. Ὁ δὲ σφαδάζων ἀποσείεται τὸν Κῦρον.] Multifarias verbi σφαδάζω significationes habes apud Lexicographos Græcos, omnes sane tam huic *Xenophontis* loco appositas, ut verisimile sit ad eum ipsum explicandum excogitatas. *Etymologus* aperte hic sumi monet ἐπὶ τὸ ἀλγεῖν, pro *dolere.* Apud *Atticos* pro *ægre ferre*, vel *palpitare*, vel ægre ferentem *subsultare.* In *lexico rhetorico* pro δυσθανατεῖν, *difficulter mori*, ματαίως σπᾶσθαι, *frustra convelli*: vel ob vulnus recens exceptum subsilire. [*Hesych.*] Μετὰ σπασμοῦ πηδᾷ, μαίνεται, ταράττεται ὑπὸ τραύματος ζέοντος. LANGBÆNIUS.

Ibid. Σφαδάζων] Hesychius: Σφαδάζει, βράζει, δυσθανατεῖ, χαλεπῶς φέρει, διασπᾶται, ἀγανακτεῖ, δυσφορεῖ, ἀτακτεῖ, μετὰ χολῆς ὀργίζεται, καὶ μετὰ δόλου (L. τόνου) πολλοῦ, ἢ μετὰ σπασμοῦ πηδᾷ, μαίνεται, σπεύδει, διασείει, θυμοῦται, ταράττεται ὑπὸ τραύματος ζέοντος. L. ὑπὸ τραύματος, ζέει. Cassandra apud Æschylum Agamemnone:

> Ἐπεύχομαι δὲ καιρίας πληγῆς τυχεῖν,
> Ὡς ἀσφάδαστος ὄμμα συμβάλω τόδε.

Et Ajax apud Sophoclem:

> ——— καλῶ δ' ἅμα
> Πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κοιμίσαι,
> Ξὺν ἀσφαδάστῳ καὶ ταχεῖ πηδήματι,
> Πλευρὰν διαῤῥήξαντα τῷδε φασγάνῳ.

Virgi-

demque esse opinor rationem. Ubi namque vocabula, quæ singularis 3
numeri sunt, pluralia reddideris, majoris hisce amplitudinis speciem con-
ciliaris, quia id præter consuetudinem fit, atque exspectationem, & ab
homine, ut videtur, mirifice perturbato. Rursus, si vice versa pluralia 4
in sonoram collegeris, atque construxeris unitatem, eadem illa rerum in
contrarium commutatio, quia & ipsa præter opinionem, atque usum
loquendi quotidianum accidit, multo quoque illa, quæ dicuntur,
augustiora repræsentabit.

strum. Infra sect. XXXVIII, ὑπὸ ἐκπαθείας· Hic τὸ παρὰ δόξαν, nonnullam mihi παρὰ δόξαν molestiam exhibuit, quum, quomodo hæc potissimum recte verterem, hærebam. Nam si τὸ παρὰ δόξαν cum præcedentibus junxeris, diversa prior ratio ab altera erit: & illa præter exspectationem singularium in pluralia mutatio ideo sublimem efficere videbitur orationem, quod *incredibili quadam animi commotione* videantur *perturbati*, qui eam adhibent: sin cum τῷ ἐμπαθῶς copulaveris, tum non tam mutatio numeri, quam commotio ac perturbatio oratoris iis, qui audiunt, accidet præter exspectatum. Sic ut prioris figuræ causa sit futura πάθος παράδοξον oratoris, posterioris simplex commutatio παρὰ λόγον. Verumtamen satis me perspicue auctoris mentem in versione mea expressisse puto. TOLLIUS.

9. Ἐν τῷ παραλόγῳ.] *Hoc inopinatum. Sententia* auctoris satis per se clara, non ἀτελής. Et plura in unum contrahere, & in plura unum dividere, utrumque sublimitati confert; idque ob eandem causam, τὸ παράδοξον scilicet. Quia conversio hæc præter expectationem contingit. LANGBÆNIUS.

SECTIO XXV.

Præterita, ac si in præsenti gerantur, exponenda.

QUod si porro, quæ jamdudum gesta, veluti præsentia, exposueris, &, quasi eo ipso, quo narrantur, fiant tempore, non jam amplius rerum actarum exhibueris narrationem, sed, ut in ipsis velut auditorum oculis geri videantur, effeceris. Tale est illud Xenophontis: *Tum miles quidam ab equo Cyri prostratus, proculcatusque, ferit equi ventrem gladio. Equus dolore externatus, & subsultans, excutit & effundit Cyrum: Cyrus autem humi provolvitur.* Ad hunc modum pleraque sunt Thucydidia.

SECTIO

Virgilius l. X Æneid. extremo: ----- *Et inter*
Bellatoris equi cava tempora conjicit hastam.
Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras
Verberat, effusumque equitem super ipse secutus
Implicat, ejectoque incumbit cernuus armo.

& l. XI, v. 637; ubi & vis verbi σφαδάζω melius exprimitur, & figura ipsa exemplo plurimum illustratur:

Hastam intorsit equo, ferrumque sub aure reliquit.
Quo sonipes ictu furit arduus, altaque jactat
Vulneris impatiens arrecto pectore crura.
Volvitur ille excussus humi.

D. Gregorius Nazianzenus Carm. I de fervore animi irascentis accepit:

Καίπερ σφαδάζων ἔνδοθεν πολλοῖς λόγοις,
Ὥσπερ τὶς ἀσκὸς δέσμιος, γλεύκους ζέων,
Ἢ καὶ φυσητὴς χάλκεος γέμων πνοῆς.

Sophocles autem de equo lasciviente, & exsultante, apud Plutarchum in Quæst. Rom.

Σὺ δὲ σφαδάζεις πῶλος ὡς εὐφορβίᾳ.
Γαστήρ τε γάρ σου καὶ γνάθος πλήρης.

Apud Xenophontem, ὁ δὲ πίπτει, non legitur; videturque excidisse. Contra ea ante σφαδάζων inseritur, ἵππος πληγείς. TOLLIUS.

4. Θουκυδίδης] & inprimis ejus imitator Sallustius. TOLLIUS.

Ἐναγώ-

ΤΜΗΜΑ κϛʹ.

Περὶ προσώπων ἀντιμεταθέσεως.

1 Ἐναγώνιος δ' ὁμοίως καὶ ἡ τῶν προσώπων ἀντιμετάθεσις, καὶ πολλά-
κις ἐν μέσοις τοῖς κινδύνοις ποιοῦσα τὸν ἀκροατὴν δοκεῖν στρέφεσθαι.

> [2] Φαίης κ' ἀκμῆτας, καὶ ἀτειρέας, ἀλλήλοισιν
> Ἄντεσθ' ἐν πολέμῳ· ὡς ἐσσυμένως ἐμάχοντο.

Καὶ ὁ Ἄρατος,

> [3] Μὴ κείνῳ ἐνὶ μηνὶ περικλύζοιο θαλάσσῃ.

2 Ὧδέ που καὶ ὁ Ἡρόδοτος, [4] Ἀπὸ δὲ Ἐλεφαντίνης πόλεως ἄνω ἰόντι, [5] καὶ
ἔπειτα ἀπίξεαι ἐς πεδίον λεῖον· διεξελθὼν δὲ τοῦτο τὸ χωρίον, αὖθις εἰς
ἕτερον πλοῖον ἐμβὰς, δυώδεκα ἡμέρας πλεύσεαι· καὶ ἔπειτα ἵξεαι ἐς πόλιν
3 μεγάλην, ᾗ οὔνομα Μερόη. [6] Ὁρᾷς, ὦ ἑταῖρε, ὡς παραλαβών σου τὴν
ψυχὴν, διὰ τῶν τόπων ἄγει, [7] τὴν ἀκοὴν ὄψιν ποιῶν; πάντα δὲ τὰ
τοιαῦτα πρὸς αὐτὰ ἀπερειδόμενα [8] τὰ πρόσωπα, ἐπ' αὐτῶν ἵστησι τὸν
ἀκροατὴν τῶν ἐνεργουμένων. Καὶ ὅταν ὡς οὐ πρὸς ἅπαντας, ἀλλ' ὡς πρὸς
μόνον τινὰ λαλῇς,

> [9] Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης, ποτέροισι μετείη,

ἐμπαθέστερόν τε αὐτὸν ἅμα, καὶ προσεκτικώτερον, καὶ ἀγῶνος ἔμ-
πλεων ἀποτελέσεις, ταῖς εἰς ἑαυτὸν προσφωνήσεσιν [10] ἐξεγειρόμενον.

ΤΜΗ-

Ἐναγώνιος] Insurgit & oratio per personarum ἀντιμετάθεσιν. ROBORTELLUS.

2. Φαίης] Ιλ. ό. FR. PORTUS:

3. Μὴ κείνῳ] Hunc versum ita vertit Cic.
Hoc cave te ponto studeas committere mense. PETRA.

Ibid. Μὴ κείνῳ] Similia sunt illa Virgilii Georg. II, quæ Fabius citat, l. IX, c. III:
Neve tibi ad solem vergant vineta cadentem:
& l. III:
Ne mihi tum molles sub divo carpere somnos,
Nec dorso nemoris libeat jacuisse per herbas.
& ejusdem operis lib. I:
Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro
Ingemere, &c.
Non enim, ait Fabius, *nescio cui alii prius, nec postea sibi uni, sed omnibus præcipit.* TOLLIUS.

4. Ἀπὸ δὲ Ἐλεφαντίνης] ἐν τῇ Εὐτέρπῃ. FR. PORTUS.

Ibid. Ἀπὸ δὲ Ἐλεφαντίνης πόλεως ἄνω ἰόντι, καὶ ἔπειτα ἀπίξεαι] Manifestus est solœcismus in his verbis [ἰόντι ἀπίξεαι] dici enim oportuit, ἰὼν, ut vides; sed post illam vocem [ἰόντι] viginti circiter linearum interruptio est, quia locus æquo prolixior erat. Eum leges in II Herodoti, sectione XXIX, neque illibenter; nam amœnissimus est. Pro ὄνομα Μερόη, ibi rectius scribitur, οὔνομά ἐστι Μερόη. FABER.

5. Καὶ ἔπειτα] Supple, ἀναντές ἐστι χωρίον &c. Multa de industria omissa a Rhetore, quæ, si videbitur, supplebis ad illa usque verba, καὶ ἔπειτα &c. PETRA.

6. Ὁρᾷς, ὦ ἑταῖρε] Qualis sit personarum ἀντιμετάθεσις, & quantam habeat vim. ROBORTELLUS.

7. Σὴν ἀκοὴν ὄψιν ποιῶν] & hæc est insignis illa, & laudatissima orationis virtus, quam Gr. ἐνάργειαν, Cicero *illustrationem*, & *evidentiam* appellat: *quæ non tam dicere videtur, quam ostendere: per quam affectus non aliter, quam si rebus ipsis intersimus, sequuntur.* Ut Fabius

SECTIO XXVI.

De Personarum Commutatione.

PErsonarum quoque commutatio sensum ferit, & est ad rem, quæ 1
geritur, ante oculos ponendam mire efficax: adeo ut in ipsis sibi sæpe, qui audiunt, versari periculis videantur. Ut,

Ærea dixisses, telisque impervia, nactos
Corpora pugnanteis hostili occurrere ferro.
Tanto quisque virum pugnæ flagrabat amore.

Nec dissimile illud Arati:

Hoc temet ponto caveas committere mense.

Ad eundem quoque modum Herodotus alicubi: *quum vero*, inquit, *ab* 2
urbe Elephantina sursum tendere volueris, &c. in peramplam venies planitiem: quam emensus aliud iterum conscendes navigium. Dein, ubi duodecim dies navigaveris, ad magnam tandem urbem pervenies; cui nomen est Meroa. Viden', Terentiane dulcissime, ut animum tuum per ipsa illa 3
scriptor abducat loca; quæque tibi audire videbare, jam oculis tuis uti cernas, efficiat? nimirum omnis, quæ ad hunc modum instituta est, oratio, ut ad ipsas eorum, qui audiunt, leguntve, personas convertatur, ita eos afficit, ut ipsis sibi interesse rebus videantur. Inprimis autem id fiet, si non tamquam ad universos, sed velut ad singulos orationem deflexeris. Ut,

Fervidus at quibus in Tydides partibus esset,
Haud facile agnosses.

Ita enim & auditorem commoris vehementius, & multo etiam feceris attentiorem: tum quoque veluti rerum, quæ aguntur, participem studio curaque impleveris ejusmodi compellatione excitatum.

SECTIO

bius ait lib. VI, cap. II: de qua plura supra. TOLLIUS.

8. Τὰ πρά[γμα]τα] Reposui jubentibus duobus MSS. τὰ πρόσωπα, cujus sententiæ hæc est expositio: in harum & similium rerum descriptione, si ad ipsam lectoris personam oratio detorqueatur, ut ipse simul una cum oratore ad contemplationem, quæ mentis opera fit, sive ad earum ipsarum rerum visionem, quæ narrantur, deducatur, effeceris: ita uti illas ipse sibi cernere videatur. TOLLIUS.

9. Τυδείδην] Ιλ. ι. FR. PORTUS.

10. Ἐξεγειράμενος] Lege, ἐξεγειρόμενον, ad *auditorem* referens. FABER.

Ibid. Ἐξεγειρόμενος] præstat, quod in VV. CC. ἐξεγειρόμενον, ut sit passivæ significationis, quod & Faber vidit. TOLLIUS.

ΤΜΗΜΑ κζ'.

Περὶ Ἀντιμεταστάσεως ἀπὸ προσώπου εἰς πρόσωπον.

1 Ἔτι γε μὴν ἔσθ' ὅτε περὶ προσώπου διηγούμενος ὁ συγγραφεὺς· ἐξαίφνης παρενεχθεὶς, [2] εἰς τὸ αὐτοπρόσωπον ἀντιμεθίσταται, καὶ ἔστι τὸ τοιοῦτον εἶδος [3] ἐμβολή τις πάθους·

> [4] Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσιν ἐκέκλετο μακρὸν ἀΰσας,
> Νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι, ἐᾶν δ' ἔναρα βροτόεντα.
> [5] Ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν [6] ἑτέρωθι νοήσω,
> Αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσομαι. ——— ———

2 Οὐκοῦν τὴν μὲν διήγησιν, ἅτε πρέπουσαν, ὁ ποιητὴς προσῆψεν ἑαυτῷ· τὴν δ' ἀπότομον ἀπειλὴν τῷ θυμῷ τοῦ ἡγεμόνος ἐξαπίνης, [7] οὐδὲν προδηλώσας, περιέθηκεν. Ἐψύχετο γὰρ, εἰ παρενετίθει, Ἔλεγε δὲ τοιά τινα, καὶ τοιά ὁ Ἕκτωρ· νυνὶ δ' ἔφθακεν ἄφνω τὸν μεταβαίνοντα ἡ τοῦ λόγου [8] μετάβασις. [9] Διὸ καὶ ἡ πρόσχρησις τοῦ σχήματος τότε, ἡνίκα ὀξὺς ὁ καιρὸς ὢν [10] διαμέλλειν τῷ γράφοντι μὴ διδῷ, ἀλλ' εὐθὺς ἐπαναγκάζῃ μεταβαίνειν ἐκ
3 προσώπων εἰς πρόσωπα. Ὡς καὶ [11] παρὰ τῷ Ἑκαταίῳ, [12] Κῆυξ δὲ

ταῦτα

Ἔτι γε μὴν] accepisse noster hoc videtur, uti & illud de Diomede præcedenti sectione, exemplum, ab auctore vitæ Homeri, qui hæc ipsa profert p. 309 & 310 editionis nuperæ doctissimi Th. Gale. TOLLIUS.

2. Εἰς τὸ αὐτὸ πρόσωπον] corrige, εἰς τὸ αὐτοπρόσωπον, una dictione. Addam & aliud exemplum e Virgilio lib. IX, 634:

> ------- *Et cava tempora ferro*
> *Trajicit. I, verbis virtutem illude superbis.*

ubi si, quod subticetur, *& subjicit*, adjeceris, totus ille indignantis animi impetus velut injectis pedicis retinebitur, infringeturque, omnisque decor sententiæ corrumpetur. Est & aliud apud Horatium l. I, Epist. VII, non tam Sublimitatis, quam venustatis plenum, ubi ita de Philippo loquitur:

> ------ *Conspexit, ut ajunt,*
> *Adrasum quendam, vacua tonsoris in umbra*
> *Cultello proprios purgantem leniter ungues.*
> *Demetri (puer hic non læve jussa Philippi*
> *Accipiebat) abi, quære, & refer; unde domo, quis*, &c.

ubi, si itidem illa, quæ subintelliguntur, *& vocans puerum suum Demetrium dixit*, addideris, quantum sententiæ venustati decessurum sit, facile advertes. TOLLIUS.

3. Ἐμβολή τις πάθους] lege cum V. C. ἐκβολή τις π. Sic infra sect. XXX: κἀκεῖνα τῆς ἐκβολῆς τοῦ δαιμονίου πνεύματος ὁρμῇ. Ubi eleganter ea vox explicatur suo contrario, quum dicit, ἣν ὑπὸ νόμον τάξαι δύσκολον. Impetus igitur ille affectus exspatiari cogit scriptorem, & egredi terminos præscriptos: quod fit, quum oratio ab una persona in aliam deflectitur. Attamen ἐμβολὴ pro impetu hic accipi possit. Donatus ad illa Terent. Phorm. I, 2: *Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam:* ἀποστροφὴ & ἠθοποιΐα. *Hæc narratio est, quam dicit Tullius* Constitutam: *repente enim transitur ad verba personarum ab earum descriptione. Sed hoc ipsum ad commovendos auditores valet plurimum.* TOLLIUS.

4. Ἕκτωρ δὲ] Ιλ. ό. FR. PORTUS.

5. Ὃν δ' ἂν] tertius Vat. Ὃν δή. TOLLIUS.

6. Ἑτέρωθι νοήσω] Duo Vaticani habent, ἐθέλοντα νοήσω; quod mihi diutius considerandum videtur. TOLLIUS.

7. Οὐδὲν προδηλώσας] Οὐ προλέγων τὸ πάθος dixit Herm. in idea veritatis. PETRA.

8. Μετάβασις] Fabius lib. IX, c. III, ubi de numerorum & personarum commutatione agit: *Cui adjiciunt* hyperbaton; *non illud quod inter tropos esse voluerunt; sed alterum,*

quod

SECTIO XXVII.

De Personarum Commutatione.

ACcidit præterea nonnumquam, ut ſcriptor in media, quam de aliquo inſtituit, narratione, ſuas derepente loquendi partes prætervectus, perſonam commutet, & ipſum illum, de quo agit, loquentem inducat. Quæ quidem exornatio irruentis & impetuoſi affectus certa quædam, & legitima proles eſt. Hujus generis eſt illud Homericum: 1

At magnis Troas compellans vocibus Hector
Hoſtileis jubet exuvias, ſpolia alma cadentum,
Negligere, & claſſi totos incumbere Achivæ.
Quod ſi quem procul hinc ab claſſe advertero, ego illum
Hoc ferro lectum exuvias ad tartara mittam.

Præclare ſane Homerus: nam & decenter narrationem, quæ ſuarum 2
erat partium, ſibi ſumſit, & abſciſſam illam, abruptamque comminationem, abſque ulla prævia commutatæ perſonæ ſignificatione, fervori ducis ſubito attribuit. Elanguiſſet enim oratio, ſiquid hujuſcemodi inculcaſſet:

Intentatque minas acres, ac talia fatur.

At nunc ea eſt in oratione tranſitionis celeritas, ut ipſum etiam in tranſeundo poëtam repentino incurſu anteveniat. Quare tum præcipue figura hæc tempeſtive adhibetur, quum præceps temporis momentum moras in ſcriptore non fert, ſed in continenti mutare perſonam jubet, & ad aliam relicta priore tranſire adigit. Quod genus & hæc ſunt Hecatæi: 3
Per-

quod eſt ejus figuræ ſententiarum, quæ ἀποστροφὴ dicitur, ſimile; cum non ſenſus mutatur, verum forma eloquendi:

----- Decios, Marios, magnoſque Camillos,
Scipiadas duros ferro, & te, maxime Cæſar.

Acutius adhuc in Polydoro:

Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis,
Auri ſacra fames?

Qui tam parva momenta nominibus diſcreverunt, μετάβασιν vocant, quam & aliter (L. *taliter*) *fieri putant:*

Quid loquor! aut ubi ſum?

Conjunxit autem παρένθεσιν & ἀποστροφὴν Virgilius in illo loco:

Haud procul inde citæ Mettum in diverſa quadrigæ
Diſtulerant, (at tu dictis, Albane, maneres)
Raptabatque viri mendacis viſcera Tullus

Hæc ſchemata, & his ſimilia, quæ erunt per mutationem, adjectionem, detractionem, ordinem, *& convertunt in ſe auditorem, nec languere patiuntur ſubinde aliqua notabili figura excitatum: & habent quandam ex illa vitiorum ſimilitudine gratiam, ut in cibis interim acor ipſe jucundus eſt.* TOLLIUS.

9. Διὸ καὶ ἡ πρόχρησις] Malim, διὸ καὶ ΕΣΤΑΙ ἡ χρῆσις. FABER.

Ibid. Διὸ καὶ ἡ πρόχρησις] i. *Quare & tum figuram hanc adhibendi locus eſt.* Nihil autem mutandum; ſubintelligitur enim verbum ſubſtantivum. TOLLIUS.

10. Διαμθρέειν] Repoſui, quod duo ſcripti habent, Διαμέλλειν. TOLLIUS.

11. Παρὰ τῷ Ἑκαταίῳ] *Hecatæum Mileſium* intelligit, hiſtoricorum, qui ſoluta oratione ſcripſerunt, primum. [*Suidas.*] Hiſtoriam ſuam ſic auſpicatus eſt: Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται. Τάδε γράφω, ὥς μοι ἀλήθεια δοκεῖ εἶναι. *Hecatæus Mileſius ſic memorat,* &c. [*Demetrius Phaler.* περὶ Ἑρμ.] Quam formam ab eo mutuati ſunt & *Herodotus* ejus æmulus, & *Thucydides.* In hoc autem

Heca-

ταῦτα δεινὰ ποιούμενος, αὐτίκα ἐκέλευε τοὺς Ἡρακλειδέων ἀπογόνους ἐκχωρέειν· οὐ γὰρ ὑμῖν δυνατός εἰμι ἀρήγειν. Ὡς μὴ ὦν αὐτοί τε ἀπόλησθε,
4 κἀμὲ [13] ἐξώσητε, ἐς ἄλλον τινὰ δῆμον ἀποίχεσθε. [14] Ὁ μὲν γὰρ Δημοσθένης καθ' ἄλλον τινὰ τρόπον ἐπὶ τοῦ Ἀριστογείτονος ἐμπαθὲς τὸ πολυπρόσωπον, καὶ ἀγχίστροφον παρέστησεν. [15] Καὶ οὐδεὶς ὑμῶν χολὴν (φησὶν) οὐδ' ὀργὴν ἔχων [16] εὑρεθήσεται, ἐφ' οἷς ὁ βδελυρὸς οὗτος, καὶ [17] ἀναιδὴς βιάζεται; ὃς ([18] ὦ μιαρώτατε [19] ἁπάντων) κεκλεισμένης σοι τῆς παῤῥησίας, οὐ κιγκλίσιν, οὐδὲ θύραις, ἃ καὶ παρανοίξειεν ἄν τις· ἐν ἀτελεῖ τῷ νῷ πα-

Hecatai loco vel (cum *Stephano*) pro ἡμῖν, ὑμῖν lege: vel interpretationem, *Vos*, in *Nos* converte. LANGBÆNIUS.

12. Κῆρυξ δὲ ταῦτα] Mirum non eſt, ita ſe turpiter dediſſe Interpretes ad hunc locum. Petræ verſionem quod attinet, de illa nihil dicam. Pizimentii autem Interpretatio talis eſt: *Præco, cum hæc gravia mandata exſequeretur, extemplo juſſit Heraclidarum nepotes abire. Non enim potis ſum vobis auxilium ferre, perinde ac ſi non eſſem. Vos moriamini, & ſinatis me in aliam regionem conferre.* At Petrus Paganus ita ſcribit: *Præco vero hæc gravia faciens, ſtatim juſſit, Heraclidarum poſteros emigrare. Nobis enim auxilium ferre minime poſſum, tanquam ſi non eſſem. Vos ipſi, & periiſtis, & me ad alium quendam populum commigrare impuliſtis.* Ipſe rem tribus verbis conficiam, ſi potero; dein locum integrum convertam. Hecatæus Jonice ſcripſit; hoc primum; quod ex illo hic profertur, id multis locis corruptum & a vitioſa ſcriptura, & a prava interpretatione eſt, Quæ res ut appareat clarius, locum illum ſic ſcribo: Κῆρυξ δὲ ταῦτα δεινὰ ποιΕΥ΄μενος, αὐτίκα ἐκέλευσε τοὺς ἩρακλειδΕ΄ων ἀπογόνους ἐκχωρεῖν. οὐ γὰρ Υ΄μῖν δυνατός εἰμι ἀρήγειν. Ὡς μὴ ΩΥ̓N (id eſt οὖν) αὐτοί τε ἀπΟ΄ΛΗσθε, κἀμὲ ἐξώσΗτε, ἐς ἄλλον τινὰ δῆμον ἀποίχεσθΕ.] Quod ſic interpretandum: *Præco autem hæc ægre & moleſte ferens* (id enim ſignificat δεινά τινα ποιεῖσθαι, quod multis exemplis probem) *exemplo juſſit poſteros Heraclidarum emigrare. Neque enim eſt ut vobis operam ferre poſſim. Quamobrem, ut ne & ipſi pereatis, & mihi abeundi neceſſitatem imponatis, vos in aliam regionem abite.* Quid dicturus ſis, Lector, nec ſcio, nec ſcire moror; tamen, hæc me ſcripſiſſe, haud ſane fuerit, ut me pœniteat. Longinus certe, ſi viveret, ipſe laudaret. FABER.

Ibid. Κήρυξ] duo Codices, Κῆυξ. Atque ita reſtituendum ex Apollodoro liquet, l. II extremo. Adi & Pauſan. in Atticis, & Antoninum Liberalem cap. XXXIII, unde hæc aliquatenus illuſtrantur. Vidit etiam Victorius l. XXVII Var. cap. XIII, inque antiquiſſimo Codice ita ſcriptum fuiſſe teſtatur. Qui & pro ἀπογόνους, ἐπιγόνους ex eodem libro legit. Quemadmodum hinc argumentum ſibi Tragœdiæ Euripides ſumſit, quam Heraclidas inſcripſit, ubi eos Euryſtheus,

> Πέμπων, ὅπη γῆς πυνθάνοιθ' ἱδρυμένους,
> Κήρυκας, ἐξαιτεῖ τε, κἀξείργει χθονός.

ſed in tertio Vaticano legebatur, τοὺς Ἡρακλείδας ἐπιγόνους. Vid. Diodor. l. v, cap. IV. Pauſan. in Corinth. Euſeb. Præpar. Euang. l. v. TOLLIUS.

13. Ἐξώσητε] duo libri, τρώσετε, pro ἐκτρώσητε, tertius, πλώσετε. Ego vero vulgatam præferam. Alias τὸ ἐκτρώσητε valde efficax eſt, id eſt, *velut abortum ex hac regione expelli facietis.* TOLLIUS.

14. Ὁ μὲν γὰρ Δημοσθ.] Hermogenes de Ideis l. II, c. I: Εἴτε δὲ σχῆμα, εἴτε μέθοδός τις ἐστὶν ἡ ἀποστροφὴ, τῶν ποιούντων ἐστὶ καὶ αὐτὸ γοργὸν τὸν λόγον, καὶ μάλιστα, εἰ συνεχῶς γίνοιτο· ἡ γὰρ μετάβασις, ἡ νῦν μὲν ἐπὶ τοὺς δικαστὰς, νῦν δὲ ἐπὶ τὸν ἀντίδικον, ἢ ὅντιναοῦν, κινεῖ πως, καὶ γοργὸν ποιεῖ τὸν λόγον. Sed & alio genere commutandi perſonas uſus eſt Virgilius, in exprimenda vehementi animi perturbatione: cujus duo exempla proferemus. Alterum legitur l. XI Æneid. verſ 405, ubi, cum Turnus ad Drancen orationem antea convertiſſet, invidioſiſſime ab eo ad ipſum Latinorum concilium ſermonem transfert. *Ne ceſſa*, dixerat, *turbare metu*, &c. Dein ſubjungit:

> *Vel cum ſe pavidum contra mea jurgia fingit*
> *Artificis ſcelus, & formidine crimen acerbat?*

& mox iterum ad illum ſeſe convertens, inquit:

Num-

Perculsus his auditis Ceyx, edicit Heraclidis, ut evestigio regni sui terminis excedant. Non enim ego vos tueri possum. Quare, ne & ipsi pereatis, & me quoque vestro involvatis exitio, ad alium quemlibet populum demigrate.
Ceterum Demosthenes alio quodam modo in Aristogitonem hac perso- 4
narum commutatione usus est, eamque & summe versatilem fecit, & egregio affectu implevit: *Et nemo vestrum invenietur*, inquit, *qui vel ira, vel indignatione exardescat, ubi effrenatam hanc impurissimi & impudentissimi hominis viderit audaciam, ipsis vim legibus inferentem? qui (ô mortalium sacerrume!) præclusa tibi dicendi libertate, non cancellis, non januis: nam & has aliquis fortean effregerit*, &c. Sententia, ut vides, necdum

Numquam animam talem dextra hac (absiste moveri)
Amittes.

Ubi admirabilis animadvertenda est figurarum gravissimarum inter se permixtio: cum & ad exemplum Demosthenis convicio acerbissimo in adversarium invectus, vel transpositione utitur, *Artificis scelus*, pro, *sceleris artifex*, dicendo, (nisi quis hoc ita dictum malit, ut apud Plautum, *scelus pueri*, *scelus mulieris*, pro, sceleftus puer, seu mulier) vel rei inanimatæ, tamquam viventi sensum tribuit: & non una personæ commutatione contentus est: & plurali numero in voce *jurgia*, pro singulari, invidiam aggravat. Alterum exemplum exstat l. IV Æneid. v. 365; ubi Dido ad Æneam:

Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide; sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanæque admorunt ubera tigres.
Nam quid dissimulo? aut quæ me ad majora reservo?
Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Num lacrymas victus dedit? aut miseratus amantem est? &c.

Ubi frequens in sequentibus personarum variatio est, cum nunc ad se ipsam, nunc ad Deos, orationem variatis vicibus amore furens Dido deflectit, ac tandem per asyndeton ad Æneam rursus eam ita retorquet:

I: sequere Italiam ventis, pete regna per undas.

Plena sunt hæc affectuum: verum non minus vehementia sunt hæc Diaboli adolescentis apud Plautum in Asinaria, sc. *sequere hac:*

------ Egon' hæc patiar, aut taceam? emori
Me malim, quam hæc non ejus uxori indicem.
Ain' tu? apud amicam munus adolescentuli
Fungare; uxori excuses te, & dicas senem;
Præripias scortum amanti? &c.

quæ omnia mutata persona in amantem senem absentem mira cum indignatione, & acerbitate dicuntur. Sed & hæc Electræ apud Eurip. in Oreste non minus acerba est ἀποστροφή; ubi de Helena sermo, comam ad Clytemnæstræ tumulum mittente:

Εἴδετε, παρ' ἄκρας ὡς ἀπέθρισε τρίχας,
Σώζουσα κάλλος, ἔστι δ' ἡ πάλαι γυνή.
Θεοί σε μισήσειαν, ὥς μ' ἀπώλεσας,
Καὶ τόνδε, πᾶσάν θ' Ἑλλάδα.

Item illa Ciceronis l. IV ad Att. ep. VIII: *de Apollonio quod scribis: qui, illi dii irati, homini Græco, qui conturbare quidem putat sibi licere, quod equitibus Romanis.* Paulo mitior est hæc ejusdem, non tamen sine acerbitate, ad Ennium apostrophe in Bruto c. 19: *Sed ipse dicit, cur id faciat.* Scripsere, *inquit*, alii rem versibus, *& luculente quidem scripserunt, etiamsi minus, quam tu, polite. Nec vero tibi aliter videri debet; qui a Nævio vel sumsisti multa, si fateris; vel, si negas, surripuisti.* Tollius.

15. Καὶ οὐδεὶς] ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος α. Fr. Portus.

16. Εὑρεθήσεται ἐφ' οἷς] In Codice φανήσεται. Petra.

17. Ἀναιδῆς βιάζεται] Ἀναιδῆς ἄνθρωπος οὗτος τὶ βιάζεται τοὺς νόμους. Petra.

18. Ὦ μιαρώτατε] Duplici hic usus est acerbitatis methodo Demosthenes, quarum altera in convicio, altera in apostrophe consistit; quam solam hoc loco Longinus tractat, quum illa prior non minus notabilis sit. Hermogenes pag 436. Tollius.

19. Ἁπάντων] Ἁπάντων τῶν ὄντων ἀνθρώπων. Petra.

νῷ ταχὺ διαλλάξας, καὶ μονονουχὶ μίαν λέξιν, διὰ τὸν θυμὸν, εἰς δύο διασπάσας πρόσωπα, [20] ὅς, ὦ μιαρώτατε, εἶπε τὸν πρὸς Ἀριστογείτονα λόγον ἀποστρέψας, καὶ ἀπολιπεῖν δοκῶν, ὅμως διὰ τοῦ πάθους πολὺ πλέον [21] ἐπέστρεψεν. [22] Οὐκ ἄλλως ἢ Πηνελόπη,

[23] Κῆρυξ, τίπτε δέ σε πρόεσαν μνηστῆρες ἀγαυοί;
[24] Εἰπέμεναι δμωῇσιν Ὀδυσσῆος θείοιο
Ἔργων παύσασθαι, σφίσι δ' αὐτοῖς δαῖτα πένεσθαι;
[25] Μὴ μνηστεύσαντες, μηδ' ἄλλοθ' ὁμιλήσαντες,
[26] Ὕστατα καὶ πύματα νῦν ἐνθάδε δειπνήσειαν.
[27] Οἳ θάμ' ἀγειρόμενοι βίοτον κατακείρετε πολλὸν,
Κτῆσιν Τηλεμάχοιο δαΐφρονος· οὐδέ τι πατρῶν
Ὑμετέρων τῶν πρόσθεν ἀκούετε παῖδες ἐόντες,
Οἷος Ὀδυσσεὺς ἔσκε.

20. Ὅς, ὦ μιαρώτατε] τὸ ὃς est illa dictio, quam Longinus in duas ait personas, tertiam nempe & secundam, divelli. Quum enim tertiæ primum esset personæ, per illam apostrophen ad secundam deflectitur. Æmulatus est autem Demosthenes Sophoclem in Oedipo Colon. ubi is chorum allocutus, mox ira abreptus, ad filium orationem avertit:

Ἀλλ' εἰ μὲν, ἄνδρες, τῆσδε δημοῦχος χθονὸς
Μὴ 'τύγχαν' αὐτὸν δεῦρο προσπέμψας ἐμοὶ
Θησεὺς, δικαιῶν ὥστ' ἐμοῦ κλύειν λόγους,
Οὔτ' ἂν ποτ' ὀμφῆς τῆς ἐμῆς ἐπήσθετο.
Νῦν δ' ἀξιωθεὶς εἶσι, κἀκούσας γ' ἐμοῦ
Τοιαῦτ', ἃ τὸν τοῦδ' οὔποτ' εὐφρανεῖ βίον.
Ὅς γ', ὦ κάκιστε, σκῆπτρα καὶ θρόνους ἔχων,
Ἃ νῦν ὁ σὸς ξύναιμος ἐν Θήβαις ἔχει,
Τὸν αὐτὸς αὑτοῦ πατέρα τόνδ' ἀπήλασας.

Neque minus acerba est illa Terentiani servuli indignatio, in Phormione, 1, 2:

---- *Parasitus quidam Phormio,*
Homo confidens, qui, illum dii omnes perduint.
Da. *Quid is fecit?* Ge. *hoc consilium, quod dicam, dedit.*

quæ plane illis paulo ante e Cicerone allatis gemina, & germana sunt. TOLLIUS.

21. Ἐπέστρεψεν] *convertit.* Videntur hic aliqua deesse. Quare legere malim, *καὶ τοὺς κειτὰς ἀπολιπεῖν δοκῶν, ὅμως διὰ τοῦ πάθους πολὺ πλέον πρὸς αὐτοὺς ἐπέστρεψεν*, delendo articulum *τὸν* ante *πρὸς Ἀριστογείτονα*. TOLLIUS.

22. Οὐκ ἄλλως ἢ Πηνελόπη] *Non aliter quam Penelope.* Lego, *οὐκ ἄλλως ἡ Πηνελόπη*, *non aliter apud Homerum Penelope loquitur, cum dicit*, Κῆρυξ, &c. FABER.

23. Κῆρυξ,] Ὀδ. δ'. FR. PORTUS.

Ibid. Κῆρυξ,] Doloris impatiens accedentem ad se præconem conspicata antevertit, & prior quærit, & queritur Penelope: Κῆρυξ &c. PETRA.

24 Εἰ-

ΤΜΗ͂ΜΑ κη'.

Περὶ Περιφράσεως.

1 ΚΑὶ μέντοι [2] ἡ Περίφρασις ὡς ὑψηλοποιὸν, οὐδεὶς ἂν, οἶμαι, διστάσειεν. Ὡς γὰρ ἐν Μουσικῇ διὰ [3] τῶν παραφώνων καλουμένων ὁ κύριος

Καὶ μέντοι] Periphrasis qualis; quodque sermonem faciat grandem, nemo dubitat ROBORTELLUS.

2. Καὶ ἡ περίφρασις] ab utroque Codice Vat. duæ hæc voculæ *καὶ ἡ* absunt. TOLLIUS.

3. Παραφώνων καλουμένων] Paraphonias esse esse arbitror, quales sunt *sextæ* & *septimæ*, dum ad *octavam* descenditur; intelligo autem relationes tonorum tantum; neque enim adhuc mihi persuasum est, veterum musicam

necdum absoluta mutat repente orationis faciem, & non contentus unam voculam *qui* effervescentis iræ impetu tantum non in duas divellisse personas, ipsam etiam orationem ab instituto ad judices cursu ad Aristogitonem avertit; sed ita, ut, quum ab his eam deflexisse videatur, hac ipsa illam concitati animi vehementia validius ad eosdem retorqueat, & convertat. Ad idem exemplum Penelope:

Cur te, præco, ferox præmisit turba procorum?
An venis ancillis magni edicturus Ulyssi,
Lauta sibi immunes operum convivia adornent?
Juppiter, hæc illis sit nunc, precor, ultima cœna,
Ultimaque hæc hodie nobis commercia linguæ!
Qui mihi non parvas multi laceratis opes, &
Parta meo (heu frustra!) gnato bona. Nonne parentum
Audistis quondam pueri ex sermonibus, esset
Qui vir Ulysses?

24. Εἰπέμεναι δμωῇσιν.] Δμωαὶ dicuntur *famulæ*, ut & Θῆσσαι: hoc discrimine, quod hæ ordinariæ, illa extraordinariæ, & conductitiæ. Fundamentum suggerit *Homerus*. Θῆτές τε, δμῶές τε. [*Odyss* γ'.] Vocabant autem servos suos *Athenienses* Θῆτας, *Lacedæmonii Helotas*, *Cretenses* Κλαρωτάς, *Syracusani* Καλλικυρίους, *Thessali* Πενέστας, non quidem a paupertate, uti perperam *Halicarnasseus*, (ἐκάλουν δὲ Ἀθηναῖοι μὲν θῆτας, τοὺς πελάτας, ἀπὸ τῆς λατρείας. Θετταλοὶ δὲ πενέστας, ὀνειδίζοντες αὐτοῖς εὐθὺς ἐν τῇ κλήσει τὴν τύχην, *Ipso vocabulo fortunam eis exprobrantes*. Πένεσθαι enim significat *pauperem esse*) sed potius (uti *Stephanus* ὁ πάνυ *lib.* 4 *Schediasm.* 14 *&* 15,) ἀπὸ τοῦ πένεσθαι, quod *struere*, *parare*, & *apparare* significat. Uti vel ex hoc ipso, quem præ manibus habemus, *Homeri* loco abunde patet:

Σφίσι δ' αὐτοῖς δαῖτα πένεσθαι.

LANGBÆNIUS.

25. Μὴ μνηστεύσαντες,] Ἐν διαθέσει ὀργὴ ἡ τῆς Πηνελόπης κατὰ μνηστήρων. PETRA.

26. Ὕστατα καὶ] Hinc sumsit Ovidius l. 1. Amor. eleg. IV:

Vir tuus est epulas nobiscum aditurus easdem.
Ultima cœna tuo sit, precor, illa viro.

Similis illa lenonis imprecatio apud Plautum in Persa: *Dî faciant, ut id bibatis, quod vos numquam transeat*. TOLLIUS.

27. Οἳ θάμ'] Κεῖται ἄλλο σχῆμα (scilicet in ista ἀντιμεταστάσει προσώπου, quam vocat Auctor) ἐνδιαθέτου λόγου κατὰ ὀργὴν τὸ, οἳ θ' ἀμὰ &c. φησὶ σχετλιάζουσα. PETRA.

Ibid. Οἳ θάμ' ἀγειρόμενοι] de iisdem Horatius l. II, Sat. V:

Venit enim magnum donandi parca juventus;
Nec tantum veneris, quantum studiosa culinæ. TOLLIUS.

SECTIO XXVIII.

De Circumlocutione.

QUod si *Periphrasin* quoque altitudinem orationi conferre dixero, neminem fore arbitror, qui repugnet. Quemadmodum enim in Musica

cam huic nostræ, quæ diversis partibus, &, si τὸ πάθος spectes, plane pugnantibus, constat, similem esse. FABER.

Ibid. Τῶν παραφώνων] Amicus meus *Ericus*, qui Venetiis Germanos populares linguam Italicam, scientiasque docet Mathematicas, putat, sonos hosce παραφώνους dici, qui principem sonum concordia sua sustentant, & adjuvant: unde & Italis *concordanze* dicuntur: cujusmodi sunt *mi* & *sol* in *B* duro, respectu toni principis *ut*; & *fa* atque *la* in *B* molli, intuitu toni *re*. Prior enim tonus nimium

ριος φθόγγος ἡδίων ἀποτελεῖται, [4] οὕτως ἡ περίφρασις πολλάκις συμ-
2 φθέγγεται [5] τῇ κυριολογίᾳ, καὶ εἰς κόσμον ἐπὶ πολὺ συνηχεῖ. Καὶ μάλιστ᾽, ἂν μὴ ἔχῃ [6] φυσῶδές τι, καὶ ἄμουσον, ἀλλ᾽ ἡδέως κεκραμένον. Ἱκανὸς δὲ τοῦτο τεκμηριῶσαι καὶ Πλάτων κατὰ τὴν εἰσβολὴν τοῦ ἐπιταφίου, [7] Ἔργῳ μὲν ἡμῖν οἵδ᾽ ἔχουσι τὰ προσήκοντα σφίσιν αὐτοῖς, ὧν τυχόντες πορεύονται τὴν εἱμαρμένην πορείαν, [8] προπεμφθέντες κοινῇ μὲν ὑπὸ τῆς πόλεως, ἰδίᾳ δὲ
3 ἕκαστος ὑπὸ τῶν [9] προσηκόντων. Οὐκοῦν τὸν θάνατον εἶπεν [10] εἱμαρμένην πορείαν, τὸ δὲ τετυχηκέναι τῶν νομιζομένων, προπομπήν τινα δημοσίαν ὑπὸ τῆς πατρίδος. [11] Ἆρα δὴ τούτοις μετρίως ὤγκωσε τὴν νόησιν, ἢ ψιλὴν λαβὼν τὴν λέξιν ἐμελοποίησε καθάπερ ἁρμονίαν τινὰ, τὴν ἐκ τῆς
4 περιφράσεως περιχεάμενος εὐμέλειαν; Καὶ Ξενοφῶν, [12] Πόνον δὲ τοῦ ζῆν ἡδέως ἡγεμόνα νομίζετε· κάλλιστον δὲ πάντων καὶ πολεμικώτατον κτῆμα εἰς τὰς ψυχὰς συγκεκόμισθε· ἐπαινούμενοι γὰρ μᾶλλον, ἢ τοῖς ἄλλοις ἅπασι χαίρετε· ἀντὶ τοῦ πονεῖν θέλετε, πόνον ἡγεμόνα τοῦ ζῆν ἡδέως ποιεῖσθε, εἰπὼν, καὶ τ᾽ ἄλλ᾽ ὁμοίως ἐπεκτείνας, μεγάλην τινὰ ἔννοιαν τῷ ἐπαίνῳ
5 προσπεριωρίσατο. Καὶ [13] τὸ ἀμίμητον ἐκεῖνο τοῦ Ἡροδότου, [14] τῶν δὲ σκυθέων

mium durus esset, nisi his paullum molliretur, & alter nimium lenis, nisi ab duobus *fa* & *la* erigeretur. Nam *si* quidem hemitonium est, & ad octavam vocem *ut* transgressus. Ita ut prior tonus principalis *ut* cum duobus sibi adjunctis in cantibus adhibeatur excitatoriis; alter in iis, quibus ad tranquillitatem animus componitur. Observatum hoc accurate a Germanis tam in matutino, quam in vespertino carmine: *Auss meines hertzen grunde* &c. & *Christe, der du bist* &c. quorum prius *ut, mi sol,* alterum *re, fa, la* tonos adhibet moduli cujusque primarios. Possint & παράφωνοι φθόγγοι ita accipi, ut sint voculæ istæ, in quas vox integra solvitur, ut quum in quatuor, octo, pluresve minutas voculas frangitur. Nam sic demum instituta cum iis periphraseos comparatio procedit, (ut e sequentibus mox liquet) quæ rem unam multis verbis circumloquitur. Videtur hasce Cicero *falsas voculas* vocare lib. III de oratore: *Quanto molliores sunt & delicatiores in cantu flexiones, & falsæ voculæ?* Interpres Gallus alius est sententiæ, existimatque sonis hisce παραφώνοις partes, ut vocant, in Musica denotari, quum scilicet unum canticum quatuor concinentibus modis, seu tonis, decantatur, qui *Bassi, Tenoris, Alti,* & *Superioris* nomine notissimi sunt. Tollius.

4. Οὕτως ἡ περίφρασις] Grandis periphraseως exemplum vide apud Horatium ode 17, Lib. III Carm.

Auctore ab illo ducis originem &c.
Hic porro est ἀπόδοσις, cujus sententia: sic periphrasis ex diversa sonantibus exprimit concentum, id est sensum τῆς κυριολογίας, non sine maxima voluptate. Petra.

5. Τῇ κυριολογίᾳ] id est, elocutioni, quæ ex propriis, non autem ex tralatis, figuratisve, verbis constat: quæ præcipuum in sermone & principem locum obtinet: non secus ac ille sonus Princeps in concentu. Toll.

6. Φυσῶδές τι καὶ ἄμ.] Usus est hic Longinus duobus vocabulis, quæ duplici sua significatione rem insigniter explicant, ac declarant. Agitur enim de periphrasi, cujus vitium frequens, & valdequam notabile est tumor inanis, & ineptus. Usus est autem similitudine a Musica deducta, in qua nimium inflatus, & dissonus cantus culpatur. Utrique hujus comparationis membro duo hæc conveniunt epitheta. Nam τὸ φυσῶδες proprie in Musica, & tralate in oratione, velut in corpore, locum habet, significatque & flatum nimium ac inanem in cantu, & tumorem vanum in orationis affectanda Sublimitate, de quo supra sect. II. Τὸ ἄμουσον vero, & imperitiam in observanda harmonia, sive quod vocatur in concentu dissonum; & insulsam ac rusticam quandam ineptiam: quæ eadem sectione ab auctore nostro exponitur. Exemplum dabo, simul & præceptum, ex Quintiliano lib. VIII, cap. II: *Perspicuitas,* ait,

Musica sonus ille, qui *Princeps* dicitur, ab illis, quos *Paraphonos* vo-
cant, multum accipit suavitatis: ita & Periphrasis sæpenumero locu- 2
tioni propriæ concinit, & ad exornandam, attollendamque orationem
egregie cum ea conspirat: præsertim, quum nihil in ea inflati reperi-
tur, nil dissoni; verum concinnitas quædam orationi reliquæ suaviter,
eleganterque attemperata. Idoneus nobis in hanc rem testis est divinus
Plato, qui in principio sermonis funebris: *Et his quidem*, inquit, *re
ipsa nos justa omnia persolvimus: quæ consecuti fatatum iter proficiscuntur,
sollemni deductionis officio cum a civitate publice universi, tum a suis pri-
vatim quisque necessariis cohonestati.* Mortem scilicet *iter fatatum* vocat, 3
& exsequias, ac justa funerum, *publicum deductionis officium.* Quid vi-
detur, Terentiane? nonne his sententiam egregie amplificavit, subli-
mioremque reddidit, ac nudam, prout ad manum erat, elocutionem,
veluti carmen quoddam, jucunda, suavique circumlocutionis modula-
tione exornavit, atque convestivit? Sed & alterum testem accipe Xe- 4
nophontem. Is enim, *Laborem vobis*, ait, *ad ingrediendam jucundæ vitæ
viam ducem proponitis: quæ vero res omnium pulcherrima est, & viris bel-
latoribus maxime conveniens, ea vestras vos animas armasse, atque instruxisse
video: quippe qui laude magis, quam re quavis alia, ducamini.* Siqui-
dem pro simplice illa sententia, *laborare vultis*, hac circumlocutione
usus, *laborem vobis ad ingrediendam jucundæ vitæ viam ducem proponitis*,
ceteraque eodem modo dilatando exsecutus, laudationi suæ grandem
etiam quendam, & magnificum sensum superaddidit. Tertius accedat 5
Hero-

ait, *in verbis præcipuam habet proprietatem: sed proprietas ipsa non simpliciter accipitur. Primus enim intellectus est, sua cujusque rei appellatio: qua non semper utimur. Nam & obscœna vitabimus, & sordida, & humilia. Sunt autem humilia infra dignitatem rerum, aut ordinis. In quo vitio cavendo non mediocriter quidam errare solent, qui omnia, quæ sunt in usu, etiamsi caussæ necessitas postulet, reformidant: ut ille, qui in actione* Ibericas herbas *se solo nequicquam intelligente dicebat, nisi irridens hanc vanitatem Cassius Severus*, spartum *eum dicere velle indicasset.* Tollius.

7. Ἔργῳ μὲν ἡμῖν] Hic locus, qui e Menexeno Platonis est, ab Halicarnasseo examinatus fuit, περὶ συνθέσεως: sed ibi tantum pedes requisivit; at in περὶ τῆς τοῦ Δημοσθένους δεινότητος mire cavillatur, & id carpit, quod alii mirantur. Vide illum pag. CLXXVIII. Faber.

8. Προπεμφθέντες] elegantissima tralatio, qua & Sophocles, sed paulo aliter, usus est in Oedipo Colonæo:

> Ἀνὴρ γὰρ (ait nuntius de Oedipo) οὐ στενακτὸς, οὐδὲ σὺν νόσοις
> Ἀλγεινὸς ἐξεπέμπετο.

Et mox eadem voce:

> Ποῦ δ' αἵτε παῖδες, χ' οἱ προπέμψαντες φίλων; Tollius.

9. Προσηκόντων.] Ita in textu apud Platon. ὑπὸ τῆς πολ. & ὑπὸ τῶν οἰκείων. Ante in nostro legebatur ἀπό: quod nunc mutatum. Petra.

10. Εἱμαρμένην πορείαν,] Mortis periphrasis. Petra.

11. Ἆρα δὲ] V. C. ἆρα δή. Et ita melius. Mox malim, ἐμμελείως. Tollius.

12. Πόνον δὲ τοῦ ζῆν] ἐν τῷ α. τῆς παιδείας. Fr. Portus.

13. Καὶ τὸ ἀμίμητον] Tale & illud Virgilii in Georg. III:

> *Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior usus*
> *Sit genitali arvo, & sulcos oblimet inertes.*

quem locum Claudianus, quod ad penultimam vocem, respexit l. III de raptu Proserpinæ:

> ----- *Et humanas oblimat copia mentes.*

Id est, stupidas reddit, obducto veluti limo; ut in neglectis fossis solet, unde petita tralatio est. Errat igitur Pithæus in Adversar. l. I,

θεῶν τοῖς συλήσασι τὸ ἱερὸν, ἐνέβαλεν ἡ θεὸς [15] θήλειαν νοῦσον.

c. 2, cum id verbum interpretatur, *transversas agit*, quasi ab antiquo *limum*, id est, transversum, deductum esset. Tollius.

14. Τῶν δὲ σκυθέων] ἐν Κλεισ. Petra.

Ibid. Τῶν δὲ σκυθέων] Locus Herodoti legitur lib. 1, sectione cv, duabus tribusve lineis quam apud Longinum prolixior, ubi & pro [ἐνέβαλεν] scriptum est, [ἐνέσκηψεν] longe melius. Quid autem tantopere miratur Longinus? An quod aliquid omissum est, quod admirabilitatis fons & origo esset, ut in illo celeberrimo Demosthenis loco, (ἑσπέρα γὰρ ἦν) de quo supra? minime, sed in hoc tmemate agitur de *Periphrasi*. Quænam autem honestior & purior periphrasis esse possit *menstrui veneni*, quod dirum, tetrumque muliebris sexus dehonestamentum est? Vide igitur, quid bella & commoda nomina facere queant; *morbum femineum* vocavit: ex quo fit, ut rei tam immundæ specie imaginatio non afficiatur. At si ἔμμηνα, aut καταμήνια, aut ἄφεδρον, aut denique ἔμμηνον ἀκαθαρσίαν, nominasset; hem! nasum opprime. Sed, dices, Theophrastus tamen non minus honeste vocaverat, τὰ γυναικεῖα, quam Herodotus. Mihi secus omnino videtur. Nam illud [νοῦσος] totum id negotium magis tolerabile effecit: & suavius certe ad aures accidit; at τὰ γυναικεῖα, quid non innuere possunt? Vitia, tabem, luem. Sed hinc abeamus, Lector, tempus est.

Displicet iste locus, dico, & diludia posco. Ceterum de Venere Vrania, cujus templum olim apud Ascalonitas Philisthæos fuit, non est, cur quidquam dicatur, ut opinor. Istorum παραπληρωμάτων pleni libri sunt; neque hæc ad Longinum magis attinent, quam ad Apulejum, aut, &c. Latina Pizimentii & Pagani versio risusque jocosque hic dabit, si videre voles, Lector. Faber.

15. Θήλειαν νοῦσον.] Inter Grammatici virtutes est quædam nescire. Quem morbum historicus *fœmineum* appellat, nec satis scio; nec, si scirem, dicere velim. Langbænius.

Ibid. Θήλειαν νοῦσον.] Sæpenumero accidere solet, ut, dum aliud quærimus, aliud inveniamus, Id ipsum & mihi nuper evenit: Quum enim Hippocratis nostri librum de Aër. Aq. & locis respicerem, incidi in cap. XLIII; ubi de Scytharum agit impotentia in re Veneris: Ἔτι τε πρὸς τουτέοισιν, inquit, εὐνουχίαι γίγνονται οἱ πλεῖστοι ἐν Σκύθῃσιν, καὶ γυναικεῖα ἐργάζονται, καὶ ὡς αἱ γυναῖκες διαλέγονταί τε ὁμοίως· καλεῦνται δὲ οἱ τοιοῦτοι ἀνάριεες. Οἱ μὲν ἐπιχώριοι τὴν αἰτίην προστιθέασι θεῷ, καὶ σέβονται τούτους τοὺς ἀνθρώπους, καὶ προσκυνέουσι, &c. Redditque porro rationem hujus rei naturalem, nimirum venarum retro aures incisionem, quo remedio plerique uti soliti fuerunt ischiade correpti ab assidua equitatione. Floruit eodem tempore, nimirum circa initia belli Peloponnesiaci, quod anno 1 ol. 87 inchoatum est, Herodotus noster: qui quidem de iisdem Scythis eadem ferme tradit quod ad morbum: sed causam perpetrato sacrilegio assignat. Οἱ δὲ, ait de illis ab Ægyptiaca expeditione redeuntibus, ἐπεί τε ἀναχωρέοντες ὀπίσω ἐγένοντο τῆς Συρίης ἐν Ἀσκαλῶνι πόλει, τῶν πλεόνων Σκυθέων παρεξελθόντων ἀσινέων; ὀλίγοι τινὲς αὐτέων ὑπολειφθέντες ἐσύλησαν τῆς Οὐρανίης Ἀφροδίτης τὸ ἱρόν. τοῖσι δὲ, καὶ τοῖσι τουτέων αἰεὶ ἐκγόνοισι, ἐνέσκηψε ἡ θεὸς θήλειαν νοῦσον. Videtur autem Hippocrates Herodotum recitantem audivisse, vel jam editam legisse historiam. quandoquidem seu Deo, seu Deæ, hunc non esse adscribendum morbum existimat; & uti dixi, naturalem ejus rationem reddit. Quæ mihi longe potior Herodotea videtur, hominis nimisquam superstitiosi, & cuncta ad Deos cum τερατολογίᾳ referentis. Noster vero Longinus, qui periphrasin hanc ἀμίμητον esse dicit.

ΤΜΗΜΑ κθ'.

Ὅτι ἀσυμμέτρως παραλαμβανομένη Περίφρασις, κοῦφόν τι, καὶ παχύ.

Ἐπίχαιρον μέντοι τὸ πρᾶγμα ἡ Περίφρασις τῶν ἄλλων πλέον, εἰ μὴ ἀσυμμέτρως τινὶ λαμβάνοιτο· εὐθὺς γὰρ ἀβλεμὲς προσπίπτει, κουφολογίας.

Ἐπίχαιρον] Periphrasis interdum vitanda; cur? Robortellus.

Ibid. Ἐπίχαιρον μέντοι τὸ πρᾶγμα ἡ περίφρασις.] *Præcipua res est Periphrasis, si non affectata sit.* Recte quidem, nec figura ulla sublimitati magis inservit. Facile esset exemplis in me-

Herodotus; cujus hoc ſupra omnem imitationem eſt: *Illis autem Scythis, qui fanum ſpoliaverant, femineum Dea morbum immiſit.*

cit, mirifice hic lapſus, nec quis ille morbus fuerit, cepiſſe mihi ſemper viſus fuit: tum & quicunque in eum commentati ſunt, conſimili in errore verſati. Faber, uti vidimus, *καλαμήνια* interpretatus eſt: &, ut homo, dum vixit, perfacetus fuit, omnique Græca & Latina urbanitate mirifice excultus, opprimere lectorem naſum jubet. Abbas Boileau, qui libellum hunc in Gallicum ſermonem inſigni cum elegantia, tum eruditione tranſtulit, de hæmorrhoidum fluxu accepit: quod ei ſcilicet, non ſecus ac mihi, incredibile videbatur, hoc poſſe morbo mares tangi. Sed me quidem Collegæ quondam non incelebris idem affectus meliora docuit. Favet interpreti Gallico non diſſimilis in ſacris literis hiſtoria, licet ab eo non animadverſa, quæ in eadem gente accidit, lib. I. Samuel. c. V: ubi Philiſtæis ob arcam fœderis interceptam immiſſæ hæmorrhoides, narrantur, & aurei ab iis culi conſecrati. Sic & Deuteronomii cap. XXVIII idem morbus inter pœnas numeratur, quas Moyſes Iſraëlitis Dei verbis denuntiat, a lege data, Deique veri cultu deſciſcentibus. Sed hic mihi morbus non magis femineus, quam virilis videbatur. Quare in initio ad dyſenteriam referebam, cujus virus, & teter odor, *τοῖς καλαμηνίοις* non male reſpondet. Verum & hic utrique ſexui communis. Diſpulit tandem ex oculis tenebras Philo Judæus, utque verum viderem, effecit. Is enim in libello, *ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος*, de Diogene hanc hiſtoriam refert: *λέγεται γοῦν, ὅτι θεασάμενός τινα τῶν ὠνουμένων, ὃν θηλεία νόσος εἶχεν, ἐκ τῆς ὄψεως οὐκ ἄῤῥενα, προσελθὼν ἔφη, σύ με πρίω· σὺ γὰρ ἀνδρὸς χρείαν ἔχειν μοι δοκεῖς·* ubi *ὁ θήλειαν νόσον ἔχων* is eſt, qui apud Pollucem lib. VI, c. XXX, *Κίναιδος, ἀνδρόγυνος, θῆλυς τὴν ψυχὴν, γύννις.* Et convenit hæc explicatio interpretationi Herodoti, qui lib. IV, c. 67, eoſdem *ἀνδρογύνους* fuiſſe dicit, & a Venere *τὴν μαντικὴν* didiciſſe: ſic ut illi quaſi Veneris Galli fuerint. Erat autem Aſcalon urbs Palæſtinæ, in qua Cayſtrus Pentheſileæ filius Derceto uxorem duxit, ex eaque Semiramidem genuit. Unde natus illic Veneris cultus, quam Derceto fuiſſe e Diodoro, aliiſque diſcimus. Erat in vicinia in Libani montis vertice aliud Veneris templum, de quo Euſebius de laudibus Conſtantini: *Γύννιδες γοῦν τινὲς, ἄνδρες οὐκ ἄνδρες, τὸ σεμνὸν τῆς φύσεως ἀπαρνησάμενοι θηλείᾳ νόσῳ τὴν δαίμονα ἱλεοῦντο.* Sed & apud Iſraëlitas ſub regibus Aſtartæ Veneris lucus fuit, cujus antiſtites effeminati, & exſecti: ut ex Hieronymo, & Aquila interprete, Seldenus docet Synt. II, c. 2, de Dis Syris. Ex his liquere puto, quanto in errore verſatus ſit Longinus, periphraſin hanc *inimitabilis* elogio condecorans: qua de cinædis apud Græcos & Latinos nil protritius. Exemplum aliud apud Scholiaſten Thucydidis in exordio occurrit: *Καὶ Φιλοκτήτης*, ait, *διὰ τὸν Πάριδος θάνατον θήλειαν νόσον νοσήσας, καὶ μὴ φέρων τὴν αἰσχύνην ἀπελθὼν ἐκ πατρίδος ἔκτισε πόλιν, ἣν διὰ τὸ πάθος Μαλαχίαν ἐκάλεσε.* Eximie homines hujuſmodi a Gregorio Nazianzeno deſcribuntur, Carm. III Jambico:

> *Ἄλλοι δ᾽ ἐκείνων ἔθνος ἀθλιώτερον*
> *Τῶν ἀῤῥένων τὴν δόξαν ἐξορχούμενον,*
> *Μελῶν λυγισμοῖς συγκατακλῶντες φύσιν.*
> *Ἄνδρες γυναῖκες, ἄῤῥενες θηλυδρίαι,*
> *Οὐκ ἄνδρες, οὐ γυναῖκες ἀψευδεῖ λόγῳ.*
> *Τὸ μὲν γὰρ οὐ μένουσι· τὸ δ᾽ οὐκ ἔφθασαν.*
> *Οἳ μὲν γάρ εἰσιν, οὐ μένουσι τῷ τρόπῳ.*
> *Οἳ δ᾽ αὖ κακῶς θέλουσιν, οὐκ εἰσὶν φύσει.*
> *Ἀσωτίας αἴνιγμα, καὶ γρῖφος παθῶν,*
> *Ἄνδρες γυναιξὶ, καὶ γυναῖκες ἀνδράσιν.*

Sed hi non tam Galli, quam Pathici: cujuſmodi quondam Julius Cæſar, omnium mulierum vir, & omnium virorum mulier. TOLLIUS.

SECTIO XXIX.

Circumlocutionem immodicam inſulſam eſſe, ac puerilem.

QUare nulla tam præſtans, & nulla tam opportuna figura eſt, 1
quam Periphraſis, niſi ſiquis ea immodice utatur. Præterquam enim, quod

in medium productis rem illuſtrare: inter multa judicet lector de Periphraſi, qua veſperam circumloquitur ingenioſiſſimus vir *Famianus Strada Proluſ. Acad. lib. 2, prol. 6*; ſub perſona archipoëtæ:

> ------ *Cœlum ex Cyclope diurno*
> *Noctur-*

2 λογίας τε ὄζον, [3] καὶ παχύτητος. Ὅθεν καὶ τὸν Πλάτωνα (δεινὸς γὰρ ἀεὶ
[4] περὶ σχῆμα, [5] εἰ καί τισιν ἀκαίρως δοκεῖ) [6] ἐν τοῖς νόμοις λέγοντα,
ὡς οὔτε ἀργυροῦν δεῖ πλοῦτον, οὔτε χρυσοῦν ἐν πόλει ἱδρυμένον ἐᾶν οἰκεῖν,
διαχλευάζουσιν, [7] καὶ εἰ προβατά, φασιν, ἐκώλυε κεκτῆσθαι, δῆ-
3 λον, ὅτι [8] προβάτειον ἂν, καὶ βόειον πλοῦτον ἔλεγεν. [9] Ἀλλὰ γὰρ ἅλις
ὑπὲρ τῆς εἰς τὰ ὑψηλὰ τῶν σχημάτων χρήσεως ἐκ παρενθήκης τοσαῦτα
πεφιλολόγηται· [10] πάντα γὰρ ταῦτα παθητικωτέρους, καὶ συγκεκινημένους ἀποτε-
λεῖ τοὺς λόγους. Πάθος δὲ ὕψους μετέχει τοσοῦτον, [11] ὁπόσον ἦθος ἡδονῆς.

Nocturnus tunc Argus erat.
Cum ſcilicet minores ſtellæ exciperent ſolem cadentem. In hiſce nimius notatur *Alcidamas Ariſtot. Rhet. l.* 3; uti & hic *Plato*; & apud *Athenæum lib.* 3, ὀνοματοθήρας ille ſophiſta *Demades*; qui ephebos vocavit ἔαρ τοῦ δήμου, *Ver populi*: mœnia autem ἐσθῆτα τῆς πόλεως, *veſtes civitatis*; tubicinem item κοινὸν Ἀθηναίων ἀλέκτορα, *publicum Athenienſium gallum.* Langbænius.

Ibid. Ἐπίκαιρον μέντοι] Pro quo Codices, primaque editio, habent ἐπίκηρον. Sic ἐπίκηρος ὕλη apud Suidam, ἡ πρόσκαιρος· idem hic ἐπίκαιρον ſignificare videtur, quod ἐπικίνδυνον, ἐπισφαλές. Et tum mox lege e V. C συμμέτρως pro ἀσυμμέτρως.. Alias, ſi vulgata magis arrideat, ἐπίκαιρον *commodum*, & *opportunum* ſignificabit, orationique ornatum concilians. Fabius lib. VIII, cap. VI: *Verum hac, ut, cum decorum habet, periphraſis; ita, cum in vitium incidit,* περισσολογία *dicitur. Cum in vitium incidit*, id eſt, ὅταν μὴ συμμέτρως τινὶ λαμβάνεται. Sed aptior eſt ad hæc Græca, quod ad elocutionem, illuſtranda alter ex eodem capite locus, ubi de Metaphoris agit: *Ut modicus*, inquit, *atque opportunus ejus uſus illuſtrat orationem, ita frequens & obſcurat, & tædio complet: continuus vero in allegoriam, & ænigma exit.* Tollius.

2. Ἀσυμμέτρως] Is eſt, qui luxuriat circumlocutionibus, *effertur que*, ut inquit Cicero, *immoderatione verborum.* Idem ἀμετροεπὴς Homero dicitur. Petra.

3. Καὶ παχύτητος] Ita Dionyſius Halicarn. in Iſæo παχύτερον τὴν λέξιν, καὶ κοινότερον, eſſe Alcidamanta dixit Gorgiæ diſcipulum. Et Cicero in Or. pro Archia, Cordubæ natos poëtas *pingue quiddam ſonare, & peregrinum.* Nec non Diphilus apud Plutarchum in initio Niciæ, Timæum *pingue quid* ſonare, & *adipe Siculo oblitum*, dicit. Tollius.

4. Περὶ σχῆμα] excidiſſe videntur hæ duæ voculæ, τοῦτο τὸ; ita ut legendum credam, περὶ τοῦτο τὸ σχῆμα, ſcil. τὴν περίφρασιν. Statim, pro εἰ καί τισιν, in MSS. legebatur, κἂν τισιν, pro, καὶ ἂν τ. Malim, εἰ κἂν τισιν: id eſt, *& ſi in quibuſdam.* Hic enim ſuum profert judicium: quum alias, & inepte ſatis, bis aliorum ſententiam vitium hoc in Platone culpantium referre videatur. Tollius.

5. Εἰ

ΤΜΗΜΑ λʹ.

Περὶ Ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων.

1 Ἐπειδὴ μέντοι ἡ τοῦ λόγου νόησις, ἥ τε [2] φράσις, τὰ πλείω δι' ἑκατέρου [3] διέπτυκται, ἴθι δή, περὶ τοῦ φραστικοῦ μέρους, εἴ τινα λοιπὰ ἔτι,
2 προσεπιθεασώμεθα. [4] Ὅτι μὲν τοίνυν ἡ τῶν κυρίων, καὶ μεγαλοπρεπῶν
ὀνομά-

Ἐπειδὴ μέντοι] Inter ea quæ mutuam ſibi præſtant interpretationem, & explicationem, cenſentur νόησις καὶ φράσις. Petra.

Ibid. Ἐπειδὴ μέντοι] Cicero l. III de Oratore, c. LII: *Tum denique nobis hic orator ita conformandus eſt & verbis & ſententiis, ut, quemadmodum, qui utuntur armis, aut palæſtra, non ſolum ſibi vitandi, aut feriendi rationem eſſe habendam putant, ſed etiam, ut cum venuſtate moveantur: ſic verbis quidem ad aptam compoſitionem & condecentiam, ſententiis vero ad gravitatem orationis utatur.* Tollius.

2. Φρά-

quod fatua evestigio videatur, tædioque audientem compleat, inane etiam nescio quid, ac pingue redolet. Unde & ipse a nonnullis irrideri 2
solet Plato, quod in hac is exornatione non tam multus sit, quam, ut quidam opinantur, sæpe nimius. Ut, quum in lib. de legibus ita loquitur: *Neque vero aut argenteis, aut aureis opibus in urbe permittenda sedes est.* Quid si, inquiunt, oves, aut boves comparari vetuisset, *opesne* etiam *ovillas*, aut *bubulas*, dixisset? Sed hæc pro figurarum ad ornan- 3
dam, attollendamque orationem usu, veluti per viam, disputata sufficiant. Omnes namque istiusmodi exornationes & multo excitatiorem reddunt orationem, & affectibus magis exardescentem, commotioremque. *Affectus* autem, mi Terentiane, *tantum habent sublimitatis, ac splendoris, quantum moratæ orationi dulcedinis adest, atque jucunditatis.*

5. Εἰ καὶ τισιν ἀκαίρως δοκεῖ] In iis est Dionysius quoque Halicarnasseus, qui hominem secundum facta & virtutes tractavit. FABER.

6. Ἐν τοῖς νόμοις] Νομ. ε´. FR. PORTUS.

7. Καὶ εἰ πρόβατα] Lege, καὶ εἰ πρόβαλα, φασὶν, ἢ βοῦς ἐκώλυε κεκλῆσθαι. Probant autem hæc sequentia, προβάτειον ἂν, καὶ βόειον πλοῦτον ἔλεγεν· pro καὶ εἰ in libris MSS. erat ὡσεὶ, pro ὡς, εἰ, si quis id maluerit. Mox, pro Ἀλλὰ γὰρ, malim, ἀλλὰ μὴν ἄλις &c.... τὸ τοσαῦτα quoque deleverim. TOLLIUS.

8. Προβάτειον καὶ βόειον πλοῦτον] Si verteris, *in pecoribus & armentis positas divitias*, ut Petra, male profecto verteris; nam, quod in illa periphrasi ridiculum est, non apparebit. Dicendum, *Ovillas & bubulas divitias.* FABER.

9. Ἀλλὰ γὰρ ἄλις] Hactenus de usu figurarum sententiæ ad orationem grandem conficiendam: & de commissione ipsarum cum figuris verborum. ROBORTELLUS.

10. Πάντα γὰρ ταῦτα] Legendum πάντα ΔΕ´. FABER.

11. Ὁπόσον ὕψος ἡδονῆς] Latet hic insigne mendum, quod a nemine hactenus deprehensum miror. Legendum enim, ut in scriptis libris exstat, ὁπόσον ἦθος ἡδονῆς. Sic Cicero cap. XXXVII, in Orat. ad Brutum: *Duo sunt, quæ bene tractata ab oratore admirabilem eloquentiam faciant: quorum alterum est, quod Græci ἠθικὸν vocant, ad naturas, & ad mores, & ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum: alterum, quod iidem παθητικὸν nominant, quo perturbantur animi, & concitantur; in quo uno regnat oratio. Illud superius come, jucundum, ad benivolentiam conciliandam paratum: hoc vehemens, incensum, incitatum, quo caussæ eripiuntur: quod cum rapide fertur, sustineri nullo modo potest.* Idem innuere voluisse videtur Horatius, quum in Arte Poët. de affectibus, Sublimique loquutus stilo, subjicit:

Non satis est pulcra esse poëmata, dulcia sunto.

id est, morata. TOLLIUS.

SECTIO XXX.

De Delectu verborum.

QUoniam vero sensuum in oratione Sublimitas, & dictionis, sive 1
elocutionis, Magnificentia altera alterius ope potissimum explicatur, & expanditur, agedum, ecqua etiam nunc, quæ ad elocutionem pertinere videbuntur, supersint, consideremus. *Propriorum & illustrium ver-* 2
borum

2. Φράσις,] Græcum vocabulum retineamus, ut receptissimum, quo genus loquendi significatur. PETRA.

3. Διέπτυκται] Hunc locum sic converterem: *Cum vero sententia & dictio fere plerumque altera alterius ope explicari soleant, & sub oculis poni.* FABER.

Ibid. Διέπτυκται] Malim, διευθύνεται, dirigitur: præsens enim tempus, non autem præteritum, hic requiritur. In secundo Vat. erat διέσυκται; in tertio id ipsum quoque, sed correctum in διέπτυκται. TOLLIUS.

[5] ὀνομάτων Ἐκλογὴ θαυμαστῶς ἄγει, καὶ [6] κατακηλεῖ τοὺς ἀκούοντας, καὶ ὡς πᾶσι τοῖς ῥήτορσι, καὶ συγγραφεῦσι [7] κατ' ἄκρον ἐπιτήδευμα, μέγεθος ἅμα, κάλλος, [8] σαφήνειαν, ἢ βάρος, ἰσχὺν, κράτος, ἔτι δὲ τ' ἄλλα, ἂν ὦσί τινα, τοῖς λόγοις, [9] ὥσπερ ἀγάλμασι καλλίστοις, δι' αὐτῆς ἐπανθεῖν παρασκευάζουσα, [10] καὶ οἱονεὶ ψυχήν τινα τοῖς πράγμασι φωνητικὴν ἐντιθεῖσα, [11] μὴ καὶ περιττὸν ᾖ [12] πρὸς εἰδότας σε διεξιέναι.

3 [13] Φῶς γὰρ τῷ ὄντι ἴδιον τοῦ νοῦ τὰ καλὰ ὀνόματα. Ὁ μέντοι γε ὄγκος αὐτῶν [14] οὐ πάντη χρειώδης· [15] ἐπεὶ τοῖς μικροῖς πραγματίοις περιτιθέναι μεγάλα καὶ σεμνὰ ὀνόματα ταυτὸν ἂν φαίνοιτο, [16] ὡς εἴ τις τραγικὸν προσωπεῖον μέγα παιδὶ περιθείη νηπίῳ. [17] πλὴν ἐν μὲν ποιήσει, καὶ * * * *

ΤΜΗ-

4. Ὅτι μὲν τοίνυν] De propriorum vocabulorum delectu habendo. Robortellus.

5. Ἐκλογὴ] *Verborum delectus eloquentiæ origo.* Cic. in Bruto. Petra.

Ibid. Ὀνομάτων ἐκλογὴ] Hinc Julius Cæsar libro primo de ratione Latine loquendi dixit, *verborum delectum originem esse eloquentiæ*, apud Cic. in Bruto, cap. LXXII. Cui & C. Piso, gener ejus, laudatur, cap. LXXVIII, quod ei esset *& verborum delectus elegans, & apta, & quasi rotunda constructio.* Tollius.

6. Καταηκηλεῖ τοὺς] Κυρίως. Siquidem ἡ κήλησις, ἡδονὴ δι' ὤτων κατακηλοῦσα, *voluptas auditu animum deliniens*, inquit Cic. Tusc. 4. Petra.

Ibid. Κατακηλεῖ τοὺς &c.] ut sunt hæc Lycimnii de Hygia, sive Sanitate:

Λιπαρόμματε μᾶτερ ὑψίστων θρόνων
Σεμνῶν Ἀπόλλωνος, βασίλεια ποθεινὰ,
Πραΰγέλως Ὑγεία,
Τίς γὰρ πλούτου χάρις, ἢ τοκήων,
Ἢ τᾶς ἰσοδαίμονος ἀνθρώπου βασιληΐδος
ἀρχᾶς;
Σέθεν δὲ χωρὶς οὔτις εὐδαίμων ἔφυ.

Tollius.

7. Κατ' ἄκρον ἐπιτήδευμα] MSS. κατάκρον ἐπιτήδευμα. Quod nihili. Pro ἐπιτήδευμα legebat eruditissimus Interpres Gallus, ἐπιτηδεύουσι. Sed melius ἐπιτηδεύσαντι, nisi τὸ ἐστὶ subintelligi dicendum est. Mox post μέγεθος ἅμα, conjunctio copulativa καὶ inseratur. Dionysius Halicarn. περὶ συνθέσεως, pag. IX, ubi περὶ τοῦ κάλλους καὶ ἡδονῆς λόγου agit, ὧν μὲν οὖν στοχάζονται πάντες οἱ σπουδῇ γράφοντες μέτρον, ἢ μέλος, ἢ τὴν λεγομένην λέξιν, ταῦτ' ἐστί. Tollius.

8. Σαφήνειαν] in duobus Cod. erat εὐπίνειαν. In tertio εὐπρέπειαν· forte pro εὐκρίνειαν, quæ ferme eadem virtus est Elocutionis. Distinguit hanc ab illa Hermogenes, & εὐκρίνειαν, sive distinctionem, una cum sermonis puritate τὴν σαφήνειαν, seu perspicuitatem, dicit constituere, lib. I de formis c. 3, & 4. Τὸ ἢ, quod subsequitur, ejiciendum est, utpote profectum a librario, qui in margine ad explicationem, τοῦ εὐκρίνειαν, ἢ σαφήνειαν scripserat. Εὐπίνειαν tamen, id est, *nitorem* & *elegantiam*, defendit Salmas. ad Solinum contra Cercoëtium. Cicero ad Att. epist. VII, l. XIV: *A Cicerone mihi literæ sane πεπινωμέναι, & bene longæ. Cetera autem vel fingi possunt; πίνος literarum significat doctiorem.* Idem l. XV epist. XVI, easdem εὐπινῶς *scriptas* dicit. Tollius.

9. Ὥσπερ ἀγάλμασι καλλίστοις,] Cicero in Oratore c. XXXIX: *Sunt enim similia illis, quæ in amplo ornatu scenæ, aut fori, appellantur insignia: non solum quod ornent, sed quod excellant.* Ita enim illic legendum, pro *sola*. Tollius.

10. Καὶ οἱονεὶ ψυχήν τινα] eadem usus est similitudine Fabius lib. IX, c. II: *Motus est in his* (figuris) *orationis, atque actus: quibus detractis jacet, & velut agitante corpus spiritu caret.* Tollius.

11. Μὴ καὶ περιττὸν] Superfluum fuerit; ut τὸ μὴ καὶ sit παρέλκον, ut & in illis apud Athenæum τὸ δὲ κατ' Αἰγυπτίους μὴ καὶ γελοῖον ᾖ. *Illud vero, quod Ægyptii factitant, ridiculum.* Petra.

Ibid. Μὴ καὶ] Particulæ dubitationi inservientes: qua de re non erat cur docti dubitarent; neque enim est παρέλκον, uti existimavere. Faber.

12. Πρὸς εἰδότας] Repone, πρὸς εἰδότα σέ.

Ad

borum delectum mirifice eos, qui audiunt, ducere, atque delinire; eumque ab omnibus tam solutæ, quam ligatæ, orationis scriptoribus, viris equisque, quod ajunt, affectari, (utpote qui cum granditatem, tum dignitatem, ornatum, perspicuitatem, pondus, vim, robur, ceterasque id genus alias virtutes orationi, veluti distinctam fulgentibus gemmis vestem pulcherrimæ cuipiam imagini conferat, atque circumjiciat; adhæc & rebus ipsis animam, ac vocem quasi suppeditet,) actum agam, Postumi suavissime, si te, cui hæc esse scio cognitissima, docere velim. *Pulchra* namque, *& electa verba proprium mentis esse lumen* vere dixeris. Non in omni tamen eapropter genere, & parte orationis splendor 3
eorum, atque amplitudo locum habet. Quam ineptum enim est, de rebus exilibus quum loquare, verbis uti magnificis, atque amplissimis? Qua in re non secus pecces, quam si prægrandem personam tragicam infanti puero adaptaveris. At in Poësi & * * * *

SECTIO

Ad unum enim Terentianum commentatio hæc instituta est. Paulo ante, *δι' αὐτῆς*, pro *δι' αὐτῆς*, legendum ipsa ratio docet. TOLLIUS.

13. *Φῶς γὰρ τῷ ὄντι*] *τῶν καλῶν ὀνομάτων ὅρος καθ' εἰκόνα.* PETRA.

Ibid. *Φῶς γὰρ τῷ ὄντι*] Cicero verba translata *stellas* & *lumina orationis* vocat l. III de Oratore, c. XLIII, & in perf. Oratore, cap. XXVII. TOLLIUS.

14. *Οὐ πάντη χρειώδης*] Cicero l. III de Orat. c. LV: *Quamquam id quidem perspicuum est, non omni causæ, nec auditori, neque personæ, neque tempori, congruere orationis unum genus. Nam & causæ capitis alium quendam verborum sonum requirunt; alium rerum privatarum, atque parvarum:* &c. TOLLIUS.

15. *Ἐπεὶ τοῖς μικροῖς πράγμ.*] Cicero ad Brutum cap. XXI: *quam indecorum est, de stillicidiis quum apud unum judicem dicas, amplissimis verbis, & locis uti communibus?* Auctor libelli de Elocutione comparat eos, qui hoc vitium committunt, hominibus gloriosis, qui *τὰ μὴ προσόντα αὐτοῖς αὐχοῦσι ὅμως ὡς προσόντα· ὅτε μικροῖς*, inquit porro, *πράγμασι περιβάλλων ὄγκον, καὶ αὐτὸς ἐν μικροῖς ἀλαζονευομένῳ ἔοικε· καὶ ὁποῖόν τι τὸ ἐν τῇ παροιμίᾳ κοσμούμενον ὕπερον, τοιοῦτόν τι ἐστὶ καὶ τὸ ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ ἐξηρμένον ἐν μικροῖς πράγμασι.*

16. *Ὡς εἴτις τραγικὸν*] Fabius lib. VI, c. I: *In parvis quidem litibus has tragœdias movere tale est, quale si personam Herculis, & cothurnos aptare infantibus velis.* Lucianus de Hist. Conscrib. c. XVI: *Ὡς καὶ τοῦτο ἐοικέναι παιδίῳ· εἴ που ἔρωτα εἶδες παίζοντα, προσωπεῖον Ἡρακλέους πάμμεγα, ἢ Τιτᾶνος περικείμενον.* Agit autem illic de magnificis, & grandibus exordiis, quibus exiguum historiæ corpus subtexebatur, TOLLIUS.

17. *Πλὴν ἐν μὲν ποιήσει, καὶ*] Vetus codex Parisinus una vocula *ἱστορίας* auctior est, legitque pro *ὑψηλικώτατον*, *θρεπτικώτατον*. Lacunam hanc ita ego aliquando suppleveram: *Πλὴν ἐν μὲν ποιήσει καὶ ἱστορίᾳ ὁ ἰδιωτισμὸς πολλάκις, ἐὰν μὲν τοῖς πράγμασιν ἀνάλογος ᾖ, πάνυγε σημαντικόν τι, καὶ τοῦ γενναίου ὕψους θρεπτικώτατον, καὶ γόνιμον· ὡς τόδε Ἀνακρέοντος.* Verum in MS. Veneto S. Marci margini adscriptum, *ἐνταῦθα λείπει ὑπὲρ δύο φύλλα.* Adeo ut alia hic sectio notanda sit, quum de verbis hic agatur abjectis, & vulgaribus. TOLLIUS.

Ὑψηλικά-

ΤΜΗΜΑ λά.

Περὶ ἰδιωτισμοῦ.

* * * * *

1 Ὑπλικώτατον, καὶ γόνιμον [2] τόδ' Ἀνακρέοντος· [3] οὐκέτι Θρηϊκίης [4] ἐπιστρέφομαι. Ταύτῃ καὶ τοῦ Θεοπόμπου ἐκεῖνο τὸ ἐπαινετὸν, διὰ τὸ ἀνάλογον, ἐμοίγε σημαντικώτατα ἔχειν δοκεῖ· ὅπερ ὁ Καικίλιος οὐκ οἶδ' ὅπως καταμέμφεται· Δεινὸς ὢν, φησὶν, ὁ Φίλιππος [5] ἀναγκοφαγῆ-
2 σαι πράγματα. Ἔστιν ἄρ' [6] ὁ Ἰδιωτισμὸς ἐνίοτε τοῦ κόσμου παραπολὺ ἐμφανιστι-

Ὑπλικώτατον] Vox iſthæc [ὑπλικώτατον] Græca eſſe non poteſt; ſed cum locus mutilus ſit, mihi divinandi gratiam facies. Ceterum commode legit Gabriel, (γόνιμον τόδ' Ἀνακρέοντος) ſine ulla diſtinctione. Poëmatium illud Anacreontis non extat, neque eſt ut id, quod ait Longinus, appareat; ſcilicet, ut ſæpe alias, principium loci primulo tantum digito ſignaverit. Faber.

Ibid. Ὑπλικώτατον] in duobus MSS, legitur, ἱπλικώτατον. Lege ὑπλιώτατον. Sic Hermogenes ὑπλιότητα in ſermone agnoſcit l. II de Id. cap. I: quæ oratio τῇ ἐντόνῳ opponitur. Niſi potius ἐμφανιστικώτατον legendum. Tollius.

2. Τόδ' Ἀνακρέοντος] Poſt γόνιμον tollo diſtinctionem, & lego ὑφὲν, τόδ' Ἀνακρέοντος. Petra.

3. Οὐκέτι Θρηϊκίης ἐπιστρέφομαι.] Quamvis *Anacreontis* hoc (quod ſciam) non extet; conjicio tamen poëtam lyricum hoc velle, ſe uſque adeo amore diſtineri, ut *non jam ulterius Thraciam* Orphei lyram *curet*. Langb.

4. Ἐπιστρέφομαι.] Sic & Pſeudo-Ignatius in epiſt. ad Mariam: Ἀλλ' οὐδενὸς τούτων ἐπιστρέφομαι. Id eſt, harum rerum nihil me tangit; nil ea curo. Sextus Empir. l. I Pyrrhon. Hypoth. p. 31: Ὁ δὲ Ἐπίκουρος λέγει, μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἡμῶν τὸ θεῖον. Diogenes Cynicus apud Laert. Ἀλλ' οὔτ' ἐκεῖνοι τῶν ὄνων ἐπιστρέφονται, οὔτ' ἐγὼ ἐκείνων. Quandoquidem vero hic verſus tetrameter eſt dactylicus, in voce hac tertia brevis alias producitur propter ſequens φ. Videtur, hæc eadem eſſe, cujus etiam illud alterum Anacreontis Carmen meminit, quod Horatius l. II, Od. v, ex parte imitatus eſt. Eſt autem hoc:

Πῶλε Θρηϊκίη, τί δή με
Λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα
Νηλεῶς φεύγεις, δοκέεις δὲ
Μηθὲν εἰδέναι σοφόν;
Ἴσθι τοι, καλῶς μὲν ἄν τοι
Τὸν χαλινὸν ἐμβάλλοιμι,
Ἡνίας δ' ἔχων στρέφοιμι
Ἀμφὶ τέρματα δρόμου.
Νῦν δὲ λειμῶνας βόσκεαι,
Κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις.
Δεξιὸν γὰρ ἱπποπείρην
Οὐκ ἔχεις ἐπεμβάτην.

Tollius.

5. Ἀναγκοφαγῆσαι] ἀναγκοφαγεῖν quid ſit, & quam apte dictum, demonſtrat. Robortellus.

Ibid. Ἀναγκοφαγῆσαι] Dicitur de eo, qui ſe indigna, ac turpia patienter, lubentique animo perfert, ut ſuis rebus conſulat, & ſatagat impenſius. Petra.

Ibid. Δεινὸς ἀναγκοφαγῆσαι πράγματα.] *Heſychio* ἀναγκοφαγεῖν eſt πρὸς ἀνάγκην ἐσθίειν, ὅπερ ἀθληταὶ πάσχουσιν. *Ex neceſſitate comedere, quod athletis contingit.* Hunc *Theopompi* locum rectius exponit *Longinus*, ſumi ſcilicet ἐπὶ τὰ αἰσχρὰ καὶ ῥυπαρὰ τλημόνως, καὶ μεθ' ἡδονῆς, ἕνεκα πλεονεξίας καρτεροῦντος. Alterius *Dionyſii* opus, quod περὶ ὀνομάτων ἐκλογῆς *Melitio* ſuo promittit, [*Lib.* περὶ συνθέσεως ὀνομ.] ſi extaret, æquiori animo hujus noſtri hiatum ferre poſſimus. Ego ad hunc fontem ſpectare puto voces iſtiuſmodi, quas nos compoſitas, *Græci* διπλᾶς vocant; quæ ſi apte adhibeantur, poëtam non dedecebunt; quanquam a ſoluta oratione prorſus exulare debeant. Iſtiuſmodi ἱπποβάμονα ῥήματα in *Æſchylo* tragico non immerito exagitat *Comicus in Ranis*. Uti & in *Lycophrone*, aliiſque, *Ariſtoteles Rhet. l.* 3, *cap.* 3. *Latini*, quibus non licet eſſe tam diſertis, hac ex parte modeſtius peccant; præſertim antiquioris ævi: citerioris

SECTIO XXXI.

De Idiotiſmo, ſeu verbis a vulgo tritis.

* * * * *

PRojectiſſimum quidem, at tamen fœcundum Sublimitatis eſt hoc Anacreontis: 1

Threïſſa non me vexat amplius.

Nec minus laudabile eſt illud Theopompi, quod quoniam ipſi rei ad- 2
mirabiliter convenit, ſignificantiſſimum mihi ſemper viſum eſt, & indignum, quod a Cæcilio carperetur. *Erat*, inquit, *Philippus ad adverſa rerum devoranda a natura factus.* Fit igitur nonnumquam, ut ea, 3
quæ

terioris enim ætatis homines ingenio ſuo nimis indulſerunt; atque inter eos, (quem vulgus hominum pro *Darete Phrygio* recipit,) auctor poëmatis de *bello Trojano*: apud apud quem legas

Monſtripari pacem pelagi. Et,
Ventripotens ponit genius. Et,
Falſigraphos commenta docet.

Aliaque id genus ſatis multa. Genuinus autem (ut hoc ὡς ἐν παρόδῳ moneam) iſtius operis parens fuit *Joſephus Devonius*, [*Balæus ex Lelando*] *Exceſtrenſis*, qui poëma illud ſuum *Baldwino Cantuarienſi* Archiepiſcopo dicavit; cujus non contemnendum elogium, quia in impreſſis non extat, hic e manuſcripto ſubjiciam. Poſt illa, [*Lib.* 1, *paulo poſt principia.*] Quo præſide floret *Cantia*, & in priſcas reſpirat libera leges, ſequitur:

In numerum jam creſcit honos; te tertia poſcit
Infula; jam meminit Wigornia, Cantia diſcit,
Romanus meditatur apex; & naufraga Petri
Ductorem in mediis exſpectat cymba procellis.
Tu tamen occiduo degis contentus ovili,
Tertius a Thoma, Thomaſque ſecundus & alter;

[intelligit Sanctum Thomam Cantuarienſem.]

Sol oriens, rebus ſucceſſor, moribus hæres.
Felices, quos non trahit ambitus, &c.

LANGBÆNIUS.

Ibid. Ἀναγκοφαγῆσαι] Ego libentius hoc loco Cæcilium ſequar, quam Longinum; nam, ſi mihi loqui licebit, exiſtimo τὸ ἀναγκοφαγεῖν eſſe vocem Comicam, ut *ebibere imperium heri* apud Plautum; ubi ſervulus loquitur. Quis autem Livium ferret, ſi hoc apud illum legeretur, *Annibal neceſſitatem rerum comedebat?* Neque illud Demoſthenis, [προπεπωκότες] de quo mox, illud, inquam, non magis probaverim. Sed quod ex Herodoto profertur, id longe aliud eſt; & rationem dicam, ubi per otium licebit. FABER.

Ibid. Ἀναγκοφαγῆσαι] vis hujus Metaphoræ non in *comedendi* ſignificatione ſita eſt, ut Faber accepit, ſed in neceſſitatis in edendo expreſſione, cujus durum telum. Non potuit certe verbum ullum reperiri magis efficax ad exprimendam vim illam indolis, ſeu naturæ Philippi regis: qui, quod nolenti adigente neceſſitate faciundum erat, ingenii flexibilitate devorata moleſtia lubens faciebat, & voluntatem ſuam rebus, non res voluntati ſuæ attemperabat. Eſt enim ἀναγκοφαγία βίαιος τροφή, ut eam Ariſtoteles appellat: *certa lex ciborum*, quemadmodum Fabius eam vocem interpretatur. Unde & athletæ Tertulliano *altiles homines* dicti, l. de ſpectaculis. Qua de re plura rei Athleticæ ſcriptores. Non diſſimili fere ratione dixit Cicero l. IV ep. ad Att. V: *Etiam, (dudum enim circumrodo, quod devorandum eſt) ſubturpicula mihi videtur eſſe palinodia. Sed valeant recta*, &c. Nullo igitur jure verbum hoc ἀναγκοφαγῆσαι Cæcilius carpebat: meliore vero illud carpi poſſit, quod ex Argentario Seneca retulit lib. 1 Controv. 1: *Venit immiſſa barba, capilloque deformi; non ſenectute, ſed fame membris trementibus; ſemeſa, & tenui, atque eliſa jejunio voce.* Quis enim *ſemeſam vocem* concoquat? Ceſtium meruerat Argentarius habuiſſe auditorem, quum hæc declamabat. Melius multo Juſtinus Martyr, qui in epiſt. ad Zenam & Serenum, p. 390: δεῖ ὥσπερ κατὰ πρόλημμα δουλευτέον, τὸ πικρὸν, ὥς φασιν, ἑκουσίως καὶ ἀπίνοντα. TOLLIUS.

6. Ὁ ἰδιωτισμὸς] Seneca Controv. XV, l. III: Idiotiſmus *eſt inter oratorias virtutes res*,

φανιστικώτερον· ἐπιγνώσκεται γὰρ αὐτόθεν ἐκ τοῦ κοινοῦ βίου. [7] Τὸ δὲ σύνη-
8 θες ἤδη πιστότερον. Οὐκοῦν [8] ἐπὶ τοῦ τὰ αἰσχρὰ, καὶ ῥυπαρὰ τλημόνως, καὶ
μεθ' ἡδονῆς ἕνεκα πλεονεξίας καρτεροῦντος, τὸ ἀνασκοφαγεῖν τὰ πράγ-
9 ματα, ἐναργέστατα παρείληπται. Ὧδέ πως ἔχει καὶ τὰ [9] Ἡροδότεια·
[10] ὁ Κλεομένης, φησὶ, μανεὶς τὰς ἑαυτοῦ σάρκας ξιφιδίῳ κατέτεμεν
εἰς λεπτὰ, [11] ἕως ὅλον καταχορδεύων ἑαυτὸν διέφθειρεν. Καὶ, [12] ὁ Πύθης
10 ἕως τοῦδε ἐπὶ τῆς νεὸς ἐμάχετο, ἕως ἅπας κατεκρεουργήθη. [13] Ταῦτα γὰρ
ἐγγὺς παραξύει τὸν ἰδιώτην, ἀλλ' οὐκ ἰδιωτεύει τῷ σημαντικῷ.

quæ raro procedit. Magno enim temperamento opus est, & occasione quadam. Hac virtute varie usus est. (Fabianus) *Sæpe illi bene cessit; sæpe decidit. Nec tamen mirum est, si difficulter apprehenditur vitio tam vicina virtus. Hoc nemo præstitit umquam Gallione nostro decentius. Jam adolescentulus cum declamaret, apte, & convenienter, & decenter hoc genere utebatur. Quod eo magis mirabar, quia tenera ætas refugit omne, non tantum quod sordidum, sed & quod sordido simile est.* Istiusmodi verba Ciceroni *in vulgus pervulgata*; Horatio vero *inornata & dominanti averba dicuntur.* Consistit autem non in uno tantum verbo, sed & in tota nonnumquam sententia. Qua de causa Quintilianus lib. IV, c. II, Instit. Ciceronis illam callidissimam simplicitatis in Miloniana imitationem maxime animadvertendam judicat: *Milo autem, quum in Senatu fuisset eo die, quoad Senatus est dimissus, domum venit: calceos & vestimenta mutavit; paulisper, dum se uxor, ut fit, comparat, commoratus est.* Verba illa vulgaria, & quotidiana esse fatetur Fabius, & quibusdam visa frigida: veruntamen quæ id effecerint, quod culta, exornataque oratio efficere nequisset. TOLLIUS.

7. Τὸ δὲ σύνηθες ἤδη πιστότερον] Id quod etiam dixit Horatius alicubi in Arte. FABER.

8. Ἐπὶ τοῦ αἰσχρὰ] rectius alter Vaticanus, ἐπὶ τοῦ τὰ αἰσχρά. TOLLIUS.

9. Ἡροδότεια·] ἐν τῇ Ἐρατοῖ. PETRA.

10. Ὁ Κλεομένης,] Verba ipsius Herodoti, a nostro compendifacta, hæc sunt: ἐπιτάμνων γὰρ κατὰ μῆκος τὰς σάρκας προέβαινε ἐκ τῶν κνημέων ἐς τοὺς μηρούς· ἐκ δὴ τῶν μηρῶν ἐς τὰ ἰσχία, καὶ τὰς λαπάρας· ἐς ὃ ἐς τὴν γαστέρα ἀπίκετο, καὶ ταύτην καταχορδεύων ἀπέθανε τρόπῳ τοιούτῳ. Meminit Pausanias in Laconicis, ubi triplicem furoris hujus Cleomeni objecti causam memorat. TOLLIUS.

11. Ἕως ὅλον καταχορδεύων ἑαυτὸν διέφθειρεν.] *Donec totum se rescindens perierit.* Ita quidem, nec male, interpres. Apud *Herodotum lib.* VI, locus hic paulo aliter legitur. Vox καταχορδεύω, ἀπὸ τῆς χορδῆς, quæ & intestinum, & chordas ex intestinis factas significat. Eritque τὴν γαστέρα καταχορδεύειν, *uterum ita discindere, ut intestina diffluant*: vel, si ad antecedentia respiciamus, ubi *Cleomenes* ἐπιτέμνει κατὰ μῆκος τὰς σάρκας, *carnem suam in longum discindit*, καταχορδεύειν erit *chordarum in modum concidere.* Demum, si hunc ipsum *Longini* locum per se solum consideremus, verba ista, τὰς ἑαυτοῦ σάρκας κατέτεμεν

ΤΜΗΜΑ λβ'.

Περὶ πλήθους Μεταφορῶν.

1 ΠΕρὶ δὲ πλήθους [1] Μεταφορῶν, ὁ μὲν Καικίλιος ἔοικε συγκατατίθεσθαι τοῖς δύο, ἢ τὸ πλεῖστον τρεῖς ἐπὶ ταυτοῦ νομοθετοῦσι τάττεσθαι.

ΠΕρὶ δὲ πλήθους] Cæcilius assentitur aliis rhetoribus, qui statuebant duas, aut summum tres metaphoras esse simul in eadem Periodo collocandas. Longinus vero statuit, ubi plurimum πάθος, ibi multas esse debere metaphoras. ROBORTELLUS.

Ibid. Περὶ δὲ πλήθους καὶ μεταφορῶν] Planum est legi oportere, πλήθους ΤΩΝ μεταφορῶν

quæ de medio ſumta ſunt, & protrita verba, exquiſitis, atque ad ornatum
comparatis multo ſignificantiora ſint, multoque illuſtriora, Illico enim
per ſe ex ipſo quotidiani ſermonis uſu intelliguntur. Quidquid autem fa-
miliare eſt, & conſuetum, jam hoc ipſo evadit credibilius. Quare de ho- 3
mine ignominioſa, ac ſordida quæque non patienter modo, ſed & ad
explendam ambitionem, dominandique libidinem, cum voluptate qua-
dam concoquente, evidentius verbum nullum, neque ſignificantius,
dici, fingive umquam potuit. Hujus claſſis ſunt & illa Herodoti: *Tum* 9
*vero Cleomenes inſania correptus cultello corpus ſuum minutim diſcidit, do-
nec totus in ſegmenta diſſectus animam efflavit.* Item hæc: *at Pytheas eo
uſque in pugnando in navi reſtitit, donec minutim concideretur.* Sunt enim 10
hæc iſtiuſmodi, ut ad ſermonem vulgi quam proxime accedere videan-
tur, eumque velut adradere: veruntamen ſignificationis evidentia a ple-
beja vilitate longiſſime remota ſint, atque disjuncta.

τέταμνε εἰς λεπτὰ, *carnes ſuas in minutas partes concidit*, faciunt, ut ſequentia, καταχορδεύων ἑαυτὸν διέφθειρεν, non aptius reddi poſſe putem, quam *ex ſeipſo fartum faciens interiit.* Sic enim loquitur *Pyrgopolinices* iſte apud *Plautum in milite glor.* de machæra ſua,

> *Quæ miſera geſtit fartum facere ex hoſtibus.*

Neque video, cur non pari ratione *farta* dicantur χόρδαι, qua cithararum *chordas* vocamus; cum ex inteſtinis æque confecta ſint: nec in diverſa prorſus ab hac expoſitione abit doctiſſimus Scholiaſtes *ad Ariſtoph. Equites*, qui χορδεύειν interpretatur *ſecare*: additque inſuper, ἀπὸ τῆς τέχνης τοῦ ἀλλαντοπώλου τὸ ὄνομα εἴρηται, *vocem hanc ab arte farciminum venditoris deſumtam eſſe*: ſcilicet qui carnes in id munus deſtinatas in fruſtra ſecant. Nec ab hac ſignificatione multum abludit altera illa *Herodoti* vox κατακρεουργεῖν, quam etiam e fæce vulgi traduxit. LANGBÆNIUS.

12. Ὁ Πύθης ἕως τοῦδε] ἐν τῇ Πολυμνίᾳ. PETRA.

Ibid. Ἕως τοῦδε] apud Herodotum eſt, ἐς τοῦτο ἀντεῖχε μαχόμενος, ἕως &c. TOLLIUS.

13. Ταῦτα γὰρ ἐγγὺς παραξύει τὸν ἰδιώτην] Hæc enim *adradunt* idiotam: hoc eſt, proxime ad eum accedunt, & tantum non attingunt. Sic Poëta, *Æneid. lib. 5*: *Radit iter lævum interior.* Et Propertius *lib. 3, in ſomnio*,

> *Alter remus aquas, alter tibi radat arenas.* LANGBÆNIUS.

Ibid. Παραξύει τὸν ἰδιώτην] *Proxime ad idiotam*, ſeu *ad idiotiſmum, accedit.* Metaphora ſumta a curribus, qui quo propius metas legebant, & adradebant, eo major certantium induſtria judicabatur. FABER.

Ibid. Παραξύει] Id eſt, ἐν χρῷ παραμείβεται, ut Lucianus ait de Hiſt. ſcrib. Cicero 1 de Orat. c. 61, *faſtidiis adhæreſcere*, dixit. Tale fere illud Rufi Vibii, Senecæ laudatum Controv. xxv, lib. iv: *Prætor ad occidendum hominem ſoleas popoſcit.* TOLLIUS.

SECTIO XXXII.

De Metaphorarum multitudine.

SEd neque quod ad Tranſlationum multitudinem ſuum mihi judicium 1
Cæcilius umquam approbaverit, illorum ſubſcribens ſententiæ, qui
duas tantum, aut ſummum tres, in una re adhibendas eſſe tranſlationes exi-
ſtimant.

φορῶν, nam ea res agitur. FABER.

2. Καὶ μεταφορῶν] dele copulam: niſi forte vox τόλμης excidit. Sic enim poſtpaullo: ὅμως δὲ πλήθους καὶ τόλμης μεταφορῶν, &c. ſine articulo, ut Faber hic maluit. Verum ubi locum hunc examinatius perpendo, legendum videtur, περὶ δὲ πλήθους τρόπων, καὶ μεταφορῶν. Et probant ſequentia. TOLLIUS.

2 θαι. [3] Ὁ γὰρ Δημοσθένης ὅρος καὶ τῶν τοιούτων. [4] Ὁ τῆς χρείας δὲ καιρὸς, ἔνθα τὰ πάθη χειμάρρου δίκην ἐλαύνεται, καὶ τὴν πολυπλήθειαν [5] αὐτῶν ὡς ἀναγκαίαν ἐνταῦθα συνεφέλκεται. [6] Ἄνθρωποί, φησι, μιαροὶ, καὶ ἀλάστορες, καὶ κόλακες, [7] ἠκρωτηριασμένοι τὰς αὐτῶν ἕκαστοι πατρίδας, [8] τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες, πρότερον Φιλίππῳ, νυνὶ δ' Ἀλεξάνδρῳ· τῇ γαστρὶ μετροῦντες, καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν· τὴν δ' ἐλευθερίαν, καὶ τὸ μηδένα ἔχειν δεσπότην αὐτῶν, ἃ τοῖς προτέροις Ἕλλησιν ὅροι τῶν ἀγαθῶν ἦσαν, καὶ κανόνες, ἀνατετραφότες. Ἐνταῦθα τὸ πλῆθος τῶν τροπικῶν ὁ κατὰ τῶν προδοτῶν [9] ἐπιπροσθεῖ τοῦ ῥήτορος θυμός.
3 [10] Διόπερ ὁ μὲν Ἀριστοτέλης, καὶ ὁ Θεόφραστος [11] μειλίγματά φασι τινὰ

[12] τῶν

3. Ὁ γὰρ Δημοσθ.] Præferam, ὁ δὲ Δημοσθένης. Sic Plinius de eodem lib. IX, epist. XXVI: unde Longinus caput hoc videtur desumsisse: *Sed Demosthenes ipse, ille norma oratoris, & regula, num se cohibet, & comprimit, quum dicit illa notissima*: ἄνθρωποι μιαροὶ, καὶ κόλακες, καὶ ἀλάστορες? Tollius.

4. Ὁ τῆς χρείας] Quando in eadem periodo pluribus metaphoris locus sit. Petra.

5. Αὐτῶν ὡς ἀναγκαίων] αὐτῶν, τῶν μεταφορῶν. Petra.

6. Ἄνθρωποι] exemplum ex Demosthene. Robortellus.

Ibid. Ἄνθρωποι] ἐν τῷ περὶ στεφ. Fr. Portus.

7. Ἠκρωτηριασμένοι τὰς ἑαυτῶν πατρίδας.] Ponitur hic passivum ἠκρωτηριασμένοι pro activo ἠκρωτηριακότες. Est autem ἀκρωτηριάζω, proprie extremas corporis partes rescindo; metaphorice idem quod λυμαίνομαι, *perniciem infero*: quia scilicet οἱ λυμαινόμενοί τινας εἰώθασι περικόπτειν αὐτῶν τὰ ἄκρα: [Harpocr. & *Suidas in* ἠκρωτηρ.] vel quod antiqui criminis convictis aurium extremitates amputare solebant; ὅτι οἱ παλαιοὶ τοὺς ἔν τινι ἀτοπήματι ἁλόντας ἐνυβρίζοντες, τὰ ἄκρα τῶν ὤτων ἀπέτεμνον. [*Etymol. in* ἀκρωτηρ.] Neque de aurium solum, sed & narium amputatione dicitur; inde ἀκρωτηριάζειν τὰς ῥῖνας; [*Athen. l. 5.*] & ἀκρωτηριασθέντων τὰ πρόσωπα. [*Plut. in Alcib.*] Quin & maxime proprie de manuum, pedumve detruncatione: hæc enim membra ἀκρωτήρια vocantur. [*Thucyd. l. 2.*] Langbænius.

8. Τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες.] *Libertatem suam propinantes*: hoc est χαριζόμενοι, *gratis concedentes*. Metaphora ex antiquo more translata, quo reges in festis vinum prælibantes, ipsum etiam poculum, cui visum est, porrigentes dono dabant: ἀπέπινον μικρὸν τῆς κύλικος, καὶ τότε παρείχοντο, ᾧ ἂν ἐβούλοντο, καὶ τὴν κύλικα· καὶ ἐκαλεῖτο προπίνειν. [*Suidas & Ulpian. in Demost.* περὶ παραπρεσβ.] Quod de *Philippo de falsa legat.* refert Orator; Ἐν θυσίᾳ τινὶ καὶ δείπνῳ πίνων, ἐκπώματα ἀργυρᾶ προὔτεινεν αὐτοῖς. Dies autem, quo hoc peractum, φιλοτησία vocabatur. [*Suidas.*] Simile quid observat Scholiastes *Pindari Olympion. od. 7*, in illa verba: Φιάλαν ὡς εἴτις δωρήσεται νεανίᾳ γαμβρῷ προπίνων. *Si quis phialam juveni genero propinans donet.* Προπίνειν κυρίως τὸ ἅμα τῷ κράματι τὸ ἀγγεῖον χαρίζεσθαι: *simul cum diluto vino poculum donare.* Unde *Anacreon*: ἀλλὰ πρόπινε ῥαδινοὺς, ὦ φίλε, μηρούς. *Eustathius* item *in Odyss. γ'*, negat προπίνειν proprie esse ante alium bibere, sed poculum alicui præbere, ut ante ipsum bibat: Πρὸ ἑαυτοῦ διδόναι τινὶ πίνειν· ἔστι δὲ ὅτε καὶ τὸ ποτήριον ἀποχαρίζεσθαι. Hinc factum, ut προπίνειν sumatur pro gratis prodere, vel donare: quomodo hunc *Demosthenis* locum exponit *Harpocration*: προπεπωκότες ἀντὶ τοῦ προδεδωκότες· ἐκ μεταφορᾶς δὲ λέγεται. Προπεπωκέναι παρὰ τὴν συνουσίαν πολλὰ μὲν ἀργυρώματα, &c. *Sic & Hesych. & alii.* Hæc enim interpunctio eruditum Criticum aliqua sui oneris parte in restitutione loci istius levare poterit. Langbænius.

Ibid. Προπεπωκότες] Vide quod ad sect. XXXI notatum est. Faber.

Ibid. Προπεπωκότες] Sic apud Pollucem l. VI, c. XXX, Cinædus ὁ τὴν νεότητα προπεπωκώς; sine dubio ex antiquo, & gravi aliquo auctore. De ritu propinandi, deque vocis προπίνειν propria significatione, nonnulla invenias apud Athenæum l. XI, p. 498. Contra apud eundem Athenæum ἀντιπροπίνειν legas pag. 128, l. IV, pro contra polliceri, & offerre vice versa. Respexit autem Orator ad

illa

ſtimant. Equidem, ut in aliis omnibus, ita & in hac re Demoſthenem 2
nobis, tamquam certiſſimam normam, ac regulam, ſequendum exiſtimo:
adeoque plurium ſimul Tranſlationum uſum tum præcipue eſſe tempeſti-
vum, quum affectus ad inſtar hiberni torrentis præcipites ruunt, earumque
copiam, velut adhibita vi propellunt, ac provolvunt. *Homines*, inquit,
*impuri, & ſcelerati, & adulatores: qui, poſtquam patriam quiſque ſuam
fœde lacerarunt, libertatem tam publicam, quam ſuam ipſorum, Philippo
primum, nunc autem rurſus Alexandro propinarunt: quique ventre, ac
libidinibus probroſiſſimis, ſummum vitæ bonum, ac felicitatem metientes,
libertatem, nullique ſervire domino, quæ majoribus bonorum omnium finis
erat, ac regula, funditus everterunt.* Hic, ut vides, Terentiane dulciſſi-
me, ipſa illa Tranſlationum congeries a fervente Oratoris in proditores
propulſa proruit ira, atque indignatione. Alioquin cum Ariſtoteles, 3
tum Theophraſtus, audacium, & proxime periculum accedentium
Tranſla-

illa Euripidis in Rheſo, ubi Hector ita Rheſum objurgat:

> *Σὺ δ' ἐγγυὴς ὢν, βάρβαρός τε, βαρβάρους*
> *Ἕλλησιν ἡμᾶς προὔπιες τὸ σὸν μέρος.*

Simile quid eſt illud Arſacis Regis Parthor. de Antiocho: *ἔσφηλέ σε, Ἀντίοχε, θάρσος καὶ μέθη· ἤλπιζες γὰρ ἐν μεγάλοις ποτηρίοις τὴν Ἀρσάκου βασιλείαν ἐκπιεῖν·* apud Athen. l. x, p. 339. Tollius.

9. *Ἐπίπροσθεν*] γρ. *ἐπιπροσθεῖ, ἢ ἐπιπροσθέει.* Fr. Portus.

Ibid. *Ἐπιπροσθεῖ*] *ἐπίπροσθεν, ἔμπροσθεν, ἤγουν φανερὸς, ἢ δῆλος πᾶσι γίνεται ὁ τοῦ ῥήτορος θυμός.* Petra.

Ibid. *Ἐπίπροσθε*] Optime Fr. Portus, *ἐπιπροσθεῖ.* Faber.

10. *Διόπερ ὁ μὲν*] Nimis duræ metaphoræ quomodo molliantur, oſtendit, ex præcepto Ariſtotelis, & Theophraſti. Robortellus.

Ibid. *Διόπερ ὁ μὲν*] Quo pacto ex ſententia Ariſtotelis & Theophraſti *μεταφοραὶ τραχεῖαι* ſint molliendæ. Petra.

11. *Μειλίγματα*] Id vulgo Magiſtri Græci *παραμυθίαν* vocant, Latini *præmolitionem*. Faber.

Ibid. *Μειλίγματά, φασι, τινὰ*] Dionyſius Halicarn. *Ἐπὰν μέντοι κινδυνώδης ἡ μεταφορὰ δοκῇ, μεταλαμβανέσθω εἰς εἰκασίαν· οὕτω γὰρ ἀσφαλεστέρα γίνοιτ' ἄν· εἰκασία δ' ἐστὶ μεταφορὰ πλεονάζουσα· οἷον, εἴ τις, (Τότε ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ, καὶ πολλῷ* (ita enim lege e Demoſthene *περὶ στεφ.* laudato etiam Plinio loco l. ix, ep. xxvi, & Luciano in laud. Demoſth.) *ῥέοντι καθ' ὑμῶν*) *προσθεὶς εἴποι, Ὥσπερ ῥέοντι καθ' ὑμῶν· οὕτω μὲν γὰρ εἰκασία γέγονε, καὶ ἀσφαλέστερος ὁ λόγος.* Eſt quidem hæc ſpecies aliqua molliendæ durioris metaphoræ, uſurpata ſæpiſſime ab Homero, notante Euſtathio ad Iliad. δ': veruntamen non illud *μείλιγμα*, quod Longinus innuit. Conveniunt magis illa Ciceronis de Oratore l. iii, c. xli: *Atque etiam ſi verearе, ne paulo durior tranſlatio eſſe videatur, mollienda eſt præpoſito ſæpe verbo: ut, ſi olim M. Catone mortuo* pupillum *Senatum quis relictum diceret, paulo durius: ſin*, ut ita dicam, pupillum, *aliquanto mitius eſt.* Et illa Curii Fortunatiani lib. iii: *Si quando libentius verbum aliquod transferimus, ne omnino præceps, abruptumque videatur, aliquo verecundiori adminiculo fulciemus, ut inſeramus,* pene; *aut* quodammodo; *aut*, prope dixerim; *aut*, auſim dicere, *& cetera talia.* Exemplum dabit Ovidius lib. i Metam.

> *Hic locus eſt, quem, ſi verbis audacia detur,*
> *Haud timeam magni dixiſſe palatia cæli.*

Nec non Philo *περὶ φιλανθρωπίας· καὶ τὰς καθαρὰς, καὶ, ὡς ἂν εἴποι τὶς τροπικώτερον, παρθένους χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἀνατείνας.* Id ipſum in ſententiis quoque obſervandum monet Hermogenes de Methodo cap. vi: *Τῶν δ' αὐθαδῶν, καὶ τολμηρῶν διανοημάτων θεραπεῖαι, καὶ παραμυθίαι δύο, ἢ βραχεῖα προσθήκη, ἢ ὁμολογία τοῦ τολμήματος· βραχεῖα μὴν οὖν προσθήκη, οὕτως· ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς, ὦ Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιεὶς,* &c. Sed multo aptius ad hunc locum Fabius lib. viii, cap. iii, ſic ut inde ſua noſter mutuatus videatur: *Et ſi quid periculoſius*, inquit, *finxiſſe videbimur, quibuſdam remediis præmuniendum eſt:* Ut ita dicam, ſi licet dicere,

[12] τῶν θρασέων εἶναι ταῦτα Μεταφορῶν, τὸ, ὡσπερεὶ φάναι, καὶ, οἱονεὶ, καὶ, εἰ χρὴ τοῦτον εἰπεῖν τὸν τρόπον, καὶ, εἰ δεῖ [13] παρακινδυνευτικώτερον λέξαι.
4 Ἡ γὰρ ὑποτίμησις, φασιν, ἰᾶται τὰ τολμηρά. [14] Ἐγὼ δὲ καὶ ταῦτα μὲν ἀποδέχομαι, [15] ὅμως δὲ πλήθους, καὶ [16] τόλμης Μεταφορῶν, [17] (ὅπερ ἔφην) κἀπὶ τῶν σχημάτων, τὰ εὔκαιρα, [18] καὶ σφοδρὰ πάθη, καὶ τὸ γενναῖον ὕψος εἶναι φημὶ ἴδιά τινα ἀλεξιφάρμακα· ὅτι τῷ ῥοθίῳ τῆς φορᾶς ταυτὶ πέφυκεν ἅπαντα τ' ἄλλα παρασύρειν, καὶ προωθεῖν, μᾶλλον δὲ καὶ ὡς ἀναγκαῖα πάντως εἰσπράττεσθαι [19] τὰ παράβολα, [20] καὶ οὐκ ἐᾷ τὸν ἀκροατὴν σχολάζειν περὶ τὸν τοῦ πλήθους ἔλεγχον, [21] διὰ τὸ συνενθουσιᾷν τῷ λέγοντι.
5 [22] Ἀλλὰ μὴν ἔν γε ταῖς τοπηγορίαις, καὶ διαγραφαῖς, οὐκ ἄλλο τι οὕτως κατασημαντικὸν, ὡς οἱ συνεχεῖς, καὶ ἐπάλληλοι τρόποι. Δι' ὧν καὶ [23] παρὰ Ξενοφῶντι ἡ [24] τἀνθρωπίνου σκήνους ἀνατομὴ πομπικῶς,
6 καὶ ἔτι μᾶλλον [25] ἀναζωγραφεῖται θείως [26] παρὰ τῷ Πλάτωνι. [27] Τὴν μὲν κεφαλὴν αὐτοῦ φησὶν [28] ἀκρόπολιν· ἰσθμὸν δὲ μέσον διῳκοδομῆσθαι μεταξὺ

quodammodo, permitte mihi sic. *Quod idem etiam in iis, quæ licentius translata erunt, proderit, quæ non tuto dici possunt: in quo non falli judicium nostrum sollicitudine ipsa manifestum erit. Qua de re Græcum illud erit elegantissimum, quo præcipitur illa* προεπιπλήσσειν τῇ ὑπερβολῇ. TOLLIUS.

12. Θρασέων] Lege θρασειῶν. FABER.

13. Παρακινδυνευτικώτερον] Inde passim apud Scholiastas, παρακεκινδυνευμένος λόγος. FABER.

Ibid. Παρακινδ.] Malim, παρακινδυνευτικώτερόν τι λέξαι. TOLLIUS.

14. Ἐγὼ δὲ καὶ] Longini ἐπίκρισις. PETRA.

15. Ὅμως δὲ πλῆθος, καὶ τόλμην] Recte a prioribus interpretibus verti non potuit, quod vitiosum fuit. Corrigo igitur e veteribus libris, ὅμως δὲ πλήθους, καὶ τόλμης μεταφορῶν, &c. Mox ex ingenio, ὕψος, pro ὕψους. Quæ lectio ex præcedentibus confirmatur. Aristoteles enim, & Theophrastus illas particulas, οἱονεὶ, ὡσπερεὶ φάναι &c. dixerant μειλίγματα esse audacium Metaphorarum. Addit Longinus, etiam affectus vehementiores, & genuinam Sublimitatem esse earundem, necnon figurarum periculosiorum, ἀλεξιφάρμακα. TOLLIUS.

16. Τόλμην] Lege τόλμαν. FABER.

17. Ὅπερ ἔφην] Conclusio ex sententia Longini. ROBORTELLUS.

Ibid. Ὅπερ ἔφην] Respicit, quæ supra sect. XVII dixerat: Τὸ τοίνυν ὕψος, καὶ πάθος τῆς ἐπὶ τῷ σχηματίζειν ὑπονοίας ἀλέξημα, καὶ θαυμαστή τις ἐπικουρία καθίσταται. TOLLIUS.

18. Καὶ τὰ σφοδρὰ] articulus abest a Vat. tertio. Quare & hinc eum ejecimus. TOLLIUS.

19. Τὰ παράβολα] audacia nimis, & ad temeritatem vergentia, periculosa. De *Parabolis* decertatoribus consulendi rei Athleticæ scriptores. Sic supra sect. XXII, 8: τῷ κατὰ τὰς ὑπερβάσεις παραβόλῳ. TOLLIUS.

20. Καὶ οὐκ ἐᾷ τὸν ἀκροατὴν] ita fere de numero, quemadmodum noster de translationibus, Cicero loquitur in Oratore c. XLIII: *Sic minime animadvertetur delectationis aucupium, & quadrandæ orationis industria: quæ latebit eo magis, si & verborum, & sententiarum ponderibus utemur. Nam qui audiunt, hæc duo animadvertunt, & jucunda sibi censent, verba dico, & sententias: eaque dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos, & prætervolat numerus.* Vide quæ supra ad cap. XVII, 6, notata sunt. TOLLIUS.

21. Διὰ τὸ συνενθουσιᾷν] συνομοιοπαθεῖ γὰρ ὁ ἀκούων ἀεὶ τῷ παθητικῶς λέγοντι. Ad Theodorum Rhet. 3. PETRA.

Ibid. Διὰ τὸ συνενθουσιᾷν] Seneca epistola c. VIII, *Quidam ad magnificas voces excitantur, & transeunt in affectum dicentium, alacres vultu & animo: nec aliter concitantur, quam solent Phrygii tibicinis sono semiviri, & ex imperio furentes. Rapit illos, instigatque rerum pulcritudo, non verborum inanium sonitus.* Vid. A. Gell. l. V, c. I; & infra locum Philostrati ad sect. XXXIV. Aristoteles Rhet. III, 6: Τὰ δὲ ὀνόματα τὰ ἐπίθετα καὶ διπλᾶ, πλείω, καὶ τὰ ξένα, μάλιστα ἁρμόττει λέγοντι παθητικῶς· συγγνώμη γὰρ ὀργιζομένῳ, καὶ ὅταν ἤδη ἔχῃ τοὺς ἀκροατὰς, καὶ ποιήσῃ ἐνθουσιάσαι, ἢ ἐπαίνοις, ἢ ψόγοις, ἢ ὀργῇ.

Tranſlationum lenimenta hæc eſſe quædam dicunt, *ut ita loquar;* vel,
quaſi; vel, *ſi ita loqui licet:* item, *ſi verbum audacius concedatur:* & quæ
id genus plura ſunt. Hæc enim correctio, inquiunt, emollit, ac mitigat,
ſiquid in iis durius, aut audacius occurrerit. Ego, uti ea quidem non im- 4
probaverim, ita *copiæ, & audaciæ Tranſlationum, ſicut & figurarum,*
quemadmodum ſuperius dixiſſe memini, ita etiam nunc, *peculiare, & egregium remedium eſſe* confirmarim *opportunos & vehementes affectus, cum vera ingenuaque Sublimitate conjunctos:* quorum hæc natura eſt, atque indoles, ut impetus ſui vehementia cetera omnia ſecum abripiant, ac propellant, & audaciſſima quæque, ac præcipitia, veluti adigente prorſus neceſſitate adſumant; audientibus autem, quod eodem illos concitatæ mentis impetu, veluti quodam ſacri furoris afflatu, una cum oratore auferri faciant, ne otium quidem, aut laxamentum examinandæ hujuſce, reprehen-
dendæque tranſlationum multitudinis permittant. Quid? quod & in lo- 5
corum tractationibus, ut & in deſcriptionibus, nihil illa Tranſlationum frequentia, atque congerie ſignificantius eſſe poteſt? Quarum ope humani tabernaculi anatome a Xenophonte quidem apparate, ac magnifice;
at a Platone omnino divine depingitur. Ut, quum caput hominis *Ar-* 6
cem appellat; *Iſthmum* vero inter hoc & pectus medium interjectum collum,

ἢ ὀργῇ, ἢ φιλίᾳ· φθέγγονταί τε γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐνθουσιάζοντες, ὥστε καὶ ἀποδέχονται, δηλονότι ὁμοίως ἔχοντες. Vide & de hac voce Creſollium in Theatro Sophiſt. pag. 277, & Plutarchum in Erotico. TOLLIUS.

22. Ἀλλὰ μὴν] Ubi requirantur frequentes tropi, docet. ROBORTELLUS.

23. Παρὰ Ξενοφῶντι.] *Apud Xenophontem humani tabernaculi anatome pompatice depingitur.* Locum forte intelligit Ἀπομνημ. *Socratis l* I, ubi providentiam ait viſum βλεφάροις θυρῶσαι, *palpebrarum foribus præcludere*; &, cum uſus poſtulat, ἀναπετάννυσθαι, ἐν τῷ ὕπνῳ συγκλείεσθαι, *expanduntur, ingruente ſomno clauduntur.* Et, *ne venti officiant*, ἠθμὸν βλεφαρίδας ἐμφῦσαι, ὀφρῦσί τε ἀπογεισῶσαι τὰ ὑπὲρ τῶν ὀμμάτων: *ciliorum cribra ordinare; quin & ſuperciliorum ſuggrundiis, quæ ſupra oculos ſunt, muniri.* Ubi & alias corporis partes, ſed minori pompa, exponit. LANGBÆNIUS.

24. Ἀνθρωπίνου σκήνους] Non eſt, quod quidam exiſtimant, vox propria Chriſtianorum, τὸ σκῆνος, pro *corpore.* Nam quamvis ſæpe illi τὰ σκήνη, ut & σκηνώματα τῶν ἁγίων uſurpent, pro *ſanctorum hominum corporibus*; certum tamen eſt, ita quoque locutum fuiſſe Platonem in Timæo; dicerem in Axiocho quoque, ſi ille dialogus Platonis eſſet. Quin & non minus de beſtia, quam de homine dicitur. Ælianus lib. V, de Animalibus cap. III, ubi de *Verme Indico:* ἀχρεῖον δέ ἐστι τὸ λοιπὸν τοῦ ζώου σκῆνος. FABER.

Ibid. Σκήνους] eadem tralatione uſus eſt Apoſtolus II ad Corinth. V, I: Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, οἰκοδομὴν ἐκ θεοῦ ἔχομεν, &c. TOLLIUS.

25. Ἀναζωγραφεῖται θείως παρὰ τῷ Πλάτωνι.] Locus hic e *Platonis Timæo* hinc inde deſumtus, nec eiſdem prorſus verbis, nec ordine ſervatis. LANGBÆNIUS.

Ibid. Θείως] in V. C. Vat tertio erat θείῳ. Forte fuit, παρὰ τῷ θείῳ Πλάτωνι. Vide quæ nos ſupra ſect. III extrema de frigido charactere e Dionyſio Halicarn. deſcripſimus. Mihi ſi fatendum eſt, quod ſentio, multo magis illa Ciceroniana noſtri corporis deſcriptio placeat, quæ lib. II de Nat. Deor. cap. LIV, & ſequentibus, legitur, elegans, ornata, ſine ineptiis, ſine affectatione; neque tamen præclaris tralationibus, & comparationibus deſtituta. TOLLIUS.

26. Παρὰ τῷ Πλάτωνι.] Locus Platonis in Timæo, ubi humani corporis ſtructuræ artificium explicatur. ROBORTELLUS.

Ibid. Παρὰ τῷ Πλάτωνι] Tota illa humani corporis deſcriptio, aut conſideratio, tres amplius paginas apud Platonem occupat; Longinus autem ea ſelegit, quæ ſplendidiora, & πομπικώτερα videbantur. FABER.

27. Τὴν

μεταξὺ τοῦ στήθους τὸν αὐχένα, σφονδύλους τε ὑπεστηρεῖχθαι, φησὶν, οἷον στρόφιγγας. Καὶ τὴν μὲν ἡδονὴν ἀνθρώποις εἶναι κακῶν δέλεαρ, γλῶσσαν δὲ γεύσεως δοκίμιον. [29] Ἄναμμα δὲ τῶν φλεβῶν τὴν καρδίαν, καὶ πηγὴν τοῦ περιφερομένου κατὰ πάντα τὰ μέλη σφοδρῶς αἵματος, εἰς τὴν δορυφορικὴν οἴκησιν κατατεταγμένην· τὰς δὲ διαδρομὰς τῶν πόρων ὀνομάζει στενωπούς. [30] Τῇ δὲ πηδήσει τῆς καρδίας ἐν τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ, καὶ τῇ τοῦ θυμοῦ [31] ἐγέρσει, ἐπειδὴ διάπυρος ἦν, ἐπικουρείαν μηχανώμενοι, [32] φησι, τὴν τοῦ [33] πλεύμονος ἰδέαν ἐνεφύτευσαν μαλακὴν, καὶ ἄναιμον, [34] καὶ σήραγγας ἐντὸς ἔχουσαν, [35] οἷον ἅλμα μαλακὸν, ἵν' ὁ θυμὸς, ὁπότ' ἐν
7 αὐτῇ [36] ἀκμάζῃ, πηδῶσα [37] εἰς ὑπεῖκον, μὴ λυμαίνηται. Καὶ τὴν μὲν τῶν ἐπιθυμιῶν οἴκησιν προσεῖπεν ὡς γυναικωνῖτιν, τὴν τοῦ θυμοῦ δὲ ὥσπερ ἀνδρω-

27. Τὴν μὲν] ἐν τῷ Τιμαίῳ. FR. PORTUS.

28. Ἀκρόπολιν] hinc habet Cicero, ut pleraque alia, de Nat. Deor. lib. II, cap. LVI: *Senſus autem interpretes, ac nuntii rerum, in capite, tamquam in arce, mirifice ad uſus neceſſarios & facti, & collocati ſunt.* TOLL.

29. Ἄμμα] Lege Νᾶμα ſupplendo ex Platone τὴν καρδίαν. PETRA.

Ibid. Ἄμμα δὲ τῶν φλεβῶν] Apud Platonem legitur ἅμα. Sic enim ſcribit: Τὴν δὲ καρδίαν ἅμα τῶν φλεβῶν, &c. Pro quo Gabriel emendavit νᾶμα τῶν φλεβῶν; ingenioſa, ut videtur, conjectura, ſed quæ minus vera eſt. Optime enim cor dicitur eſſe *ἅμμα venarum*, quippe quæ, ut alibi dixit, ſint τεταμέναι εἰς τὴν καρδίαν. Quamobrem ſi H. Stephanus legiſſet, Longinum qua tempeſtate Platonem edidit, facile conjecturam ſuam probaſſet. Is enim ita legendum ſuſpicatus eſt, ut apud Rhetorem noſtrum legitur, ἅμμα ſcilicet. FABER.

Ibid. Ἄμμα] in duobus Vaticanis eſt, ἄναμμα δὲ τῶν φλεβῶν; in altero vero additur, quæ in hactenus editis deſideratur, vox καρδίαν· eſtque ea lectio abſque dubio amplectenda. TOLLIUS.

30. Τῇ δὲ πηδήσει] Claudianus de IV Conſ. Honorii, v. 239:

Quippe Opifex, veritus confundere ſacra profanis,
Diſtribuit partes animæ, ſedeſque removit.
Iram ſanguinei regio ſub pectore cordis
Protegit imbutam flammis, avidamque nocendi,
Præcipitemque ſui. Rabie ſuccincta tumeſcit:
Contrahitur tepefacta metu: Cumque omnia ſecum
Duceret, & requiem membris vicina negaret,
Invenit pulmonis opem, madidumque furenti
Præbuit, ut tumidæ ruerent in mollia fibræ.

Cicero de Nat. Deor. cap. LV: *in pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo.* TOLLIUS.

31. Ἐγέρσει] melius duo veteres, ἐπεγέρσει. TOLLIUS.

32. Φασὶ] Lege, φησί. Ut mox aliquoties. TOLLIUS.

33. Πλεύμονος] πνεύμονος. PETRA.

Ibid. Πλεύμονος ἰδέαν] Sic loqui ſolitus eſt Plato, ut ἰδέαν & γένος alicujus rei pro re ipſa poneret. Sic ἥπατος ἰδέαν, pro hepate ipſo. Sed exempla apud ipſum innumera reperias. FABER. *Vide Huet. in Origenianis, ubi de figura corp. Chriſti, pro corpore ipſo. Et noſter ſæpe, ut* ſect. VIII, &c. TOLLIUS.

34. Καὶ σήραγγας] σύριγγας, canales, & fiſtulas. PETRA.

Ibid. Καὶ σύριγγας ἐντὸς ἔχουσαν, αἷμα μαλακόν.] Ita ex *Platone* colligunt codices recentiores. Atqui & *Robortelli* editio, & MS. *Junianus* habent σήραγγας, & οἷον μάλαγμα: utrumque forſan non male. Μαλάγματα autem, apud auctores poliorceticῶn, [*Caſaub. ex Philone.*] vocantur omnia corpora mollia, quæ ad eludendos tormentorum ictus ante muros opponuntur. Et favet, quod ſpongiæ comparat *Plato*. Sic enim ille, εἶτα σύριγγας ἐντὸς ἔχουσαν, οἷον σπόγγου, κατατετρημένας, Neque hic, neque in ſequentibus κατὰ πόδα *Platonem* expreſſit. Quod *Platoni* eſt γυναικῶν, καὶ ἀνδρῶν χωρὶς οἴκησις, hoc a *Longino* γυναι-

collum, vertebris, tamquam *cardinibus*, ſuffultum. Tum & voluptatem hominibus *eſcam* ait exiſtere *malorum*: linguam *ſaporum exploratricem, ac judicem*: Cor *venarum* omnium *nexus originem*: *& fontem ſanguinis, univerſum cum impetu quodam corpus permeantis, in ſua, velut in corporis cuſtodum ſtatione collocatum.* Meatuum autem vias ac tranſitus *angiportus* vocat. Porro Cordis ſubſultationi, ubi vel terrore offuſo trepidat, vel ira inflammatum concitatur, *Dii*, inquit, *auxilium molientes pulmones fabricarunt, molle, & exſangue, fiſtuliſque inſtructum corpus, cujus raritas, & aſſimilis ſpongiæ mollitudo cedendo præſtat, ne cor effervеſcente ira ſubſultans lædi queat.* Et ad hunc modum pergens cupiditatum ſedem *Conclave* 7
appellat *feminarum*: contra ea iræ domicilum, *Atrium virorum*. Lienem vero,

γυναικωνῖτις, & ἀνδρωνῖτις appellatur: uterque inſtitutum patrium præ oculis habuit. Apud *Græcos* enim pars ædificii, in qua mulieres lanificio, & textrinæ operam dabant, *gynæconitis* dicta eſt: altera vero, in qua viri ſine interpellationibus mulierum verſantur, *andronitis*. Plura *Vitruvius lib. 6 cap. 10, ubi de Græcorum ædificiorum diſpoſitione, & nominibus agit.* Hinc *Antiſthenis* illud, ſe a *Sparta* veniſſe *Athenas*, ὡς ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος εἰς τὴν ἀνδρωνῖτιν. [*Theon. Prog. cap. 5.*] Cui per omnia ſimile illud *Alexandri Moloſſi, apud Gell. l.* XVII, *c.* 21. LANGBÆNIUS.

Ibid. Σήραγγας] Falluntur docti, qui hoc loco contendunt legendum σύριγγας. Certe ibi pulmonem Plato cum ſpongia comparavit; at Ariſtoteles ipſe alicubi ſpongiam eſſe σηραγγώδη dixit: neque aliter vocari poſſunt ſpongiarum cavi, ſeu foramina, quam σήραγγες. Adde, quod Hippocrates ipſe de pulmone loquens, eandem vocem, σηραγγώδης, uſurpavit. FABER.

35. Οἷον αἷμα μαλακὸν,] Lege ἅλμα, & ſupple ex Platone εἰς ἐντέλειαν reliqua. PETRA.

Ibid. Αἷμα μαλακὸν] apud Platonem ipſum ἅλμα, optime, ſi per ἅλμα intelligas *molle ſolum loci alicujus ſcilicet, ubi commode ſaltare poſſis.* Sed & vehementer placet conjectura viri docti apud Langbænium, μάλαγμα, quæ vox id aliquando ſignificat, quod ferendis oneribus ſubſternimus, ne duritia ſua, aut aſperitate, & prominentia angulorum, humeros, aut caput lædant. FABER.

Ibid. Οἷον αἷμα μαλακὸν] libri omnes noſtri, ὁποῖον μάλαγμα. Sed legendum ex Platone, quod & Petra vidit, οἷον ἅλμα μαλακόν. Interjecta ſunt autem aliquammulta inter τὰ, σήραγγας ἐντὸς ἔχουσαν, & τὰ οἷον ἅλμα μαλακόν. Quæ noſter, ut nihil ad ſuum faciendum inſtitutum, neglexit. Et ita legendum eſſe τὸ πηδῶσα, quod ſtatim ſequitur, evidenter demonſtrat. Citatur etiam hic locus Platonis ab Athenæo l. XV, ſed contractus, ut hic, lectione nonnihil diverſa. Ita enim Athenæus: Πλάτων δέ φησι τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν καὶ τὴν τοῦ πλεύμονος αὐτῇ φύσιν παραθεῖναι, πρῶτον μὲν μαλακὴν, καὶ ἄναιμον· εἶτα σήραγγας ἔχουσαν, οἷον σπόγγου, κατατετρημένας· ἵν' ἐν τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ πολλάκις ἀλλομένη, τὸν παλμὸν εἰς ὑπεῖκον, καὶ μαλακὸν ποιῆται. TOLLIUS.

36. Ἀκμάζῃ] γρ. ζέσῃ. FR. PORTUS. In Codicibus noſtris erat ζέσῃ, πηδῶσα. Sed apud Platonem ἀκμάζῃ legitur. TOLLIUS.

37. Εἰς ὑπεῖκον, μὴ λυμαίνηται] Nullum hinc ſenſum elicias, & vitioſa oratio eſt; nempe hinc plane neceſſaria vox excidit, πηδῶσα (*cum ſubſultat cor*) εἰς ὑπεῖκον (id eſt *ſuper ſubſtantiam, quæ mollitia ſua cedat.*) Sed locum integrum apponi operæ pretium eſt: Ἵνα ὁ θυμὸς, ἡνίκα ἐν αὐτῇ [καρδίᾳ ſcilicet] ἀκμάζῃ, πηδῶσα εἰς ὑπεῖκον, καὶ ἀναψυχομένη, πονοῦσα ἧττον, μᾶλλον τῷ λόγῳ μετὰ θυμοῦ δύναιτο ὑπηρετεῖν.] Sic ſe habent Græca Platonis. Ficinus autem qua ratione illum locum interpretatus eſt? peſſima certe: en tibi hominis verba: [*Ut, quando fervet ira,* AD FACILIOREM OBEDIENTIAM TEMPERATUM DEFERVEAT; *Sedatoque tumultu*, &c.] Quid Serranus; more ſuo fecit: *Ut, cum ira in ipſa* (imo *ipſo*) *fervet*, AD OBEDIENTIAM FACILIUS COMPONATUR, *ex illo turbulento tumultu liberata* (dicendum fuerat *liberatum*) &c.] Videlicet neuter intellexit, quid eſſet πηδῶσα εἰς ὑπεῖκον καρδία; imo & ſecundus interpres ne vidit quidem hæc de corde intelligi. Quorſum enim *ipſa*, & *liberata*? Sic autem verti locus ille debuerat: *Ut cor, ubi in ipſo ira effervе-*

ἀνθρωπίνων. Τόν γε μὴν σπλῆνα τῶν ἐντὸς [38] ἐκμαγεῖον, ὅθεν πληρούμενος τῶν ἀποκαθαιρομένων, μέγας καὶ [39] ὕπουλος αὔξεται. [40] Μετὰ δὲ ταῦτα σαρξὶ πάντα αὐτά, φησι, κατεσκίασαν ἄνωθεν. Τὴν δὲ σάρκα προβολὴν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων, ἔτι δὲ πτωμάτων, [41] οἷον τὰ πιλητὰ, ἔσεσθαι, σώμασι μαλακῶς καὶ πρᾴως ὑπείκουσαν. Νομὴν δὲ σαρκῶν ἔφη τὸ αἷμα. Τῆς δὲ τροφῆς ἕνεκα, φησι, διωχετεύσαντο τὸ σῶμα, τέμνοντες ὥσπερ ἐν κήποις ὀχετοὺς, ὡς ἔκ τινος νάματος ἐπιόντος, [42] ἀραιοῦ ὄντος ὡς αὐλῶνος τοῦ σώματος, τὰ τῶν φλεβῶν [43] ῥέοι νάματα. Ἡνίκα δὲ ἡ τελευτὴ παρῇ, λύεσθαί φησι τὰ τῆς ψυχῆς, οἱονεὶ
8 νεὼς πείσματα, μεθεῖσθαί τε αὐτὴν ἐλευθέραν. Ταῦτα, καὶ τὰ παραπλήσια, μυρί' ἄττα ἐστὶν ἑξῆς. Ἀπόχρη δὲ τὰ δεδηλωμένα, [44] ὥστε δεῖξαι, ὡς [45] μεγάλαι τὴν φύσιν εἰσὶν αἱ τροπαὶ, καὶ [46] ὡς ὑψηλοποιὸν αἱ Μεταφοραί· καὶ ὅτι οἱ παθητικοὶ, καὶ ἐκφραστικοὶ, κατὰ τὸ πλεῖστον αὐταῖς χαίρουσι
9 τόποι. [47] Ὅτι μέντοι καὶ ἡ χρῆσις τῶν τρόπων, ὥσπερ τ' ἄλλα πάντα καλὰ ἐν λόγοις, προαγωγὸν ἀεὶ πρὸς τὸ ἄμετρον, δῆλον ἤδη, κἂν ἐγὼ μὴ λέγω. [48] Ἐπὶ γὰρ τούτοις καὶ τὸν Πλάτωνα οὐχ ἥκιστα διασύρουσι, πολλάκις ὥσπερ

fervesceret, *SUPER MOLLEM SUBSTANTIAM SUBSULTANS*, *HAUD LÆDERETUR*. Cujus meæ interpretationis, quæ vera est, & necessaria, ne minimum quidem apud illos vestigium est. FABER.

38. Μαγειρεῖον] In libris erat, μαγεῖον. Lege, ἐκμαγεῖον, ex Platone, de qua voce plura Vossius ad Catull. p. 97. TOLLIUS.

39. Καὶ ὕπουλος] Legitur apud Plat. ὑπόπλος. Male: corrigendum ex Longino ὕπουλος. PETRA.

Ibid. Καὶ ὕπουλος] hæc vox hic non significat partem ulcere latenti, sanieque distento, affectam; sive, ut Seneca in epistola quadam, *suppuratam*: verum tralate accipitur, significatque *molliter tumidam*: nec potest alia reperiri, quæ naturam lienis melius exprimat. Sic ὕπουλα γόνατα in Etymologico. TOLL.

40. Μετὰ δὲ] In duobus Vaticanis legitur, μετὰ δὲ ταῦτα σαρξὶ πάντα φύσιν κατεσκίασαν; προβολὴν τῶν ἔξωθεν τὴν σάρκα, οἷον τὰ πηδήματα, προθέμενοι. Νομὴν δὲ σαρκῶν, &c. TOLLIUS.

41. Πιλητὰ κτήματα] Uno verbo dicam; istud κτήματα vitiosum arbitror, atque hinc ejiciendum. Natum est autem ex glossemate. Nam ad illam vocem πιλητὰ, adscriptum fuerat, πιλήματα, unde postea exscriptores sua κτήματα efformarunt. Docti, spero, non aliter sentient. FABER.

Ibid. Οἷον τὰ πιλητὰ] *Subcoacta* vocat Cæsar lib. III de bello Civili: *Atque omnes fere milites aut ex subcoactis, aut ex centonibus, aut ex coriis, tunicas, aut tegmenta fecerant, quibus tela vitarent*. Vocem κτήματα, quæ sequebatur, ejeci, utpote insititiam. TOLL.

42. Ἀραιοῦ ὄντος αὐλῶνος τοῦ σώματος] Corrupta hæc fuerunt: pro ἀραιοῦ, (*raro*) legendum est, ἄρδοιτο: (*irrigaretur*) quod & ex ipso Platonis contextu probaveris. Sed verba, quæ mox sequuntur, integra fere pagina distant ab his, quæ nunc examinamus. Itaque aliud e D. Longino perierit necesse est. Id ex Timæo sic suppleo: οἷον ἐκ κρήνης ἐπ' ὀχετοὺς ἐπὶ τὰς φλέβας ἀντλοῦν αὐτὰ, ῥεῖν, ὥσπερ αὐλῶνος, διὰ τοῦ σώματος, τὰ τῶν φλεβῶν ποιεῖ ῥεύματα. Ex his, vides, unde natus ille apud Longinum error; (ῥέων νάματα) qui in hac ipsa pagina occurrit. FABER.

43. Ῥέων] γρ. ῥέοι. FR. PORTUS.

Ibid. Ῥέων νάματα] rescribe ex Platone ῥεῖν, vel ῥέειν νάματα· qui modus a præcedente particula ὡς regitur. Mox, ὡς αὐλῶνος, legendum, absorpta vocula illa a præcedente syllaba. Eadem porro tralatione usus est Hippocrates περὶ καρδίας, cap. V: αὗται (sc. φλέβες) πηγαὶ φύσιος ἀνθρώπου· καὶ οἱ ποταμοὶ ἐνταῦθα ἀνὰ τὸ σῶμα, τοῖσιν ἄρδεται τὸ σκῆνος. TOLLIUS.

44. Ὥστε δεῖξαι] absunt hæ duæ voces a VV. CC. TOLLIUS.

45. Με-

vero, *intestinorum culinam, quorum purgamentis adimpletus in molem excre-* „ *scit sublimudam. Postilla*, inquit, *omnia hæc undiquaque carne vestiverunt, sepseruntque, ut & adversus omnes nimios caloris & frigoris impetus vallum quasi quoddam, ac tegmen esset, & contra quosvis ictus, casusve, instar coactilium, leniter, molliterque corporibus incidentibus cedens.* Sic & sanguinem *corporis pabulum* appellat: *alimenti vero gratia*, inquit, *venarum illud canalibus, non secus ac hortum inductis rivulis irrigarunt: sic ut tamquam ex fonte perenni per rarum, & exilibus distinctum meatibus, corpus venarum latices fluant.* Ubi vero mors appropinquaverit, *solvi rudentes animæ, non secus ac navis, illamque liberam dimitti.* His consimilia addit innumera 8
alia, quæ ibidem legere est. Nam quæ nunc inde excerpta retuli, sufficere ad probandum existimo, *Translationes omnes*, (inprimis autem eas, in quibus similitudo spectatur) *& ipsas natura grandes esse, & insignem orationi Sublimitatem suppeditare; easque cum in affectibus explicandis, tum in narrationibus, ac descriptionibus, insigniter esse opportunas.* Veruntamen, 9
uti cetera solent omnia, quæ in elocutione pulchra sunt, atque laudabilia, ita & hæc orationis ornamenta ad excessum prona esse, & proclivia, etiam me tacente res ipsa loquitur. Unde & hoc præcipue nomine idem a nonnullis exagitari, reprehendique solet Plato, quod persæpe velut instin-

45. Μεγάλαι τὴν φύσιν] Alter Vat. μεγάλαι τε φύσιν. Forte fuit: μεγάλαι γε φύσει. Tollius.

46. Ὡς ὑψηλοποιὸν] In quibus commodissime possint usurpari metaphoræ. Petra.

Ibid. Ὡς ὑψηλοποιὸν αἱ μετ.] Dionysius Halic. Πρῶτα μὲν οὖν μεταφοραῖς χρηστέον· αὗται γὰρ μάλιστα καὶ ἡδονὴν συμβάλλονται τοῖς λόγοις, καὶ μέγεθος. Verum & ille monet, μὴ πυκναῖς χρῆσθαι· ἐπείτοι διθύραμβον ἀντὶ λόγου γράφοιμεν. Fabius lib. VIII, cap. VI: *Nam translatio permovendis animis plerumque, & signandis rebus, ac sub oculos subjiciendis reperta est. Sed & copia quoque modum egressa vitiosa est, præsertim in eadem specie.* Exemplum præclarum est in hoc apud Athenæum, edit. Casaub. p. 782, Pindari fragmento, de liberaliore vini potu: Ἁνίκ' ἀνθρώπων καματώδεες οἴχονται μέριμναι στηθέων ἔξωθεν, πελάγει δ' ἐν πολυχρύσου πλούτου πάντες ἴσα νέομεν ψευδῆ πρὸς ἀκτάν. ὃς μὲν ἀχρήμων ἀφνειὸς τότε. τοὶ δ' αὖ πλουτέοντες ἀέξονται φρένας ἀμπελίνοις τόξοις δαμέντες. Tollius.

47. Ὅτι μέντοι] cavendum, ne nimis multæ metaphoræ ponantur. Robortellus.

Ibid. Ὅτι μέντοι] Cavendus illarum abusus. Petra.

48. Ἐπὶ τούτοις καὶ τὸν Πλάτωνα οὐχ ἥκιστα διασύρουσι.] Inter eos, qui *Platonem* hoc nomine reum peragunt, agmen ducit *Halicarnasseus*, qui passim eum *dithyrambici* cujusdam tumoris incusat, & cincinnos orationis sugillat: uti & *Aristides in Platonicis.* Locum, quem e legibus profert hic *Longinus*, agnoscit *Plutarchus de audiendis poëtis.* Langbænius.

Ibid. Τὸν Πλάτωνα] Cicero ad Brutum cap. XXI: *Itaque video visum esse nonnullis, Platonis & Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen quod incitatius feratur, & clarissimis verborum luminibus utatur, potius poëma putandum, quam Comicorum Poëtarum: apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis.* Ubi per viam notandus versus senarius hypermeter, *Platonis & Democriti locutionem*, sequente præsertim vocali: item alius mox dimeter brachycatalecticus, *etsi absit a versu:* & tertius senarius purus catalecticus, *tamen quod incitatius feratur:* cui si verba sequentia, *& clarissimis*, junxeris, erit tetrameter acatalecticus: nec non anapæsticus tetrameter, *nihil est aliud quotidiani. Quo quid potest esse turpius?* inquit ipse Cicero. Sed hæc, ut dixi, in transcursu. Porro idem vitium frequenter nimis, & periculose usurpatarum Metaphorarum in Platone reprehensum Dionysius quoque memorat, διὸ, inquiens, καὶ Πλάτων ἐπισφαλές τι δοκεῖ ποιεῖν, μεταφοραῖς μᾶλλον χρώμενος, ἢ εἰκασίαις. Videtur autem Cicero Aristotelem innuere,

ὥσπερ ὑπὸ βακχείας τινὸς τῶν λόγων, εἰς [49] ἀκράτους, καὶ ἀπηνεῖς μετα-
10 φορὰς, καὶ εἰς ἀλληγορικὸν στόμφον ἐκφερόμενον. [50] Οὐ γὰρ ῥᾴδιον ἐννοεῖν,
[51] φησὶν, ὅτι πόλιν εἶναι δεῖ δίκην κρατῆρος κεκραμένην, οὗ μαινόμενος
μὲν οἶνος [52] ἐγκεχυμένος ζεῖ, [53] κολαζόμενος δ' ὑπὸ νήφοντος ἑτέρου
θεοῦ, καλὴν κοινωνίαν λαβὼν, ἀγαθὸν πόμα, καὶ μέτριον ἀπεργάζεται.
11 Νήφοντα γάρ, φασι, θεὸν τὸ ὕδωρ λέγειν, κόλασιν δὲ τὴν κρᾶσιν, ποιη-
τοῦ τινὸς τῷ [54] ὄντι οὐχὶ νήφοντός ἐστι τοῖς τοιούτοις ἐλαττώμασιν ἐπιχειρεῖν.
12 [55] Ὅμως αὐτόθεν ὁ Καικίλιος ἐν τοῖς ὑπὲρ Λυσίου συγγράμμασιν,
ἀπεθάῤῥησε τῷ παντὶ Λυσίαν ἀμείνω Πλάτωνος ἀποφήνασθαι, δυσὶ πά-
θεσι χρησάμενος ἀκρίτοις. Φιλῶν γὰρ τὸν Λυσίαν, ὡς οὐδ' αὐτὸς αὑτὸν,
13 ὅμως μᾶλλον μισεῖ τῷ παντὶ Πλάτωνα, ἢ Λυσίαν φιλεῖ. Πλὴν οὗτος
μὲν ὑπὸ φιλονεικίας, οὐδὲ [56] τὰ θέματα ὁμολογούμενα, καθάπερ ᾠήθη.
Ὡς γὰρ ἀναμάρτητον, καὶ [57] καθαρὸν τὸν ῥήτορα προφέρει πολλαχῇ διημαρ-
τημένου τοῦ Πλάτωνος. τὸ δ' ἦν ἄρα οὐχὶ τοιοῦτον, οὐδὲ [58] ὀλίγου δεῖν.

nuere, quem Diogenes Laert. in Platone dixisse ait, τὴν τῶν λόγων ἰδέαν αὐτοῦ μεταξὺ ποιήματος εἶναι, καὶ πεζοῦ λόγου. Idem mox: Δικαίαρχος δὲ καὶ τὸν τρόπον τῆς γραφῆς ὅλον ἐπιπέμφεται, ὡς φορτικόν. TOLLIUS.

49. Εἰς ἀκράτους] Quales sunt tertii, & quarti generis metaphoræ apud Herm. ἐν μεθ. σεμν. PETRA.

50. Οὐ γὰρ ῥᾴδιον ἐννοεῖν] Νόμων ς'. FR. PORTUS.

Ibid. Ἐννοεῖν] duo Vatt. ἐπινοεῖν. TOLLIUS.

51. Φησὶν] Lege φασὶν, sc. obtrectatores Platonis. TOLLIUS.

52. Ἐγκεχυμένος] Lege, ἐκκεχυμένως. TOLLIUS.

53. Κολαζόμενος] Unde Διονύσου Ὀρθοῦ ἱερὸν ab Amphyctione, primo hujusce rei inventore exstructum: Τότε γὰρ ὀρθός ἐστι τῷ ὄντι, καὶ οὐ σφαλερὸς, ὅταν συμμέτρως, καὶ κεκραμένως πίνεται. Athenæus l. IV. TOLLIUS.

54. Οὐχὶ νήφοντός ἐστι] in V. C. erat post hæc verba inserta negativa οὐδὲ: sic ut plura excidisse videantur. Alias levi transpositione, & addita copula, totus hic locus commode restitui possit, hoc modo: Νήφοντα γάρ, φασι, θεὸν τὸ ὕδωρ λέγειν, κόλασιν δὲ τὴν κρᾶσιν, τοῖς τε τοιούτοις ἐλαττώμασιν ἐπιχειρεῖν, ποιητοῦ τινὸς τῷ ὄντι οὐχὶ νήφοντός ἐστι. TOLLIUS.

55. Ὅμως αὐτόθεν] Contra Cæcilium Rhetorem, qui dum nimium amaret Lysiam, Platonem reprehendere est ausus. ROBORTELLUS.

Ibid. Ὅμως αὐτόθεν] Phavorinus apud A. Gellium lib. II, cap. 5, de Lysia & Platone solitus est dicere, *Si ex Platonis oratione verbum aliquod demas, mutesve, atque id commodissima*

ΤΜΗΜΑ λγ'.

Πότερον κρεῖττον ἢ τὸ ἀδιάπτωτον ἐν κατορθώμασιν ἄνευ Ὕψους, ἢ τὸ διημαρτημένον Ὕψος;

1 ΦΕ'ρε δὴ, λάβωμεν τῷ ὄντι καθαρόν τινα συγγραφέα, καὶ ἀνέγκλη-
τον. [2] Ἆρ' οὐκ ἄξιον ἔτι διαπορῆσαι περὶ αὐτοῦ τούτου καθολικῶς,
πότε-

Φέρε δὴ] Hic erat inchoanda nova sectio: & res tam levicula neglecta interpretibus fraudi fuit, quominus auctoris mentem perspicue explicarint. TOLLIUS.

2. Ἆρ' οὐκ ἄξιον] Utrum præstet Oratio sublimis nonnunquam errans, an vero, quæ nunquam erret mediocritas. PETRA.

Ibid. Ἆρ' οὐκ ἄξιον ἔτι διαπορῆσαι περὶ αὐτοῦ τούτου

instinctu quodam, & quasi bacchatione dicendi abreptus ad immodicas,
ac nimisquam duras Translationes, & ad allegoricum tumorem auferatur.
Quis enim, inquiunt, *ulla animi comprehendere, aut probare queat ratione*, 10
urbem in modum calicis esse temperandam, in quo furens vinum, effu-
seque effervescens, ab alio Deo sobrio sit castigandum, ut ita præclara
cum eo inita societate bonum, recteque temperatum potum exhibeat?
Siquidem Aquam sobrium *vocare* Deum, *temperiem vero* castigationem, 11
*aliaque id genus dehonestamenta potius, quam ornamenta, orationis consecta-
ri, poëtæ alicujus esse, ajunt, non satis sobrii.* Et hinc puto, illa nata Cæ- 12
cilio fiducia est, ut in suis in Lysiam commentariis Platoni eum ante-
ferre ne quidem dubitarit. Sed ad eam ferendam sententiam duobus ille
mihi, iisque perpravis, ac periniquis affectibus impulsus fuisse videtur,
amore nempe, & odio. Nam, præterquam quod Lysiam tantum ama-
rit, quantum nec ipse se, majore tamen omnino odio Platonem, quam 13
amore Lysiam prosecutus est. Adde, quod præ contentionis studio ea
etiam, quæ concessa non sunt, quasi jam concessa sibi sumat. Ita enim
Lysiam Platoni anteponit, ac si ille ab omni prorsus vitio purus sit, ac
immunis: hic autem in plurimis labatur. Quod utrumque tam a vero
alienum est, quam quod maxime.

dissime facias, de elegantia tantum detraxeris: si ex Lysiæ, de sententia. PETRA.

56. Θεάματα] Nota θεάματα hoc loco positum pro θεωρήματα. Sic antea usus est Longinus verbo προσεπιθεᾶσθαι. FABER.

Ibid. Τὰ θεάματα] alter Vat. τὰ θέματα, τὰ τεθειμένα· ea, quæ ab ipso, ut vera, posita sunt; infra tamen sect. XXXVI, est σκέμματα. Paulo ante post, φιλονεικείας, deesse vox ἐσφάλη videtur, aut quid simile. TOLL.

57. Καθαρὸν ῥήτορα προφέρει πολλαχῆ διημαρτημένου Πλάτωνος] Verte, nam Petra hic erravit, *Purum rhetorem Platoni, qui in multis errat, præfert.* FABER.

58. Ὀλίγου δεῖν] Lego, δεῖ. FABER.

Ibid. ὀλίγου δεῖν] V. C. habet, uti jam Faber conjecerat, ὀλίγου δεῖ. Tamen Lucianus in somnio ita locutus est: Καίτοι καὶ ὑπέμνησεν, οἷα μικροῦ δεῖν περὶ ἐμοῦ ἐβουλεύσαντο. Et noster ipse cap. XIV: ὁ δὲ ἐφαντάσθη, μικροῦ δεῖν θεάσασθαι καὶ τοὺς ἀκούοντας ἠνάγκαζεν. Et consimiliter Philo περὶ καταστάσ. ἀρχ. ἥτις σὺ μὲν τῇ τοῦ παντὸς οὐσίᾳ, κυριώτατα φάναι, κόσμος ἐστίν. Nec non Pindarus: δίχα μοι νόος, ἀτρεκείαν εἰπεῖν· ubi particula ὡς subintelligitur. TOLLIUS.

SECTIO XXXIII.

Utrum potior sit, ac præstantior, oratio omni quidem vitio, sed & Sublimitate carens, an Sublimis aliquando peccans?

VErum, ut jam scriptor aliquis detur ab omni parte emendatus, nonne 1
& de hoc ipso in universum quærere operæ pretium est; *Utrum
sive in ligata, sive in soluta oratione Sublimitas potior sit, atque præstantior,
quæ*

τούτου καθολικῶς.] Vocis hujus, καθολικῶς, hic ab auctore positæ contemplatio facit, ut in cognatæ dictionis ætatem, *Catholicus*, inquiram. Prodiit apud nos, non ita pridem, *I. D.* auctor melioris notæ; qui, inter cætera, *de symbolo Apostolico* agens, ut ab *Apostolis* eum compositum non esse probet, (quod ego nunc non ago) hoc pugnat argumento: *Apostolicis* temporibus *Ecclesiam* non fuisse: nec dici potuisse *Catholicam*; imo

πότερόν ποτε κρεῖττον ἐν ποιήμασι, καὶ λόγοις, Μέγεθος ἐν ἐνίοις διημαρτημένον, ἢ τὸ σύμμετρον μὲν ἐν τοῖς κατορθώμασιν, [3] ὑγιὲς δὲ πάντῃ, καὶ ἀδιάπτωτον. Καὶ ἔτι νὴ Δία, πότερόν ποτε αἱ πλείους ἀρεταὶ τὸ πρωτεῖον ἐν λόγοις, ἢ αἱ μείζους δικαίως ἂν φέροιντο. Ἔστι γὰρ ταῦτ' οἰκεῖα
2 τοῖς περὶ Ὕψους σκέμματα, καὶ ἐπικρίσεως ἐξ ἅπαντος δεόμενα. [4] Ἐγὼ δ' οἶδα μὲν, ὡς αἱ ὑπερβολαὶ Μεγέθους φύσεις ἥκιστα καθαραί. [5] Τὸ γὰρ ἐν παντὶ ἀκριβὲς, κίνδυνος σμικρότητος. [6] Ἐν δὲ τοῖς Μεγέθεσιν, ὥσπερ
3 ἐν τοῖς ἄγαν πλούτοις, εἶναί τι χρὴ καὶ παρολιγωρούμενον. [7] Μή ποτε δὲ τοῦτο καὶ ἀναγκαῖον ᾖ, τὸ τὰς μὲν [8] ταπεινὰς, καὶ μέσας φύσεις, διὰ τὸ μηδαμῆ παρακινδυνεύειν, μηδὲ ἐφίεσθαι τῶν ἄκρων, [9] ἀναμαρτήτους ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ ἀσφαλεστέρας διαμένειν, [10] τὰ δὲ Μεγάλα ἐπισφαλῆ
4 δι' αὐτὸ γίνεσθαι τὸ μέγεθος. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο ἀγνοῶ τὸ δεύτερον, ὅτι φύσει πάντα τὰ ἀνθρώπεια [11] ἀπὸ τοῦ χείρονος ἀεὶ μᾶλλον ἐπιγινώσκεται,

vocem istam, (*Catholicam*) tunc temporis prorsus ignotam. Illud ego nego, & pernego; ut concedam titulos epistolis *Catholicis* [*Jacobi, Petri, Johannis, & Judæ*] ab aliis, quam auctoribus, longo post adscriptos fuisse. Certe vagiente adhuc in cunis Ecclesia, vocem hanc a scriptoribus etiam ethnicis communi usu protritam fuisse penitus negare, viri est in auctoribus istis non versatissimi. Componite togas, audietis. Habemus *Hermetis* λόγον καθολικὸν, ad *Tat*. Catholica syderum errantium, apud *Plinium lib.* 1, *in anatypos. lib.* 2: Catholica veterum grammaticorum, *Heraclid. apud Apollon.* Sed hæc, utcunque ad *Christi* tempora proxime accedant, forsan non eousque pertingunt. Quid ergo reponet *Nigidio Figulo ad finem libri* περὶ βροντοσκοπίας, qui, ante Christum natum, *Cæsaris Julii* temporibus scripsit: καὶ ταύτην τὴν ἐφήμερον βροντοσκοπίαν οὐ καθολικὴν, ἀλλὰ μόνης εἶναι τῆς ῥώμης ἔκρινεν. *Brontoscopiam suam non Catholicam, sed solius Romæ esse voluit.* Quid item *Halicarnasseo*, testi omni exceptione majori, qui *Augusteo* seculo floruit? ille quippe non solum vocem hanc ipse usurpat, *de structura nominum*, Εἰς καθολικὴν καὶ ἔντεχνόν τινα περίληψιν πεσεῖν, sed etiam communi usu apud rhetores protritam indicat, ἃ καὶ καλοῦσι καθολικὰ κεφάλαια. [*De eo, quod in exercitationibus inartificiosum est.*] Et idem plane agnoscit *Quintilianus Instit. lib.* 11, *c.* 13. *Præcepta, quæ* καθολικὰ *vocant, id est, (ut dicamus, quomodo possumus) universalia, vel perpetualia. Idem l.* VIII, *c.* 5: *Et ab iis dicuntur, qui hæc* καθολικὰ *vocant*. Sic & *Troilus* sophista, καθολικὰς ἀρχὰς, & καθολικὰ τέλη agnoscit. LANGBÆNIUS.

Ibid. Ἆρ' οὐκ ἄξιον ἔτι διαπορῆσαι] Illustrem quæstionem ponit; idque per digressionem paulo sane prolixiorem. Ad rem redibit tmemate XXXVII. FABER.

3. Ὑγιὲς] Quicquid probatur, ὑγιὲς Græci dicunt. PETRA.

4. Ἐγὼ δ' οἶδα] Grande anteponit. PETRA.

Ibid. Ἐγὼ δὲ οἶδα] Præclara in hanc sententiam Plinii junioris epistola legitur lib. IX, XXVI: cujus aliquam partem describere non pigebit. *Dixi*, inquit, *de quodam oratore seculi nostri, recto quidem & sano, sed parum grandi, & ornato, ut opinor, apte:* Nihil peccat, nisi quod nihil peccat. *Debet enim orator erigi, attolli, interdum etiam effervescere, efferri, ac sæpe accedere ad præceps. Nam, plerumque altis & excelsis adjacent abrupta: tutius per plana, sed humilius & depressius iter: frequentior currentibus, quam reptantibus lapsus. Sed his non labentibus nulla laus; illis nonnulla laus, etiam si labantur. Nam ut quasdam artes, ita eloquentiam nihil magis, quam ancipitia commendant. Vides, qui per funem in summa nituntur, quantos soleant excitare clamores, cum jam jamque casuri videntur. Sunt enim maxime mirabilia, quæ maxime insperata, maxime periculosa, utque Græci magis exprimunt,* παράβολα. *Ideo nequaquam par gubernatoris est virtus, cum placido, & cum turbato mari vehitur: tunc admirante nullo illaudatus, inglorius subit portum: at cum stridunt funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarus,*

quæ in nonnullis aliquando peccet; an vero mediocritas omnibus numeris ab-
ſoluta, & omni vitio carens? Nonne item & illud, *pluresne, an majores*
in elocutione virtutes primas jure merito ferant? Hæ namque diſquiſitio-
nes ad hanc mihi de Sublimitate diſputationem cumprimis pertinere vi-
dentur, noſtramque de iis ſententiam omnino exigere. Equidem non 2
ignoro, *Sublimia, quæ ad ſummum ſint evecta celſitatis faſtigium, mini-*
me pura eſſe, atque emendata: (nam quod uſquequaque accuratum eſt,
humilitatis effugere periculum vix poteſt) ſed in eorum exuberantia,
non ſecus ac in magnis opibus, eſſe aliquid oportere puto, quod negli-
gatur. Immo nec aliter fieri poteſt, quin *humilia, ac mediocria ingenia,* 3
quia magna non affectant, adeuntve pericula, nec ad ſumma adſpirant, &
a vitiis plerumque ſint immunia, & tutius ingrediantur: quum Sublimia
hac ipſa, quam conſcendunt, altitudine magis in præceps vergant, & peri-
culo propriora ſint. Sed nec illud alterum me fugit, *ita eſſe a natura com-* 4
paratum, ut in omnibus humanis actionibus, quod pravum eſt, recte factis
conſpe-

rus, & diis maris proximus. Nec diſſentit Quintilianus, lib. x, cap. I: *Neque id ſtatim,* inquiens, *legenti perſuaſum ſit, omnia, quæ magni auctores dixerint, utique eſſe perfecta. Nam & labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum ſuorum voluptati: nec ſemper intendunt animum, & nonnumquam fatigantur: cum Ciceroni dormitare interim Demoſthenes, Horatio vero etiam Homerus ipſe videatur.* Pompejus in epiſtola ad Dionyſium Halicarn. de Platone: Ἐν δὲ τούτῳ διϊσχυρίζομαι, ὅτι οὐκ ἔστιν μεγάλων ἐπιτυχεῖν ἐν οὐδενὶ τρόπῳ, μὴ τοιαῦτα τολμῶντα, καὶ παραβαλλόμενον, ἐν οἷς καὶ σφάλλεσθαί ἐστιν ἀναγκαῖον. Ad quæ Dionyſius reſpondet: Οὐδὲν διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους· οὔτε γὰρ ὁμολογεῖς, ἀναγκαῖον εἶναι, τὸν ἐπιβαλλόμενον μεγάλοις καὶ σφάλλεσθαί ποτε. Ἐγώ τε φημὶ τῆς ὑψηλῆς, καὶ μεγαλοπρεποῦς, καὶ παρακεκινδυνευμένης φράσεως ἐφιέμενον Πλάτωνα μὴ περὶ πάντα τὰ μέρη κατορθοῦν, πολλοστὴν μέντοι μοῖραν ἔχειν τῶν κατορθουμένων τὰ διαμαρτανόμενα ὑπ᾽ αὐτοῦ. Seneca Epiſt. CXIV: *Nullum ſine venia placuit ingenium. Da mihi quemcumque vis magni nominis virum: dicam, quid illi ætas ſua ignoverit, quid in illo ſciens diſſimulaverit. Multos dabo, quibus vitia non nocuerint: quoſdam, quibus profuerint. Dabo, inquam, maximæ famæ, & inter miranda propoſitos: quos, ſiquis corrigit, delet.* TOLLIUS.

5. Τὸ ἐν παντὶ ἀκριβὲς, κίνδυνος σμικρότητος.] *Quod omni ex parte accuratum eſt, in parvitatis diſcrimen incurrit.* Quæ in hanc ſententiam differit hic *Longinus*, (non minori facundia, quam judicio) eadem latius exſequitur *Daniel Heinſius in prolegomenis ad Heſiodum.* Et ſane plures ſunt auctores, qui (ut ait ille) *in eo peccant, quod nihil peccant.* LANGBÆNIUS.

Ibid. Τὸ γὰρ ἐν παντὶ ἀκρ.] Dionyſius: μικροπρεπὲς γὰρ ἡ ἀκρίβεια. Cicero in Partitionibus: *Minuta eſt enim omnis diligentia.* Contra, Seneca epiſt. CXIV: *Sunt, qui uſque ad vitium accedant: neceſſe eſt enim hoc facere aliquid grande tentanti.* TOLLIUS.

6. Ἐν δὲ τοῖς μεγέθεσιν] Ita pronuntiat Fabius de Cicerone l. VIII, c. III: *Hæc enim, quamquam non magnopere ſummis auctoribus vitata, interim vitium videri poteſt: in quod ſæpe incidit etiam Cicero, ſecurus tam parvæ obſervationis.* TOLLIUS.

7. Μή ποτε δὲ] Ideo dicebat Horatius: *Serpit humi tutus nimium, timiduſque procellæ.* ROBORTELLUS.

8. Ταπεινὰς, καὶ μέσας φύσεις] Lege, ταπεινὰς, ἢ μέσας. FABER.

9. Ἀναμαρτήτους] Cicero in Oratore, cap. XXVIII: *Medias autem ille non extimeſcit ancipiteis dicendi, incertoſque caſus: etiam, ſi quando minus ſuccedet, ut ſæpe fit, magnum periculum non adibit: alte enim cadere non poteſt.* Vide quæ ſupra ſect. III. TOLLIUS.

10. Τὰ δὲ μεγάλα] Sic Plato πολιτειῶν ς΄. τὰ γὰρ δὴ μεγάλα πάντα ἐπισφαλῆ, καὶ τὸ λεγόμενον, τὰ καλὰ τῷ ὄντι χαλεπά. PETRA.

11. Ἀπὸ τοῦ χείρονος] Sic Ιλ. α΄. ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ: quæ Homeri verba παραφράζων ὁ Εὐελπίδης (inquit Euſtath.) φησὶν, ἐπεὶ δὲ κρεῖσσον τὸ κακόν ἐστι τοῦ ἀγαθοῦ. PETRA.

12. Καὶ

σκει), [12] καὶ τῶν μὲν ἁμαρτημάτων ἀνεξάλειπτος ἡ μνήμη παραμένει,
5 τῶν καλῶν δὲ ταχέως ἀπορρεῖ. Παρατεθειμένος δ᾽ οὐκ ὀλίγα καὶ αὐτὸς
ἁμαρτήματα, καὶ Ὁμήρου, καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι μέγιστοι, [13] καὶ ἥκιστα τοῖς
πταίσμασιν ἀρεσκόμενος, ὅμως δὲ οὐχ᾽ ἁμαρτήματα μᾶλλον αὐτὰ ἑκού-
σια καλῶν, [14] ἢ παροράματα δι᾽ ἀμέλειαν εἰκῇ που, καὶ ὡς ἔτυχεν,
ὑπὸ μεγαλοφυΐας ἀνεπιστάτως παρενηνεγμένα, οὐδὲν ἧττον οἶμαι τὰς μεί-
ζονας [15] ἀρετὰς, εἰ καὶ μὴ ἐν πᾶσι διομαλίζοιεν, τὴν τοῦ πρωτείου ψῆφον
μᾶλλον ἀεὶ φέρεσθαι, κἂν εἰ μὴ δι᾽ ἑνὸς ἑτέρου, τῆς μεγαλοφροσύνης αὐτῆς
6 ἕνεκα. [16] Ἐπείτοι γε καὶ [17] ἄπτωτος ὁ Ἀπολλώνιος ὁ τῶν Ἀργοναυτικῶν
ποιητὴς, [18] κἀν τοῖς βουκολικοῖς, πλὴν ὀλίγων τῶν ἔξωθεν, ὁ Θεόκριτος
ἐπιτυχέστατος, ἆρ᾽ οὖν Ὅμηρος ἂν μᾶλλον, ἢ Ἀπολλώνιος ἐθέλοις [19] γενέ-
7 σθαι; τί δὲ [20] Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἠριγόνῃ ([21] διὰ πάντων γὰρ ἀμώμητον
τὸ ποιημάτιον) Ἀρχιλόχου πολλὰ, καὶ ἀνοικονόμητα παρασύροντος,
[22] κἀκεῖνα τῆς ἐκβολῆς [23] τοῦ δαιμονίου πνεύματος ὁρμῇ, [24] ἣν ὑπὸ νόμον
8 τάξαι δύσκολον, ἆρα δὴ μείζων ποιητής; Τί δ᾽ ἐν μέλεσι μᾶλλον ἂν
εἶναι Βακχυλίδης ἕλοιο, ἢ Πίνδαρος, καὶ ἐν τραγῳδίᾳ Ἴων ὁ Χῖος, ἢ νὴ
Δία

12. Καὶ τῶν μὲν ἁμαρτημάτων ἀνεξάλειπτος μνήμη] Horat. *meminitque libentius illud,*
Quod quis deridet, quam quod probat, & veneratur. FABER.

13. Καὶ ἥκιστα] Sententia Longini est, quamvis aliquis scriptor erraverit aliquando, non tamen alios illi esse præferendos, qui numquam erraverint. ROBORTELLUS.

14. Ἢ παροράματα] Horatius in Arte:
At si plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura.
Et mox de Homero:
------ *Et idem*
Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus. TOLLIUS.

15. Αἰτίας] Lego ἀρετάς. Sic enim supra præcedente p. 182, 1, in quæstione ipsa, πότερον αἱ πλείους ἀρεταὶ, &c. PETRA.

Ibid. Μείζονας αἰτίας] Vidit Interpres legendum esse ἀρετάς. Sic sect. XXXIV, 1. Καὶ πλείους ἀρετὰς ἔχων. FABER.

16. Ἐπείτοι γε] Nota, quam præclare dijudicet antiquorum scripta Longinus. ROBORTELLUS.

17. Ἄπτωτος ὁ Ἀπολλώνιος] Hic est errati immunis Apollonius Homero postpositus, quamvis interdum lapso. Sic reliqui omnes, qui sublime dicendi genus sunt sectati, quamvis errarint interdum, nunquam non lapsis mediocribus præstant. Hæc igitur omnia συγκριτικά. PETRA.

18. Κἀν τοῖς βουκολικοῖς ὁ Θεόκριτος.] Hæc antiqua inscriptio fuit: *Theocriti Bucolica. Sic Apollonii schol. lib. 1, & Hermogenes περὶ ἰδεῶν lib. II, cap. 3*; non (ut nunc habemus) *Idyllia*: & *Theocritum* ipsum βουκόλου nomine a veteribus citatum, sicut *Homerum* Poëtæ, loco e *Pindari* scholiis adducto, ostendit elegantissimus *Heinsius Lectionum Theocrit. cap. 1,* uti & (e *Servio*) Idyllia Bucolica *Theocriti* decem tantum agnovisse veteres; quæ ut plurimum versibus constant *Bucolicis*; qui scilicet *in quarta regione dactylum habent finientem partem orationis. Diomedes Gr. lib. 3, & Probus in Virgil. Buc.* Alii & primum pedem dactylum esse debere præcipiunt. *Servius, ibid. ex Donato.* LANGBÆNIUS.

19. Γενέσθαι] Deest hic, ἢ Θεόκριτος. Puto vero scriptum quondam Longino: Ἆρ᾽ οὖν Θεόκριτος ἂν μᾶλλον, ἢ Ἀπολλώνιος ἐθέλοις γενέσθαι, ἢ Ὅμηρος; TOLLIUS.

20. Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἠριγόνῃ.] *Eratosthenes Cyrenæus Callimachi* poëtæ, *teste Suida*, discipulus, cognomento βῆμα, & πένταθλος, & *Junior Plato.* Inter cætera poëtica scripsit & *Erigonem*; de qua, & patre *Icaro*, & cane *Neara*, quam *Hyginus* corrupte *Meram* vo-

cat,

conſpectius ſit, atque notabilius: utque peccatorum indelebilis in animis hominum hæreat memoria; pulchrorum contra cito excidat, atque evaneſcat. Quare licet & ipſe non pauca cum in Homero, tum in aliis Sublimitate 5
præſtantibus ſcriptoribus peccata obſervarim, hiſque eorum maculis ita offendar, ut nemo magis, tamen ea non peccata vocarim voluntaria, ſed errata potius, ſive hallucinationes, per incuriam alicubi temere ac fortuito admiſſas, dum grandioribus intentus animus minutula hæcce minus ſollicite devitat. Unde ita ſtatuo, *Majoribus virtutibus inæquali licet tenore decurrentibus, primam plane palmam ſemper deberi, vel ob hanc ipſam ſolam animi magni, erectique celſitudinem, etiamſi cetera omnia defuerint.*
An vero, quia Apollonius Argonauticorum ſcriptor nullius affinis eſt 6
peccati, vel quia Theocritus in Bucolicis (exceptis pauculis, quæ non tam Bucolici, quam alterius ſunt argumenti) feliciſſimus eſt, ideone aut Apollonius eſſe potius, Terentiane, cupias, aut Theocritus, quam Homerus? Quid? an Eratoſthenes in Erigone (quo carmine nil inculpatius 7
inveniri poteſt) Archilocho ea propter præſtantior Poëta tibi videatur, confuſa multa, nulloque diſtincta ordine, divini illius ſpiritus impetu trahente, ferenteque, qui nulla adſtringi lege poteſt, neque coërceri?
Quid? in Lyricis Bacchylidem tun' te eſſe malis, quam Pindarum aut 8
in Tra-

cat, vide, ſi lubet, auctores mythologicos. Obiit *Eratoſthenes* Olympiade CXLVI, *Ptolemaicæ* in *Alexandria* bibliothecæ curator; cui in iſto munere ſucceſſit *Apollonius Rhodius Argonauticorum* auctor; qui etiam de *Archilocho, ut Athenæus tradit*, ſcripſit: e ſeptem illis poëtis, quos *Pleiadas* [*Tzetzes in Lycophr.*] vocabant, unus; uti & *Theocritus*, *Aratus*, *Nicander*, *Homerus* tragicus *Byzantius*, & *Lycophron. Jon* autem *Chius* (ut reliqua hic ſubtexam) poëta dithyrambicus, quem ἀοῖον ἀςέρα, *ſydus Eoum* vocatum refert *Ariſtophanes in pace.* Cauſam reddit doctiſſimus *ſcholiaſtes*, quia oden fecerat, cui principium, Ἀοῖον ἀεροφοίτην ἀςέρα μείνομεν, ἀελίου λευκῇ πτέρυγι πρόδρομον, *Eoum aërivagum ſydus præſtolamur, ſolis candente ala anteambulonem.* Et ex his verſibus ſtatim fato conceſſit. Opera ejus, ætas, aliaque ibidem recenſentur. Dramata ejus alii quadraginta aſſerunt: fabulas intellige, uti & *Oedipus* hic *Sophoclis* drama; non enim magis opus fuerat [*actum*] vertere, quam ut *Victorius* apud *Phalereum* pro *Homeri* γράμμα reponeret δρᾶμα; neque enim *Homeri* ſolius ſcripta, quæ a literis nomina ſortita ſunt, γράμματα vocantur, ſed & alia quævis etiam ſoluta oratione exarata. *Ammonius de diff. vocum.* LANGBÆNIUS.

21. Διὰ πάντων γὰρ] Cicero III de Oratore cap. 25: *Omnibus in rebus voluptatibus maximis faſtidium finitimum eſt: quo hoc minus in oratione miremur: in qua vel ex poëtis, vel oratoribus poſſumus judicare, concinnam, diſtinctam, ornatam, feſtivam, ſine intermiſſione, ſine reprehenſione, ſine varietate, quamvis claris ſit coloribus picta, vel poëſis, vel oratio, non poſſe in delectatione eſſe diuturna.* TOLLIUS.

22. Κἀκεῖνα] Dictum per *reſumtionem*, ut Latini dicunt, *Ita ſe gerebat*, IDQUE *inter amicos.* FABER.

Ibid. Κἀκεῖνα] γρ. κἀκείνη. FR. PORTUS. Ita & in Vaticano tertio erat: in ſecundo vero, κἀκείνης. Sed melior vulgata. TOLLIUS.

23. Τοῦ δαιμονίου πνεύματος] Hinc, ut Plato ait apud Plutarchum, de virtute morali circa finem; ἐν ποιήμασι τὸν τεχνίτην, καὶ διηκριβωμένον, ὁ μουσόληπτος, καὶ κατάχειλος ἀποδείκνυσι γελοῖον. TOLLIUS.

24. Ἢν ὑπὸ νόμον] Plinius lib. IX, epiſt. XXVI: *Sed hoc intelligi volo, laxandos eſſe eloquentiæ frenos, nec anguſtiſſimo gyro ingeniorum impetus refringendos.* Seneca de Tranq. animi: *Rurſus ubi ſe animus cogitationis magnitudine levavit, ambitioſus in verba eſt; altiuſque ut ſpirare, ita eloqui geſtit, & ad dignitatem rerum exit oratio: oblitus tum legis, preſſioriſque judicii ſublimis feror*, ore jam non meo. TOLLIUS.

Δία Σοφοκλῆς; ἐπείτοι οἱ μὲν ἀδιάπτωτοι, καὶ ἐν τῷ γλαφυρῷ πάντη [25] κεκαλλιγραφημένοι· ὁ δὲ Πίνδαρος, καὶ ὁ Σοφοκλῆς, ὅτε μὲν οἷον πάντα ἐπιφλέγουσι τῇ φορᾷ, [26] σβέννυνται δ' ἀλόγως πολλάκις, καὶ πίπτουσιν ἀτυχέστατα. Ἢ οὐδεὶς ἂν εὖ φρονῶν ἑνὸς δράματος τοῦ Οἰδίποδος εἰς ταυτὸ συνθεὶς τὰ Ἴωνος ἀντιτιμήσαιτο [27] ἑξῆς;

25. Κεκαλλιγραφημένοι] Cicero in Oratore: *Est enim quoddam etiam insigne, & florens orationis, pictum, & expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores.* Postpaulo malim, ἀλλ' οὐδείς. Tollius.

26. Σβέννυνται δ' ἀλόγως πολλάκις] Dicendum

ΤΜΗ͂ΜΑ λδʹ.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ· ἡ τοῦ Δημοσθένους καὶ Ὑπερείδου σύγκρισις.

1 Εἰ δ' ἀριθμῷ, μὴ τῷ ἀληθεῖ, κρίνοιτο τὰ κατορθώματα, οὕτως ἂν καὶ [1] Ὑπερείδης τῷ παντὶ προέχοι Δημοσθένους. [2] Ἔστι γὰρ αὐτοῦ [3] πολυφωνότερος, καὶ πλείους ἀρετὰς ἔχων, καὶ σχεδὸν [4] ὕπακρος ἐν πᾶσιν, [5] ὡς ὁ πένταθλος, [6] ὃς γε τῶν μὲν πρωτείων ἐν ἅπασι τῶν ἄλλων

Ὑπερείδης Δημοσθένους πολυφωνότερος.] *Hyperides Demosthene multo vocalior*, vel *sonantior*. Quid de hoc oratore senserint veteres, videre est apud *Halicarnasseum*, & *Hermogenem*, qui μέγεθος ὑπέρογκον, *tumidam quandam sublimitatem*, ei tribuit, Περὶ ἰδεῶν, *lib.* II, *cap.* II. Langbænius.

Ibid. Καὶ Ὑπερείδης] Videsis de eo judicium Dionys. Halicarnassei, apud quem hiatum unius vocis vocabulo εἰρωνείας explendum censeo: item Hermogenis extremo lib. II de formis, nec non Plutarchi in ejus vita. Conjungit etiam hunc Demostheni Auctor Dial. de Causs. corr. el. c. XVI. Totam ferme hanc de Hyperide ῥῆσιν Caussinus quoque interpretatus est, lib. I cap. XXXII; eritque quinque interpretum tam illustris loci collatio juventuti non inutilis. Tollius.

2. Ἔστι γὰρ αὐτοῦ] Non temere esse præferendum Hyperidem Demostheni monet. Robortellus.

3. Πολυφωνότερος] Nec *verbosior* est, nec *loquacior*: apage; neque enim laudaret, quem laudare vult. Halicarnasseus, cum de Homero in lib. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, sect. XV ita scribit: Πολυφωνότατος ἁπάντων τῶν ποιητῶν: aut cum ait, apud eundem scriptorem esse quædam παραπληρώματα εὔφωνα, an id putes de *verbositate* & *loquacitate* intelligendum? Cave id facias. Is enim dicitur πολύφωνος, qui mirifica quadam temperatione compositionem suam ita miscet, ut eximii quidam soni audiantur, &c. Itaque πολυφωνότερος mihi est *magis sonorus*, aut *vocalis*. Ut Horat. *vocalem Orphea* dicit, in I Carm. quanquam scio, &c. Faber.

Ibid. Πολυφωνότερος] Hoc vult dicere Longinus, Hyperidem verbis magis sonoris uti, quam Demosthenem. Curius Fortunatianus lib. III: *Quæ verba magis sonantia sunt, ea potius collocemus, quæ Lucilius* εὔφωνα *appellat, id est, quasi vocalia: ut pro Cælio: aliud* fori lumen est, aliud lychnorum: *cum potuisset etiam structius dicere*, aliud lucernarum. Cicero lib. III de Oratore c. 37: *In propriis est igitur verbis illa laus oratoris, ut abjecta atque obsoleta fugiat: lectis, atque illustribus utatur, in quibus plenum quiddam, & sonans inesse videatur.* Lucretius l. I:

Et lepido quæ sunt fucata sonore.

Tollius.

4. Ὕπακρος] Istud ὕπακρος e Platonis loco est, cujus partem in nota sequenti habebis. Faber.

5. Ὡς ὁ πένταθλος,] Per πεντάθλους vulgo intelligimus eos, qui certabant, & exercebant se πέντε ἄθλοις, ἤτοι ἀγῶσιν, ἅλματι, δίσκῳ, ἀκοντίῳ, δρόμῳ, καὶ πάλῃ· κατὰ μεταφορὰν, qui in omni literarum genere versati sunt, πένταθλοι dicuntur. In Philosophia πένταθλος Democritus dictus apud Laërtium, & Suidam; sic in omnis generis virtutibus orationis quod excello-

in Tragœdia Jonem Chium, quam Sophoclem? atqui poëtæ iſti emendati ſunt, & in polito, ſcitoque ſcribendi genere ſanequam elegantiſſimi: Pindarus contra ea, & Sophocles nonnumquam, ad inſtar rapidæ flammæ, magno impetu cuncta corripiunt, & inflammant: rurſus, ubi minime exſpectes, deſubito ſæpe reſtinguuntur, & perquam infeliciter ex inopinato deficiunt. Neminem tamen, qui ſanæ mentis fuerit, inventum iri crediderim, qui non unum Sophoclis Oedipum cunctis Jonis fabulis longiſſime anteponat.

dum fuerat ὍΤΕ δὲ σβέννυνται; ſed id non potuit propter τὸ πολλάκις. FABER.

27. Ἑξῆς] Sic jungi debet, τὰ Ἴωνος ἑξῆς. De Jone poëta Dithyrambico Ariſtophanes, & qui de poëtis ſcripſerunt. Meminit quoque Plato alicubi. FABER.

SECTIO XXXIV.

De eodem argumento. Item, Demoſthenis & Hyperidis comparatio.

PORRO, ſi virtutes numero potius, quam ſua æſtimandæ ſint magnitudine, nemo non omnimodo Hyperidi poſtponendum Demoſthenem fateatur. Nam & ſonorus magis eſt Hyperides, & pluribus abundat virtutibus: eſtque in omnibus ferme ſummus, & tamquam quinquertio aliquis: qui, quamquam iis, qui in ſingulis cujuſque generis certaminibus exercitati ſunt, palmam concedere neceſſe habet, ceteros tamen 1

celleret Hyperides, πένταθλος λέγεται. PETRA.

Ibid. Ὡς ὁ πένταθλος.] *Ut quinquertio. Feſtus.* Sic enim antiqui eos vocabant, qui in quinque hiſce ſe exercebant, jactu diſci, curſu, ſaltu, jaculatione, & luctatione. Quæ omnia uno verſu concluſit *Simonides Antholog. lib.* 1, *cap.* 1:

Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

In quem ſatis multa *Brodæus*, qui contra *Vallam*, & *Volaterranum*, docet alium eſſe πένταθλον, alium παγκρατιαστὴν, adducto inter alios *Ariſtotelis Rhetor. lib.* 1, *cap.* VI, loco; ubi qui crura velociter moveret, δρομικός; qui ſtringeret, & teneret, παλαιστικός· qui ictu depelleret, πυκτικός· qui in utriſque his excelleret, παγκρατιαστικός dicitur. Ὁ δὲ πᾶσι τέτοις, πένταθλος: qui in omnibus his, quinquertio. Atqui enumerat tantum quatuor certaminum genera, quæ perfectum πένταθλον non abſolvunt. Corrige ergo, cum *Benio Eugubino in hunc locum*, ὁ δὲ πᾶσι τοιέτοις, πένταθλος. LANGBÆNIUS.

Ibid. Πένταθλος] Imitatio eſt, ut arbitor, Platonis in illo dialogo qui ἐρασταὶ, ἢ περὶ φιλοσοφίας inſcribitur. Locum ipſum haud me pigebit deſcribere: Ἐγὼ ἐννοῶ, ἔφην, οἷον λέγεις τὸν φιλόσοφον ἄνδρα. Δοκεῖς γάρ μοι λέγειν, οἷοι ἐν τῇ ἀγωνίᾳ εἰσὶν οἱ πένταθλοι πρὸς τὲς δρομέας, ἢ τὲς πελταστάς. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τέτων μὲν λείπονται κατὰ τέτων ἆθλα, καὶ δεύτεροί εἰσι πρὸς τέτες· τῶν δ᾽ ἄλλων ἀθλητῶν πρῶτοι, καὶ νικῶσιν αὐτές: *Tum ego, intelligo, inquam, qualem eſſe virum philoſophum dicas. Videris enim tales dicere, quales ſunt pentathli, qui curſoribus, vel peltaſtis, in uno quoque ipſorum certamine, inferiores ſunt, & ſecundum locum tenent; reliquorum vero athletarum primi ſunt, eoſque vincunt.* Locus etiam alius eſt ſub finem dialogi: ſed is, quem deſcripſi modo, ſuffecerit. Eſt enim illo altero plenior. De quinque autem exercitationibus, quas pentathlus, &c. res eſt tralatitia; & qui pentathlo tres tantum exercitationes tribuunt, ut Riccobonus ad Ariſtotelem, quo illos nomine vocavero? FABER.

Ibid. Ὡς ὁ πένταθλος] Quinque erant certaminum genera apud Græcos, cæſtus, lucta, curſus, jaculatio, & diſcus. Qui in his omnibus victor erat Pentathlus appellabatur. Alias is, qui in ſingulis quibuſque certaminibus ſummus erat, ἄκρος; qui ſummo proximus, ὕπακρος dicebatur. Quos autem Longinus ἰδιώτας appellat, ii ſunt οἱ τῦ ἰδίε γένες ἀθληταὶ, qui ad pentathlon adſpirabant; neque adhucdum victores palmam aliis præripuerant. Apud Suidam de Eratoſthene paucula

2 ἄλλων ἀγωνιστῶν λείπεται, πρωτεύει δὲ τῶν [7] ἰδιωτῶν. [8] Ὁ μὲν γὰρ Ὑπερείδης πρὸς τῷ πάντα, ἔξω γε τῆς συνθέσεως, μιμεῖσθαι τὰ Δημοσθένεια κατορθώματα, καὶ [9] τὰς Λυσιακὰς ἐκ περιττοῦ περιείληφεν ἀρετάς τε, καὶ χάριτας. Καὶ γὰρ [10] μαλακίζεται, ἀφελείας ἔνθα χρὴ, καὶ οὐ πάντα [11] καὶ ἑξῆς [12] μονοτόνως, ὡς ὁ Δημοσθένης, λέγει, τό τε ἠθικὸν ἔχει [13] μετὰ γλυκύτητος ἡδὺ, [14] λιτῶς ἐφηδυνόμενον· ἄφατοί τε περὶ αὐτόν εἰσιν ἀστεϊσμοὶ, [15] μυκτὴρ πολιτικώτατος, [15] εὐγένεια, τὸ κατὰ τὰς εἰρωνείας εὐπάλαιστον, σκώμματα οὐκ ἄμουσα, οὐδ' ἀνάγωγα κατὰ τοὺς Ἀττικοὺς ἐκείνους, [17] ἀλλ' ἐπικείμενα· [18] διασυρμός τε ἐπιδέξιος, καὶ πολὺ τὸ κωμικὸν, καὶ μετὰ παιδιᾶς εὐστόχου κέντρον, ἀμίμητον δὲ εἰπεῖν τὸ ἐν πᾶσι τούτοις ἐπαφρόδιτον· οἰκτίσασθαί [19] ποτε προσφυέστατος, ἔτι δὲ μυθολογῆσαι

sunt, quæ loco huic multam lucem adferunt: *διὰ δὲ τὸ δευτερεύειν ἐν παντὶ εἴδει παιδείας τοῖς ἄκροις ἐγγίσασι, τὰ βήματα ἐπεκλήθη· ἄλλοι δὲ πένταθλον ἐκάλεσαν.* Tollius.

6. *Ὅς γε*] in tertio Vaticano erat, *ὥστε*, & *λείπεσθαι*, & *πρωτεύειν*. Haud absimile est illud Euripidis in Hippolyto Coronato:

——— *Οἱ γὰρ ἐν σοφοῖς*
Φαῦλοι, παρ' ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν.

Plato in Theæteto, ubi de Philosopho agit, quem quinquertioni, seu pentathlo comparat: *Ἔστι καὶ ἀτεχνῶς τοιοῦτος, οἷος μὴ δουλεύειν μηδενὶ πράγματι, μηδὲ εἰς τὴν ἀκρίβειαν μηδὲν διαπεπονηκέναι, ὥστε διὰ τὴν τοῦ ἑνὸς τούτου ἐπιμέλειαν τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀπολελεῖφθαι, ὥσπερ οἱ δημιουργοὶ, ἀλλὰ πάντων μετρίως ἐφῆφθαι.* Tollius.

7. *Ἰδιωτῶν*] Ex illo Platonis loco, quem produxi modo, facile videas, qui sint hoc loco *ἰδιωταί*: neque id dicerem, si alii monuissent. Non enim *ἰδιωταὶ* sunt *imperiti*. Faber.

8. *Ὁ μὲν γὰρ*] Hyperidis laudes. Robortellus.

9. *Λυσιακὰς ἀρετὰς*] Omnino legendus tibi Halicarnasseus de Lysia. Faber.

10. *Μαλακίζεται*] Scripti, *λαλεύματα*. Quod quid sit, videre mihi videor: nempe interpretatio est vocis alterius. Scripserat enim auctor *μαλακίζεται*. Id interpretatus est aliquis, *λαλεῖ μετ' ἀφελείας*. Nam quid alias hæc dictio *ἀφελείας* hic loci faciat, quo irrepsit, non video. Tollius.

11 *Καὶ ἑξῆς*] Deest, & quidem recte, copula in Vat. tertio. Tollius.

12. *Μονοτόνως*] Vulgo male intelligitur, quod *μονότονον* vocant; est enim *μονότονον* cum perpetuum quemdam vigorem, aut, ut melius dicam, rigorem inflexum retinet totus orationis habitus; cui opponerem libenter *τὸ εὐάγωγον*, Longino, ni fallor, haud improbante. Faber.

Ibid. *Μονοτόνως*] Ita dicere dicuntur ii, *qui nihil tranquille, nihil leniter, nihil placide, sedateque dicere possunt, verum omnia vehementer, ac magno cum spiritu, atque impetu.* Ut ait Cicero; qui tamen hoc de Demosthene negat, aitque eum *nihil Lysiæ subtilitate cedere, nihil argutiis, & acumine Hyperidi; nihil lenitate Æschini, & splendore verborum. Multas ejus esse orationes subtiles, multas totas graves, multas varias: illud autem medium, quoties velit, arripere, & a gravissimo discedentem eo potissimum delabi:* in Oratore, cap. XXXI. Tollius.

13. *Μετὰ γλυκύτητος*] Fabius: *Dulcis inprimis, & acutus Hyperides.* Verum hic glossema est. Quippe verba illa *λιτῶς ἐφηδυνόμενον* ab interprete sunt. Quid est enim *ἡδὺ λιτῶς ἐφηδυνόμενον*? Sed *τὸ ἠθικὸν μετὰ γλυκύτητος ἡδὺ*, est oratio morata, cui suavitas cum dulcedine adest, hoc est, non ad fastidium & satietatem ingesta: verum, ut interpres recte exposuit, *λιτῶς ἐφηδυνομένη*. Etenim suavia fastidio proxima sunt. Unde Cicero lib. III de Oratore, cap. XXV: *Difficile dictu est, quænam caussa sit, cur ea, quæ maxime sensus nostros impellunt voluptate, & specie prima acerrime commovent, ab iis celerrime fastidio quodam & satietate abalienemur.* Et paulo post: *Licet hoc videre in reliquis sensibus: unguentis minus diu nos delectari summa, & acerrima suavitate conditis, quam his moderatis: & magis laudari, quod ceram, quam quod crocum olere videatur.* Item: *sic omnibus in rebus voluptatibus maximis fastidium finiti-*

mus.

ſui generis athletas ſuperat, atque antecellit. Præterquam enim, quod 2
cuncta Demoſthenis decora, una excepta compoſitione, feliciter exprimit, adſcivit etiam ſibi, quidquid præterea in Lyſia virtutum eſt, atque venuſtatum. Nam &, ubi ſimplicitate opus eſt, remittitur: nec omnia una contentione ac ſpiritu dicit, ut Demoſthenes: & in morata oratione ſuavitatem obtinet eximia quadam dulcedine, abſque ſatietatis ac faſtidii periculo, leniter imbutam. Accedit adhæc immenſa urbanitas, ac ſalium copia; naſus forenſis; feſtivitas liberalis; in dejiciendis faceta irriſione adverſariis mira facilitas: dicta nec inſulſa, nec frigida, aut arceſſita; ſed, cujuſmodi veterum illa Atticorum, ingenua, & e re nata; eludendi, naſoque ſuſpendendi dexteritas incredibilis: aceti Comici vis magna, & in altercando cum aliquo aculeo multus lepos: quæ cuncta inimitabili, ut ita dicam gratia atque venuſtate condiuntur. Præterea ad miſericordiam eliciendam a natura videtur comparatus: in fabuloſis narrationibus fuſus: digre-

mum eſt; quo hoc minus in oratione miremur: In qua vel ex poëtis, vel oratoribus poſſumus judicare, concinnam, diſtinctam, ornatam, feſtivam, ſine intermiſſione, ſine reprehenſione, ſine varietate. quamvis claris ſit coloribus picta vel poëſis, vel oratio, non poſſe in delectatione eſſe diuturna. Porro τὴν γλυκύτητα ſpeciem eſſe τῆς ἐν λόγοις ἡδονῆς ex Halicarnaſſenſi Dionyſio videre eſt pag. IX, περὶ συνθέσεως. TOLLIUS.

14. Λιτῶς ἐφηδυνόμενον·] Ο᾽ νοῦς, ἠθικὸν ἔχει μετὰ γλυκύτητος, ἤτοι, κατὰ τὸ ἡδὺ λιτῶς ἐφηδυνόμενον. Retinet moratum cum ſuavitate [conjunctum, hoc eſt] dulcedine leniter & modice conditum. *Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.* PETRA.

15. Μυκτὴρ πολιτικώτατος,] Μυκτὴρ in geſtu potius, quam in verbis conſiſtit. Perſius *naſo ſuſpendere* dixit. PETRA.

Ibid. Μυκτὴρ πολιτικώτατος, καὶ σκώμματα οὐκ ἄμουσα κατὰ τοὺς Α᾽ττικούς.] *Naſus Atticus* etiam apud *Latinos* notatus. *Senec. ſuaſ.* I. Et eleganter *Caſſius* de *Pompejo*: *nos illum deridemus: ſed timeo ne ille nos, gladio* ἀντιμυκτηρίσῃ. LANGBÆNIUS.

16. Εὐγένεια]. Cui opponitur ſcurrilitas, & improbitas, hominum ſcilicet, quibus ſuus pudor & alienus juxta vilis eſt. Quod vitium in Plauto carpſit Horatius, qui *immunda & ignominioſa dicta procul eſſe* jubet. TOLLIUS.

17. Α᾽λλ᾽ ἐπικείμενα] poſſit & verti, *quæ ante emiſſa hæreant, quam cogitari potuiſſe videantur*; ut ait Cicero lib. II de Oratore cap. LIV. Sed τὸ ἀλλὰ tranſponam lubens, legamque, ἀλλὰ κατὰ τοὺς Α᾽ττικοὺς ἐκείνους ἐπικείμενα. Non enim illius ævi Atticorum inſulſa, & inepta erant dicta, ſed aculeata, & venuſta. Interpres Gallus Boileau accepit de Atticaſtris, ut ita loquar: quod tamen vix probem. Illo enim ſeculo Attici hac virtute maxime floruere: neque quiſquam eo tempore alicujus fere nominis orator extitit, qui non in ea virtute excelluerit. Si Ciceronis, aut Fabii ævo Longinus vixiſſet, aut ſi de iis, qui ſe Atticos dici, viderique volebant, paulo ante egiſſet, facile inducerer, ut eum hic crederem de iſtiuſmodi Atticis loqui, de quibus plura Fabius lib. XII, c. X, & Cicero in Oratore, cap. VII, & inprimis cap. XXVI, ubi de ſalibus agit. Poſtquam enim nec ſcurrilibus dictis, nec ſubobſcænis, nec petulantibus, nec inhumanis, nec indecoris, nec quæſitis, nec contumelioſis, nec intempeſtivis, utendum eſſe monuit, *ſic*, inquit porro, *utetur ſale & facetiis, ut ego ex iſtis* novis Atticis *talem cognoverim neminem, cum id certe ſit vel maxime Atticum: quoniam, quidquid eſt ſalſum, aut ſalubre in oratione, id proprium Atticorum eſt: e quibus tamen non omnes faceti; Lyſias ſatis, & Hyperides. Demades præter ceteros fertur.* Demoſthenes *minus habetur: quo quidem mihi nihil videtur urbanius: ſed non tam dicax fuit, quam facetus.* Cui tamen Fabius l. VI, c. III, cum Longino noſtro *facultatem hujus rei defuiſſe dicit, eique non tam diſplicuiſſe jocos, quam non contigiſſe.* Ε᾽πικείμενα ſcommata, quæ hic τοῖς ἀναγώγοις, ſive ineptis, ac frigidis, opponuntur, ſunt ea, quæ ex ipſo quaſi argumento fluere, oririque videntur, adeoque in proximo ſita. non longe quæſita, ipſi rei inhærentia: imo & urgentia. TOLLIUS.

18. Διασυρμός τε ἐπιδέξιος,] Hac figura tanquam ludentes, quæ ab adverſariis obji-

γῆσαι κεχυμένος, καὶ ἐν ὑγρῷ πνεύματι διεξοδεῦσαι ἔπι δυσκαμπὴς ἄκρως.
Ὥσπερ ἀμέλει [20] τὰ μὲν περὶ τὴν Λητὼ ποιητικώτερα· τὸν δ' ἐπιτάφιον
3 ἐπιδεικτικῶς, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος, διέθετο. [21] Ὁ δὲ Δημοσθένης
[22] ἀνηθοποίητος, ἀδιάχυτος, ἥκιστα ὑγρὸς, ἢ ἐπιδεικτικὸς, ἁπάντων
ἑξῆς τῶν προειρημένων κατὰ τὸ πλέον ἄμοιρος. [23] Ἔνθα μέντοι γελοῖος
εἶναι βιάζεται, καὶ ἀστεῖος, οὐ γέλωτα κινεῖ μᾶλλον, ἢ καταγελᾶται·
4 ὅταν δὲ ἐγγίζειν θέλῃ τῷ ἐπιχαρὴς εἶναι, [24] τότε πλέον ἀφίσταται. Ἀλλ'
ἐπειδήπερ οἶμαι τὰ μὲν θατέρου καλὰ, καὶ εἰ πολλὰ, ὅμως ἀμεγέθη, καὶ
[25] καρδίῃ νήφοντος, ἀργὰ, καὶ τὸν ἀκροατὴν ἠρεμεῖν ἐῶντα, ([26] οὐδεὶς
5 γοῦν Ὑπερείδην ἀναγινώσκων φοβεῖται) [27] ὁ δὲ ἔνθεν [38] λαβὼν τοῦ μεγα-
λοφυεστάτου, καὶ [29] ἐπ' ἄκρον ἀρετὰς συντετελεσμένας ὑψηγορίας τόνον,
ἔμψυχα

ciuntur refutamus. Qua methodo totus ille locus de jure civili in Sulpitium tractatur pro Muræna. PETRA.

19. Ποτέ] In secundo Vat. οἰκτίσασθαί τε. TOLLIUS.

20. Τὰ περὶ τὴν Λητὼ ποιητικώτερα,] Unde isthuc? ex Deliaco Hyperidis. Hermogenes lib. 1 de Formis: ἐπεὶ τὰ ἐν Δηλιακῷ Ὑπερείδου ποιητικῶς μᾶλλον, καὶ μυθικῶς εἴρηται. FABER.

21. Ὁ δὲ Δημοσθ.] Demosthenis laudes: qui in ridiculis & tenuibus parum apte versatus: qua de re etiam Quintilianus. ROBORT.

22. Ἀνηθοποίητος,] Vide Budæi comment. PETRA.

23. Ἔνθα μέντοι γελοῖος εἶναι βιάζεται, καὶ ἀστεῖος, οὐ γέλωτα κινεῖ μᾶλλον, ἢ καταγελᾶται.] Capitale vero de Demosthene judicium! *risum movet*, inquit, *sed in se, quoties ridere incipit*. Hem! quod dedit principium adveniens? Quid igitur de Hermogene dicas, cum, in *Methodo*, Demosthenem fuisse ait Comici characteris peritum, ecque usum sæpius fuisse, &, si diis placet, in oratione pro Corona? Accipio & libens sane; sed aut nunquam risit, aut perperam risit, ubi scilicet ridendum non erat; aut male & frigide risit: verum res operosior est, & majoris chartæ, otiique uberioris. Hoc unum habeo nunc; qui dicat solem nigrum videri, eum non magis falsum prædicare, quam qui Demosthenem γελοῖον esse asserat. Si quando certe illi evenit, ut se bellum, & facetum hominem præbeat, tunc illud ego exclamo, quod Scholiastes Thucydidis ad descriptionem *sceleris* [ἄγος] *Cylonii* adscripsit; est autem, (pro ingenio Thucydidis dico) satis simplex, & facilis illa descriptio. Quid autem ibi adscripsit? Tria verbula tantum, mi Lector, sed quæ alibi locum suum melius habeant, & felicius, quam in illis quisquiliis Grammaticis: (pauxillula quædam excipio) ΤΌΤΕ ΛΈΩΝ ἘΓΈΛΑΣΕ: *Tunc Leo risit*. Respiciebat scilicet locum alicujus Apologi, qui aut hodie legitur, aut non legitur. Utut sit, res est non invenusta. Utinam vero talis ea videri tibi possit, si eloquar. Lege, ut sim sciens;

Ut saltitantem Simium vasto in specu,
Mollesque & inquietas tortiunculas,
Et blandientis signa vidit corporis;
Oblita risus ora tunc solvit Leo.

FABER.

24. Τότε πλέον ἀφίσταται] In cod. MS. Dudithii Viri Clarissimi, qui olim aut discipulus, aut amicus Angeli Caninii fuit, post hæc verba scriptum fuerat, quod jam leges: τό γέ τοι περὶ Φρυγὸς Ἀθηνογένους λογίδιον ἐπιχειρήσας γράφειν, ἔτι μᾶλλον ἂν Ὑπερίδην συνέστησεν, id est, *Si oratiunculam de Phryge Athenogene scribendam suscepisset, multo etiam impensius Hyperidem commendasset*. Ad quem locum Italico sermone Dudithii manuscriptum erat: *Tutto questo dubito che sia stato trasportato dal margine nel testo; & che sia judicio di qualchuno; che biasima Longino, perche dà tante lodi à Hyperide:* id est, *Mihi suspicio est totum id e margine in contextum ipsum auctoris traductum fuisse; idque esse illius judicium qui Longinum reprehenderit, quod tantis ipse laudibus Hyperidem evexerit.* Cæterum Græca illa legerat quoque Volfius, ut ex prolegomenis in Demosthenem patet. Ibi pro Φρυγὸς Ἀθηνογένους, scribitur *disjunctive*, Φρυγίας, ἢ Ἀθηνογένους; totum autem locum male vertit. FABER. Et eadem utriusque Vaticani scriptura est.

25. Καρ-

digrediendi quoque cum amœna quadam facilitate, reflexuque, ſummus
artifex: cujuſmodi eſt illa de Latona digreſſio omnibus poëticis floſculis,
ac pigmentis exornatiſſima. Funebrem vero orationem tanto inſtruxit
apparatu, tantaque cum oſtentatione compoſuit, ut, quos ei conferam
perpaucos, quem ei præferam, norim neminem. Contra ea Demo- 3
ſthenes in effingendis hominum moribus infelix plane eſt: minime fu-
ſus; rigidus; ad omnem oſtentationem ineptiſſimus; omnibuſque fere
iſtis, quas recenſui, virtutibus maximam partem deſtitutus. Quin, ubi
facetus eſſe ſtudet, & dicax, non tam riſum movet, quam cachinnos
irridentium: &, quo magis feſtivitatem affectat, eo longius ab ea ab-
errat. Veruntamen utut Hyperidis virtutes præclaræ ſint, & multæ, 4
quoniam tamen illæ Sublimitatis expertes ſunt, & velut ex hominis
cummaxime ſobrii pectore profectæ, ignavæ, ſine nervis, quæque au-
ditorem minime perturbent: (etenim quotuſquiſque, quum Hyperidem
legit, commovetur?) Demoſthenes autem, adjuncto hinc ſibi elatiſſimæ, 5
& ad ſummum virtutis oratoriæ culmen productæ magniloquentiæ
ſpiritu,

25. Καρδίῃ νήφοντος,] Plutarch. περὶ ἀδολεσχ. PETRA.

Ibid. Καρδίῃ νήφοντος] Ex aliquo poëta, qui Jonice ſcripſiſſet, Volfius minus bene hoc convertit in Prolegomenis ad Demoſthenem: & erratum hic eſſe puto. FABER.

Ibid. Καρδίῃ νήφοντος] Subintellige, conſcripta. Contra Demoſthenes, μέθῃ νηφαλίῳ καταχεθεὶς, ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες ἐνθουσιᾷ, ut Philonis utar verbis: ſeu potius, velut divino inſtinctu, qui & ipſe quaſi quædam mentis ebrietas eſt, concitatus fertur, non compos, ut videtur, ſæpe ſui. Nam & de oratore verum eſt, quod de Poëta Democritus & Plato pronuntiavere, *bonum neminem ſine inflammatione animorum exiſtere poſſe, & ſine quodam afflatu quaſi furoris*, uti legere eſt apud Cicer. II de Orat. cap. 46. Vide quæ ſupra ad ſect. VII. TOLLIUS.

26. Οὐδεὶς γοῦν Ὑπερίδην ἀναγινώσκων φοβεῖται.] Optime Halicarnaſſeus ſect. CLXXVII: *Ubi vel unam Demoſthenis orationem legi, extemplo inſtinctu concitatus, huc illuc agor, ferorque: metus, contemtus, odium, miſericordia, favor, ira, &c. animum miſcent, ac turbant; idemque apud me fieri videtur, quod illis evenire ſolet, qui Cybeles, & Corybantum ſacris initiantur.* Græca digna ſunt, quæ huc transferantur: ὅταν δὲ Δημοσθένους τινὰ λάβω λόγον, ἐνθουσιῶ τε, καὶ δεῦρο κἀκεῖσε ἄγομαι, πάθος ἕτερον ἐξ ἑτέρου μεταλαμβάνων, ἀπιστῶν, ἀγωνιῶν, δεδιὼς, καταφρονῶν, μισῶν, ἐλεῶν, εὐνοῶν, ὀργιζόμενος, φθονῶν, ἅπαντα τὰ πάθη μεταλαμβάνων, ὅσα κρατεῖν ἀνθρωπίνης γνώμης (lege, κρατεῖ, vel adde, φιλεῖ, id eſt *ſolent*) διαφέρειν τε οὐδὲν ἐμαυτῷ δοκῶ τῶν τὰ Μητρῷα καὶ Κορυβαντικὰ, καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσιά ἐστι, τελουμένων. Cujus rei unica cauſa eſt, quod Demoſthenes crebra ἐνθυμήματα uſurpat, &, qui ſic ſunt, rem ſplendide gerunt. Vere enim ab Ariſtotele ſcriptum eſt: καὶ πιθανοὶ μὲν οὐχ ἧττον οἱ λόγοι διὰ παραδειγμάτων, θορυβοῦνται δὲ μᾶλλον οἱ ἐνθυμηματικοί. Ubi θορυβοῦνται pro θορυβοῦσι *turbant, percellunt; aliud alio ferri videas*; ἄνω, κάτω. FABER.

27. Ὁ δὲ ἔνθεν] in magnis rebus apte verſatus Demoſthenes, quæ ſumma laus eſt. ROBORTELLUS.

28. Λαβὼν τὸν τοῦ] Duo Codices, ἑλὼν τοῦ μεγαλ. &c. Quod & in tertii Vaticani margine viſebatur. Verum poſt ἔνθεν vocula μὲν excidit, & τοῦ μεγαλοφυεστάτου mutandum in τῆς μεγαλοφυεστάτης. Alias enim vocula deeſſe videatur. TOLLIUS.

29. Ἐπ᾽ ἄκρον ἀρετᾶς] Alludit haud dubie ad alicujus, qui Dorica lingua ſcripſerit, Auctoris ſententiam, cujus hemiſtichium κατὰ κόλλησιν inſerit Auctor. PETRA.

Ibid. Ἀρετᾶς συντετελεσμένας] pro, ἀρετῆς συντετελεσμένης, ex Poëta Dorico, aut Æolico, fortaſſe Pindaro. FABER.

Ibid. Ἐπ᾽ ἄκρον ἀρετᾶς] Poëtæ Græci dictum æquipollente Senecæ noſtri verſu, *admota ætheriis culmina ſedibus*, exprimere licuerat. TOLLIUS.

30. Ἀγχίνοιαν] Verto *verſutiam*: ut Cicero lib. III de nat. Deor. *Verſutos eos appello*, inquit, *quorum celeriter mens verſatur.* Cujuſ-

modi

ἔμψυχα πάθη, περιουσίαν, [30] ἀγχίνοιαν, τάχος, ἔνθεν δ', ὃ κύριον, τὴν
ἅπασιν [31] ἀπρόσιτον δεινότητα, καὶ δύναμιν, ἐπειδὴ ταῦτα, φημὶ, ὡς θεό-
πεμπτά τινα δωρήματα, (οὐ γὰρ εἰπεῖν θεμιτὸν ἀνθρώπινα) [32] ἀθρόα ἐς
ἑαυτὸν ἔσπασε, διὰ τοῦτο οἷς ἔχει καλοῖς ἅπαντας ἀεὶ νικᾷ, καὶ ὑπὲρ ὧν
οὐκ ἔχει, [33] ὡσπερεὶ καταβροντᾷ, καὶ [34] καταφέγγει τοὺς ἀπ' αἰῶνος
6 ῥήτορας. Καὶ θᾶττον ἄν τις κεραυνοῖς φερομένοις ἀντανοῖξαι τὰ ὄμματα
δύναιτο, ἢ ἀντοφθαλμῆσαι [35] τοῖς ἐπαλλήλοις ἐκείνου πάθεσιν.

modi Severus Imperator, qui Herodiano νοῆσαι ὀξὺς fuiſſe dicitur. *Solertia*, ſive *ingenii acrimonia* nomine Latinis exponitur, quæ in arena conſilium capit. TOLLIUS.

31. Ἀπρόσιτον δεινότητα] Περὶ δεινότητος vide Her. moderatrix eſt & cuſtos omnium figurarum modus dicendi aptus, uno verbo eloquentia eſt. PETRA.

Ibid. Ἀπρόσιτον δειν.] Fabius l. VI, c. II: *Hæc eſt illa, quæ δείνωσις vocatur, rebus indignis, aſperis, invidioſis addens vim oratio: qua virtute præter alios plurimum Demoſthenes valuit.* Vid. ſupra ſect. I, 10. Deſcribit hanc egregie Dionyſius Halicarn. de Hiſt. Thucydidis: ὕψος, καὶ καλλιρρημοσύνη, καὶ σεμνολογία, καὶ μεγαλοπρέπεια, καὶ τόνος, καὶ βάρος, καὶ πάθος διεγεῖρον τὸν νοῦν, καὶ τὸ ἐρρωμένον, καὶ ἐναγώνιον πνεῦμα γεννῶσι τὴν καλουμένην δεινότητα. Servius ad Virgilium l. VIII Æn. 614: *Acer eſt, qui apud Græcos* δεινὸς *dicitur. Nam & fortem, & vehementem*, δεινὸς, *& aſperum, & amarum poteſt ſignificare.* TOLLIUS.

32. Ἀθρόα] Vid. extremam ſect. l. 12. TOLLIUS.

33 Καὶ ὡσπερεὶ] Delendum iſtud καί. FABER.

Ibid. Καὶ ὡσπερεὶ] τὸ καὶ cum Fabro delevi. TOLLIUS.

34. Καταφέγγει] Scriptus codex, καταφλέγει. Verum minus apte, illum enim *lumine ſuo nimio obſcurare*, hoc *comburere* ſignificat. Vult

ΤΜΗΜΑ λε'.

[1] Περὶ Πλάτωνος καὶ Λυσίου.

1 Ἐπὶ μέντοι τοῦ Πλάτωνος καὶ ἄλλη τίς ἐστιν, ὡς ἔφην, διαφορά. Οὐ
γὰρ μεγέθει τῶν ἀρετῶν, ἀλλὰ καὶ τῷ πλήθει πολὺ λειπόμενος ὁ Λυ-
σίας, [2] καὶ ὃ πλεῖον ἔτι, τοῖς ἁμαρτήμασι περιττεύει, ἢ ταῖς ἀρεταῖς λεί-
2 πεται. Τί ποτ' οὖν εἶδον οἱ ἰσόθεοι ἐκεῖνοι, καὶ τῶν μεγίστων ἐπορεξάμενοι τῆς
συγγραφῆς, τῆς δ' ἐν ἅπασιν ἀκριβείας ὑπερφρονήσαντες; πρὸς πολλοῖς
ἄλλοις ἐκεῖνο, ὅτι ἡ φύσις οὐ ταπεινὸν ἡμᾶς ζῶον, οὐδ' ἀγεννὲς ἔκρινε τὸν
ἄνθρωπον, ἀλλ' ὡς εἰς μεγάλην τινὰ [3] πανήγυριν, εἰς τὸν βίον, καὶ εἰς τὸν
σύμπαντα κόσμον ἐπάγουσα, θεατάς τινας τῶν ὅλων αὐτῆς ἐσομένους, καὶ
φιλοτιμοτάτους ἀγωνιστὰς, εὐθὺς ἄμαχον ἔρωτα ἐνέφυσεν ἡμῶν ταῖς ψυχαῖς
3 [4] παντὸς ἀεὶ τοῦ μεγάλου, καὶ ὡς πρὸς ἡμᾶς δαιμονιωτέρου. Διόπερ τῇ
θεωρί-

ΠΕρὶ Πλάτωνος καὶ Λυσίου] Videſis, quæ Plato ſub perſona Socratis in Phædro de ſe & Lyſia, & Phavorinus apud A. Gellium lib. II, c. V, pluſcula diſputavere. TOLLIUS.

2. Καὶ ὃ πλεῖον] Vat. ſecundus, καὶ ὃ μὲν πλεῖον. Mox lego, περιττεύει μᾶλλον. TOLLIUS.

3. Πανήγυριν] Dictum Pythagoræ. FABER.

Ibid. Πανήγυριν] Vide Diog. Laërtium in vita Pythagoræ, & Ciceronem Tuſculana quinta cap. III. Verti *Amphitheatrum*, quod & orbiculari figura terrarum orbem repræſentat, & gladiatorum pugnis, ac certaminibus olim dedicatum fuit. TOLLIUS.

4. Παντὸς ἀεὶ τοῦ μεγάλου] Legendum crediderim,

ſpiritu, tum & affectibus animatis, ubertate orationis, verſutia, celeritate; inde, quod palmarium eſt, inacceſſa omnibus dicendi vi, terroreque, obarmatus; hiſque omnibus, tamquam divinitus conceſſis copiis (neque enim humanas eas appellare fas eſt) confertim undique cinctus, & inſtructus; mea quidem ſententia, iis, quas poſſidet, dicendi virtutibus omnes ſemper omnis ævi vincit oratores: &, ne illæ aliorum, quibus ipſe caret, adverſus ſe quidquam valeant, tonantis ac fulgurantis eloquentiæ ſuæ fulgore, ac ſtrepitu, attonitos obſtupefacit, & percellit: adeo, ut facilius aliquis ad erumpentium nubibus fulminum ictus oculos attollere poſſit inconnivos, quam denſis illius, atque ſibi supervenien- 6
tibus affectibus immoto, atque imperculſo animo obſiſtere.

Vult autem virtutes Demoſthenis fulgore ſuo omnia aliorum bona obſcurare, & opprimere. Puto vero poſt hoc verbum voculam πάντας excidiſſe. Tollius.

34. Τοῖς ἐπαλλήλοις] i. ſibi ſupervenientibus, continuis, uti apud poëtam *unda ſupervenit undam.* Herodianus de Commodo: Πολλάκις γὰρ λουόμενος, καὶ πολλάκις ἐσθίων, οὐδένα καιρὸν εἶχεν εἰς ἀνάπαυσιν ὡρισμένον, ἐπαλλήλοις, καὶ διαφόροις συνεχόμενος ἡδοναῖς, αἷς δὴ καταλαβούσῃ ὥρᾳ καὶ ἄκων ἐδούλευεν. Ubi Stephanus ἀλλεπαλλήλοις malebat: quamquam nihil mutandum eſſe hæc, quæ præceſſerant, de eodem Commodo, docere potuerant: ἀλλὰ τῆς μὲν περὶ τὰ καλὰ σπουδῆς ἀπῆγεν ἑαυτόν· ἐδεδούλωντο δὲ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπάλληλοι, καὶ ἀκόλαστοι σωματικαὶ ἡδοναί. Sic & in Juliano: Διαγγελθείσης δὲ τῆς τοῦ δήμου Ῥωμαίων γνώμης, καὶ τῆς ἐπαλλήλου ἐν ταῖς συνόδοις βοῆς, εἰκότως ὁ Νίγρος, &c. i. e. ut mox ipſe interpretatur, συνεχοῦς· quæ duo noſter conjunxit ſect. xxxii: Ὡς οἱ συνεχεῖς καὶ ἐπάλληλοι τρόποι. Tollius.

Sectio XXXV.

De Platone & Lyſia.

SEd, ut ad Platonem & Lyſiam revertamur, eſt & alia quædam inter 1
eos, uti dixi, differentia. Non enim magnitudine tantum, verum etiam numero virtutum longe Platone inferior eſt Lyſias. Etiam hoc addam: pluribus eum vitiis abundare, quam virtutibus defici. Quidnam igitur ſpectaſſe divinos illos ſcriptores dicemus: aut quid ſecutos ſummum granditatis in dicendo faſtigium affectaſſe, accurata hac in omnibus ſpreta diligentia? Ut multa alia omittam, hoc eos præcipue intuitos exiſtimo: 2
Naturam non humile nos quoddam, aut contemtum animal reputaſſe; verum quum in hanc vitam, & in hunc univerſum terrarum orbem, ceu in ampliſſimum quoddam nos mitteret amphitheatrum, in quo partim eorum, quæ hic gererentur, eſſemus futuri ſpectatores, partim actores ipſi, magnoque animo de laude dimicaturi, invictum una ſimul, & inexſuperabile mentibus noſtris omnis magnæ rei, & humanam conditionem excedentis, adeoque divinioris, ingeneraſſe deſiderium. Atque hinc fieri, ut humanæ mentis contemplationi, 3
conje-

diderim, ἔρωτα παντὸς καλοῦ, καὶ μεγάλου. Nempe id, quod ait ſect. lxxix, τὸ περιττὸν ἐν πᾶσι, καὶ μέγα. Vera itaque conjectura eſt: neque alio tendunt, quæ in hoc tmemate diſputabit. Faber.

Ibid. Παντὸς ἀεὶ τοῦ μεγ.] Nihil mutandum. Τὸ καλὸν enim locum hic habere non poteſt. Similis hujus particulæ ἀεὶ uſus præcedenti capite occurrit, ubi legas: διὰ τοῦτο οἶς ἔχει καλοῖς ἅπαντας ἀεὶ νικᾷ. Tollius.

θεωρίᾳ, καὶ διανοίᾳ τῆς ἀνθρωπίνης [6] ἐπιβολῆς οὐδ' ὁ σύμπας κόσμος
ἀρκεῖ, ἀλλὰ καὶ [7] τοὺς τοῦ περιέχοντος πολλάκις ὅρους ἐκβαίνουσιν αἱ ἐπίνοιαι·
4 καὶ εἴ τις περιβλέψαιτο ἐν κύκλῳ τὸν βίον, [8] ὅσον πλέον ἔχει τὸ περιττὸν
ἐν πᾶσι, [9] καὶ τὸ μέγα τοῦ καλοῦ, ταχέως εἴσεται, πρὸς ἃ γεγόναμεν. [10] Ἔνθεν
φυσικῶς πως ἀγόμενοι μὰ Δί' οὐ τὰ μικρὰ ῥεῖθρα θαυμάζομεν, [11] εἰ καὶ
διαυγῆ, καὶ χρήσιμα, [12] ἀλλὰ τὸν Νεῖλον, καὶ Ἴστρον, ἢ Ῥῆνον, πολὺ δ'
5 ἔτι μᾶλλον τὸν Ὠκεανόν. Οὐδέ γε τὸ ὑφ' ἡμῶν τουτὶ φλογίον ἀνακαιόμενον,
ἐπεὶ καθαρὸν σώζει τὸ φέγγος, ἐκπληττόμεθα [13] τῶν οὐρανίων μᾶλλον,
[14] καίτοι πολλάκις ἐπισκοτουμένων, [15] οὐδὲ τῶν τῆς Αἴτνης [16] κρατήρων ἀξιο-
θαυμα-

5. Διόπερ τῇ θεωρίᾳ] Quanta vis humanæ mentis. Robortellus.

Ibid. Διόπερ τῇ θεωρίᾳ] Seneca de Otio Sapientis, cap. xxxii: *Cogitatio nostra cæli munimenta perrumpit, nec contenta est id, quod ostenditur, scire. Illud, inquit, scrutor, quod ultra mundum jacet.* Galenus in Protreptico: καὶ τὰ τῆς γῆς ἔνερθεν, καὶ τὰ ὕπερθε τοῦ οὐρανοῦ κατὰ Πίνδαρον, ἐπισκοπεῖ. Quem locum Pindari Jamblichus tantum non αὐτολεξεὶ ex Platonis Theæteto citavit cap. xiii Protreptici: Ἡ δὲ διάνοια, inquit de Philosophi animo loquens, ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ, καὶ οὐδὲν ἀτιμάσασα (l. οὐδενὸς τιμήσασα) πανταχῇ φέρεται, κατὰ Πίνδαρον, τάτε γῆς ὑπένερθε, καὶ τὰ ἐπίπεδα γεωμετροῦσα, οὐρανοῦ τε ὕπερ ἀστρονομοῦσα, καὶ πᾶσαν πάντῃ φύσιν ἐρευνωμένη τῶν ὄντων ἑκάστου ὅλου, εἰς τι τῶν ἐγγὺς οὐδὲν αὐτὴν συγκαθιεῖσα. Eximie Philo περὶ κοσμοποιΐας· Ὃν γὰρ ἔχει λόγον ὁ μέγας ἡγεμὼν ἐν ἅπαντι τῷ κόσμῳ, τοῦτον, ὡς ἔοικε, καὶ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς ἐν ἀνθρώπῳ· ἀόρατός τε γάρ ἐστιν, αὐτὸς πάντα ὁρῶν, καὶ ἄδηλον ἔχει τὴν οὐσίαν, τὰς τῶν ἄλλων καταλαμβάνων, καὶ τέχναις, καὶ ἐπιστήμαις πολυσχιδεῖς ἀνατέμνων ὁδοὺς λεωφόρους ἁπάσας, διὰ γῆς ἔρχεται, καὶ θαλάττης, τὰ ἐν ἑκατέρᾳ φύσει διερευνώμενος· καὶ πάλιν πτηνὸς ἀρθεὶς, καὶ τὸν ἀέρα, καὶ τὰ τούτου παθήματα κατασκεψάμενος, ἀνωτέρω φέρεται πρὸς αἰθέρα, καὶ τὰς οὐρανίους περιόδους, πλανητῶν τε καὶ ἀπλανῶν χορείας συμπεριποληθεὶς κατὰ τοὺς τῆς μουσικῆς τελείους νόμους, ἑπόμενος ἔρωτι σοφίας ποδηγοῦντι πᾶσαν τὴν αἰσθητὴν οὐσίαν ὑπερκύψας, ἐνταῦθα ἐφίεται τῆς νοητῆς· καὶ ὧν εἶδεν ἐνταῦθα αἰσθητῶν ἐν ἐκείνῃ παραδείγματα, καὶ τὰς ἰδέας θεασάμενος, ὑπερβάλλοντα κάλλει, μέθῃ νηφαλίῳ κατασχεθεὶς, ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες ἐνθουσιᾷ, ἑτέρου γεμισθεὶς ἱμέρου, καὶ πόθου βελτίονος, ὑφ' οὗ πρὸς τὴν ἄκραν ἁψίδα παραπεμφθεὶς τῶν νοητῶν, ἐπ' αὐτὸν ἰέναι δοκεῖ τὸν μέγαν βασιλέα. Tollius.

6. Ἐπιβολῆς] Vocat hanc Arnobius *jaculationem mentis*, l. ii adv. gentes. Tollius.

7. Τοὺς τοῦ περιέχοντος ὅρους] Sæpe τὸ περιέχον pro ambiente nos aëre usurpant Græci; at hoc loco latius funditur. Intelligit enim Longinus totum id mundi spatium, quod sursum deorsum expansum est, cujus fines alacer, vegetus, erectusque animus, cui rerum immensarum amor a natura insitus est, interdum pervadit. Unde enim illæ quæstiones de infinito, de æternitate, de Deo, &c. nisi ab illo principio? Tollius.

8. Ὃς πλέον ἔχει] Legendum ὡς. Faber.

Ibid. Ὃς πλέον] duo scripti melius, ὅσον πλέον. Tollius.

9. Καὶ μέγα] Tertius Vaticanus, καὶ μέγαν, καὶ καλόν. Unde feci, καὶ τὸ μέγα τοῦ καλοῦ. i.e. *Quantum id, quod excellens, & magnum est, pulchro in omni re præpolleat, seu prævaleat.* Tollius.

10. Ἔνθεν φυσικῶς] Cornificius ad Herenn. l. iii, cap. xxii: *Docet igitur nos ipsa natura, quid oporteat fieri. Nam si quas res in vita videmus parvas, usitatas, quotidianas, eas meminisse non solemus: propterea quod nulla nisi nova, aut admirabili re commovetur animus. At si quid videmus, aut audimus egregie turpe, aut honestum, inusitatum, magnum, id diu meminisse consuevimus.* Et mox: *Docet ergo se natura vulgari, & usitata re non exsuscitari: novitate vero, & insigni quodam negotio commoveri.* Recte vero noster, quod magnos oratores magnis fluminibus comparet. Sic Cicero de hoc ipso charactere sublimi: *sed hanc eloquentiam, quæ cursu magno, sonituque ferretur: quam suspicerent omnes, quam admirarentur, quam se assequi posse diffiderent,* ad Brutum c. xxviii. Tollius.

11. Ἢ καὶ διαυγῆ, καὶ χρήσιμα] Emenda necessario, Εἰ καὶ, *quamvis.* Faber.

Ibid. Ἢ καὶ διαυγῆ] V. C. uti Faber conjecerat,

conjectuique ne totus quidem orbis sufficiat: sed ipsos sæpenumero ambientis omnia cæli terminos immensa animi agitatione transcendat. Quare si quis undequaque vitam hanc omnem consideraverit, & quantum, 4 quod grande est, & excellens, in cunctis rebus pulchro nitidoque prævaleat, animum adverterit, intelliget evestigio, cui nos rei nati simus. Itaque instinctu illo ducti naturæ non exiles miramur rivulos, quamvis puro pellucidiores vitro, humanisque magis apti sint usibus: verum ad conspectum vel Danubii, vel Rheni, resistimus attoniti: sed omnium maxime ad ipsius intuitum Oceani. Ad eundem modum non igniculum, flammulamve, 5 cujusmodi nobis in focis quotidie accendi solent, quamvis puro illibatoque diu niteat splendore, ita admiramur, stupemusve, sicut illa duo fulgentia suspicere solemus cæli lumina, tametsi hæc obscurentur nonnunquam, & deficiant: immo & longe infra Ætnæ montis craterum sunt admirationem, cum

jecerat, εἰ καὶ διαυγῆ. Sic & postpaulo, καίτοι πολλάκις, in duobus legitur. Τὸ χρήσιμα potum præsertim respicit, & usus domesticos. Tollius.

12. Ἀλλὰ Νεῖλον, καὶ Ἴστρον, ἢ Ῥῆνον.] *Istrum*, seu *Danubium*, & *Rhenum Germaniæ* fluvios noster hic confundere videtur. *Nilum Ægypti Homerus Ægyptum*, *Hesiodus Nilum* vocat: quo *argumento* hunc illo juniorem fuisse contendit *Eustathius ad Odyss.* δ. *Nilum Ægyptii* pro Deo venerati sunt, & a tempore, quo fluere incipit, annum suum auspicabantur, hoc est, ab ortu canis. *Censorinus de die natali.* Νεῖλος autem juxta numerales literas annum *Ægyptiacum* designat, constantem ex diebus CCCLXV. Cui etiam ἰσόψηφα sunt Μείθρας, & Ἀβράξας. Langb.

Ibid. Ἀλλὰ Νεῖλον] Tertius Vaticanus inserit articulum τόν. Mox & pro, καὶ Ἴστρον, malim, ἢ Ἴστρον, & pro, ἐπεὶ καθαρὸν, εἴπερ καθαρόν. Sed hæc leviuscula. Tollius.

13. Τῶν οὐρανίων] Solis & Lunæ. Errant enim interpretes, qui & alia sidera, vel phænomena, hic designari putant. Tollius.

14. Καὶ τῶν πολλάκις ἐπισκοτουμένων.] Contra sensum Longini est. Legendum enim ΚΑΙ'ΤΟΙ, *etiamsi*. Faber.

15. Τῶν τῆς Αἴτνης] Ætnæ incendium quam mirandum, vide Georg. primo sub finem lib. Vide & Agellium lib. xvii, c. 10. Petra.

Ibid. Τῶν τῆς Αἴτνης κρατήρων.] Crateres & pocula significant, & has *Ætnæ* fauces; quod *Laertio* de *Empedocle lib.* 8, ludendi materiam præbuit, qui in crateras hosce se præcipitem dedit.

Πῦρ ἀπὸ κρητήρων ἔκπιες ἀθανάτων,
Ignem bibisti ex crateribus sempiternis.

Nec *Ætnæ* tantum, sed & aliorum montium *crateras* vocari docet *Rittershusius ad Oppiani* Κυνηγ.; & *Musæus* primum carmen, quod ad *Orpheum* scripsit, Cratera appellavit. In *Sicilia* etiam *crateras implacabiles*, quos *dellos* vocabant, ex *Polemone*, aliisque *Græcis*, de *Palicis* agens ostendit *Macrobius Saturn. l.* v, *c.* 19, quibus de crimine suspectos explorabant. Uti & in cratere illo, quem describit *Philostratus de vita Apoll. l.* iii, *c.* 3, quem ignem Veniæ, πῦρ συγγνώμης vocabant *Indi.* Multa id genus habuerunt veteres; πεπυρακτωμένον μύδρον, (apud *Sophoclem*) *ferrum ignitum* legimus, quo reos probare solebant. [*In Antig. ad vers.* 269, *ubi Schol. Callimachum advocat.*] Et *os veritatis Romæ* etiamnum exstare accepimus: æneum caput aperto ore, quod inserto pejerantis digito sua se sponte concludere solebat. Aquam zelotypiæ *Numer. c.* 5. *Judæos* habuisse, nemo est, qui ignoret. Et in eundem usum *Constantinopolin* olim columnam quandam, seu statuam *Veneris*, habuisse ex *Chronico* notat *Gaulminus ad Eustathium*; quam prætergressa non signati floris mulier pudendum cogebatur ostendere: quam ea de causa soror uxoris *Justini Curopalatæ* demoliendam curavit, διὰ τὸ αὐτῆς τὸ αἰδοῖον φανῆναι μοιχευθείσης. Et majores nostri *ignem* & aquam *hordealem* e *Germania* huc transvexerunt. [*V. Lambard. in archæonomia.*] Hinc *Erotici* Scriptores probas suas excogitarunt; *Chariclia* apud *Heliodorum Æthiop. l.* x, τῆς ἐσχάρας, *Leucippe* apud *Achillem Statium lib.* viii, τῆς σύριγγος, *Ismene* apud *Eustathium lib.* viii, τῆς Ἀρτέμιδος πηγῆς, & *Cratander* apud *Prodromum de Dosicle & Rhodanthe, lib.* i, τῆς ἐλεγκτηρίας φλογὸς judicium subeunt. Langbænius.

θαυμαστότερον νομίζομεν, ἧς αἱ ἀναχοαὶ πέτρους τε ἐκ βυθοῦ, καὶ ὅλους
ὄχθους ἀναφέρουσι, καὶ [17] ποταμοὺς ἐνίοτε τοῦ γένους ἐκείνου, καὶ αὐτοῦ μόνου
6 προχέουσι πυρός. Ἀλλ' ἐπὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων ἐκεῖν' ἂν εἴποιμεν, ὡς
εὐπόριστον μὲν ἀνθρώποις τὸ χρειῶδες, ἢ καὶ ἀναγκαῖον, [18] θαυμαστὸν δ'
ὅμως ἀεὶ [19] τὸ παράδοξον.

16. Κρατήρων] Κρατῆρες in monte Ætna dicuntur foramina, quibus ignis cinisque evomitur, a crateris similitudine. Petra.

Ibid. Κρατήρων] Usus & Sophocles de hiatu terræ. ubi descensus ad inferos esse credebatur, in Colono Attica. Ἔστη, inquit de Oedipo, κελεύθων ἐν πολυσχίστω μιᾷ, κοίλου πέλας κρατῆρος· οὗ τὰ Θησέως Περίθου τε κεῖται πιστ' ἀεὶ ξυνθήματα. Ῥύακα porro vocat Plato rivum istum ignis, in Phædone extremo; ὥσπερ, inquiens, ἐν Σικελίᾳ οἱ πρὸ τοῦ ῥύακος πηλοῦ ῥέοντες ποταμοὶ, καὶ αὐτὸς ὁ ῥύαξ; ubi de igne in terra ætheria loquitur, quem illic multum esse dicit, & πυρὸς μεγάλους ποταμοὺς, πολλοὺς δὲ ὑγροῦ πηλοῦ, καὶ καθαρωτέρου, καὶ βορβορωδεστέρου. Æthnæos autem ignes, & similes alios, ἀποσπάσματα Pyriphlegethontis esse dicit, ἀναφυσήματα ὑπὸ τῶν αὐτοῦ ῥυάκων. Vid. & Thucyd. extremo lib. IV. Nihil autem mutandum, ut male Faber existimavit. Nam τοῦ γένους ἐκείνου est τῶν πετρῶν, liquefactarum scilicet: ὑγροῦ πηλοῦ, ut Plato ait. Vid. Severum versu 455 & 475. Secutus tamen sum illius sententiam in versione, quod ea mihi aptior videretur ad institutum. Nam revera lapides illi sulphure intermixti sunt, Gregor. Nazianzenus cap. III ad Virgines:

Ἄλλος δ' αὖ ῥόος ἐστὶ πυρὸς φλογὸς, εἰ ἐτεόν γε
Αἰτναίων σκοπέλων ἀπερεύγεται ὁλκὸς ἄπιστος
Πῦρ ποταμός. Tollius.

17. Ποταμοὺς προχέουσι πυρός.] *Fluvios ignis effundunt.* Quod noster hic per circuitum, illud alii aperto capite dixerunt. *Plato in Phædone*, πολὺ δὲ πῦρ, καὶ πυρὸς μεγάλους ποταμούς. Et ille, ex quo hæc de *Ætna* transsumpsit *Longinus*, *Pindarus*, necnon & *Æschylus*. Hic de Oceano, [*In Prometheo*] ἔνθεν ἐκραγήσονται

ΤΜΗΜΑ λϛ'.

Περὶ τοῦ ἀπταίστου ἐν λόγοις, καὶ περὶ Μεγαλοφροσύνης.

1 Οὐκοῦν ἐπί γε τῶν ἐν λόγοις μεγαλοφυῶν, [2] ἐφ' ὧν οὐκέτ' ἔξω τῆς
χρείας καὶ ὠφελείας πίπτει τὸ μέγεθος, προσήκει συνθεωρεῖν αὐτόθεν,
ὅτι τοῦ ἀναμαρτήτου πολὺ ἀφεστῶτες οἱ τηλικοῦτοι, [3] ὅμως πάντως
2 εἰσὶν ἐπάνω τοῦ θνητοῦ. Καὶ, τὰ μὲν ἄλλα τοὺς χρωμένους ἀνθρώπους ἐλέγχει,
[4] τὸ δ' ὕψος [5] ἐγγὺς αἴρει μεγαλοφροσύνης θεοῦ. Καὶ, τὸ μὲν [6] ἄπταιστον
οὐ ψέ-

Οὐκοῦν ἐπίγε] Tenuia scribens, quamvis numquam labatur, non tantumdem consequitur laudis, quantum res magnas scribens, etsi aliquando peccet. Robortellus.

2. Ἐφ' ὧν οὐκέτ' ἔξω τῆς χρείας, καὶ ὠφελείας πίπτει τὸ μέγεθος] Fateor, (neque me pudet,) non intelligere me isthæc verba. Quæ enim loci sententia est? *Quamobrem in iis scriptoribus, qui egregiam quandam naturam in oratione ostenderunt, in quos nondum extra necessitatem & utilitatem cadat magnitudo,* &c. Felices, qui hæc intelligunt! Sed me felicem esse nolo: Ad illud exemplum, inquam, ne cerebri damnum faciam scilicet. Utinam MS. Codicem nancisci aliquando liceat! Faber.

Ibid. Ἐφ' ὧν οὐκέτ'] Quidquid Faber dicat, puto me tamen hæc intelligere, neque vero ideo desipere. Dixerat Longinus extrema præced. sectione, ex iis, quæ demonstraverat, esse statuendum, judicare homines ea esse parabilia, neque animo commoveri ad eorum conspectum, quæ utilia & necessaria quidem

cum ejus montis fauces ingentia ex imo fundo ſaxa, totoſque adeo ſcopulos, & ardentia nonnumquam ſulphuris, ac liquidi ignis flumina eructant. 6
Quapropter de his omnibus illud mihi ſtatuendum videtur, *Parabile & obvium cenſeri, quidquid homini utile eſt, atque etiam neceſſarium: contra ea illud admirabile videri, quod præ ceteris inſigne, & præter exſpectatum grande eſt, atque magnificum.*

γήσονταί ποτε πόταμοὶ πυρὸς δάπτοντες ἀγρίαις γνάθοις. Ille de *Ætna*, [*Pythionic.* I.] Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλάτε πυρὸς ἁγνόταται ἐκ μυχῶν παγαί, ποταμοὶ δ' ἁμέραισι μὲν προχέοντι. LANGBÆNIUS.

Ibid. Καὶ ποταμὲς ἐνίοτε τῦ γῆς ἐκείνε, καὶ αὐτῦ μόνε προχέεσι πυρός.] *Et fluvios interdum illius generis & ipſius ſolius ignis profundunt.* Iſta verba [τῦ γῆς ἐκείνε καὶ αὐτῦ] aut delenda, (*ſic puto, nam notula eſt marginalis hominis non indocti, qui notatum volebat, flumina nulla alia, niſi iſtius ignis fluidi ex Ætna ſcaturire*) aut iis emendatione opus eſſe arbitror. Si cui aliter videbitur, id ei per me liberum eſt. Ipſe quidem ſuſpicor totum D. Longino locum ſic conceptum fuiſſe: καὶ ποταμὲς ΘΕΙ'ΟΥ, [*ſulfur* eſt] ἐνίοτε καὶ αὐτῦ μόνε προχέεσι πυρὸς, *Et interdum SULFURIS, interdum etiam meri ignis fluvios profundunt.* Viri χαρίεντες judicabunt: nam de *ſulfure & bitumine*, queis loca illa ſubſtrata ſunt, nil quidquam dicam. Res nota eſt, & qui probari voluerit, παιδαριῶδες fecerit. FABER.

18. Θαυμαςὸν δ' ὅμως ἀεὶ τὸ παράδοξον.] Legendum puto, θαυμαςὸν δ' Ο'ΛΩΣ Ε'ΣΤΙ' τὸ παράδοξον. Locum integrum ita converterem: *Sed in his aliiſque ejus generis rebus dixerim; Quod utile, quod neceſſarium ſit, id parabile eſſe; quod autem præter opinionem exſpectationemque videatur, id prorſus admirabile judicari.* FABER.

Ibid. Θαυμαςὸν δὲ] Minime admittenda Fabri emendatio: nam τὸ ὅμως præcedenti ὡς μὲν reſpondet. Paulo ante malum, εἰ καὶ ἀναγκαῖον; De re ipſa Plutarchus in Quæſt. Natural. Α'λλὰ ἔοικε τῷ σπανίῳ τὸ θαυμάσιον ἡ φύσις νέμεσα. TOLLIUS.

19. Τὸ παράδοξον] Vide ſupra ſect. XXIV, & quæ paulo ante e Cornificio adduximus. TOLLIUS.

SECTIO XXXVI.

De carente vitio oratione, & Sublimitate aliquando deficiente.

ERgo igitur de hujuſcemodi viris, quorum tam excellens in ſcribendo 1
eſt Sublimitas, (quamquam neque hujus quidem ratio ab utilitate, atque commodo ſeparata eſt) ita colligendum, pronuntiandumque eſt; *Licet ab inculpata, exactaque perfectione longe abſint, mortale nihilominus illos faſtigium omnino excedere.* Et, *Ceteras quidem virtutes hominem reſipere: Sublimitatem vero hos, qui illa utantur, ad Divinæ mentis altitudinem quamproxime attollere.* Ac tandem: *Quidquid delicti expers fuerit,* 2
culpam quidem vitare; verum illud, quod grande eſt, atque amplum, conci-

quidem ſint, (ut ſunt v. g. limpidi rivuli, & quotidiani ignes,) neque tamen magna: verum ad ingentium, & exſpectationem noſtram ſuperantium, adeoque eximiarum rerum conſpectum maxima admiratione percelli, & ad eas ſtupere. Ex hujus igitur concluſionis conſequentia judicandum, ac pronuntiandum cenſet de ſcriptoribus magnificentia & ſublimitate ingenii ſupra ceteros longe eminentibus; eſſe ſcilicet illos, licet ab erroribus non ſint immunes, nihilominus ultra faſtigium humanum evectos: neque tamen eos utilitate & commodis, quæ minoribus illis addita ſunt, & adjuncta, carere. TOLLIUS.

3. Ο'μως πάντες]. Lego, ὅμως πάντως. TOLLIUS.

4. Τὸ δ' ὕψος] τὸ ὕψος obſcurat, ſi quæ paucula ſunt in magnorum virorum ſcriptis errata. ROBORTELLUS.

5. Ε'γγὺς αἴρει] Dionyſius Halic. de Platone ad Pompejum p. 128: Ε'πιτιμῶ τε ὐχ ὡς τῶν τυχόντων τῷ, ἀλλ' ὡς ἀνδρὶ μεγάλῳ, καὶ

3 οὐ ψέγεται, τὸ μέγα δὲ [7] καὶ θαυμάζεται. Τί χρὴ πρὸς τούτοις ἔτι λέγειν; ὡς ἐκείνων [8] τῶν ἀνδρῶν ἕκαστος ἅπαντα τὰ [9] σφάλματα ἑνὶ [10] ἐξωνεῖται πολλάκις ὕψει, καὶ κατορθώματι· καὶ, τὸ κυριώτατον, ὡς εἴ τις ἐκλέξας τὰ Ὁμήρου, τὰ Δημοσθένους, τὰ Πλάτωνος, τὰ τῶν ἄλλων, ὅσοι δὴ μέγιστοι, παραπτώματα πάντα, ὁμόσε [11] συναθροίσειεν, [12] ἐλάχιστον ἄν τι, μᾶλλον δ' οὐδὲ πολλοστημόριον ἂν εὑρεθείη τῶν ἐκείνοις τοῖς ἥρωσι πάντῃ κατορθουμένων.
4 Διὰ ταῦθ' [13] ὁ πᾶς αὐτοῖς αἰὼν, καὶ βίος, [14] οὐ δυνάμενος ὑπὸ τοῦ φθόνου παρανοίας ἁλῶναι, φέρων ἀπέδωκε τὰ νικητήρια, καὶ ἄχρι νῦν [15] ἀναφαίρετα φυλάττει, καὶ ἔοικε τηρήσειν,

[16] Ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ.

5 [17] Πρὸς μέντοι γε τὸ γράφοντα, ὡς ὁ κολοσσὸς ὁ ἡμαρτημένος οὐ κρείττων [18] ἢ ὁ Πολυκλείτου [19] δορυφόρος, παράκειται πρὸς πολλοῖς εἰπεῖν, ὅτι ἐπὶ μὲν τέχνης θαυμάζεται τὸ ἀκριβέστατον, ἐπὶ δὲ τῶν φυσικῶν ἔργων τὸ μέγεθος. Φύσει δὲ λογικὸν ὁ ἄνθρωπος· κἀπὶ μὲν ἀνδριάντων ζητεῖται τὸ ὅμοιον ἀνθρώπῳ, [20] ἐπὶ δὲ λόγου τὸ ὑπεραῖρον (ὡς ἔφην) τὰ ἀνθρώπινα.
6 Προσήκει δ' ὅμως (ἀνακάμπτει γὰρ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἡμῖν τοῦ ὑπομνήματος ἡ [21] παραίνεσις) ἐπειδὴ τὸ μὲν ἀδιάπτωτον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τέχνης

ἐγγὺς τῆς θείας ἐληλυθότι φύσεως, ὅτι τὸν ὄγκον τῆς ποιητικῆς κατασκευῆς ἐπὶ λόγους ἤγαγε φιλοσόφους. Tollius.

6. Τὸ μὲν ἄπταιστον] ἀδιάπτωτον, ἀναμάρτητον, quod non est erratis obnoxium, ab erratis immunitas. Petra.

Ibid. Τὸ ἄπταιστον οὐ ψέγεται] Horatius, *Vitavi denique culpam, non laudem merui.* Faber.

7. Καὶ θαυμάζεται] Videtur hic τὸ καὶ abundare, adeoque ejiciendum esse. Alias enim τὸ οὐ ψέγεται quoque τῷ μεγάλῳ adscribendum, contra quam de *labente interdum magnitudine* noster in præcedentibus affirmavit. Sic ut vertendum fuerit, *illud vero, quod grande sit & magnificum, insuper etiam concitare admirationem.* Tollius.

8. Τῶν ἀνδρῶν ἕκαστον ἐξωνεῖται τὰ σφάλματα] Planissime σολοικίζει oratio. Dicendum enim est non ἕκαστον, sed ἕκαστος. Faber..

Ibid. Ἕκαστον] V. C. ἕκαστος, sicut & Faber legendum vidit. Tollius.

9. Σφάλματα,] Errores, lapsus. Petra.

10. Σφάλματα ἐξωνεῖται] Ita utuntur & Latini τῷ *redimere.* Ut Juvenalis, *monstrum nulla virtute redemtum a vitiis.* Faber.

11. Συναθροίσειεν] Uti Dionysius Halic. fecit, in Epist. ad Pompejum pag. 127 & seqq. Tollius.

12. Ἐλάχιστον] Mox iterum sequitur τὸ ἄν. Estque Atticismus Platoni frequens, ut & Aristophani. Ille in Menexeno: ὥστε κἂν ὀλίγου, εἴ με κελεύοις ἀποδύντα ὀρχήσασθαι, χαρισαίμην ἄν· hic in Avibus: ἡ δὲ Ἑλλὰς ἂν ἐξερημωθεῖσ' ἂν ἡμᾶς ἔλαθε. Vid. & Priscianum p. 1148. Gramm. Vet. Tollius.

13. Διὰ ταῦθ' ὁ πᾶς αὐτοῖς αἰὼν καὶ βίος, &c.] Et primus interpres, & Langbænius, qui ipsum reprehendit, hunc locum minus commode verterunt: nam duo alii Interpretes nequissime accepere. Ego sic explicem more majorum, & ut opinor, haud melius paulo: *Quamobrem ipsamet invidia, qua plerumque animos dementia sua implet, efficere haud potuit, quo ne omnes, qui unquam vixere, tam egregiis scriptoribus palmam deferrent, quam hodieque retinent, &, quoad homines erunt, incorruptam, ni me fallit opinio, retinebunt.* Poteram & aliter, sed non ita splendide & numerose. Faber.

14. Οὐ δυνάμενος ὑπὸ τοῦ φθόνου παρανοίας ἁλῶναι.] Non assequitur interpres; redde ad sensum: *invidi licet, non usque adeo tamen in dementiam incurrere potuerunt, quin, &c.* Langbænius.

15. Ἀναφαίρετα φυλάττει] Horat.

----- Haud illis detraxerit unquam
Hærentem capiti multa cum laude coronam.

concitare admirationem. Eſtne, mi Terentiane, quod ad hæc addi poſſit 3
amplius? eſt ſane: videlicet, *Unumquemque horum ſcriptorum cuncta peccata ſua una ſæpe Sublimitate, uniuſque ſententiæ magnificentia redimere:* Etiam illud, quod præcipuum maxime, adjungo: *Etiamſi quis univerſa Homeri, vel Demoſthenis, vel Platonis, ſeu cujuſvis alterius ejuſdem granditatis ſcriptoris, delicta in unum contulerit, minimam ea, immo ne milleſimam quidem horum adæquatura partem, quæ ab divinis illis hominibus præclare, magnificeque cogitata, dictaque reperiuntur.* Qua de cauſſa 4
omnis quoque ætas, omneſque omnis memoriæ mortales, quos livor faſcinare numquam potuit, victricis illis palmæ honorem, ac præmium lubentes meritoque conceſſere: quæ ipſis etiamnunc illibata manet, manebitque, ni vanus vates ſum,

Flumina dum terris ſurgent, arborque vireſcet.

Ceterum ſcriptori noſtro, qui Coloſſum, ſi quod in eo vitium inſit, 5
Polycleti Doryphoro præſtare negat, præter alia multa & hoc reſpondere in promtu eſt, *In arte perfectionem ſuſpici, laudarique: at in operibus naturæ Magnitudinem.* Hominem namque natura oratione, non ſecus ac ratione, inſtruxit. Unde in ſtatuis quidem humani corporis ſimilitudo exigitur: at in oratione, quod humanum, uti dixi, faſtigium excedit. Præſtiterit tamen; (ut hæc noſtra diſputatio, eo, unde profecta fuit, 6
revertatur) quoniam omni omnino vitio carere artis cummaxime fructus eſt,

nam. FABER.

16. Ἐς᾽ ἂν ὕδωρ] Πλάτ. ἐν φαίδρ. FR. PORTUS.

Ibid. Ἐς᾽ ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ καὶ δένδρεα, &c.] Unde? ex Homero; non ex Iliade tamen, aut Odyſſea; ſed ex epitaphio Midæ. Locus integer eſt apud Herodotum in libello de vita Homeri. Sed ille, quem dico, libellus, non magis Herodoti eſt, quam Ciceronis, aut T. Livii. FABER.

Ibid. Ἐς᾽ ἂν] Petra feliciter vertit, *donec erunt fontes, dumque arbor celſa vireſcet.* Diogenes Laertius Cleobulo verſum hunc tribuit, in ipſius vita. Utitur & Sextus Empiricus velut adagiali lib. II Pyrrhon. Hypoth. c. V, & adv. Mathematicos l. I, cap. III, ubi interpres ita illum reddidit, *Donec lympha fluet, procera arborque vireſcet.* Interpres autem Diogenis Laertii: *Dum fluit unda levis, ſublimis naſcitur arbor.* Sequitur autem in Diogene Laertio:

Ἠέλιός τ᾽ ἀνιὼν λάμπῃ, λαμπρά τε σελήνη,
Καὶ ποταμοὶ ῥέωσιν, ἀνακλύζῃ δὲ θάλασσα. TOLLIUS.

17. Πρὸς μέντοι γε] Similitudo a coloſſo, & Doryphoro Polycleti. ROBORTELLUS.

Ibid. Πρὸς μέντοί γε] adverſus Cæcilium ſcilicet. TOLLIUS.

18. Ὁ Πολυκλείτου δορυφόρος.] *Polycletus Sicyonius Statuarius Doryphorum* fecit, quem *Plinius Hiſt. l.* XXXIV, *c.* 8; *viriliter puerum* vocat; juvenem ſcilicet bellicoſum, *aptum vel militiæ, vel palæſtræ*; ſic *Fabius lib.* V, *cap.* 12. LANGBÆNIUS.

Ibid. Ὁ Πολυκλείτου] Quo nemo exactior, nemo in arte ſua celebrior fuit. Hunc Polycletum ſibi Lyſippus magiſtrum fuiſſe dicebat, apud Ciceronem in Bruto, c. LXXXVI. De Doryphoro vero, & Canone Polycleti, nota omnia ex eodem Cicorone in Oratore, in initio; itemque e Plinio, & aliis. TOLLIUS.

19. Δορυφόρος] Vides Doryphorum Polycleti opponi Rhodiorum Coloſſo. Nempe Doryphorus puer fuit. V. Plinium. Erat autem exactiſſimum & elaboratiſſimum opus, de quo erit aliquando ut dicam. FABER.

20. Ἐπὶ δὲ λόγου] Alter Vat. ἐπὶ δὲ τοῦ λόγου. Malim, ἐπὶ δὲ λόγων. Eo enim numero noſter hac in voce plerumque utitur. TOLLIUS.

21. Παραίνεσις] Cave *adhortationem* eſſe putes: *præceptio eſt.* FABER.

Ibid.

χνης ἐστὶ κατόρθωμα, τὸ δ' ἐν ὑπεροχῇ [22] πολλῇ οὐχ ὁμότονον μεγα-
7 λοφυΐας, βοήθημα τῇ φύσει [23] πάντη πορίζεσθαι [24] τὴν τέχνην. [25] Τῇ γὰρ ἀλληλουχίᾳ τούτων ἴσως γένοιτ' ἂν τὸ τέλειον. Τοσαῦτο ἦν ἀναγκαῖον ὑπὲρ τῶν προτεθέντων ἐπικρῖναι σκεμμάτων· χαιρέτω δ' ἕκαστος οἷς ἥδεται.

Ibid. Παραίνεσις] Aut fallor, aut legendum, *παρέκβασις, digressio ab instituto sermone.* Tollius.

22. Οὐχ ὁμότονον] Monui supra, & quidem paucis, sed dictum sapienti sat est, quid sit *μονότονον*. At *ὁμότονον* pænissime idem est. Cave modo ad vocem referas; immo ne ad dictionem quidem referri debet, sed ad *νοήσεις*. Faber.

Ibid. Πολλῇ οὐχ ὁμότονον] Libri MSS. *πλὴν οὐχ ὁμότονον*. Sed minus bene. Verum distinctio post vocem *μεγαλοφυΐας* est ponenda, subintelligendo *ἐστὶ κατόρθωμα*. Tollius.

23. Παντὶ] *τῷ παντί*. Petra. L. *πάντῃ*.

24. Τὴν τέχνην] Solon apud Lucianum de Gymnas. *Οὐ γὰρ ἱκανὸν ἡμῖν ἔδοξε τὸ μόνον φῦναι, ὡς ἕκαστος, ἤτοι κατὰ τὸ σῶμα, ἢ κατὰ τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ καὶ παιδεύσεως, καὶ μαθημάτων, ἐπ' αὐτοὺς δεόμεθα, ἀφ' ὧν τε τὰ εὐφυῶς διακείμενα βελτίω παρὰ πολὺ γίγνοιντ' ἂν, καὶ τὰ φαύλως ἔχοντα μεθαρμόζοιτο πρὸς τὸ βέλτιον.* Seneca l. II de Ira cap. XV: *Sed imperfectus ille vigor est, ut omnibus, quæ sine arte ipsius tantum naturæ bono exsurgunt.* Rationem

Τ Μ Η Μ Α λζ'.

Περὶ Παραβολῶν, καὶ Εἰκόνων.

Ταῖς δὲ Μεταφοραῖς γειτνιῶσιν ([2] ἐπανιτέον γὰρ) [3] αἱ Παραβολαὶ, καὶ Εἰκόνες, [4] ἐκείνῳ μόνον παραλλάττουσαι, * * * *

Ταῖς δὲ μεταφοραῖς] De quibus supra sectione XXXII. Petra.

Ibid. *Ταῖς δὲ μεταφοραῖς γειτνιῶσιν αἱ παραβολαὶ, καὶ εἰκόνες*, &c.] Inter metaphoram, parabolam, & iconem quid intersit (utcunque *Longinus* interciderit) aliunde scire non est difficile. Sunt quidem inter se cognata, ita ut similitudinem rei cum re latius exsequatur parabola, seu collatio, strictius insinuet icon & metaphora: atque illa (ut plurimum) in sententia posita est; hæ sæpe in dictione consistunt. Parabolæ characteristicum hoc, *ὅμοιον ὥσπερ εἰ*. *Simile est* ac si. Iconis signum *ὡς*. Metaphora nudam vocem pro voce ponit. Ut, *Non oportet Magistratus per sortes eligere; simile est enim, ac si quis athletas sortiatur non certandi peritos, sed qui sortito obtigerint*; Parabola est. Et qui de *Achille* dixit, *ὡς δὲ λέων ἐπόρουσε*, *tanquam leo irruebat*, iconem fecit, si (dempto *ὡς*) dixisset tantum, *λέων ἐπόρουσε*, metaphoram fecisset. *Aristot. Rhet. lib.* III, c. 4. Langbænius.

Ibid.

Τ Μ Η Μ Α λή.

Περὶ Ὑπερβολῶν.

* * * * *

1 * [1] Στοι καὶ αἱ τοιαῦται, [2] Εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτά-
2 φοις, καὶ μὴ [3] ἐν ταῖς πτέρναις [4] καταπεπατημένον φορεῖτε. Διόπερ εἰδέναι

* 1. Στοι καὶ αἱ τοιαῦται] In Hyperbole facienda quid vitandum. Robortellus.

Ibid. Στοι καὶ αἱ τοιαῦται] Alterius hoc sectionis fragmentum est, quo figuræ tractatæ sunt

eſt, decuſque, Sublimitas autem eximia plerumque exiſtit inæqualis, nec eadem ſemper intenſione elevatur, præſtiterit, inquam, *artem naturæ auxiliatricem adjungere.* Ubi namque hæ duæ amice conſpiraverint, 7
fieri nequit, quin id ipſum, quod communi opera effecerint, omnibus ſuis numeris ſit abſolutiſſimum. Atque hæc ſunt, Terentiane chariſſime, quæ mihi de poſitis in medio quæſtionibus dicenda, ſtatuendaque viſa ſunt neceſſario: ſed ita tamen, uti ſuo cuique judicio libere frui liceat.

nem reddit Cornificius ad Herenn. lib. III, c. XXII: *Nihil eſt enim, quod aut natura extremum invenerit, aut doctrina primum: ſed rerum principia ab ingenio profecta ſunt; at exitus diſciplina comparantur.* Videſis & Hermogenem in initio l. I de Ideis. TOLLIUS.

25. Τῇ γὰρ ἀπηλεχίᾳ] *Natura fieret carmen laudabile an arte, Quæſitum eſt,* &c. Horat. in arte. PETRA.

Ibid. Τῇ γὰρ ἀπηλεχίᾳ] Ita repoſui, pro, ἡ ἀπ. Horatius in Arte de natura & arte:

------ *Alterius ſic*
Altera poſcit opem res, & conjurat amice.

Cornificius ad Herenn. lib. III, cap. XVI: *Nec hoc magis aut minus in hac re, quam in ceteris artibus fit, ut ingenio doctrina, præceptione natura niteſcat.* TOLLIUS.

SECTIO XXXVII.

De Comparationibus & Imaginibus.

TRansſlationibus (revertendum enim in viam) vicinæ ſunt Comparationes & Imagines; hoc uno diverſæ, * * * *

Ibid. Ταῖς δὲ μεταφ.] Quidquid hic nobis injuria temporis invidit, e Pſeudo-Demetrio Phalereo ſuppleri poterit, ubi περὶ εἰκασίας καὶ παραβολῆς agit: ut & e Quintiliano l. v, c. XI. Suppleo vero ſenſum; addendo: ὅτι μεταφοραὶ μὲν ἀφελῶς, αἱ δὲ μετ' εἰκασίας ἐκφέρονται. TOLLIUS.

2. Ἐπανιτέον γὰρ] Quod dixeram ad ſect. XXXII: nunc enim explicata quæſtione ad propoſitum redit. FABER.

3. Παραβολαὶ καὶ εἰκόνες] Quid parabolæ, quid εἰκόνες, dixit Ariſtoteles l. III Rhet. c. IV. Sed, ut ego arbitror, interſtitium pæne nullum eſt; itaque ibi ſummus magiſter dixit, διαφέρει δὲ μικρόν. Latini *imaginem* vocant. Horat. alicubi ad Mæcenatem, *hac ego ſi compellar* IMAGINE, *cuncta reſigno.* FABER.

Ibid. Εἰκόνες] Ariſtoteles lib. III Rhet. c. II: Χρήσιμον δὲ ἡ εἰκὼν καὶ ἐν λόγῳ, ὀλιγάκις δέ. TOLLIUS.

4. Ἐκείνῳ] Libri fere omnes, ἐκείνῃ. Minus bene. TOLLIUS.

SECTIO XXXVIII.

De Superjectionibus.

* * * * *

* Sed & illæ ſæpe periculo proximæ ſunt: ut, *Siquidem vos cere-* 1
brum in capite, non autem ſubſtratum plantis pedum geritis. Quamobrem 2
diligen-

ſunt ad alicujus rei exaggerationem pertinentes, quarum præcipua Hyperbole, figura φύσει κινδυνώδης, καὶ δυσκατόρθωτος, καὶ πάντων ψυχροτάτη, niſi caute uſurpetur.

Quamvis & ipſa de genere eſt tranſlationum per ſimilitudinem. Ariſtoteles lib. III Rhetor. cap. XVIII: Εἰσὶ δὲ καὶ εὐδοκιμοῦσαι ὑπερβολαὶ, μεταφοραί. In MS. Veneto duarum hic

δέναι χρὴ τό, μέχρι τοῦ παροιστέον ἕκαστον. [5] Τὸ γὰρ ἐνίοτε περαιτέρω προεκπίπτειν ἀναιρεῖ τὴν Ὑπερβολήν, καὶ τὰ τοιαῦτα ὑπερτεινόμενα
3 χαλᾶται· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ εἰς ὑπεναντιώσεις ἀντιπεριΐσταται. [6] Ὁ γοῦν Ἰσοκράτης, οὐκ οἶδ' ὅπως, παιδὸς πρᾶγμα ἔπαθεν, διὰ τὴν τοῦ πάντα αὐξητικῶς ἐθέλειν λέγειν φιλοτιμίαν. Ἔστι μὲν γὰρ ὑπόθεσις αὐτῷ τοῦ [7] Πανηγυρικοῦ λόγου, ὡς ἡ Ἀθηναίων πόλις ταῖς εἰς τοὺς Ἕλληνας εὐεργεσίαις
4 ὑπερβάλλει τὴν Λακεδαιμονίων. Ὁ δ' εὐθὺς ἐν τῇ εἰσβολῇ ταῦτα τίθησιν, [8] Ἔπειθ' οἱ λόγοι τοσαύτην ἔχουσι δύναμιν, ὥσθ' οἷόν τ' εἶναι καὶ [9] τὰ μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι, καὶ τοῖς μικροῖς περιθεῖναι μέγεθος, καὶ τὰ παλαιὰ καινῶς εἰπεῖν, καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως διελ-
5 θεῖν. Οὐκοῦν, [10] (φησί τις) Ἰσόκρατες, οὕτως μέλλεις καὶ τὰ περὶ Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων ἀναλλάττειν; σχεδὸν γὰρ τὸ τῶν λόγων ἐγκώμιον ἀπιστίας τῆς καθ' αὑτοῦ τοῖς ἀκούουσι [11] παράγγελμα, καὶ προοίμιον ἐξέ-
6 θηκε. Μή ποτ' οὖν ἄρισται τῶν Ὑπερβολῶν, [12] ὡς καὶ ἐπὶ τῶν σχημάτων προείπομεν, αἱ αὐτὸ τοῦτο διαλανθάνουσαι, ὅτι εἰσὶν ὑπερβολαί. Γίνεται δὲ τοιόνδε, ἐπειδὰν [13] ὑπὸ ἐκπαθείας μεγέθει τινὶ συνεκφωνῶνται περιστά-

paginarum vacuum erat ſpatium; ita ut pluſcula exciderint. Tollius.

2. Εἴ περ ὑμεῖς] ἐν τῷ περὶ τῆς Ἁλονήσου. Fr. Portus.

Ibid. Εἰ περ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον, &c.] Locus hic ſumtus eſt ex oratione *de Haloneſo.* Palam autem eſt, ſiquis recte judicet, reprehenſum a Longino fuiſſe Demoſthenem; addit enim: *διόπερ εἰδέναι χρὴ μέχρι τοῦ παροιστέον ἕκαστον.* Vitium metaphoræ facile eſt oſtendere; ſed præſtat uno verbo dixiſſe, orationem illam Demoſthenis non eſſe. Hegeſippi eſt, cujus meminit Demoſthenes, quique ei ſocius & collega in adminiſtratione Reipublicæ fuerat. Id vidit ante me Volfius; ego alias probabo, idque ipſo meridie clarius apparebit, etſi aliter ſenſit Hermogenes, l. I de Formis, ubi id laudavit, quod reprehendit Longinus noſter. Faber.

3. Ἐν ταῖς πτέρναις] Sic Ariſtippus apud Diogenem Laert. Dionyſium tyrannum aures in pedibus habere dixit, ideoque ſe illi ad pedes accidiſſe, cum pro amico intercederet. Tollius.

4. Καταπεπατημένον φορεῖτε.] Vide Herm. *τραχεῖα καὶ τετραμμένη λέξις, καὶ ἀφ' ἑαυτῆς σκληρά.* Petra.

5. Τὸ γὰρ ἐνίοτε] Hujuſmodi puerilis equidem, (quod præfiſcini de magno ſcriptore dixerim) Hyperboles exemplum in Livio reperi lib. VII, c. X: ubi Manlius Gallum provocatorem interficere narratur, *& in ingens ſpatium ruentem porrigere hoſtem*, ac ſi velut alter Jupiter Tityum Terræ omnipotentis alumnum fulmine ſtraviſſet, *qui novem jugeribus ad inferos exporrectus jacere dicitur*, referente Hygino: ſive, ut Virgilius melius, *per tota novem cui jugera corpus Porrigitur.* Tollius.

6. Ὁ γοῦν Ἰσοκράτης] Iſocratem pueriliter egiſſe in Panegyrico affirmat. Robort.

Ibid. Ὁ γοῦν Ἰσοκρ] Mutuatus eſt Longinus obſervationem hanc ab Hermogene, qui l. II de Ideis ita de Iſocrate pronuntiat: *Τῇ δὲ φύσει ἀληθείας ἀμοιρεῖ, καὶ ταῖς ἐργασίαις περιττός ἐστιν, ὥσπερ ἐπίδειξιν εὑρέσεως ἐννοιῶν ποιούμενος, καὶ πολλὰ οὐ χρησίμως λέγων.* Quo de vitio ſupra plura ſect. IV, ubi Timæi frigidas ſententiolas, & idem in eo vitium, *τὸ τὰς ξένας νοήσεις ἀεὶ κινεῖν*, exagitat. Tollius.

7. Πανηγυρικοῦ λόγου.] Hæc celebrata, & fere princeps inter Iſocrateas, quam alii decem, alii quindecim annis elaboratam putant, ampliore utique ſpatio temporis, quam elephanti pariunt. Petra.

8. Ἔπειθ' οἱ λόγοι] Cicero lib. III de orat. c. XXVI: *Summa laus eloquentiæ eſt, amplificare rem ornando: quod valet non ſolum ad augendum aliquid, & tollendum altius dicendo, ſed etiam ad extenuandum, atque abjiciendum.*

diligenter animadvertendum eſt, quouſque quidque exaggerari poſſit.
Sæpe namque evenire ſolet, ut Superjectio, quum ultra modum attol-
litur, corrumpatur, vimque ſuam amittat: non ſecus ac illa, quæ ni-
mium intenduntur, laxari ſolent. Immo vero nonnumquam evenit, ut
nimia exaggeratio auctoribus vertat in contrarium. Quemadmodum 3
Iſocrati accidit, qui præ nimio ſingula augendi, amplificandique ſtu-
dio puerile neſcio quid paſſus eſt, ac plane ineptivit. Nam, quum hoc
ſit ejus Panegyrici ſermonis argumentum, Athenienſium civitatem be-
neficiorum in Græcos magnitudine Lacedæmoniis plurimis partibus an-
tecellere; in ipſo ſtatim orationis ingreſſu hanc ponit ſententiam: *Ad* 4
*hæc ea vis eſt orationis, ut hujus ope magna extenuari, parva amplificari,
vetuſta exponi nove, & nova ac recens facta, vetuſte explicari poſſint. Ergo*, 5
inquiat aliquis, *& tu nobis, Iſocrate, ad hunc modum de Lacedæmoniis,
& Athenienſibus, omnia dicturus, immutaturuſque es?* Etenim iſta orationis,
ſive Eloquentiæ, commendatio, quaſi præmonitio quædam, atque præ-
fatio videri poſſit, ne quam ſibi auditores habere fidem velint. Ergo id 6
ipſum de Superjectionibus quoque dicendum, quod & de figuris ſupra a
nobis dictum eſt, *Eas eſſe optimas, quæ nullam Superjectionis ſpeciem præ-
ferant.* Quod evenit, quum ab animo commotiore una cum ipſa diri ali-
cujus

ciendum. Unde non inſcite oratores duplicem linguam habere dicuntur Artemidoro lib. IV, cap. LXIX: Γυνὴ, inquit, ἔδοξεν ἐν γαστρὶ ἔχουσα δράκοντα γεγεννηκέναι. Ὁ ἐξ αὐτῆς γενόμενος ῥήτωρ ἄριστος, καὶ διώνυμος ἐγένετο. Διττὴν γὰρ ἔχει τὴν γλῶτταν ὁ δράκων, ὥσπερ καὶ ὁ ῥήτωρ. Quod & de in utramque partem diſputandi facultate exponi poteſt. TOLLIUS.

9. Τὰ μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι] Sunt nonnulli inter ſcholaſticos hujus ævi doctorculos, apud quos μεγάλα efferre, & non μέγαλα, piaculum eſſet, quod multa ſupellex virgea non purgaret. At nos ferulæ manum ſubduximus, nec veremur antiquorum praxin adverſus literatorum offucias tueri. Obliqui enim ſequuntur formam recti ſui genuini μεγάλος, non mutuatitii μέγας: quod, ſi heterocliton non eſſet, μέγαλος faceret. Plura videre eſt apud *Etymologum in* λαός: cui ſi quis nuperus grammaticaſter ſe opponat, ſcio qui dicturi ſint, πεζὸς παρὰ Λύδιον ἅρμα. LANGBÆNIUS.

10. Φησί τις] Potius φήσει, vel φήσαι, vel φήσειεν ἄν τις. TOLLIUS.

11. Παράγγελμα,] Multo melius, ſi πρόσαγγελμα leges. FABER.

12. Ὡς καὶ ἐπὶ σχημάτων] Supra ſect. XVII. Sic Cicero in Orat. perfecto cap. LVIII: *Delectationis aucupium, & quadrandæ orationis induſtria eo latebit magis, ſi & verborum & ſententiarum ponderibus utemur. Nam qui audiunt, hæc duo animadvertunt, & jucunda ſibi cenſent, verba dico, & ſententias: eaque dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos, & prætervolat numerus.* TOLLIUS.

13. Ὑπὸ ἐκπαθείας] Qualis illa venuſtiſſima Hyperbole, qua Sappho uſa eſt in amicæ forma deprædicanda, χρυσοῦ χρυσοτέρα: unde perſpicias, quanto illam amore deperierit. Fabius lib. VIII extremo: *Tum eſt Hyperbole virtus, quum res ipſa, de qua loquendum eſt, naturalem modum exceſſit. Conceditur enim amplius dicere, quia dici, quantum eſt, non poteſt: meliuſque ultra, quam citra, ſtat oratio.* Seneca lib. VII de Beneficiis, c. XXIII: *In hoc omnis Hyperbole extenditur, ut ad verum mendacio veniat. Itaque qui dixit:*

Qui candore nives anteirent, curſibus auras,

quod non poterat fieri, dixit; ut crederetur, quantum plurimum poſſet. Et qui dixit:

His immobilior ſcopulis, violentior amne,

nemini hoc quidem ſe perſuaſurum putavit, aliquem tam immobilem eſſe, quam ſcopulum: (numquam tantum ſperat Hyperbole, quantum audet) ſed incredibilia affirmat, ut ad credibilia perveniat. TOLLIUS.

14. Ὅπερ ὁ Θουκυδίδης] Hyperbolem examinat, qua uſus Thucydides. ROBORT.

7 περιστάσεως. [14] Ὅπερ ὁ Θουκυδίδης ἐπὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ φθειρομένων ποιεῖ. [15] Οἵ τε γὰρ [16] Συρακούσιοί, φησιν, ἐπικαταβάντες τοὺς ἐν τῷ ποταμῷ μάλιστα ἔσφαζον. Καὶ τὸ ὕδωρ εὐθὺς διέφθαρτο. Ἀλλ' οὐδὲν ἧσσον ἐπίνετο ὁμοῦ τῷ πηλῷ ἡματωμένον, [17] καὶ περιμάχητον ἦν τοῖς πολλοῖς. [18] Αἷμα καὶ πηλὸν πινόμενα ὅμως εἶναι περιμάχητα ἔτι, ποιεῖ πιστὸν ἡ
8 τοῦ πάθους ὑπεροχὴ, καὶ περίστασις. Καὶ τὸ Ἡροδότειον ἐπὶ τῶν ἐν Θερμοπύλαις ὅμοιον, [19] Ἐν τούτῳ σφέας τῷ χώρῳ ἀλεξομένους μαχαίρῃσι τῇσιν αὐτέων, ταὶ ἐτύγχανον ἔτι περιεοῦσαι, καὶ χερσὶ, καὶ στόμασι, κατέχωσαν οἱ βάρβαροι βάλλοντες. Ἐνταῦθ' οἷόν ἐστι τὸ καὶ στόμασι μάχεσθαι πρὸς ὡπλισμένους, καὶ ὁποῖόν τι τὸ κατακεχῶσθαι βέλεσιν, ἐρεῖς; πλὴν ὁμοίως ἔχει πίστιν. Οὐ γὰρ τὸ πρᾶγμα ἕνεκα τῆς Ὑπερβολῆς παραλαμβάνεσθαι
9 δοκεῖ, ἡ Ὑπερβολὴ δ' εὐλόγως γεννᾶσθαι πρὸς τοῦ πράγματος. Ἔστι γὰρ (ὡς

15. Οἵ τε] ἐν τῇ ζ'. συγγρ. Fr. Portus.

16. Συρακούσιοι] In loco citato οἵ τε Πελοποννήσιοι. Ceterum simile exemplum in Dario suppeditat Cic. *turbidam aquam bibente, & cadaveribus inquinatam*, Tusc. Quæst. lib. v. Petra.

17. Καὶ περιμάχητον] Tertius Vaticanus, καὶ τοῖς πολλοῖς ἔτι ἦν περιμάχητον. Tollius.

18. Αἷμα καὶ πηλὸν] Consimilia legas apud Lucanum lib. IV:

------ Si mollius arvum
Prodidit humorem, pingues manus utraque glebas
Exprimit ora super. Nigro si turbida limo
Colluvies immota jacet, cadit omnis in haustus
Certatim obscœnos miles, moriensque recepit,
Quas nollet victurus, aquas: rituque ferarum
Distentas siccant pecudes, & lacte negato
Sordidus exhausto sorbetur ab ubere sanguis.

De Dario sunt illa Ciceronis lib. v Tusc. Quæst. c. XXXIV: *Darius in fuga cum aquam turbidam, & cadaveribus inquinatam bibisset, negavit umquam se jucundius bibisse.* Tollius.

19. Ἐν τούτῳ σφέας] ἐν τῇ Πολυμνίᾳ. Fr. Portus.

Ibid. Ἐν τούτῳ σφέας τῷ χώρῳ ἀλεξομένους μαχαίρῃσι τῇσιν αὐτέων, ταὶ ἐτύγχανον ἔτι περιεοῦσαι.] Hiulcam hic Petræ interpretationem sic emendo: *Illos hoc in loco gladiis se propugnantes (qui adhuc eis supererant) barbari manibus oribusque impetentes obruebant. Hic, quale illud*, quæso, *dixeris, Armatos oribus impetere? quale item illud, Telis obrui?* Locus est de trecentis illis *Laconibus*, qui *Leonida* duce ad *Thermopylas* contra *Persas* pugnantes interierunt. Langbænius.

Ibid. Ἐν τούτῳ σφέας τῷ χώρῳ, &c.] Mihi locum hunc otiose examinanti, si longior fuero, ignosces, Lector: nam præter ingenium & morem meum fecero, neque id alias lubenter faciam. Sic igitur apud Herodotum legitur, lib. VII, sectione CCXXV: Ἐν τούτῳ σφέας τῷ χώρῳ ἀλεξομένους μαχαίρῃσι τῇσιν αὐτέων ἐτύγχανον ἔτι περιεοῦσαι, καὶ χερσὶ, καὶ στόμασι, κατέχωσαν οἱ Βάρβαροι βάλλοντες, οἱ μὲν, ἐξ ἐναντίης ἐπισπόμενοι, καὶ τὸ ἔρυμα τοῦ τείχεος συγχώσαντες, οἱ δὲ, περιελθόντες πάντοθεν περισταδόν. Valla interpres ita convertit: *Hoc in loco defensantibus sese gladiis, qui adhuc eis supererant, Barbari circumfunduntur, & manibus & vocibus incessentes: Alii ex adverso urgentes, & munitionem muri subruentes, alii undique circumvenientes, & circumstantes.* Primum omnium certum est, gravissimum in oratione mendum esse. Nam casus illius verbi [ἐτύγχανον] ubi tandem reperietur? ea enim omnia nullam habere sententiam possunt, nisi quam tu modo lecturus es, eamque sane pol ridiculam. [*Hic illos se defendentes* gladiis suis restabant.] Intelligis? Nihil, inquis; ego porro tantumdem. Quamobrem olim ad oram codicis mei annotaveram, priusquam Longinum nossem scilicet, legendum videri non τῇσι, sed τοῖσι, ad hunc modum formato & distincto textu: ἐν τούτῳ σφέας τῷ χώρῳ ἀλεξομένους μαχαίρῃσιν,

TOI-

cujus casus enarratione profluunt. Talia sunt illa Thucydidis, ubi A- 7
thenienfium in Sicilia cladem, cædemque describit: *Syracusani namque exscensu facto eos cummaxime, qui in flumine erant, trucidabant. Unde quum aqua statim corrumperetur, nihilominus ita, uti erat, limo ac sanguine turbata, avidissime appetebatur; adeo ut & nonnulli de ea inter se dimicarent.* Ut hic sanguinem luto mistum bibi credibile sit, idque ea contentione, ut de eo dimicatum fuerit, ipsa mali facit atrocitas, atque magnitudo. Nec dissimilia sunt illa Herodoti de trecentis ad Thermopy- 8
las: *Hic illos & gladiis, si qui supererant, & manibus, ac dentibus sese defensantes barbari sagittis tumulavere.* Quam supra fidem est, *ore ac dentibus contra armatos pugnare;* atque item, *sagittis tumulari?* Nihilominus credibilia hæc ut sint, casus ipse facit. Non enim factum ipsum superjectionis gratia arcessiri; verum contra superjectio recte, ac merito ex ipso facto nasci videtur. Est autem (neque vero me id sæpius repetisse piguerit) certa 9
hæc

ΤΟΙ͂ΣΙΝ αὐτέων ἐτύγχανον ἔτι περιεῦσαι, &c. ubi τοῖσι sumitur pro οἷσι, more Jonum, quorum sermone utitur Herodotus. Sensus autem talis erat: *Ibi cum sese gladiis illi defensarent,* QUIBUS *adhuc supererant* (gladii scilicet.) Verum lectio, quam sequitur Longinus, potior multo est; addita nempe particula, [ταὶ pro αἳ] ex qua omnia fiunt dilucidiora; sed ea vocula Græco Herodoti contextui addenda: nam hactenus in exemplaribus vulgatis desideratur. Valla autem Interpres quomodo illud [στόμασι βάλλοντες] explicavit? *Vocibus incessentes.* Quod ubi exemplis probatum mihi fuerit, tum ego vinctas porrigam manus. Neque enim τὰ στόματα, pro *vocibus*, usurparunt Græci; ne Æschylus quidem. Verum Longinus, dices, qua ratione fretus dixit, illos Spartiatas sese *ore*, στόμασι, defensitasse? neque enim id facere poterant. Illud equidem est, Lector, quod usque adhuc concoquere haud potui; &, uti situs loci erat, haud poterant illi sese *ore* defendere. Itaque, dabitur dicenti venia, arbitror locum hunc a multis sæculis corruptum esse, idque etiam jam Longini nostri ætate. Sic autem mihi scripsisse videtur clarissimus ille parens historiæ: Ἐν τούτῳ σφέας τῷ χώρῳ ἀλεξομένους μαχαίρῃσι τῇσιν αὐτέων, ΤΑἸ ἐτύγχανον ἔτι περιεοῦσαι [hic deleo καὶ, quod pro ταὶ superiori transpositum huc fuerat] ΧΕΡΜΑΔΙ΄ΟΙΣΙ καὶ ΔΟ΄ΡΑΣΙ κατέχωσαν οἱ Βάρβαροι βάλλοντες. Id est, *Illos in eo loco sese defensantes gladiis suis, qui adhuc eis supererant, Barbari SAXIS & JACULIS missis obruerunt.* Χερμάδιος autem vocabulum esse Jonicum pro saxo manuali, seu pugillari, notum est ex multis Homeri locis. Hoc unum video, quod contra me dici possit, Longinum ergo errasse. Quid autem? homo non erat Longinus? deinde errasse haud dico, sed vitiosa corrupti codicis scriptura deceptum fuisse. Addo amplius; dic errasse me, & turpiter lapsum esse, feram. FABER.

Ibid. Ἐν τούτῳ σφέας] Hoc est illud ὑπερβολικὸν in hac sententia, quod ex iis aliquos inermes, non manibus tantum adversus hostem armatum; sed & morsibus, instar ferarum, pugnasse narrat Herodotus: qui quasi furor quidam est pugnandi, & invicta rabies. Exemplum in Cynegiro exstat apud Justinum, quamquam ab hac historia diversum. Locum vero hunc Herodoti integrum apponam: Ἐν τούτῳ σφέας τῷ χώρῳ ἀλεξομένους μαχαίρῃσι, τῇσι αὐτέων ἐτύγχανον ἔτι περιεοῦσαι, καὶ χερσὶ, καὶ στόμασι, κατέχωσαν οἱ βάρβαροι βάλλοντες, οἱ μὲν ἐξ ἐναντίης ἐπισπόμενοι, καὶ τὸ ἔρυμα τοῦ τείχεος συγχώσαντες, οἱ δὲ περιελθόντες πάντοθεν περισταδόν. Τῇσι pro αἳ positum videri posset, constructione Atticis familiari, quorum Jones coloni fuere: sed tum αὐτέων in αὐτοῖς mutandum esset. In VV. CC. ὅσοις αὐτῶν ἔτι ἐτύγχανον περιοῦσαι, legitur, pro Jonico τοῖσι. Quare τὸ τοῖσι præferam, ejecto mox ταί. Pro κατέχωσαν in iisdem est κατέχυσαν, sed minus bene. Ceterum ineptum est, quod Faber voluit. Persæ enim illi tam probe militaribus armis, sagittis, & jaculis instructi erant, ut lapidibus non indigerent. TOLLIUS.

20. Παντὸς τολμήματος λεκτικοῦ λύσις] Juratus ausim dicere, locum hunc corruptum esse, legendumque omnino non λύσις, sed ἴασις,

γὰρ (ὡς οὐ διαλείπω λέγων) [20] παντὸς τολμήματος λεκτικοῦ [21] λύσις, καὶ πανάκειά τις, [22] τὰ ἐγγὺς ἐξετάσεως ἔργα, καὶ πάθη. [23] Ὅθεν καὶ τὰ κωμικὰ, κἂν τοι γ' εἰς ἀπιστίαν ἐκπίπτοντα, πιθανὰ [24] διὰ τὸ γελοῖον. [[25] Ὥσπερ τὸ] [26] Ἀγρὸν ἔχ' ἐλάττω ἐπιστολῆς Λακωνικῆς. Καὶ γὰρ ὁ [27] γέλως πάθος ἐν ἡδονῇ. Αἱ δ' Ὑπερβολαὶ [28] καθάπερ ἐπὶ τὸ μεῖζον, οὕτω καὶ ἐπὶ τοὔλαττον· ἐπειδὴ κοινὸν ἀμφοῖν ἡ ἐπίτασις. Καί πως ὁ διασυρμὸς ταπεινότητός ἐστιν αὔξησις.

ἴασις, *medela*. Unde alibi ſcripſit, *ἰᾶται δὲ ταῦτα*, &c. Alii ſcriptores eodem ſenſu, eademque metaphora hujuſmodi *μειλίγματα* vocant *θεραπείας*. Sed nil neceſſe eſt probare. *Dies eſt, ergo dies eſt.* FABER.

21. *Λύσις*] Faber *ἴασις* reponendum conjecit: idque ſane acute. Sed quid ſi *λύσις τοῦ τολμήματος* Longino dicatur, ut Platoni *λύσις τῶν ἀδικημάτων*, *expiatio* injuriarum, vel ſcelerum? Vid. ſupra de Metaphorarum remedio, ſeu correctione, ſect. XXXII: ubi *ἡ ὑποτίμησις ἰᾶται τὰ τολμηρά*. Ubi & *ἴδια τινα ἀλεξιφάρμακα τῶν σχημάτων τὰ πάθη καὶ τὸ ὕψος*. Sic Hermogenes de Ideis l. II, c. I: *Ἀλλὰ ταυτὶ μὲν ὥσπερ ἰάματά ἐστιν ὑπτιότητος*. *Ἄκος* vocat Ariſt. III Rhet. c. VI. TOLLIUS.

22. *Τὰ ἐγγὺς ἐξετάσεως*] Id eſt, uti puto, *ἐναγώνια*. Sed intelligentur hæc melius collatione priorum, ut cum dicit hac ipſa ſectione: *ἐπειδὰν ὑπὸ ἐκπαθείας μεγέθει τινὶ συνεκφωνῶνται περιστάσεως*. Vel ut trigeſima ſecunda, *ὅταν τῷ ῥοθίῳ τῆς φορᾶς ταῦτα πέφυκεν ἅπαντα τ' ἄλλα παρασύρειν, καὶ περιωθεῖν, μᾶλλον δὲ καὶ ὡς ἀναγκαῖα πάντως εἰσπράττεσθαι τὰ παράβολα, καὶ οὐκ ἐᾷ τὸν ἀκροατὴν σχολάζειν περὶ τὸν τοῦ πλήθους ἔλεγχον διὰ τὸ συνενθουσιᾶν τῷ λέγοντι*. Unde hic forte *ἐκστάσεως* pro *ἐξετάσεως* legendum eſt. Sic Hermogenes l. II de Ideis, c. VII: *Τὸ μηδὲ τὰς ἀκολουθίας σώζειν τῶν τοῦ λόγου σχημάτων, ἀλλ' οἷον ἐξίστασθαι δοκεῖν ὑπὸ τοῦ πάθους*. Ubi mox plura. TOLL.

23. *Ὅθεν καὶ τὰ κωμικὰ,*] Ita hunc locum ex Strabone, & ex Iſaaci Caſauboni in ipſum notis reſtituimus. PETRA.

24. *Διὰ τὸ γελοῖον*] Demetrius Phal. *διὰ τοῦτο δὲ μάλιστα καὶ οἱ κωμῳδοποιοὶ χρῶνται αὐτῇ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀδυνάτου ἐφέλκονται τὸ γελοῖον*. Talia ſunt illa Plautina de Euclionis avaritia: & quæ in Nubibus Ariſtophanes habet de dimenſione ſaltus pulicum. TOLLIUS.

25. *Ὥσπερ τὸ*] Abſunt hæc a veteribus libris, ſuntque a Petra inſerta. TOLLIUS.

26. *Ἀγρὸν ἔχ'*] Fortaſſe ſic legi poſſet ex Strabone l. I: *Τὸν ἀγρὸν ἔχειν ἐλάττω γῆν ἐπιστολῆς λακωνικῆς*. FR. PORTUS.

Ibid. *Ἀγρὸν ἔχ' ἐλάττω γῆν ἐπιστολῆς Λακωνικῆς.*] *Fundum minorem habuit epiſtola Laconica.* Utcunque *Laconicam βραχυλογίαν* nemo neſciat; ego tamen vix dubito, quin *Comicus* hic ſpeciatim reſpexerit epiſtolam illam, quam in hæc verba reſcripſerunt: *Lacedæmonii Philippo. Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ, Dionyſius in Corintho eſt.* Quam epiſtolam pene ad proverbium notam ex *Cicerone ad Atticum* licet colligere, & *Demetrio Phalereo*, *Περὶ ἑρμηνείας*. Hoc reſcripto *Philippum* ab affectata in *Græcia* tyrannide deterrere volebant; ſiquidem *Dionyſius*, nuperus *Syracuſarum* tyrannus, jam imperio omni exutus, privatam pædagogi vitam in *Corintho* ageret. Viderit ergo *Philippus*, ne ejus vitam imitetur, cujus exitum perhorreſcit. LANGBÆNIUS.

Ibid. *Ἀγρὸν ἔχ' ἐλάττω γῆν ἔχον γὰρ στολῆς*] Ita ex Strabone, & Caſauboni in ipſum notis, emen-

Τ Μ Η͂ Μ Α λή.

Περὶ Συνθέσεως.

1 Ἡ Πέμπτη μοῖρα τῶν [2] συντελουσῶν εἰς τὸ ὕψος, ὧν γε ἐν ἀρχῇ προὐθέμεθα, ἔθ' ἡμῖν λείπεται, ὦ κράτιστε, ἡ διὰ τῶν λόγων αὐτὴ ποιὰ

Ἡ *πέμπτη*] Quinto loco agit Longinus *περὶ συνθέσεως*, quæ grandem facit orationem. ROBORTELLUS.

2. *Συντελουσῶν εἰς τὸ Ὕψος*] Hoc probabit

hæc cujuſcunque in elocutione audaciæ medela, atque quædam veluti panacea, quum ab ipſa rerum videtur atque perturbationum natura, conſtitutioneque proficiſci. Et hinc fit, ut dicta Comica, quamvis ad incredibile prolabantur, probabilia tamen ſint, propter ridiculum. Ut:

Ager huic erat Scytale minor Laconica.

Nam & riſus ab animi quadam commotione proficiſcitur, verum læta atque hilari propter voluptatem. Sicut autem Superjectio ad augendum valet, ita & ad minuendum: utrique enim generi intendere, & exaggerare commune: adeoque Diaſyrmus nil aliud, quam depreſſionis, extenuationiſque amplificatio eſt.

emendarunt hunc locum: ἀγρὸν ἔσχ᾽ ἐλάττω γῆν ἐπιστολῆς Λακωνικῆς. At aliter ſentio; quippe qui intelligi haud poſſe arbitrer, ἀγρὸν γῆν, *terram agrum.* Quis enim ita loquatur? ſic igitur legendum putem verſum Jambicum trimetrum:

Ἔσχε γὰρ ἐλάττω γῆν ΣΚΥΤΑ΄ΛΗΣ Λακωνικῆς.

Habuit enim fundum minorem SCYTALA Laconica. Illud autem [ἐπιστολῆς] gloſſema fuerit, vocis illius σκυτάλης, quam hic reſtituendam puto. Neque vero eſt, cur quis de metro pugnare velit. Faber.

Ibid. Ἀγρὸν ἔσχ᾽] in MSS. eſt:

Ἀγρὸν ἔσχ᾽ ἐλάττω γῆν ἔχον τῆς στολῆς.

Vid. Strabon. l. 1 medio, qui eum verſum citat: ubi plura de Hyperbole. Forte fuit:

Ἀγρὸν ἔσχ᾽ ἐλάττ᾽ ἐπιστολῆς λακωνικῆς,

qui integer ſenarius. Sed in alio quodam ſcripto codice legebatur, ἀγρὸν ἔσχ᾽ ἐλαττω γῆν ἔχοντα ἐπιστολῆς Λακωνικῆς; qui verſus eſt tetrameter Jambicus: confirmaturque veterum excerptorum fide, in quibus hæc reperi: Εἰσί τινες ὑπερβολαὶ ἐπὶ ὑπερβολαῖς, ὡς τὸ, κουφότερον εἶναι φελλοῦ, σκιᾶς· δειλότερον δὲ λαγωοῦ, φρυγός· ἐλάττω δ᾽ ἔχειν γῆν τὸν ἀγρὸν ἐπιστολῆς Λακωνικῆς. Ceterum τὸ σκυτάλης, ut Faber emendabat, valde placet; quamvis non omnis epiſtola Laconica *Scytale* dici poſſit, licet omnis *Scytale* fuerit epiſtola Laconica. Secretius vero illud ſcribendi genus fuit per Scytalen; quam Auſonius meus elegantiſſime depinxit: & ſat luculenter Tzetzes Chiliad. IX, 258, deſcripſit. Adhæc Laconum oratio conciſa, & brevis; maxime vero ſcribendi ratio. Quale illud ſupra adductum epiſtolium, quod Philippo miſſum: Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ; vel illud, cui unicam literam *o* inſcripſerunt, *& irato regi placuere negantes.* Quæ non Scytalæ fuerunt, ſed epiſtolæ ſimpliciter. Licet non negaverim *Scytalas* eas aliquando καταχρηστικῶς dictas, quæ breves eſſent, & imperioſæ. Ut apud Cic. ad Att. epiſt. lib. X: *Habes* σκυτάλην λακωνικήν; de epiſtola Antonii ἀποτόμῳ, & ſuperba. Frigidum vero eſt, imo Gallica nive frigidius, illud Lucillii, quod lib. II Anthol. cap. VII exſtat, epigramma:

Ἀγρὸν Μηνοφάνης ὠνήσατο· καὶ διὰ λιμὸν
Ἐκ δρυὸς ἀλλοτρίας αὐτὸν ἀπηγχόνισεν·
Γῆν δ᾽ αὐτῷ τεθνεῶτι βαλεῖν οὐκ ἔσχον ἄνωθεν,
Ἀλλ᾽ ἐτάφη μισθοῦ πρός τινα τῶν ὁμόρων.
Εἰ δ᾽ ἔγνω τὸν ἀγρὸν τὸν Μηνοφάνους ὁ Ἐπίκουρος,
Πάντα γέμειν ἀγρῶν εἶπεν ἄν, οὐκ ἀτόμων. Tollius.

27. Γέλως,] Ariſtoteles Rhet. l. 1. Petra.

28. Καθάπερ ἐπὶ] Fabius lib. VIII. c. VI: *Virtus ejus ex diverſo par augendi atque minuendi.* Vide & quæ paulo ante allata e Cicerone. Tollius.

Sectio XXXVIII.

De Collocatione.

PErvenimus, Terentiane præſtantiſſime, ad Collocationem, quæ pars quinta mihi, & ultima in dividundo earum partium fuit, quas in ini-

bit illam emendationem, quæ a me ſuperius allata fuit, addito ΕἸΣ, quod Græci ſermonis uſus poſtulat. Faber.

3. Σύνθεσις] Collocatio, de qua fuſiſſi-

mè

ποιὰ [3] σύνθεσις, [4] ὑπὲρ ἧς ἐν δυσὶν ἀποχρώντως ἀποδεδωκότες συντάγμασιν, [5] ὅσα γε τῆς θεωρίας ἦν ἡμῖν ἐφικτὰ, τοσοῦτον ἐξ ἀνάγκης προσθείημεν ἂν εἰς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν, [6] ὡς οὐ μόνον ἐστὶ πειθοῦς, καὶ ἡδονῆς ἡ Ἁρμονία φυσικὸν ἀνθρώποις ἐνέργημα, [7] ἀλλὰ καὶ μετ' ἐλευθερίας,
2 καὶ πάθους θαυμαστόν τι ὄργανον. [8] Οὐ γὰρ [9] αὐλὸς μόνον [10] ἐντίθησί τινα πάθη τοῖς ἀκροωμένοις, [11] καὶ οἷον ἔκφρονας, [12] καὶ κορυβαντιασμοῦ πλήρεις ἀποτελεῖ, [13] καὶ βάσιν ἐνδοὺς τινα ῥυθμοῦ, πρὸς ταύτην [14] ἀναγκάζει βαίνειν ἐν ῥυθμῷ, καὶ συνεξομοιοῦσθαι τῷ μέλει τὸν ἀκροατὴν, [15] κἂν
3 ἄλλοις ὅσοι παντάπασι, καὶ, νὴ Δία, φθόγγοι κιθάρας, [16] οὐδὲν ἁπλῶς σημαίνοντες, ταῖς τῶν ἤχων μεταβολαῖς, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους κρούσει, καὶ μίξει

me agit Cicero in Oratore perf. cap. XLIV, & seqq. ubi partes ejus tres esse tradit. *Compositionem*, *concinnitatem*, & *numerum*. Hoc vero capite noster *numerum* tantum tractat: sequente vero *compositionem*. *Concinnitatem* vero omisit, quippe magnificentiæ minime convenientem. TOLLIUS.

4. *Ὑπὲρ ἧς ἐν δυσὶν ἀποδεδωκότες συντάγμασιν.*] De Compositione orationis duos se libros conscripsisse hic testatur *Longinus*; sed quos injuria temporis nobis præripuit: eorum jacturam aliquatenus ex iis resarcire licet, quæ summi viri, *Halicarnasseus* & *Phalereus*, reliquerunt. LANGBÆNIUS.

Ibid. *Δυσὶν*] Ergo etiam post Halicarnasseum *περὶ συνθέσεως τῶν ὀνομάτων* scripserat D. Longinus. Dolor ingens, damnum ingens, quod hi libri perierint. Longe enim acrius est Dionysii nostri judicium, & exquisitius multo, quam Dionysii Halicarnassei; quod olim fuse ostendam ex iis scriptorum locis, quos uterque examinavit. FABER.

5. *Ὅσα γε τῆς θεωρίας ἡμῖν ἐφικτὰ*] Legendum, *ὅσα γε ΔΙΑ' τῆς θεωρίας*. FABER.

Ibid. *Ὅσα γε τῆς θεωρίας*] Forte fuit, *ὅσα γ' ἐκ τῆς θεωρίας*. TOLLIUS.

6. *Ὡς οὐ μόνον*] Omnia hæc ex Fabio desumta sunt, lib. IX, c. IV de compositione: *Ideo*, inquit ille, *eruditissimo cuique persuasum est, valere eam quamplurimum non ad delectationem modo, sed ad motum quoque animorum. Primum, quia nihil intrare potest in affectum, quod in aure, velut quodam vestibulo, statim, offendit. Deinde quod natura ducimur ad modos. Neque enim aliter eveniret, ut illi quoque organorum soni, quamquam verba non exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem*, &c. Et mox: *Quod si numeris & modis inest quædam tacita vis, in oratione est vehementissima.* Et lib. I, cap. X: *Atqui in orando quoque intentio vocis, remissio, flexus, pertinet ad movendos audientium affectus: aliaque & collocationis, & vocis (ut eodem utar verbo) modulatione concitationem judicum, alia misericordiam petimus: cum etiam organis, quibus sermo exprimi non potest, affici animos in diversum habitum sentiamus.* Multa item e Dionysio Halic. de Compositione petita sunt. TOLLIUS.

7. *Ἀλλὰ καὶ μετ' ἐλευθερίας*] Sensus absurdus esset. Legendum, *Ἀλλ' ΕΤΙ καὶ ἐλευθερίας*. FABER.

Ibid. *Καὶ μετ' ἐλευθερίας, καὶ πάθους*] Legi possit, *καὶ τοῦ μετ' ἐλευθερίας πάθους*. Sicut sect. IX: *εἰς τοὺς μάλιστα φρονηματίας ἐμπίπλει τὰ ὑπερφυᾶ*. Qui affectus a *τοῖς τὰ δουλοπρεπῆ φρονοῦσι* remotissimi. Verum pro *μετ' ἐλευθερίας*, legere malim, *μεγαληγορίας καὶ πάθους*: Sicut noster semper fere *ὕψος καὶ πάθος* conjungit. Ut sect. XXIII: *κόσμου τε, καὶ παντὸς ὕψους καὶ πάθους σύνεργα*, id est, *ὄργανα*: & sect. XVII: *Τὸ τοίνυν ὕψος καὶ πάθος τῆς ἐπὶ τῷ σχηματισμῷ ὑπονοίας ἀλέξημα*, &c. Et sane non hic *περὶ ἐλευθερίας* disputatio est, verum *περὶ ὕψους, καὶ μεγαληγορίας*. TOLLIUS.

8. *Οὐ γὰρ αὐλὸς*] Illustratio & probatio doctrinæ a simili. Vide Aristotelem polit. lib. VIII, cap. VI. PETRA.

9. *Αὐλὸς μόνον*] *γρ. αὐλὸς μέν*. FR. PORTUS.

Ibid. *Αὐλὸς μόνον*] Cicero de Divin. lib. I, cap. XXXVI: *Fit etiam sæpe specie quadam, sæpe vocum gravitate & cantibus, ut pellantur animi vehementius:* Notum illud de Alexandro M. a Timotheo ad arma concitato, ex Basilio M. de legendis Græcis libris, aliisque. TOLLIUS.

10. *Ἐπιτίθησι*] Legendum, *ἐντίθησι*, ut

in hac

in initio Sublimitatem constituere dixi: de qua tametsi copiose satis, quantum diligenti licuit observatione assequi, duobus a me libris disputatum fuit, tamen illud instituto huic argumento adjiciendum videtur necessario, *Harmoniam non modo natura ad persuadendum, delectandumque, sed & ad implendos generoso quodam, celsoque spiritu, perturbandosque animos audientium admirabiliter valere.* Non sola namque tibia illorum, qui 2
audiunt, animis affectus insinuat, & eos velut extra se raptos, in furorem agit; ac numeri adhibens modulum, ad hujus illos gressum ac formulam numerose itidem moveri cogit, canticique flexus pari corporis & animi motu sequi: sed & omnes omnino soni, etiam illi, qui cithara sonantur, 3
licet nil per se significent, cum vocum immutationibus, tum mutuo con-

in hac sectione, ἐνδῦναι, εἰσάγειν, ἐνεργεῖν, &c. FABER.

11. Καὶ οἷον ἔκφρονας] Fabius lib. VIII, cap. III: *Atque ego illos credo, qui aderant, nec sensisse quid facerent, nec sponte judicioque plausisse, sed velut mente captos, & quo essent in loco ignaros, erupisse in hunc voluntatis affectum.* Julianus συνενθουσιῶντας dixit Panegyr. I. Ἀκμαζούσης τῆς δημηγορίας συνενθουσιῶντες τῷ λόγῳ πάντες ἐπεκρότουν. Et ita noster superius sect. XXXII. Vid. & Cresollium. TOLLIUS.

12. Κορυβαντιασμοῦ πλήρεις ἀποτελεῖ.] *Corybantes Jovis* nutricii, [*Aristoph. schol. ad Lysistr.*] *Rheæ* filii, quos alii novem, alii decem ponunt; sic dicti ἀπὸ τοῦ κορύπτοντας βαίνειν ὀρχηστικῶς, *quia cum saltatione incederent.* Illos *Homerus Odyss.* θ΄, ideo βητάρμονας vocat. Quia vero *Corybantes* saltare, & instinctu divino cieri solebant, ideo καὶ τοὺς μανικῶς κινουμένους κορυβαντιᾷν φαμέν: qui furore correpti aguntur, *Corybantiare* dicimus. Quo sensu ad oratores transfertur, tum ab hoc nostro, [*supra sect.* III.] tum a *Themistio Orat.* I. *Quin & eos, qui patentibus oculis dormiunt,* Κορυβαντιᾷν *Græci dicunt.* [*Plin. lib.* 11, *c.* 37.] *Corybantiasmum Scaliger (in illud Catulli ep.* 42: *Solet hæc imaginosum) interpretatur morbum imaginosum, quem vetustas a Corybantibus immitti credebat; quo affecti videbantur sibi aures carminum sonoribus personari.* Confirmat adducto *Platonis* loco, & illo insuper *Varronis e Prometheo;*

Levisomna mens sonorinas imagines
Affatur; non umbrantur somno pupulæ.

Neque hæc tamen *Scaligerum* ab *Hieronymi Mercurialis in Var. lect.* conviciis immunem præstiterunt; cui, nec mitius, postea respondit *Scaliger in notis ad Euseb. anno* 420. LANGBÆNIUS.

13. Καὶ βάσιν ἐνδοὺς] Pollux lib. II, cap. III: Καὶ βάσις δὲ παρὰ τοῖς μουσικοῖς λέγεται τὸ τιθέναι τὸν πόδα ἐν ῥυθμῷ. Pindarus Pyth. Ode I, de cithara: τᾶς ἀκούει μὲν βάσις ἀγλαΐας ἀρχά. Suidas in ῥυθμός: θεωρεῖται γὰρ ὁ ῥυθμὸς καὶ ἐπὶ τῶν κροτούντων ταῖς χερσὶ, καὶ τοῖς ποσίν. Ὅταν γὰρ ἡ ταχεῖα καὶ βραδεῖα τῶν ποδῶν ἄρσις καὶ θέσις λόγον ἔχωσι πρὸς ἄλληλα, ῥυθμὸς γίνεται· καὶ ἐντεῦθεν ἀπὸ μεταφορᾶς τούτων, συλλαβῶν συμπλοκὴ, ἣν παραλαμβάνομεν πρὸς τὴν τῶν μέτρων γένεσιν, πόδες ἐκλήθησαν. Καὶ ἐπὶ αὐλῶν, τῶν τε ἄλλων τῶν τοιούτων, ὁ ῥυθμὸς λέγεται, συμμετρία ὢν τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ ἡ κίνησις γίνεται. TOLLIUS.

14. Ἀναγκάζει] γρ. ἀναγκάσει. FR. PORTUS.

15. Κἂν ἄλλοις ὅσοι παντάπασι, καὶ, νὴ Δία, φθόγγοι κιθάρας οὐδὲν ἁπλῶς σημαίνοντες, &c.] Hæc omnia perturbata, confusa, corrupta, dico. Nam illud [ὅσοι] quid est? dicendum fuerat ὅσοις: sed & sic tamen nullus sensus existeret. Lego, ἌΛΛΩΣ ΤΕ ΚΑῚ ἘΠΕῚ, νὴ Δία, ΟἹ φθόγγοι ΤΗ͂Σ κιθάρας, &c. Nihil addam amplius, nisi me libenter passurum esse ab iis reprehendi, qui Græce sciunt. FABER.

Ibid. Κἂν ἄλλοις ὅσοι] Lege, ἀλλὰ καὶ ὅσοι παντάπασι. Sic ut ἀπόδοσις sit ad illa priora: οὐ γὰρ αὐλὸς μόνον, ἐντίθησί τινα πάθη τοῖς ἀκροωμένοις. Rem ipsam quod attinet, fusius, & multo elegantius hoc argumentum tractatum videas a Dionysio Halicarnass. pag. IX, περὶ συνθέσεως. TOLLIUS.

16. Οὐδὲν ἁπλῶς σημ.] *Quamquam verba non exprimunt*, cum Fabio vertere licuisset. Hermogenes lib. I, c. I de Formis: Δύναται γὰρ φήσουσι (Musici scilicet) τὸν ῥυθμὸν καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν χωρὶς ἐνάρθρου φωνῆς, ἡλίκα οὐδεμία λόγων ἰδέα, &c. Vide & quæ paulo ante e lib. I, cap. X, Quintiliani attulimus, ut & Platonem lib. III de Republ. TOLLIUS.

μίξει τῆς συμφωνίας, θαυμαστὸν ἐπάγουσι πολλάκις, [17] ὡς ἐπίστασαι, θέλ-
4 γητρον. Καί τοι τὰ τοιαῦτα εἴδωλα, καὶ μιμήματα νόθα ἐστὶ πειθοῦς,
5 οὐχὶ τῆς ἀνθρωπείας Φύσεως, ὡς ἔφην, ἐνεργήματα γνήσια. [18] Οὐκ οἰό-
μεθα δ' ἄρα τὴν Σύνθεσιν, ἁρμονίαν τινὰ οὖσαν λόγων ἀνθρώποις [19] ἐμ-
φύτων, καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς, οὐχὶ τῆς ἀκοῆς μόνης [20] ἐφαπτομένων, ποικίλας
κινοῦσαν ἰδέας ὀνομάτων, νοήσεων, πραγμάτων, [21] κάλλους, εὐμελείας,
πάντων ἡμῖν ἐντρόφων, καὶ συγγενῶν, καὶ ἅμα τῇ μίξει, καὶ πολυμορφίᾳ
[22] τῶν ἑαυτῆς Φθόγγων τὸ παρεστὸς τῷ λέγοντι πάθος εἰς τὰς ψυχὰς τῶν
πέλας παρεισάγουσαν, [23] καὶ εἰς μετουσίαν αὐτοῦ τοὺς ἀκούοντας ἀεὶ κα-
θιστᾶσαν, τῇ τε τῶν λέξεων ἐποικοδομήσει τὰ μεγέθη συναρμόζουσαν,
[24] δι' αὐτῶν τούτων [25] κηλεῖν τε [26] ὁμοῦ, καὶ πρὸς ὄγκον τε, καὶ ἀξίωμα,
καὶ ὕψος, καὶ πᾶν, ὃ [27] ἐν αὐτῇ περιλαμβάνει, [28] ἡμᾶς ἑκάστοτε συν-
6 διατιθέναι, παντοίως ἡμῶν τῆς διανοίας ἐπικρατοῦσαν; ἀλλ' ἔοικε μα-
νίᾳ τὸ περὶ τῶν οὕτως ὁμολογουμένων διαπορεῖν. Ἀποχρῶσα γὰρ ἡ
7 πεῖρα πίστις. Ὑψηλόν γε τῷ δοκεῖν νόημα, καὶ ἔστι τῷ ὄντι θαυμάσιον, ὃ
τῷ ψηφίσματι ὁ Δημοσθένης ἐπιφέρει, [29] Τοῦτο τὸ ψήφισμα τὸν τότε
τῇ πόλει περιστάντα κίνδυνον παρελθεῖν ἐποίησεν ὥσπερ νέφος· ἀλλ' αὐ-
8 τῆς τῆς διανοίας οὐκ ἔλαττον τῇ Ἁρμονίᾳ [30] πεφώνηται. [31] Ὅλον τε γὰρ

[32] ἐπὶ

17. Ὡς ἐπίστασιν] Nolo dicere hic cæcutire interpretes: lege modo, ὡς ἘΠΊΣΤΑΣΑΙ, *ut noſti, ut ſcis ipſe me haud monente.* Faber.

18. Οὐκ οἰόμεθα] ἀπόδοσις. Petra.

19. Ἐμφύτων] ἐντρόφων, καὶ συγγενῶν, ut mox ait. Alius eſt λόγος ἐνδιάθετος, qui τῷ προφορικῷ opponitur. Tollius.

20. Ἐφαπτομένων] Legendum eſt ἐφαπτομένην. Ad harmoniam enim referri debet, quod & ratio, & verba ſequentia probent, κινοῦσαν, παρεισάγουσαν, συναρμόζουσαν, &c. Faber.

Ibid. Ἐφαπτομένων] Si ἐφαπτομένην cum Fabro legendum, proxime præcedens copula καὶ delenda, & poſt hoc verbum transferenda erit ante vocem ποικίλας. Tollius.

21. Κάλλους] Sub quo nomine τὴν μεγαλοπρέπειαν, καὶ τὸ βάρος, καὶ τὴν σεμνολογίαν, καὶ τὸ ἀξίωμα, καὶ τὸ πιθανὸν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, contineri ait Dionyſ. Halic. περὶ συνθέσεως. Tollius.

22. Τῶν ἑαυτοῖς φθόγγων] Lege, ἐν ἑαυτοῖς. Petra.

Ibid. Τῶν ἑαυτοῖς φθόγγων] Bene conjecit Gabriel legi debere, τῶν ἘΝ ἑαυτοῖς. Faber.

Ibid. Τῶν ἑαυτοῖς φθόγγων] ſecutus ſum V. C. in quo, τῶν ἑαυτῆς φθόγγων. Inſunt enim ſoni in compoſitione, quæ orationis harmonia eſt. Quamquam & ἐν λόγοις ineſſe dici poſſunt, quorſum Petræ emendatio reſpicere videtur, ἐν ἑαυτοῖς legentis: ſed meo quidem judicio ad auctoris ſententiam aliquanto accommodatius legas, ἐν αὐτοῖς. Tollius.

23. Καὶ εἰς μετουσίαν] Cicero in Bruto, c. L: *Delectatur audiens multitudo, & ducitur oratione, & quaſi voluptate quadam perfunditur. Quid habes, quod diſputes? gaudet, dolet, ridet, plorat, favet, odit, contemnit, invidet, ad miſericordiam inducitur, ad pigendum, ad pudendum: iraſcitur, miratur, ſperat, timet. Hæc perinde accidunt, ut eorum, qui adſunt, mentes verbis, & ſententiis, & actione tractantur.* Tollius.

24. Δι' αὐτῶν] Lege, καὶ δι' αὐτῶν. Faber.

25. Κηλεῖν τε ὁμοῦ] Diſtinguendum eſt poſt τὸ ὁμοῦ, addendumque e MSS. καὶ, quod mox ante ἡμᾶς ἑκάστοτε iterum delendum eſt, uti & Faber cenſuit. Repetit enim ea, quæ ſupra de voluptate, & concitatione numeroſæ orationis dixerat. Perquam commode autem hic verbo κηλεῖν utitur, cum antea ſimilitudine uſus eſſet ſonorum tibiæ. Κηλεῖσθαι γὰρ λέγεται, ut ait Heſychius, τὸ ὑπ' αὐλῶν θέλγεσθαι:

concurſu, & concinentis Harmoniæ mixtura, mirifica, ut ſcis, auditorum
mentes, animoſque voluptate perfundunt, atque deliniunt. Atqui hujuſce- 4
modi ſoni & cantus ſpuriæ tantummodo, & illegitimæ quædam perſuaſionis
imagines ſunt, atque ſimulacra; non autem germani, verique, ſicuti dixi,
humanæ naturæ affectus, atque operationes. Quanto igitur magis Collo- 5
cationem cenſebimus, quæ orationis homini a natura ingenitæ, & non aures tantum, ſed & ipſum animum aurium nuntio pulſantis, moventiſque, quædam quaſi harmonia eſt, quum ea varias verborum, ſententiarum, rerum, elegantiæ, atque concinnitatis, quæ cuncta a natura nobis inſita, ingenerataque ſunt, formas movet, atque excitat; unaque cum varietate, ac permiſtione earum, quæ in oratione inſunt, vocum, ſeu ſonorum, dominantes in oratore affectus in auditorum animos transfert, eoſque horum ſemper facit participes; quumque verborum ſtructuræ ſenſuum amplitudinem, granditatemque conjungit, atque coadunat; quanto magis, inquam, Collocationem exiſtimabimus his ipſis ſimul & mulcere nos, & ad altitudinem, majeſtatem, Sublimitatem, & quaſcunque porro in ſe continet, & complectitur virtutes, componere, atque conformare; quippe quæ omni
undique ex parte animi noſtri imperium obtineat, ejuſque habenas modere- 6
tur? Verum de rebus tam notis, tamque confeſſis dubitare, ac diſceptare
velle, dementia ſit; ſiquidem ipſe illis rerum uſus abunde fidem facit. Sub- 7
limis ſane videtur, & eſt revera admirabilis, illa Demoſthenis ſententia, quam ad defenſionem plebiſciti ſe auctore facti profert: *Hoc*, inquit, *ple-
biſcitum imminens tum temporis civitati periculum diſpulit, ſicut nubem.* Ve- 8
runta-

γεσθαι: & κήλησις juxta Stoicos ἡ δι' ὤτων καταχλῶσα ἡδονὴ, apud Laërt. lib. VII, ubi malim καταχνῶσα legere, i. e. titillans. Cicero in Oratore cap. XLIX: *Duæ ſunt igitur res, quæ permulceant aureis, ſonus & numerus.* Et cap. LV: *Omnino duo ſunt, quæ condiant orationem, verborum, numerorumque jucunditas. In verbis ineſt quaſi materia quædam, in numero autem expolitio.* TOLLIUS.

26. Ὁμοῦ περὶ ὅρκον] Lege, ὁμοῦ, καὶ περὶ, &c. FABER.

27. Προλαμβάνει] Lege, περιλαμβάνειν. FABER.

Ibid. Ἐν αὐτῇ περιλ.] Lege, ἐν αὐτῇ περιλαμβάνει. Faber hæc non recte cepit. TOLL.

28. Καὶ ἡμᾶς] Delendum iſtud ΚΑΊ. FABER.

29. Τοῦτο τὸ ψήφισμα] ἐν τῷ περὶ στεφ. FR. PORTUS.

Ibid. Τοῦτο τὸ ψήφισμα] Ex oratione de corona. FABER.

Ibid. Τοῦτο τὸ ψηφ.] Eſt hæc ſententia non uno modo tractata ab eximiis artis Rhetoricæ doctoribus. Demetrius enim τὴν εἰκασίαν in ea, καὶ τὸ ἐν ταύτης μέγεθος conſiderat: Hermogenes autem citat illam inter ſplendide dicta, l. I, de Ideis cap. IX. TOLLIUS.

30. Πεφώνηται] Id eſt, ut ſect. ſeq. ait, φωνῆεν γεγόνηται. Proprie vertas, *vocalis & ſonora facta eſt.* Sic bene ſonantem iſtiuſmodi orationem Juvenalis appellat *canoris Eloquium vocale modis*, Sat. VII. Hinc τὸ ἐπίκροτον καὶ ὑψηχὲς in Polemone Sophiſta laudatum à Philoſtrato. Videſis porro fuſius hac de re agentem Creſollium l. III, c. XXVII. Et nos ſupra ad ſect. XXXIV. TOLLIUS.

31. Ὅλον τε] Dactylos probat, quia conveniunt grandi orationi. ROBORTELLUS.

32. Ἐπὶ τῶν δακτυλικῶν] Quibus locus ἐν τῇ σειων. apud Hermog. PETRA

Ibid. Ἐπὶ δακτυλικῶν εἴρηται ῥυθμῶν] Hic dicendum de rhythmo, & metro foret; ſed res operoſior, & majori otio reſervanda. Nunc dicam modo, falli eos, & in iis Halicarnaſſeum, qui exiſtimant rhythmum & pedes idem eſſe. Vel id, quod hoc loco ait Longinus, ſatis eſſe poteſt, ut ne id pro vero credatur. Vides enim rhythmos dactylicos hic eſſe, & tamen ψήφισμα, non eſt dactylus; τῇ πόλει dactylus quoque non eſt, ut nec

[32] ἐπὶ τῶν δακτυλικῶν εἴρηται [33] ῥυθμῶν. Εὐγενέστατοι δ' οὗτοι, καὶ [34] μεγε-
9 θοποιοί. [35] Διὸ καὶ τὸ ἡρῷον, ὧν ἴσμεν κάλλιστον, μέτρον [36] συνιστᾶσιν. Ἐπεί τοί γε ἐκ τῆς ἰδίας [37] αὐτὸ χώρας μετάθες, ὅποι δὴ ἐθέλεις, Τοῦτο τὸ ψήφισμα [38] ὥσπερ νέφος ἐποίησε τὸν τότε κίνδυνον παρελθεῖν· ἢ νὴ Δία μίαν ἀπόκοψον συλλαβὴν μόνον, Ἐποίησεν παρελθεῖν ὡς νέφος· καὶ εἴσῃ, πόσον ἡ Ἁρμονία τῷ ὕψει συνηχεῖ. Αὐτὸ γὰρ τὸ, Ὥσπερ νέφος, ἐπὶ μακροῦ
10 τοῦ πρώτου ῥυθμοῦ βέβηκε, [39] τέτρασι [40] καταμετρούμενον χρόνοις. Ἐξαιρεθείσης δὲ τῆς μιᾶς συλλαβῆς, Ὡς νέφος, εὐθὺς [41] ἀκρωτηριάζει [42] τῇ συγκοπῇ τὸ μέγεθος. [43] Ὡς ἔμπαλιν, ἐὰν ἐπεκτείνῃς, Παρελθεῖν ἐποίησεν [44] ὡσπερεὶ νέφος, [45] τὸ αὐτὸ σημαίνει, οὐ τὸ αὐτὸ δὲ ἔτι προσπίπτει, ὅτι τῷ μήκει τῶν ἄκρων χρόνων συνεκλύεται, καὶ [46] διαχαλᾶται τὸ τοῦ ὕψους ἀπότομον.

TMH-

ε [ποίησεν. Videlicet longe alia res est μέτρον, longe alia ῥυθμὸς, qui plerumque ex pronuntiatione nascitur, & διὰ τῆς προφορᾶς σημειοῦται. Petenda illa erunt, quæ a me dicentur, ex Cicerone, Aristotele, Platone, Quintiliano, Halicarnasseo. FABER.

33. Ῥυθμῶν.] Vide quæ superius paulo notata. PETRA.

34 Μεγεθοποιοί.] Cic. de Oratore l. III, vocat *dactylum Heroum*, quod eo pede scribantur facta Heroum & Principum. PETRA.

35. Διὸ καὶ τὸ ἡρῷον] Sic a Plutarcho dicitur τελειότατον. At Aristoteli de arte Poëtica τὸ ἡρωϊκὸν στασιμώτατον καὶ ὀγκωδέστατον τῶν μέτρων ἐστίν. Propterea hoc numero scribuntur *res gestæ regumque, ducumque, & tristia bella*. PETRA.

Ibid. Διὸ καὶ τὸ ἡρῷον] Cicero in Oratore, c. LVII: *Dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ est accommodatus.* Et mox: *Aristoteles judicat heroum numerum grandiorem, quam desideret soluta oratio.* TOLLIUS.

36. Συνιστᾶσιν] libri MSS. una voce auctiores habent, συνιστᾶσι τότε· ἐπεί τοί γε: vel ἐπεί τοι ἐκ τῆς, &c. TOLLIUS.

37. Αὐτὸ] Lege, sensu necessario, αὖ τι, & mox ἐθέλοις, pro ἐθέλεις. Sic verto: *Quare rursus ALIQUID e propria sede transfer, quo ipse VOLUERIS.* FABER.

Ibid. Αὐτὸ χώρας] Faber legendum censet αὖ τι: sed vocula αὐτὸ respicit τὸ ὥσπερ νέφος. De hoc enim solo loquitur Longinus, & hoc unum hic considerat; ut ex ipsa transpositione abunde patet. Quod autem de rhythmo Faber ait, verum est. Recipit enim dactylicus rhythmus etiam alios pedes commodos. Sic Pæonicus rhythmus Pseudo-Demetrio Phalereo non ex meris Pæonibus constare dicitur, sed ex pedibus aliquid a Pæone trahentibus. Hic in ὥσπερ spondæi gravitas est, cui sequens jambus, seu pyrrhichius, sonora vocali terminatus præclare succinit, probante præ ceteris hunc in clausulis numerum Aristotele lib. III Rhet. c. VIII, & Hermogene l. I c. VI, περὶ σεμνότητος. Ubi aliquot egregie huc facientia exempla eodem modo tractantur. Adeantur item Cicero in Oratore cap. LXIII, & LXX, Dionysius Halicarnass. pag. IV, & VIII, περὶ συνθέσεως, Demetrius Phalereus περὶ ἑρμηνείας pag. LXXVI, & seqq. edit. primæ Græc. Victorii; Fabius Quintil. l. IX, c. IV, Suidas in ῥυθμὸς, Jul. Cæs. Scaliger de Arte Poët. Josephus Scaliger ad Euseb. pag. VI, Plato in Philebo pag. XVII, Cresollius in Theatro Sophistarum, & præ ceteris omnibus Isaacus Vossius de Rhythmo. TOLLIUS.

38. Ὥσπερ νέφος] Utitur hac item phrasi Plutarchus aliquoties: ut in Mario: ὥσπερ νέφος ἐμπέσοιεν τῇ Γαλατίᾳ, de Cimbris: & aliquanto post; ἀλλ' ὅπως νέφος τοσοῦτον πολέμου, καὶ σκηπτὸν ὠσάμενοι διασώσουσι τὴν Ἰταλίαν. TOLLIUS.

39. Τέτρασι] Est enim ὥσπερ spondæus, qui quatuor tempora obtinet: τὸ νέφος autem additur hic tantum, ut numerus eo melius sentiatur. TOLLIUS.

40. Καταμετρούμενον] Lege καταμετρουμένου, ut referatur tantum ad ὥσπερ: vel dele vocem νέφος. Spondæus enim est primus numerus, seu pes longus, quatuor constans temporibus. Ὥσπερ νέφος est Jonicus a majore; in quo sex sunt tempora. TOLLIUS.

41. Ἀκρωτηριάζει] Lege, ἀκρωτηριάσεις, scil. σὺ, ἐὰν ἀποκόψῃς μίαν συλλαβὴν μόνον. Sequitur enim, ἐὰν δ' ἐπεκτείνῃς. Ita ut ad Terentia-

runtamen non minus illa Harmoniæ concinnitate, quam ipſius ſenſus granditate, atque magnificentia ſonora eſt. Tota enim numeris conſtat Dactylicis, qui & per ſe præſtantiſſimi ſunt, & ad Sublimitatem appoſitiſſimi: unde & Heroïcum carmen, omnium, quæ novimus, pulcherrimum conſtituunt. Ut autem hoc, quod affirmo, perſpicue tibi, mi Terentiane, 9
liqueat, agedum trajice, permutaque verborum ordinem, ut lubet. Fac ita: *Hoc plebiſcitum ſicut nubem imminens tum temporis civitati diſpulit periculum.* Vel recide unicam tantummodo ſyllabam, ut ſit, *diſpulit ut nubem.* Advertes eveſtigio & aures, & animum, quam pulchre cum Sublimitate Harmoniæ dignitas conſpiret. Illud enim, *ſicut nubem*, primo pede longo incedit, qui quatuor temporum dimenſione conſtat: cui ſi ſyllabam detraxeris, ut ſit, *ut nubem*, tota ſtatim ſententiæ magnificentia hac veluti imminutione mutilata evaneſcet. Contra ea, ſi rurſus 10
inſerta pedem illum ſyllaba extenderis, ut ſit, *diſpulit ſicuti nubem;* eadem quidem erit ſententia, veruntamen non eadem implebit aures ſonoritate: ſiquidem omnis illa contortæ numeris Sublimitatis vehementia una cum iſta temporum ultimorum extenſione remittitur, atque elangueſcit.

rentianum oratio convertatur, uti ſupra factum. Sic ſect. IX male hactenus editum fuit, τίνα φήσει, pro φήσεις. Alias ἀκρωτηριάζεται legi poſſit. TOLLIUS.

42. Τῇ συγκοπῇ] Id eſt, hæc verba ita pronuntiata detracta ſyllaba non minus fœde mutilant granditatem, quam corpus humanum deformant aures amputatæ. Veteres iis, qui in aliquo ſcelere deprehenſi eſſent, ſummas auricularum partes amputabant. PETRA.

43. Ὡς ἔμπαλιν, ἐὰν ἐπεκτείνῃς [παρελθεῖν ἐποίησεν ὥσπερ νέφος,] τὸ αὐτὸ σημαίνει, οὐ τὸ αὐτὸ δὲ ἔτι προσπίπτει, ὅτι, &c.] Locus omnino præter opinionem & conſilium Longini editus. Oſtendam mox, quid deſit; nunc deeſſe aliquid probabo. Principio rationem attulit Rhetor quamobrem harmonia illius loci, τοῦτο τὸ ψήφισμα, &c. tam jucunda ad aures accidat; quippe quæ ſit ἐπὶ δακτυλικῶν ῥυθμῶν, &c. mox, id ut probaret, *muta*, dixit, *tranſpone vel minimam voculam, quo lubebit, tunc facile appareat, quam vere id dictum a me fuerit.* Dein hanc methodum ſecutus eſt, *Tolle vel ſyllabam tantum, ut ſi pro, ὥσπερ νέφος, dicas ὡς νέφος.* Nunc autem, quo rem illuſtrius ob oculos ponat, quæ ratio tandem ſupereſt? Una, mi Lector, ut dicat: *Nunc e contrario extende, vel una brevicula ſyllaba locum illum facito ampliorem, videbis quid fiat; Laxior, ignavior, remiſſior harmonia erit.* Quare non eſt cunctandum, Lector, neque ullus deliberationi locus eſſe debet. Legendum enim παρελθεῖν ἐποίησεν ὥσπερ ΤΙ νέφος. Qui ſedulo legerit, is itidem ut ego fecerit, is itidem ut ego ſenſerit. FABER.

44. Ὥσπερ νέφος] Vidit Faber vitium, ut erat acutiſſimus, ſed minus felix in eo corrigendo fuit, ipſam aliquatenus ſententiam variando. Illud enim τὶ nonnullam habet diſcriminis ſignificationem, quo ſpecies a genere diſtinguitur: contra quam Auctor voluit, qui τὸ αὐτὸ σημαίνειν dixit. Lege igitur, ὡσπερεὶ νέφος. Etenim tria illa ὡς, ὥσπερ, ὡσπερεὶ ejuſdem ſignificationis adverbia ſunt. Præterea ut auctor recidendo ſyllabam in eadem manſit vocula, ita & addendo nihil eam immutavit. Reſpexit hunc locum Philo περὶ γεωργίας: ὡς μὴ ἀναβάλλεσθαι τοὺς ὑστερηκότας μᾶλλον, ἢ ἀποτυχεῖν ἂν εἰκότως εἰσάπαν νομισθῆναι, φθάνον παρελθεῖν ὥσπερ νέφος ἐκείνων. Item in comment. ὅτι ἄθρεπτον τὸ θεῖον: Ἀλλ' ὡς νέφος αὐτῆς ἡ μεγάλη παρῆλθεν εὐπραγία. Ubi & numerum non minus accurate obſervatum video, quum & hic ὥσπερ pro ὡς ponere Philo potuiſſet. TOLLIUS.

45. Τὸ αὐτὸ σημ.] Lege, τὸ αὐτὸ μὲν σημ. TOLLIUS.

46. Διαχαλᾶται τὸ Ὕψος τὸ ἀπότομον.] legendum, Διαχαλᾶται τὸ ΥΨΟΥΣ ἀπότομον, id eſt, *Vigor & audacia Granditatis relaxatur.* FABER.

Ibid. Διαχαλᾶται] Repoſui, τὸ τοῦ ὕψους ἀπότομον. Ut ſect. XI: εὐθὺς γὰρ ἀτονεῖ, καὶ κενοῦται τὸ ἔμπρακτον αὐτῶν. Ubi forte melius, ἀτονεῖ, καὶ ἐκλύεται, legeris. TOLLIUS.

ΤΜΗ͂ΜΑ λθʹ.

Περὶ τῆς τῶν Ὑψηλῶν ἐπισυνθέσεως.

1 ἘΝ δὲ τοῖς μάλιστα μεγεθοποιεῖ τὰ λεγόμενα, καθάπερ τὰ σώματα,
[2] ἡ τῶν μελῶν ἐπισύνθεσις· ὧν ἓν μὲν [3] οὐδενὶ τμηθὲν ἀφ' ἑτέρου καθ'
ἑαυτό τι ἀξιόλογον ἔχει, πάντα δὲ μετ' ἀλλήλων ἐκπληροῖ τέλειον σύ-
2 στημα. [4] Οὕτω τὰ Μεγάλα σκεδασθέντα μὲν ἀπ' ἀλλήλων [5] ἄλλο ἄλλῃ,
ἅμα ἑαυτοῖς συνδιαφορεῖ καὶ τὸ Ὕψος· σωματοποιούμενα δὲ τῇ κοινωνίᾳ,
καὶ ἔτι τῷ δεσμῷ [6] τῆς Ἁρμονίας περικλειόμενα, αὐτῷ τῷ κύκλῳ φω-
3 νήεντα γίνεται. Καὶ σχεδὸν ἐν ταῖς περιόδοις [7] ἔρανός ἐστι πλῆθος τὰ μεγέθη.
[8] Ἀλλὰ μὴν ὅτι τε πολλοὶ καὶ συγγραφέων, καὶ ποιητῶν οὐκ ὄντες
ὑψηλοὶ φύσει, μή ποτε δὲ καὶ ἀμεγέθεις, ὅμως κοινοῖς, καὶ δημώδεσι
τοῖς ὀνόμασι, καὶ οὐδὲν ἐπαγομένοις περιττὸν, ὡς τὰ πολλὰ συγχρώμενοι,
[9] διὰ μόνου τοῦ συνθεῖναι, καὶ ἁρμόσαι ταῦτα, [10] ὅμως ὄγκον, [11] καὶ διά-
4 στημα, καὶ τὸ μὴ ταπεινοὶ δοκεῖν εἶναι, περιεβάλοντο (καθάπερ ἄλλοι τε
πολλοὶ, [12] καὶ Φίλιστος, [13] Ἀριστοφάνης τε ἔν τισιν, ἐν δὲ τοῖς πλείστοις
5 Εὐριπίδης) ἱκανῶς ἡμῖν δεδήλωται. Μετά γε τοι [14] τὴν τεκνοκτονίαν Ἡρα-
κλῆς φησὶ,

[15] Γέμω κακῶν δή· κοὐκέτ' ἔσθ', ὅπῃ τεθῇ·

σφόδρα

Ἐν δὲ τοῖς μάλιστα] Grandem facit orationem membrorum ἐπισύνθεσις, quæ comparatur cum compositione membrorum corporis. ROBORTELLUS.

2. Ἡ τῶν μελῶν ἐπισύνθεσις] Hinc illa Antonii laus apud Ciceronem in Bruto c. XXXVII: *Sed tamen Antonius in verbis & eligendis, (neque id ipsum tam leporis causa, quam ponderis) & collocandis, & comprehensione devinciendis, nihil non ad rationem, & tamquam ad artem dirigebat.* TOLLIUS.

3. Οὐδενὶ τμηθὲν] V. C. οὐδὲν τμηθὲν ἀφ' ἑτέρου καθ' ἑαυτὸ ἀξιόλογον ἔχει· οὐδενὶ pro οὐδὲν Atticum est. Verum τὸ τὶ recte deletur: aut, si retinendum videbitur, οὐδὲν transponendum erit post ἑαυτό. TOLLIUS.

4. Οὕτως τὰ μεγάλα] Sic Plato in Phædro, δεῖν ἔχειν, dicit, τὸν λόγον κεφαλήν τε καὶ ἄκρα, καὶ μέσα πρέποντα ἀλλήλοις τε, καὶ τῷ ὅλῳ σώματι· ἀλλὰ μὴ χύδην ἕκαστα βεβλῆσθαι, εἰ καὶ καλὰ εἴη καθ' ἑαυτά· οὐ γὰρ δύνασθαί ποτε οὕτω γενέσθαι καλὸν λόγον. TOLLIUS.

5. Ἄλλο ἄλλῃ] V C. ἄλλοσε ἄλλα. Sed hæc, ut arbitror, ab interprete profecta sunt. TOLL.

6. Τῆς ἁρμονίας] Tria sunt, ut ait Theophrastus apud Dionys. Halic. in Isocrate, ἐξ ὧν γίνεται τὸ μέγα, καὶ σεμνὸν, καὶ περιττὸν ἐν λέξει, ἥ τε ἐκλογὴ τῶν ὀνομάτων, καὶ ἡ ἐκ τούτων ἁρμονία, καὶ τὰ περιλαμβάνοντα αὐτὰ σχήματα. TOLLIUS.

7. Ἔρανος] *Collectam* vertit Cicero l. II de Oratore, c. LVII: *Ego vero*, inquit, *ille, quoniam collectam a conviva, Crasse, exigis, non committam, ut, si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi.* Vide plura περὶ τοῦ ἐράνου in notis Casauboni ad Theophrastum. TOLLIUS.

8. Ἀλλὰ μὴν ὅτι] Hæc tantum non αὐτολεξεὶ ex Halic. Dionysio descripta sunt, pag. II vers. 36, de Compositione. Hermogenes lib. II de Ideis, c. 10: πρὸς δὲ τούτοις μάχεταί πως τῷ εὐτελεῖ τὸ ἐπιμελὲς, καὶ μὴ διερριμμένον· ὥστε εἰ καὶ συμβαίνει διὰ λεπτότητα νοημάτων καταφέρεσθαι τὸν λόγον εἰς εὐτέλειαν, ὀρθώσειας ἂν οὕτως αὐτὸν τοῖς τοῦ κάλλους σχήμασι, καὶ ῥυθμοῖς, ταῖς τε συνθήκαις, καὶ ταῖς ἀναπαύσεσιν. Quas ἀναπαύσεις ille, noster mox ἐξερείσματα χρόνων vocat. Ceterum ὅτι γε, pro, ὅτι τε, malim. TOLLIUS.

9. Διὰ μόνου τοῦ συνθεῖναι] Isocrates in Encomio Evagoræ: Ἢν γάρ τις τῶν ποιημάτων

τῶν

SECTIO XXXIX.

De Sublimium apta inter ſe Compoſitione.

PRæcipue vero ad comparandam orationi granditatem ipſa facit Sub- 1
limium, non ſecus ac memborum in corpore, concinna, & quaſi
rotunda conſtructio. Sicut enim membra, quum disjuncta ſunt, & a 2
corpore divulſa, ſingula per ſe nihil habent dignitatis, conjuncta vero,
riteque compoſita, atque colligata, tum demum in abſoluti, perfecti-
que corporis conſurgunt molem: ita & quæ Grandia ſunt in oratione,
quum ea ab ſe invicem diſſipantur, una quoque ipſam diſtrahunt Sub-
limitatem. At ubi in unum collecta fuerint, coactaque corpus, atque 3
inſuper harmoniæ vinculo conſtricta, hoc ipſo juncturæ ambitu vocalia
evadunt, ac ſonora: adeo ut in periodis orationis *Granditatem velut ſym-
bolam quandam eſſe jure dixeris, a plurium membrorum coadunatione colla-
tam.* Puto autem in illo, de quo ajebam, opere abunde ſatis a me eſſe
demonſtratum, permultos tam ſolutæ, quam ligatæ orationis ſcripto-
res, quamvis natura minime ſublimes fuerint, (immo potius, ſi vera
volumus, Sublimitatis ſæpe numero expertes.) ad hæc pervagatis maxi-
mam partem, ac de medio ſumtis uſi ſint verbis, ſola nihilominus eorun-
dem ſtructura, atque coaptatione, tantum orationi ſuæ adſciviſſe maje-
ſtatis, Sublimitatiſque, ut omnem omnino humilitatis ſuſpicionem ef- 4
fugerint. Ex hoc ego numero Philiſtum eſſe dixi, & in nonnullis
Ariſtophanem, atque etiam in plurimis Euripidem. Ut, quum Her- 5
culem, poſtquam ſuos ipſe ſagittis confecit liberos, ita loquentem in-
ducit,

Plenus malis ſum, nec novo eſt ulli locus,

Per-

τῶν εὐδοκιμέντων τὰ μὲν ὀνόματα, καὶ τὰς διανοίας καταλίπῃ, καὶ τὸ μέτρον διαλύσῃ, φανήσεται πολὺ καταδεέστερα τῆς δόξης, ἧς νῦν ἔχομεν περὶ αὐτῶν. Fabius lib. IX, c. IV de Compoſ. *Nam quadam & ſententiis parva, & elocutione modica, virtus hæc ſola commendat.* Mox lego: ὄγκον αὐτοῖς &c. καὶ τὸ μὴ ταπεινὰ δοκεῖν εἶναι. TOLLIUS.

10. Ὅμως ὄγκον] A ſomniculoſo lectore iſtud ὅμως additum fuerat, qui non meminiſſet, in priori parte periodi ſcriptum fuiſſe, ὅμως κοινοῖς, &c. FABER.

11. Διάστημα,] Hinc διαστηματικὴ φωνὴ, intervallata vox, quæ cum intervallo ſuſpenditur, ut in cantionibus, & legendis verſibus heroicis. PETRA.

Ibid. Καὶ διάστημα] διάστημα hic non eſt intervallum vocum Muſicum, ſed per translationem elatio, ſeu granditas, qua ſe oratio humo levat, & *in altum attollit.* Alibi γενναῖον παράστημα dixit. TOLLIUS.

12. Καθάπερ καὶ Φίλιστος.] *Philiſtus*, hiſtoricus *Syracuſius*, qui *Dionyſii* res geſtas ſcriptis mandavit; aliquo fidei detrimento. *Pauſan. Attic. Iſocratis* σύγχρονον & imitatorem ponit *Halicarnaſſeus in Iſæo*; necnon *Thucydidis.* LANGBÆNIUS.

Ibid. Καὶ Φίλιστος] Sic legerem, καὶ Φίλιστος, Ἀριστοφάνης ΤΕ ἔν τισιν, ἐν ΔΕ τοῖς πλείστοις Εὐριπίδης. FABER.

13. Ἀριστοφάνης] Poſſit cum copula legi, Ἀριστοφάνης τε ἔν τισιν, καὶ ἐν τοῖς πλείστοις, &c. Fabrum tamen ſecutus ſum. TOLLIUS.

14. Τεκνοτονίαν] Ita omnes editiones, queis uſus ſum. Sed legendum vel τεκνοκτονίαν, vel τεκνοφονίαν. FABER.

15. Γέμω] Εὐριπ. ἐν Ἡρακλεῖ μαινομένῳ. FR. PORTUS.

Ibid.

σφόδρα δημῶδες τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ γέγονεν ὑψηλὸν [16] τῇ πλάσει ἀνα-
6 λογοῦν. Εἰ δ' ἄλλως αὐτὸ συναρμόσεις, φανήσεταί σοι δῆλον, ὅτι [17] τῆς
7 συνθέσεως ποιητὴς ὁ Εὐριπίδης μᾶλλόν ἐστιν, ἢ τοῦ νοῦ. [18] Ἐπὶ δὲ τῆς συ-
ρομένης ὑπὸ τοῦ ταύρου Δίρκης,

— — — εἰ δέ που
Τύχοι πέριξ ἑλίξας, [19] εἷλχ' ὁμοῦ λαβὼν
[20] Γυναῖκα, πέτραν, δρῦν, μεταλλάσσων ἀεί.

8 Ἔστι μὲν γενναῖον τὸ λῆμμα, ἁδρότερον δὲ γέγονε τῷ τὴν ἁρμονίαν μὴ κατεσπεῦσθαι, [21] μηδ' οἷον ἀποκύλισμά τι φέρεσθαι, [22] ἀλλὰ στηριγμούς τε ἔχειν πρὸς ἄλληλα τὰ ὀνόματα, καὶ ἐξερείσματα τῶν χρόνων, πρὸς ἑδραῖον διαβεβηκότα μέγεθος.

ΤΜΗ͂-

Ibid. Γέμω κακῶν δὴ] Ex mente Longini sic vertendus hic versus fuerat:

Plenus malis sum, nec cuiquam novo est locus. Faber.

Ibid. Γέμω κακῶν] Usus eodem versiculo Plutarchus de Stoïcorum repugnantiis p. 1048 Paris. sed alio modo. Tollius.

16. Τῇ πλάσει ἀναλογοῦν.] Cantus flexionem, & veluti figurationem, cantus varietatem, πλάσιν dici Græcis intelligimus ex illis Theophrasti de Plant. lib. IV, cap. 12: Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν πλάσιν μετέβησαν. Id est, interprete Plinio, *postquam varietas cantus accessit*. Quæ & *cantus luxuria* dicitur, & πλάσμα. Vertimus igitur τὸ ἀναλογοῦν τῇ πλάσει, *quod sono & varietati ejusmodi in musicis respondet. Quod pares obtinet vires, quod quadrat, & convenit.* Petra.

Ibid. Τῇ πλάσει ἀναλογοῦν.] *Theophrasti* illud ab interprete adductum vertit *Bulengerus de Theatro, lib. II, cap. VIII, postquam ad fictionem vocis ventum est.* Et eo refert etiam illud *Persii Sat. I. Liquido cum plasmate guttur Mobile colluerit.* Cæterum ego, quod a præceptore dudum didici, etiamnum retineo; *plasma* eo loci sumendum pro potionis genere, quo declamaturi ad vocem molliendam utebantur. Langbænius.

Ibid. Τῇ πλάσει ἀναλογοῦν] Locus pulcerrimus, sed quem, meo judicio, non ita facile homo Latinus reddere possit. Sic placeret: *Id, quod dicit Euripides, sane plebejum est, sed quia structuræ respondet, magnum & sublime videtur.* Faber.

Ibid. Τῇ πλάσει ἀναλογοῦν] Malim legere; ἀλλὰ γέγονε τῷ ὑψηλῷ τῇ πλάσει ἀναλογοῦν. Aut si ὑψηλὸν integrum videbitur, & incorruptum, aliter tamen hæc sententia, ac ab interpretibus, & Fabro, factum, vertenda est, atque explicanda. Non enim quia structuræ respondet dictum hoc, aut cantus sono, sed quia compositione sublimitatem, quæ nulla erat, repræsentat, sublime factum est. Sic ut τὸ ἀναλογοῦν hic non *respondere* significet, sed parem sublimitati dignitatem habere, idque propter compositionis, seu structuræ, pulcritudinem, atque artificium. Langbænii de gutturis plasmate expositio ad Persium tantum spectat. Nam non ex facili delibuti dulci potiuncula gutturis pronuntiatione, sed ex difficili & aspera vocum monosyllabarum & dissyllabarum permixtione atque compositione, sublimitas huic sententiæ, vulgaribus verbis constanti, acquisita est. Tollius.

17. Τῆς συνθέσεως] Ex Aristotele cap. I, lib. III Rhetor. Euripides κωμῳδούμενος apud Aristophanem, in Ranis, primum se docuisse prædicat,

Λεπτῶν τε κανόνων ἐσβολὰς, ἐπῶν τε γωνιασμοὺς,
Νοεῖν, ὁρᾷν, ξυνιέναι, στρέφειν, ἐρᾷν, τεχνάζειν.

ubi scite ac venuste ab Aristophane sale Comico defricatur: atque inter cetera hæc de Euripide dicuntur:

Ἔνθεν δὴ στοματουργὸς ἐπῶν
Βασανίστρια, λίσπη,
Γλῶσσ' ἀνελισσομένη, φθονεροὺς
Κινοῦσα χαλινοὺς,
Ῥήματα δαιομένη,
Καταλεπτολογήσει
Πλευμόνων πολὺν πόνον.

quæ ultima verba egregie superius dicta illustrant. Tollius.

18. Ἐπὶ

perquam ſane plebejis, & abjectis concinnatam verbis ſententiam ipſa 6
tamen apta verborum conſtructione Sublimem fecit, ac ſonoram. Quod
ſi namque orationis ſtructuram mutata verborum diſpoſitione diſſolve- 7
ris, ſtatim agnoſces, arte magis Euripidem, atque verborum compoſitione, quam ſenſuum magnificentia excellere. Ad hunc modum effecta ſunt ea, queis Dircen a tauro raptari narrat:

——— ——— At ſicubi
Huc ſemet aut illuc vagus converterit,
Querceta, petras, hanc ſimul circumrotat.

Eſt certe grandis quidem ille ſenſus, veruntamen multo evaſit elatior, 8
quod in eo non præcipitetur numerus, neque velut volubile pondus impetum ſecutus ruat: verum potius firmamina habeant ipſa verba inter ſe, graduſque, ac fulcimenta temporum, quibus inſiſtentia ad ſtabile Sublimitatis culmen enitantur.

SECTIO

18. *Ἐπὶ τῆς συρομένης ὑπὸ τοῦ ταύρου Δίρκης.*] De *Dirce* a privignis ſuis *Zeto* & *Amphione* ad indomitum taurum crinibus religata egit *Euripides* in tragœdia, quam (ut ex *Hygino fab.* VIII, conjicere eſt) *Antiopam* inſcripſit, non *Dircen*. Eam poſt *Euripidem* finxit *Ennius*; ſculpſit totam fere fabulam *Tauriſius*; quam ex uno marmore *Rhodo advectam*, olim in *Aſinii Pollionis* ædibus, nunc in *Farneſianis Romæ* videre eſt. Cujus ectypon expreſſum habemus apud *Baptiſtam* de *Cavalleriis*, *Antiquarum ſtatuarum urbis Romæ lib.* III, *pict.* III. LANGBÆNIUS.

19. *Εἷλκεν ὁμοῦ*] Melius V. C. *εἷλχ' ὁμοῦ.* TOLLIUS.

20. *Γυναῖκα, πέτραν, δρῦν*] Nemo hæc Latinis verſibus apte expreſſerit. Conſiſtit enim compoſitionis præſtantia primum in illo a triſyllabo ad diſyllabum, & a diſyllabo ad monoſyllabum deſcenſu: Deinde in illis *στηρίγμασι* duriorum literarum, productique temporis in *πέτραν*, & *δρῦν* mora: quarum vocum ultima inſignis in pronuntiando eſt duritiei: ſic ut interquieſcere pronuntiantem neceſſe ſit, & quodammodo eloquendi pauſam facere; unde mire aſſurgit oratio, ſenſuſque multo evadit ſublimior. Alluſit Plato in Sophiſta ad hos Euripidis verſus: *Οἱ μὲν*, inquit, *εἰς γῆν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τοῦ ἀοράτου, πάντα ἕλκουσι ταῖς χερσὶν, ἀτέχνως πέτρας, καὶ δρῦς περιλαμβάνοντες.* TOLLIUS.

21. *Μηδ' οἷον ἀπ.*] Vatic. ſecundus, *μηδ' οἷον μὲν ἀπο.* Tertius vero, *μηδ' οἷον ἀπὸ κυλίσματος φέρεσθαι.* TOLLIUS.

22. *Ἀλλὰ στηριγμοὺς*] Dionyſius Halic. ubi de Homeri compoſitione ad argumenti naturam attemperata loquitur, p. XV, *περὶ συνθέσ.* *Βιαζόμενον δέ τινα*, inquit, *πρὸς ἐναντίον ῥεῦμα ποταμοῦ μετὰ τῶν ὅπλων, καὶ τὰ μὲν ἀντέχοντα, τὰ δὲ ὑποφερόμενον εἰσάγων, ἀνακοπάς τε ποιήσει συλλαβῶν, καὶ ἀναβολὰς χρόνων, καὶ ἀντιστηριγμοὺς γραμμάτων.* Et pag. XXI, ubi verſus de Siſyphi inani lapidis volutatione examinat; *Τί δὴ*, ait, *τούτων ἕκαστον δύναται; αἱ μὲν μονοσύλλαβοί τε, καὶ δισύλλαβοι λέξεις, πολλοὺς μεταξὺ χρόνους ἀλλήλων ἀπολείπουσαι, τὸ χρόνιον ἐμιμήσαντο τοῦ ἔργου. Αἱ δὲ μακραὶ συλλαβαὶ στηριγμούς τινας ἔχουσαι, καὶ ἐγκαθίσματα, τὴν ἀντιτυπίαν, καὶ τὸ βαρὺ, καὶ τὸ μόγις,* &c. Ejuſmodi *στηριγμοὺς*, & *ἀναπαύσεις*, ſtatim in initio eloquentiſſimæ, & neſcio annon omnem gentilium ſcriptorum Sublimitatem ſuperantis, certe adæquantis epiſtolæ ad Hebræos reperias: quam vel hoc uno Pauli non eſſe probaverim. Sed ſunt *ἀναπαύσεις* illæ non deorſum ruentis orationis, verum contra ea in cælum aſſurgentis *στηριγμοί.* Ita vero incipit: *Πολυμερῶς, καὶ πολυτρόπως, πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας ἐν πατράσιν*, &c. Ubi tres conſequenter ſunt poſiti Pæones quarti cum ſyllaba poſt ſingulas remanente, velut ad ſubſiſtendum, dum ita in cælum ad Deum his velut gradibus ſcriptor aſcendit. TOLLIUS.

ΤΜΗ͂ΜΑ μʹ.

Τίνα ἀντιμάχεται τῷ Ὕψει;

1 Μικροποιὸν δ' οὐδὲν οὕτως ἐν τοῖς Ὑψηλοῖς, [2] ὡς ῥυθμὸς κεκλασμένος λόγου, καὶ σεσοβημένος· [3] οἷον δὴ πυῤῥίχιοι, καὶ τροχαῖοι, καὶ
2 διχόρειοι τέλεον εἰς ὀρχηστικὸν συνεκπίπτοντες. Εὐθὺς γὰρ πάντα φαίνεται τὰ κατάρυθμα κομψὰ, μαὶ μικροχαρῆ, [4] καὶ ἀπαθέστατα, [5] διὰ τῆς ὁμοειδίας
3 ἐπιπολάζοντα. Καὶ ἔπι τούτων τὸ χείριστον, ὅτι, [6] ὥσπερ τὰ ᾠδάρια τοὺς ἀκροατὰς [7] ἀπὸ τοῦ πράγματος ἀφέλκει, καὶ [8] ἐφ' αὑτὰ βιάζεται, οὕτως καὶ τὰ κατεῤῥυθμισμένα τῶν λεγομένων οὐ τὸ τοῦ λόγου πάθος ἐνδίδωσι τοῖς ἀκούουσι, τὸ δὲ τοῦ ῥυθμοῦ· ὡς ἐνίοτε προειδότας τὰς ὀφειλομένας καταλήξεις αὐτοὺς ὑποκρούειν τοῖς λέγουσι, καὶ [9] φθάνοντας ὡς ἐν
4 χορῷ τινὶ [10] προαποδιδόναι τὴν βάσιν. Ὁμοίως δὲ ἀμεγέθη καὶ [11] τὰ λίαν συγκείμενα, καὶ εἰς μικρὰ, καὶ βραχυσύλλαβα συγκεκομμένα, καὶ ὡσανεὶ γόμφοις τισὶν ἐπαλλήλοις κατ' ἐγκοπὰς, καὶ σκληρότητας ἐπισυνδεδεμένα.

ΤΜΗ͂-

Μικροποιὸν δ' οὐδὲν] Qualis rythmus grandem orationem frangat, ac deprimat, ostendit. Robortellus.

2. Ὡς ῥυθμὸς κεκλασμένος λόγῳ] Sensus ineptus fuerit, nisi scribas λόγου, aut λόγων. *Nihil*, inquit, *ita magnitudini obesse potest, ac numerus orationis fractus, mollis, & concisus.* Faber.

Ibid. Ὡς ῥυθμὸς κεκλασμένος] Locus est perelegans, sed paulo prolixior apud Dionysium Hal. pag. XVIII, ubi Hegesiæ ineptissimam compositionem exponit. Tollius.

3. Οἷον δὴ πυῤῥίχιοι] Dionysius Hal. Pyrrhichios οὔτε μεγαλοπρεπεῖς, οὔτε σεμνοὺς esse dicit: Trochæos autem jambis μαλακωτέρους καὶ ἀγεννεστέρους. Aristoteles Trochæum κορδακικώτερον esse dicit lib. III, Rhet. cap. VIII. Cui Cicero, Hermogenes, Fabius, aliique subscribunt. Tollius.

4. Καὶ ἀπαθέστατα] Cicero ad Brutum cap. LXII: *Genus autem hoc orationis neque totum assumendum est ad causas forenses, neque omnino repudiandum. Si enim semper utare, cum satietatem affert, tum, quale sit, etiam ab imperitis agnoscitur Detrahit praterea actionis dolorem, aufert humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem, & fidem.* Quod & extremo c. LXIII repetit. Idem in Bruto cap. XCV, de Hortensio: *Et erat oratio cum incitata, & vibrans, tum etiam accurata & polita. Non probantur hac senibus.* Et mox: *Sed cum jam honores, & senior autoritas gravius quiddam requireret, remanebat idem, nec decebat idem:* (concinnitas nempe illa, crebritasque sententiarum.) *Hac autem genera dicendi aptiora sunt adolescentibus; in senibus gravitatem non habent.* Tollius.

5. Διὰ τῆς ὁμοειδίας] seu potius ὁμοειδείας. Hinc ea Calidii laus apud Ciceronem in Bruto, cap. LXXIX, quod ejus verba non *soluta, nec diffluentia, sed adstricta numeris, non aperte, nec eodem modo semper, sed varie, dissimulanterque conclusis.* Idem in Orat. perfecto, cap. LVIII: *Ita in varia & perpetua oratione hi sunt inter se miscendi, & temperandi. Sic minime advertetur delectationis aucupium, & quadranda orationis industria.* Tollius.

6. Ὥσπερ τὰ ᾠδάρια] Seneca epist. CXIV: *Quorundam non est compositio; modulatio est: adeo blanditur, & molliter labitur.* Tollius.

7. Ἀπὸ τοῦ πράγματος] Aristoteles lib. III Rhet. c. VII: Τὸ δὲ σχῆμα τῆς λέξεως δεῖ μήτε ἔμμετρον εἶναι, μήτε ἄῤῥυθμον· τὸ μὲν γὰρ, ἀπίθανον· πεπλάσθαι γὰρ δοκεῖ, καὶ ἅμα καὶ ἐξίστησι· προσέχειν γὰρ ποιεῖ τῷ ὁμοίῳ, πότε πάλιν ἥξει· ὥσπερ οὖν τῶν κηρύκων προλαμβάνουσι τὰ παιδία, τὸ, τίνα αἱρεῖται ἐπίτροπον ὁ ἀπελευθερούμενος; τὸν Κλέωνα· τὸ δὲ ἄῤῥυθμον ἀπέ-

ραντον

SECTIO XL.

Quænam potissimum Sublimitati adversentur?

Contra ea nihil est, quod Sublimitati magis repugnet, quam nume- 1
rus fractus in oratione, atque concitatus: quo de genere Pyrrichii
sunt, & Trochæi; item Dichorei, pæne saltatorium Canticum. Omnis 2
enim istiusmodi numeris instructa oratio statim velut de industria com-
ta, fucataque videtur, & argutam potius festivitatem, quam suspicien-
dam aliquam præ se fert granditatem: quodque sine ulla commutatione
in eodem semper genere versetur numerorum, animis audientium abs-
que ulla ipsorum perturbatione velut leviter innatat. Ad hæc, quod 3
omnium in oratione vitiorum pessimum est, sicut in canticis evenire
solet, ut, dum moduli dulcedinem attentis animis admirabundi exci-
piunt auditores, ipsa eos fugiat, ac prætervolet cantici sententia: ita &
quadrata illa, ac modulata nimis oratio, non ipsum pondus, ac vim re-
rum, & affectuum auditorum animis insinuat, verum blande suaviterque
decurrentis numeri voluptate ita eos capit, ac demulcet, ut prævisis
sæpe, aut agnitis, quas consequi necesse est, sententiarum clausulis, ora-
torem præveniant, & velut in chorea quadam, ipsius orationis gressum
plausibus suis antevertant. Sed & illa altitudine destituta sunt, quæ ni- 4
mis contracta, & in minutas, ac brevisyllabas voces concisa sunt, con-
tinuisque veluti clavis incisim, aspereque inter se compacta.

SECTIO

ϱυθμόν. Quod igitur noster ἀφέλκειν ἀπὸ τοῦ πράγματος vocat, id Aristoteles ἐξιστάναι dixit. Refert Eunapius in Proæresio, solitum illum singulas periodos pulsu manuum finire. TOLLIUS.

8. Ἐφ᾽ αὑτὰ βιάζεται,] Fortasse melius, ἐφ᾽ ἑαυτά. PETRA.

Ibid. Ἐφ᾽ αὑτὰ] Recte Interpres, qui legit, ἐφ᾽ ἑαυτά. FABER.

9. Φθάνοντας ὡς ἐν χορῷ τινι προαποδιδόναι τὴν βάσιν.] *Ut in choro aliquo* βάσιν *cantilenæ priores exhibeant*. Hoc est, idem agit, quod *Chorodidascalus*, seu *magister Chori*, facere solebat, τὸ ἐνδόσιμον, sive (ut hic) cantus fundamentum iis præeundo suggerens. LANGBÆNIUS.

10. Προαποδιδόναι] Demetrius Phaler. τῶν τε τὰς πυκνὰς περιόδους λεγόντων οὐδ᾽ αἱ κεφαλαὶ ῥᾳδίως ἑστᾶσιν, ὡς ἐπὶ τῶν οἰνωμένων· οἵ τε ἀκούοντες ναυτιῶσι διὰ τὸ ἀπίθανον· τότε δὲ καὶ ἐκφωνοῦσι τὰ τέλη τῶν περιόδων προειδότες, καὶ προαναβοῶσι. Gellius vocavit hoc, *gressibus orationis plaudere*. Verba Castricii apud eum sunt l. XI, c. XIII: *Sed uti caveretis, ne vos facile perstringeret modulatus aliquis currentis facundiæ sonitus: atque ut vim ipsam rerum, virtutemque verborum prius pensitaretis: & siquidem gravis, atque integra, & sincera sententia diceretur, tum, si ita videretur, gressibus quoque ipsis orationis, & gestibus plauderetis.* Ubi animadvertenda est mendosa lectio. Nam in veteribus libris copula ante *gestibus* desideratur. Unde facile colligi potuit τὸ *gestibus*, pro varia lectione τοῦ *gressibus* margini adscriptum tandem in ipsum contextum irrepsisse. TOLLIUS.

11. Τὰ λίαν συγκείμενα] Vitium hic a nostro reprehenditur, castigaturque, quod in Hegesia culpavit Cicero ad Brutum, cap. LXVII: *Nec ullum*, inquit, *genus est dicendi aut melius, aut fortius, binis aut ternis verbis, nonnumquam singulis, paullo alias pluribus: inter quas variis clausulis interponit se raro numerosa comprehensio: quam perverse fugiens Hegesias, dum ille quoque imitari Lysiam vult, alterum pæne Demosthenem, saltat, incidens particulas.* TOLLIUS.

ΤΜΗΜΑ μα´.

Περὶ Φράσεως Συγκοπῆς.

1 Ἔτι γε μὴν Ὕψους μειωτικὸν καὶ ἡ ἄγαν τῆς Φράσεως Συγκοπή. [2] Πηροῖ γὰρ τὸ μέγεθος, ὅταν εἰς λίαν συνάγηται βραχύ. Ἀκουέσθω δὲ νῦν μὴ τὰ [3] δεόντως συνεστραμμένα, ἀλλ' ὅσα [4] ἄντικρυς μικρὰ, καὶ [5] κατα-
2 κεκερματισμένα. [6] Συγκοπὴ μὲν γὰρ κολούει τὸν νοῦν, [7] συντομία δ' ἄγει ἐπ'

Ἔτι γε μὴν] Grandis oratio etiam deprimitur, ac minuitur τῇ συγκοπῇ τῆς φράσεως. ROBORTELLUS.

Ibid. Ἔτι γε μὴν ὕψους μειωτικὸν] Aquila de figuris ſententiarum: *Ubi ſemper cæſa oratio eſt, nihil a ſermone imperitorum differre videtur.* Plinius l. I, epiſt. XX, ad Tacitum: *Non enim amputata oratio, & abſciſſa, ſed lata, & magnifica, & excelſa tonat, fulgurat, omnia denique perturbat, ac miſcet.* Cicero in Oratore cap. LXIX: *Sunt etiam, qui illo vitio, quod ab Hegeſia maxime fluxit, infringendis, concidendiſque numeris in quoddam genus abjectum incidant, Siculorum ſimillimum.* Ξηρότης dicitur hoc vitium Demetrio: ὅταν πυκνὰ ᾖ τὰ κόμματα, ὥσπερ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς ἔχει. Ὁ βίος βραχύς· ἡ τέχνη μακρά· ὁ καιρὸς ὀξύς· ἡ πεῖρα σφαλερά· ἢ ὅταν ἐν μεγάλῳ πράγματι ἀποκεκομμένον ᾖ τὸ κῶλον, καὶ μὴ ἔκπλεων. Cicero in Oratore cap. LVII: *Quia contractio & brevitas dignitatem non habet.* Hinc de Seneca Fabius l. X Inſt. c. I: *Si rerum pondera minutiſſimis ſententiis non fregiſſet, conſenſu potius eruditorum, quam puerorum amore comprobaretur.* TOLLIUS.

2. Πηροῖ] Supra ſynonymως ἀκρωτηριάζειν dixit. PETRA.

Ibid. Πηροῖ] Eadem tralatione uſus eſt Demetrius Phalereus, ἀποκεκομμένην καὶ χωλῇ ὁμοίαν periodum dicens. Idem alibi καταςμικρύνειν vocavit: Τὸ γὰρ ταχέως, inquiens, ἀποσιωπᾷν εἰς κῶλον βραχὺ, κατασμικρύνει τὴν τοῦ λόγου σεμνότητα, κἂν ἡ ὑποκειμένη διάνοια μεγαλοπρεπὴς ᾖ, κἂν τὰ ὀνόματα. TOLLIUS.

3. Δεόντως συνεστραμμένα] Duo libri, τὰ οὐ δεόντως: Quæ ſi vera lectio eſt, vertendum erit, *quæ juſto non ſit ambitu concluſa, comprehenſaque.* Non viderunt quidam ex interpretibus, quid hic eſſent τὰ δεόντως συνεστραμμένα. Eſt autem oratio, quæ ad inſtar miſſilium contorta, & vibrans eſt. Aut, ſi quis ita malit, oratio talis, qualis Thucydidia eſt, & Salluſtiana: cujus brevitas admirabilis tantum abeſt, ut Sublimitatem mutilet, ut augeat, & ad ſummum perducat faſtigium. Plato in Prot. Ἐνέβαλε ῥῆμα βραχὺ, καὶ συνεστραμμένον, ὥσπερ δεινὸς ἀκοντιστής. TOLLIUS.

4. Ἄντικρυς μικρὰ] Hoc loco ἄντικρυς *contra* non eſt, *ſed palam, prorſus, omnino.* FABER.

5. Κατακεκερματισμένα] Demetrius Phalereus: Κατακεκομμένῃ γὰρ ἔοικεν ἡ σύνθεσις, καὶ κεκερματισμένῃ, καὶ εὐκαταφρόνητος, διὰ τὸ μικρὰ σύμπαντα ἔχειν. TOLLIUS.

6. Συγκοπὴ κωλύει τὸν νοῦν, συντομία δ' ἐπ' εὐθύ.] Interpres corrigit ἐπευθύνει: *Stephanus*, ἐπ' εὐθὺ ἄγει eodem ſenſu. Quod ſequitur, δῆλον δ' ὡς ἔμπαλιν τὰ ἀποτάδην ἀπόψυχα, ſic reddo, *Rurſus, conſtat ea, quæ protracta ſunt, emortua* & languida *eſſe*, utpote *quæ intempeſtivam prolixitatem accerſunt. Græca* nonnihil luxata ſunt. LANGBÆNIUS.

Ibid. Συγκοπὴ γὰρ κωλύει τὸν νοῦν] Lego κολούει, id eſt *mutilat*, ut ſupra dixit πηροῖ, quod eodem recidit. FABER.

Ibid. Κωλύει τὸν νοῦν]. Τὸ κολούει, quod Faber reponi vult, multum mihi arridet. Poteſt tamen κωλύει defendi; ut *impediri*, & obſcurari videatur ſenſus nimis abſciſſa, conciſaque oratione. Quia *abruptum illud ſermonis genus audientem transvolat, nec, dum repetatur, exſpectat*; ut ait Fabius lib. IV, cap. II: cui lib. X, cap. I, *Attici præciſis concluſionibus obſcuri*, dicuntur. Ciceroni in Bruto c. LXXVI: *Præceps quædam, & cum idcirco obſcura, quia peracuta, tum rapida, & celeritate cæcata oratio*, vocatur. Ariſtoteles lib. III Rhet. cap. IX, eleganti utitur tralatione, deſumta a curſoribus: δεῖ δὲ καὶ τὰ κῶλα, inquit, καὶ τὰς περιόδους, μήτε μειούρους εἶναι, μήτε μακράς. Τὸ μὲν γὰρ μικρὸν προσπταίειν πολλάκις ποιεῖ τὸν ἀκροατήν. Ἀνάγκη γὰρ, ὅταν ἔτι ὁρμῶν ἐπὶ τὸ πόῤῥω, καὶ τὸ μέτρον, οὗ ἔχει ἐν ἑαυτῷ, ὅρου ἀντισπασθῇ παυσαμένου, οἷον προσπταίειν.

SECTIO XLI.

De Oratione nimis Concisa.

PRæterea amputatum quoque, & curtum nimis, ac concisum dicen- 1
di genus orationis Granditati inimicissimum est. *Mutilatur enim Sublimitas, quum in nimias brevitatis angustias contrahitur, atque coartatur.* Non tamen hæc de ejusmodi oratione accipi velim, quæ laudabili brevitate validius contorta, concitataque est: verum de illa, quæ plane ab hac diversa, decurtata, & claudicans, in minutas sententiolas dissecta
est. *Abscissa namque oratio sensum impedit, atque retardat; quem contra ea* 2
succin-

πταίειν γίγνεσθαι, διὰ τὴν ἀντίκρουσιν. Τὰ δὲ μακρὰ ἀπολείπεσθαι ποιεῖ, ὥσπερ οἱ ἐξωτέρω ἀποκάμπτοντες τοῦ τέρματος· ἀπολείπουσι γὰρ καὶ οὗτοι τοὺς συμπαρατρέχοντας. Seneca epist. CXIV: *Sallustio vigente amputatæ sententiæ, & verba ante exspectatum cadentia, & obscura brevitas, fuere pro cultu.* Hujus erat dicendi formæ amator Fabianus, de quo idem Seneca l. II Controv. in Præfat. *Sæpe minus, quam audienti satis est, eloquitur. Quædam tam subito desinunt, ut non brevia sint, sed abrupta.* TOLLIUS.

7. Συντομία δ' * ἐπ' εὐθὺ] Non displicet Interpretis conjectura, ἐπευθύνει: sed tamen aliud quid latere arbitror; quod sine MS. codice erui non potest. FABER.

Ibid. Συντομία δ' ἄγει ἐπ' εὐθύ.] Rectius cum H. Stephano legas: συντομία δ' ἄγει ἐπ' εὐθύ. Lucian. de Hist. conscrib. ἔπειτα οἷς χρώμενος οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ὀρθῆς, καὶ ἐπ' εὐθὺ ἀγούσης. Ita & restituenda illa Auctoris Prologi epistolis D. Pauli præfixi in editione Boecleri. Ἵνα δὴ κἀγὼ τὰς τῶν ἀερίων πνευμάτων ἐπαναστάσεις ἀλεείνω, καὶ καθ' ἰθὺ λέγων τὸ σκάφος σοι τοῦ λόγου εἰς εὔδιον καθορμίσω τὸν λιμένα. Leg. καθ' εὐθὺ ἄγων. Συντομία hic est, βραχύτης ἑρμηνείας. Hermogenes de Methodo c. XXXIII: Τὰ μεγάλα τῇ βραχύτητι τῆς ἑρμηνείας φυλάττει μεγάλα, τῆς συντομίας τὸ μέγεθος αὐτοῖς διασωζούσης. Fabius l. IV, c. II: *Ideoque Græcorum aliqui aliud circumcisam expositionem, id est* σύντομον, *aliud brevem putaverunt: quod illa supervacuis careret, hæc posset aliquid ex necessariis desiderare.* Συντομία igitur, cui nihil deest, vel superest: συγκοπὴ, cui deest aliquid. TOLLIUS.

8. Δῆλον δ', ὡς ἔμπαλιν] Egregia est conjectura Fabri, Ἄψυχα γὰρ τὰ διὰ μῆκος ἄκαιρον ἀνακαλώμενα. Sic supra extremo cap. XXXVII: Ἐξαιρεθείσης δὲ τῆς μιᾶς συλλαβῆς, εὐθὺς ἀκροτηριάζεται τῇ συγκοπῇ τὸ μέγεθος. Ὡς ἔμπαλιν, ἐὰν ἐπεκτείνῃς, &c. τῷ μήκει τῶν ἄκρων χρόνων συνεκλύεται, καὶ διαχαλᾶται τὸ ὕψος τὸ ἀπότομον. Alias malim: τὰ ἐκταθὲν ἐκλύεται. Ἄψυχα γὰρ τὰ διὰ μῆκος ἄκαιρον ἀνακαλώμενα. In V. C. Parisino post ἀπόψυχα erat distinctio; & pro γὰρ τὰ, legebatur τὰ ἄκαιρα· quæ lectio quid sibi velit, ignoro. Istiusmodi autem oratio a Dionysio Halicarnasseo in Isocrate κατάσκελὴς, καὶ βραδυτέρα appellatur. Ita Demetrius, ut fertur, Phalereus de Elocutione: Τὸ γὰρ μῆκος ἐκλύει τὴν σφοδρότητα. In duobus Vaticanis erat, ἀπόψυχα· τὰ γὰρ ἄκαιρον μῆκος, &c. Horatius in Arte: *Sectantem lævia nervi deficiunt, animique.* Τὸ ἀπόψοχα, i. exspirantia, ἐκλυόμενα, possit retineri, licet ejus vocis vix exstet exemplum. TOLLIUS.

9. Ἀπόψυχα γὰρ τὰ μῆκος ἄκαιρον ἀνακαλούμενα] Hic, meo judicio, plane hariolantur, qui Longinum interpretati sunt. Res plane mirabilis; tres de eodem loco tria toto cœlo diversa dixere. Operæ pretium est legere: *Arescunt enim, quæ sibi inopportunam longitudinem vendicant.* Alter autem: *Frigida sunt, quæ intempestivam advocant longitudinem.* Superest tertius: *Pro excrementis enim & stercoribus, quæ prolixitatem importunam absurdamque accersunt, habenda.* O Mens, ubi eras, cum scribebantur talia? Primum ἀπόψυχα nunquam pro *excrementis* & *stercoribus* usurpari legas. Dicendum enim fuisset ἀποψύγματα, ex linguæ analogia & Hesychii auctoritate. Deinde nihil sunt ad mentem Longini isthæc *stercora.* Præterea, quid sit tandem, *advocare longitudinem?* O sortes Delphicæ, cur jam siletis? Sed fortasse erit, ut ope nostra ea res conferi possit. Sensus enim Longini quis fuerit, satis videor odo-

rari,

3 ἐπ' εὐθύ. [8] Δῆλον δ', ὡς ἔμπαλιν τὰ ἐκτάδην [9] ἄψυχα, διὰ μῆκος ἄκαιρον ἀναχαλώμενα.

Δειναὶ κυματοαγεῖς
Ἄται κλονέουσιν ἀεὶ ξυνοῦσαι.

Ubi illud κλονέουσαι non multum ab ἄγειν καὶ φέρειν, quod hic legitur, differt. Sic ut veterum codicum lectio κατάκρας non adeo abſurda videri poſſit. TOLLIUS.

36. Ἡ γὰρ φιλοχρηματία] Voluptatibus, & avaritiæ homines eſſe deditos conqueritur. ROBORTELLUS.

Ibid. Ἡ γὰρ φιλοχρηματία] D. Chryſoſtomus περὶ Ἐλεημοσύνης, πλοῦτον τὸν πόλεμον τῆς σωφροσύνης vocat, καὶ τῆς πάσης ἀρετῆς λανθάνοντα κλέπτην. Eandem quoque rationem reddit Galenus in ſerm. ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος, quare non tam boni ſuo ævo medici, atque olim reperirentur: Τὸ μὲν δὴ μηδένα φύεσθαι δύναμιν ἔχοντα ψυχικὴν ἱκανὴν καταδέξασθαι τέχνην οὕτω φιλάνθρωπον, οὔ μοι δοκεῖ λόγον ἔχειν μήτε τῆς ἡλιακῆς περιόδου μετακεκοσμημένης, μήτ' ἄλλου τινὸς ἄστρου, ἢ ἀπλανοῦς, ἢ πλανωμένου, μεταβολήν τινα ἐσχηκότος· εὔλογον δὲ διὰ μοχθηρὰν τροφὴν, ἣν οἱ νῦν ἄνθρωποι τρέφονται, ἢ διὰ τὸ τὸν πλοῦτον ἀρετῆς εἶναι τιμιώτερον, οὔθ' οἷος Φειδίας ἐν πλάσταις, οὔθ' οἷος Ἀπελλῆς ἐν γραφεῦσιν, οὔθ' οἷος Ἱπποκράτης ἐν ἰατροῖς, ἔτι γίνεσθαί τινα. Et mox: οὐ γὰρ δὴ δυνατὸν ἅμα χρηματίζεσθαί τε, καὶ οὕτω μεγάλην ἐπασκεῖν τέχνην· ἀλλ' ἀνάγκη καταφρονῆσαι θάτερον τὸν ἐπὶ θάτερον ὁρμήσαντα σφοδρότερον. Sic & avaritiam Romanis obſtare queritur, quo minus boni ſint Poëtæ, Horatius in Arte:

----- *Adhæc animos ærugo, & cura peculi*
Cum ſemel imbuerit, ſperamus carmina fingi
Poſſe linenda cedro, & levi ſervanda cupreſſo?

Nec Petronius alias cauſſas adfert Picturæ evaneſcentis: *Pecuniæ*, inquit, *cupiditas hæc tropica inſtituit. Priſcis enim temporibus, cum adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenuæ, ſummumque certamen inter homines erat, nequid profuturum ſeculis diu lateret, &c. At nos vino, ſcortiſque demerſi ne paratas quidem artes audemus cognoſcere. Sed accuſatores antiquitatis vitia tantum docemus, & diſcimus. Noli ergo mirari, ſi Pictura defecit,*

 quum

[37] καταβυθίζουσιν αὐτάνδρους ἤδη τοὺς βίους· Φιλαργυρία μὲν, νόσημα
14 μικροποιόν· φιληδονία δ' ἀγεννέστατον· Οὐ δὴ ἔχω λογιζόμενος εὑρεῖν, ὡς οἷόν τε πλοῦτον ἀόριστον ἐκτιμήσαντας, τὸ δ' ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἐκθειάσαντας, τὰ συμφυῆ τούτῳ κακὰ εἰς τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐπεισιόντα μὴ πα-
15 ραδέχεσθαι. [38] Ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ ἀμέτρῳ πλούτῳ, καὶ ἀκολάστῳ, συνημμένη, [39] καὶ ἶσα (φασι) βαίνουσα [40] πολυτέλεια, καὶ [41] μαλακία [42] ἀνοίγοντος ἐκείνου τῶν πόλεων, καὶ οἴκων τὰς εἰσόδους, εἰς ἃς ἐμβαίνει, καὶ συνοικίζεται. Χρονίσαντα δὲ ταῦτα ἐν τοῖς βίοις, [43] νεοττοποιεῖται, κατὰ τοὺς σοφοὺς, [44] καὶ ταχέως γενόμενα περὶ τεκνοποιΐαν, [45] ἀλαζόνειαν τε γεννῶσι, καὶ τῦφον, καὶ τρυφὴν, οὐ νόθα ἑαυτῶν γεννήματα, ἀλλὰ καὶ πάνυ
16 γνήσια. Ἐὰν δὲ καὶ [46] τούτους τις τοῦ πλούτου τοὺς ἐκγόνους [47] εἰς ἡλικίαν ἐλθεῖν

quum omnibus Diis hominibusque formosior videatur massa auri, quam quidquid Apelles, Phidiasve, Graculi delirantes, fecerunt. Subscribit huic & major Plinius, ubi de neglecta arborum cultura agit, l. XIV, in princ. *Cujus somni causas quis alias, quam publicas mundi invenerit? Nimirum alii subiere ritus, circaque alia mentes hominum detinentur, & avaritiæ tantum artes coluntur. Antea inclusis gentium imperiis intra ipsas, ideoque & ingeniis, quadam sterilitate fortunæ necesse erat animi bona exercere; regesque innumeri honore artium colebantur, & in ostentatione has præferebant opum, immortalitatem sibi per illas prorogari arbitrantes. Quare abundabant & præmia, & opera vitæ. Posteris laxitas mundi, & rerum amplitudo damno fuit; postquam senator censu legi cœptus, Judex fieri censu, magistratum, ducemque nil magis exornare quam census: postquam cœpere orbitas in auctoritate summa & potentia esse, captatio in quæstu fertilissimo, ac sola gaudia in possidendo, pessum iere vitæ pretia: omnesque a maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere, ac servitute sola profici cœptum. Hanc alius alio modo, & in aliis adorare, eodem tamen habendi, quo eat spes omnium, tendente voto. Passim vero etiam egregii aliena vitia, quam bona sua colere malle. Ergo hercule voluptas vivere cœpit, vita ipsa desiit.* Atque hic locus partis potissimæ hujusce capitis, quasi quidam commentarius est. TOLLIUS.

37. Καταβυθίζουσιν] Tralatio a navalibus præliis desumta, ubi naves cum ipsis victoribus deprimuntur. Extat de ea voce singulare apud Petrum Victorium lib. XXV, Var. lect. caput VIII. Si cum Cicerone loqui voluerimus, vertemus: *totam vitam evertunt funditus.* TOLLIUS.

38. Ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ] Seneca epistola CXIV: *Ubi luxuriam late felicitas fudit, cultus primum corporum esse diligentior incipit: deinde Supellectili laboratur; deinde in ipsas domos impenditur cura, ut in laxitatem ruris excurrant, ut parietes advectis trans maria marmoribus fulgeant, ut tecta varientur auro, ut lacunaribus pavimentorum respondeat nitor. Deinde ad cœnas lautitia transfertur, & illic commendatio ex novitate, & soliti ordinis commutatione captatur: ut ea, quæ claudere cœnam solebant, prima ponantur: ut, quæ advenientibus dabantur, exeuntibus dentur. Cum assuevit animus fastidire, quæ ex more sunt, & illi pro sordidis solita sunt, etiam in oratione, quod novum est, quærit;* &c. Solonis dictum apud Diogenem Laertium: τὸν μὲν κόρον ὑπὸ τοῦ πλούτου γεννᾶσθαι, τὴν δὲ ὕβριν ὑπὸ τοῦ κόρου. TOLLIUS.

39. Ἶσα (φασὶ) βαίνουσα.] Proverbialis locutio. Ἶσα βαίνειν alicui dicitur, qui ejusdem ingenii est, qui pari passu procedit, qui per omnia respondet; *qui continuo cum eo versatur, nec unquam recedit,* [*Harpocrat. & Suidas,*] ut ἶσα βαίνων Πυθοκλεῖ. [*Demosthenes contra Æsch.*] Et παρ' αὐτὸν ἶσα βαίνουσα ἑταίρα πολυτελής: *Pari passu cum eo incedens delicata amica; Menander.* Et *Philostratus* de *Æschylo* loquens, *de vita Apol. lib.* VI, *c.* VI, ἐπ' ὀκρίβαντος τοὺς ὑποκριτὰς ἀνεβίβασεν, ὡς ἶσα ἐκείνης (σκευοποιΐας ἡρώων) βαίνοιεν: *histriones pulpitis superimposuit, ut heroico apparatui in incessu prorsus responderent.* LANGBÆNIUS.

40. Πολυτέλεια] Ita & Philo in Flaccum; ἡ πολυτέλεια, inquit, πέφυκε γεννᾷν κόρον· κόρος δ' ὕβριν ἔκγονον, ἡ πάντων κακῶν ἀρχή. Ecphantes apud Stobæum p. 335: Ἁ γὰρ πολυτέλεια μάτηρ τᾶς ἀκρασίας· αὕτα δὲ τᾶς ὕβριος.

luptatis nec abjectius quidquam, nec ab omni animi magnitudine magis alienum reperiri potest. Neque vero satis assequi cogitando valeo, quo pacto ho- 14
mines illi, qui immensas adamant, ac depereunt divitias (si modo hic amor, ac non adoratio potius, & sacer quidam quasi numinis cultus appellandus est) quo pacto, inquam, homines illi cognata divitiis vitia abarcere queant, quominus illa simul cum his animum subeant. Sequitur enim nimias & 15
immodicas opes conjuncta, parique illas passu comitans luxus, atque mollities, portas illis urbium, privatarumque ædium januas quas semel intraverunt, recludentibus ibidemque sedem collocant: mox dato consuescendi, atque convalescendi spatio, in hominum animis, ut sapientum fert oratio, nidificant; & post paulo prolificantia arrogantiam primum, & fastum pariunt, nec non luxuriam; non adulterinos, aut spurios, verum maxime legitimos, & germanos ex sese fœtus. Hi vero, ubi adolescere 16
illos

ὕβρις, ἐξ ἧς τῶν ἐν ἀνθρωπίνοις κακῶν τὰ πολλά. Tollius.

41. Καὶ ἄλλα] Vide Horat. carm. lib. III, ode XVI. Petra.

Ibid. Καὶ ἄλλα] Quæ ἄλλα? corrupta hæc vox diu me torsit. Puto tamen me invenisse. Lege igitur, καὶ μαλακία, cujus vocis ultima a sequenti syllaba absorpta sunt. Tollius.

42. Ἀνοίγονται] Plutus apud Lucianum in Timone: Ἐπειδάν τις ἐντυχὼν τὸ πρῶτον ἀναπετάσας τὴν θύραν εἰσδέξηταί με, συμπαρεισέρχεται μετ' ἐμοῦ λαθὼν ὁ τῦφος, καὶ ἄνοια, καὶ ἡ μεγαλαυχία, καὶ ὕβρις, καὶ ἀπάτη, καὶ ἄλλα ἄττα μυρία· ὑπὸ δὲ τούτων καταληφθεὶς τὴν ψυχὴν θαυμάζει τε τὰ οὐ θαυμαστὰ, καὶ ὀρέγεται τῶν φευκτῶν. Tollius.

43. Νεοττοποιεῖται] Anacreon ode XXXIII:

Ἔρως δ' ἀεὶ πλέκει μὲν
Ἐν καρδίῃ καλιήν·
Πόθος δ' ὁ μὲν πτεροῦται,
Ὃ δ' ὠόν ἐστιν ἀκμὴν,
Ὃ δ' ἡμίλεπτος ἤδη.
Βοὴ δὲ γίνετ' αἰεὶ
Κεχηνότων νεοττῶν.
Ἐρωτιδεῖς δὲ μικροὺς
Οἱ μείζονες τρέφουσιν.
Οἱ δὲ τραφέντες εὐθὺς
Πάλιν κύουσιν ἄλλους.

Simili tralatione usus est vetus Rhetor apud Rutilium Lupum de Schematibus: *Nam cum crudelitatis mater est avaritia, tum pater furor: ea huic facinori conjuncta parit odium; inde item nascitur exitium.* Ut & Æschylus Agamemnone:

Παλαίφατος δ' ἐν τοῖς
Βροτοῖς γέρων λόγος
Τέτυκται, μέγαν τελεσθέντα
Φωτὸς ὄλβον τεκνοῦσθαι,
Μηδ' ἄπαιδα θνήσκειν.
Ἐκ δ' ἀγαθᾶς τύχας γένει
Βλαστάνειν ἀκόρεστον οἰζύν·
Τὸ γὰρ δυσσεβὲς ἔργον
Μετὰ μὲν πλείονα τίκτει,
Σφετέρᾳ δ' ἐοικότα γέννᾳ.

Quæ ultima sequentem Fabri conjecturam egregie confirmarent, nisi copula καὶ, quæ mox subjicitur, obstaret. Tollius.

44. Καὶ ταχέως] Mollicies & luxus unde oriantur. Robortellus.

45. Ἀνάλεξον ἕν τι γεννῶσι] Locus corruptus, ut & ratio, & asteriscus ipse prænotatus, satis probant. Ego certa emendatione legerim, ἈΝΑΛΟΓΟΥ͂Ν ἙΑΥΤΟΙ͂Σ γεννῶσι, *Id gignunt, quod ab iis expectari par fuit.* Fab.

Ibid. Ἀνάλεξον] Ingenio quantum tribuendum sit, ubi codicum deest subsidium, vel hinc liquet. Præclara namque Fabri videtur conjectura, nec longe tamen a ductibus corruptæ lectionis recedens. Attamen præstat multo, quod in Parisino codice legitur: καὶ ταχέως γινόμενα περὶ τεκνοποιΐαν ἀλαζόνειάν τε γεννῶσι, καὶ τῦφον. Ἀλαζόνειαν autem Aristoteles l. I, Ethic. circa sumtus superfluos consistere dixit, & magnificentiæ alterum esse extremum. Tollius.

46. Τοῦτο τις] Lege, τούτους, *hanc divitiarum progeniem.* Tollius.

47. Εἰς ἡλικίαν] Galli ad verbum, ἐᾶν εἰς ἡλικίαν ἐλθεῖν dicunt, *laisser venir en aage.* Petra.

Ibid. Εἰς ἡλικίας] V. C. Paris. & S. M. εἰς ἡλικίαν, quod malim. Quamquam & in plurali hanc vocem ita usurpatam ab optimis scriptoribus noverim; veruntamen rarius. Tollius.

48. Δεσπότας ἀπαραιτήτους] Explico, *quorum excutere non datur jugum.* Horatius lib. II, sat. VII, optime expressit:

 Urget

θεῖν ἐάσῃ, ταχέως [48] δεσπότας ταῖς ψυχαῖς ἐντίκτουσιν ἀπαραιτήτους,
17 ὕβριν, καὶ παρανομίαν, καὶ ἀναισχυντίαν. [49] Ταῦτα γὰρ οὕτως ἀνάγκη γί-
νεσθαι, καὶ [50] μηκέτι τοὺς ἀνθρώπους ἀναβλέπειν, [51] μηδὲ πέρα φήμης
εἶναι τινὰ λόγον· ἀλλὰ τοιαύτην ἐν κύκλῳ τελεσιουργεῖσθαι κατ' ὀλίγον
τῶν βίων τὴν διαφθοράν, φθίνειν δὲ, καὶ καταμαραίνεσθαι τὰ ψυχικὰ
μεγέθη, καὶ ἄζηλα γίνεσθαι, ἡνίκα τὰ θνητὰ ἑαυτῶν μέρη, [52] κἀνόνητα,
ἐκθαυμάζοιεν, [53] παρέντες αὔξειν [54] τὰς ἀρετάς. [55] Οὐ γὰρ ἐπὶ κρίσει μέν
18 τις [56] δεκασθεὶς, οὐκ ἂν ἐπὶ τῶν δικαίων καὶ καλῶν ἐλεύθερος, καὶ ὑγιὴς
ἂν

Urget enim dominus mentem non lenis, & acreis
Subjectat lasso stimulos, versatque negantem.

Id est, δεσπότης ἀπαραίτητος; tyrannus. Præclare Seneca in eximia illa epistola CXIV: *Animus noster modo rex est, modo tyrannus. Rex, cum honesta intuetur, salutem sibi commissi corporis curat, & illi nihil imperat turpe, nihil sordidum: ubi vero impotens, cupidus, delicatus est, transit in nomen detestabile, ac dirum, & fit tyrannus. Tunc illum excipiunt affectus impotentes, instantque,* &c. TOLLIUS.

49. Ταῦτα γὰρ οὕτως] Unde injuria, insolentia, & impudentia nascantur, indicat. ROBORTELLUS.

50. Μηκέτι τοὺς ἀνθρώπους] Dixit alibi, magnitudinem animi Sublimitatis fontem esse. *Validiorem autem animum, & excelsiorem, & ampliorem facit virtus. Nam cetera, quæ cupiditates nostras irritant, deprimunt quoque animum, & labefaciunt: & cum videntur attollere, inflant, ac multa vanitate deludunt* Seneca epist. LXXVI. TOLLIUS.

51. Μηδὲ πέρα φήμης εἶναί τινα λόγον] Ad oram editionis Crispinianæ, pro μηδὲ πέρα, adscriptum est, μήδ' ἕτερα. Neutrum mihi placet, sed nihil adhuc reperio, quod placeat satis. FABER.

Ibid. Μηδὲ πέρα] γρ. μηδ' ἕτερα. FR. PORTUS. Ita & codex S. M. & alter Vaticanus. ceterum πέρα φήμης hic est ultra viventium, sive unius ævi famam, ac laudem, seu celebritatem. TOLLIUS.

52. Κἀνόνητα] Sic ἀνόνητα σώματα dixit Soph. id est ἀνωφελῆ. PETRA.

53. Παρέντες] Omisso virtutum cultu, & incremento. PETRA.

54. Τὰς ἀρετὰς] γρ. τὰς ἀφετάς. FR. PORTUS.

55. Ἐπὶ κρίσει δεκασθείς.] *In judicio largitione corruptus.* Vocem hanc δεκάζω licet Antiqui ad unum omnes ἀπὸ τῆς δεκάδος deducant, [*Harpocr. Suidas Zenobius in* λύκου δεκάς.] eo quod ad prætorium vel ipsi judices *deni* convenientes munera recipere, [*Etym.*] vel quod sycophantæ *deni* dare solebant; & huc etiam referant proverbium illud λύκου δεκάς· invenio tamen mediæ ætatis auctorem, qui vocis originem ad decem Oratores refert; quos quia divites ad causas suas agendas pecunia conducebant, δεκάζειν dicebantur; alii vero, qui suas ipsi causas orabant, ἀδέκαστοι. *Anon. MS.* Οἱ ἄρχοντες τῶν Ἀθηνῶν ἐτύπωσαν ῥήτορας δέκα, ὡς ἐὰν οἱ ἐν τῇ πόλει ὄντες ἐμπέσωσιν εἰς ὑποθέσεις, ἵνα προσλαλοῦνται ἐκ τῶν ῥητόρων τινὰς, καὶ ὑπερηγοροῦσι τὰς αὐτῶν ὑποθέσεις, καὶ ἱστάζουσι καὶ λύουσι ἐν τῷ δικαστηρίῳ· τινὲς δὲ τῶν πλουσίων παρέχοντες δῶρα, ἐλάμβανον αὐτοὺς ἐν ταῖς οἰκείαις ὑποθέσεσι, καὶ κατέβαλον τοὺς ἀντιδίκους. Ὅσοι δὲ, μὴ ἔχοντες τοὺς δέκα, τὰς ἑαυτῶν ἔλυον ὑποθέσεις, ἐλέγοντο ἐκεῖνοι ἀδέκαστοι. Ego vero non improbabili magis conjectura ducor, ut asseram Decemviros illos (οἱ δέκα vocantur *Xenophonti* Ἑλληνικῶν, *lib.* II.) qui post expulsos triginta tyrannos summam rerum *Athenis* administrabant, originem suam huic voci dedisse. Vel potius a decem illis judiciis, quæ *Athenis* fuisse novimus, quibus & decem judices præerant; δέκα γὰρ τὰ δικαστήρια ἐν Ἀθήναις, ait eruditus Comici Scholiastes *in Plutum*; ubi & judiciorum formam, & judicum electionem, & quæ eo faciunt, graphice describit: locus dignus est, qui apponatur, sed vereor ne lassatus dudum lector jam serio inclamet,

Ohe, jam satis est, ôhe, libelle.

Neque inficias eo me provectum longius, quam vel ipse optassem. Cum de edendo hoc auctore primum cogitavi, prospexi mihi de prioribus editionibus: apud me habui & *Græco-Latinam Gabrielis* de *Petra*, & *Græcam Crispini. Robortelli* alteram benigne nobiscum com-

illos ſiveris, violentos brevi, & inexorabiles procreant dominos, contume-
liam, injuriam, & impudentiam. Hæc enim ſe invicem neceſſario conſe-
quuntur: ſic ut nemo jam hominum, erigere & attollere auſit oculos, aut
ulla queat ad duraturam ad poſteros famam aſſurgere oratio: quin contra ea 17
potius illa, quam dixi, vitæ corruptela paulatim undique conſummetur, ab-
ſolvaturque: contabeſcat autem, & emarceſcat omnis grandis ac elati animi
celſitudo, atque adeo neglecta contemnatur, ac vileſcat: quum ſcilicet huma-
num genus partem ſui mortalem, & inutilem, omiſſa omni colendæ virtu-
tis cura, atque ſtudio, admiratur, ac fovet. Neque enim eſt, ut corruptus 18
judex de æquo & bono libere & vere pronuntiet: verum e diverſo illud po-
tius

communicavit in reipublicæ literariæ bonum natus Clariſſimus Vir *Patricius Junius*, bibliothecæ Regiæ Curator digniſſimus; tranſmiſit item & codicem manuſcriptum, ipſiſſima πολυμαθεςάτε *Stephani* manu exaratum; illud enim me neſcire noluit notiſſimæ eruditionis vir *Henricus Hammond*, *Regiæ* Majeſtati a ſacris. Ego vero nullus dubito, quin MS. hic vel *Andreæ Dudithii*, *Itali*, peculium olim fuerit, vel certe *Dudithiani* codicis apographum, duplici fretus criterio: altero, quod *Dudithius in Epiſt. ad Halicar.* ſe *Longinum* hunc tranſtuliſſe, & in lucem daturum pollicetur; altero, quod liber hic notulas ſubinde ad marginem habeat *Italica* lingua perſcriptas; quo fit, ut *Stephano* abjudicem: accedit, quod idem plane factum obſervamus in *Dionyſii Halicarnaſſei* manuſcripto *Saviliano*, qui ex *Dudithiano* deſcriptus eſt. Commentarium in *Longinum* ſcripſiſſe patrem ſuum *Fran. Portum Cretenſem* teſtatur *Æmilius f.* quem incaſſum diu quæſivi; nunc vero ego is ſum, qui,

--- -- *Quem non invenit uſquam,*
Eſſe putat nuſquam.

Hiſce ſubſidiis inſtructus collatis exemplaribus variantes lectiones collegi; quas inſtitueram ad finem operis ſub aſpectum dare: ſed dubium erat, an operæ pretium facturus eſſem; manuſcripti textus vix, aut ne vix, diſcrepat ab editione *Robortelli*; margines correctiones habent ſatis multas; ſed non alias fere, quam quas *Criſpinus* (ut auguror, exinde deſumtas) exhibet. Unus autem locus illuſtrior, ubi ſcriptus lineas habet unam & alteram, (ſed cenſoria virgula transfixas) quæ in editis non conſpiciuntur; pag. 123, lin. 9, poſt verbum ἱφίςαθαι ſequitur, τό γέ τοι περὶ Φρυγίας ἢ Ἀθηνογένους λογίδιον ἐπιχειρήσας γράφειν, ἔτι μᾶλλον ἂν Ὑπερείδην συνέστησεν. [ἴσως Φρυγός.] Quæ e margine in textum irrupiſſe cenſet (quem dixi) *Dudithius*; ita enim margines loquuntur: *Tutto queſto dubito che ſia ſtato traſportato dal margine nel teſto; & che ſia giudicio di qualchuno, che biaſima Longino, perche da tanti lodi a Hyperide.* Quæ præterea notatu non indigna ſunt, ſub *Stephani* nomine in notis noſtris hic illic poſui. Illæ vero, ſeu legenti ſtomachum moveant, ſeu non omnino diſpliceant, ſupremum hoc lector, exorare liceat, *Scias cui debeas.* Interea dum *Longinum* typis dabamus, uti ne nudus (prout ſtatueram) non ignobilis auctor in publicum prodiret, perſuaſit clariſſimus *Th. Wethereldus*; qui nempe imperare poterat; tutor quondam, tunc Conſocius meus clariſſimus, præmaturo fato, (ſi non Deo aliter viſum) ipſa hæc dum ſcribimus, raptus; longiore vita dignus, niſi quod meliore dignior. LANGBÆNIUS.

Ibid. Οὐ γὰρ ἐπὶ κρίσει μέν τις δεκασθεὶς, οὐκ ἂν, &c.] Lege, καὶ γὰρ, &c. FABER.

Ibid. Οὐ γὰρ ἐπὶ κρίσει] V. C. οὐ γὰρ ἐπικρίνει. Sed Fabri potior mihi videtur emendatio; quamvis & vulgata defendi queat, quandoquidem duæ negationes apud Græcos validius negant. Rem ipſam quod attinet, conſona ſunt hiſce illa Horatii lib II, ſat. II: *Male verum examinat omnis Corruptus judex.* Et hæc Philonis περὶ δικαστοῦ: τὰ γὰρ δῶρα πηροῖ μὲν ὀφθαλμοὺς βλέποντας, τὰ δὲ δίκαια λυμαίνεται, τὴν δὲ διάνοιαν οὐκ ἐᾷ διὰ λεωφόρου βαίνειν ἐπ' εὐθείας. Contra, ὅσοι δὲ ἀδέκαστον τὴν διάνοιαν φυλάσσουσι, Dionyſius ait Halic. in comm. de Thucydide, καὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν λόγων ἐπὶ τοὺς ὀρθοὺς κανόνας ἀναφέρουσιν, εἴτε φυσικῆς τινὸς κρίσεως μετειληφότες, εἴτε καὶ διδαχῆς ἰσχυρὰ τὰ κριτήρια κατασκευάσαντες, οὔτε ἅπαντα ἐπαινοῦσιν ἐπίσης, οὐδὲ πρὸς ἅπαντα δυσχεραίνουσιν· ἀλλὰ τοῖς μὲν κατορθώμασι τὴν προσήκουσαν μαρτυρίαν ἀπονέμουσιν· εἰ δέ τι διημάρτηται μέρος ἐν αὐτοῖς, οὐκ ἐπαινοῦσι. Vid. & Lucian. de Hiſt. conſcr. c. XXIV. TOLLIUS.

56. Δεκασθεὶς] Pollux lib. VIII, De legibus: Δώρων δὲ κατὰ τοῦ ἐπὶ δώρων δικάσαντος

ἂν κριτὴς γένοιτο. [57] Ἀνάγκη γὰρ τῷ [58] δωροδόκῳ [59] τὰ δίκαια μὴ φαί-
19 νεσθαι καλὰ καὶ δίκαια. Ὅπου δὲ ἡμῶν ἑκάστου τοὺς ὅλους ἤδη βίους δεκα-
σμοὶ βραβεύουσι, καὶ [60] ἀλλοτείων θῆραι [61] θανάτων, καὶ ἔνεδραι διαθη-
κῶν, [62] τὸ δ᾽ ἐκ τοῦ παντὸς κερδαίνειν ὠνούμεθα τῆς ψυχῆς, ἕκαστος
20 [63] πρὸς τῆς ἑαυτοῦ ἠνδραποδισμένοι [φιλοχρηματίας] ἆρα δὴ ἐν τῇ τοσαύ-
τῃ λοιμικῇ τοῦ βίου διαφθορᾷ, δοκοῦμεν ἔτι ἐλεύθερόν τινα κριτὴν τῶν
μεγάλων, ἢ διηκόντων πρὸς τὸν [64] αἰῶνα [65] κἀδέκαστον ἀπολελεῖφθαι, καὶ μὴ
21 [66] καταρχαιρεσιάζεσθαι πρὸς τῆς τοῦ πλεονεκτεῖν ἐπιθυμίας; ἀλλὰ μή πο-
τε τοῖς τοιούτοις, οἷοί περ ἐσμὲν ἡμεῖς, ἄμεινον ἄρχεσθαι, ἢ ἐλευθέ-
ροις εἶναι; ἐπείτοι γε ἀφεθεῖσαι τὸ σύνολον, [67] ὡς ἐξ εἱρκτῆς ἄφετοι, κατὰ
τῶν πλησίον αἱ πλεονεξίαι, κἂν ἐπικαύσειαν τοῖς κακοῖς τὴν οἰκουμένην.
[68] Ὅλως δὲ δαπανὸν ἔφην εἶναι τῶν νῦν γεννωμένων φύσεων τὴν ῥᾳ-
θυμίαν,

ἦν ἡ γραφή· δεκασμοῦ δὲ, κατὰ τοῦ διαφθείραντος. Καὶ ὁ μὲν δεκάζεσθαι, ὁ δὲ δεκάζειν ἐλέγετο. TOLLIUS.

57. Ἀνάγκη γὰρ τῷ δωροδόκῳ τὰ οἰκεῖα μὲν φαίνεσθαι καλα καὶ δίκαια] Longe aliter scripsisse Longinum mihi persuasi, ut hic sensus fuerit scilicet: *Cujus enim animus mercede corruptus sit; necesse est, quæ honesta & justa sunt, ea ipsi nec justa videri, nec honesta.* Græce: ἀνάγκη γὰρ τῷ δωρωδόκῳ τὰ ΔΙΚΑΙΑ ΜΗ φαίνεσθαι καλὰ, καὶ δίκαια. Si probanda veniat conjectura, utar eo loco qui tribus lineis superius lectus est: οὐκ ἂν ἐπὶ τῶν δικαίων καὶ καλῶν ἐλεύθερος, καὶ ὑγιὴς ἂν κριτὴς γένοιτο. Omnia, ut vides, paria: sed tolle illud alterum ἂν, quod huc perperam intrusum fuit. FABER.

58. Δωροδόκῳ] Cic. in Pisonem interpretatur, *Cujus mens oppressa præmio, lingua adstricta mercede.* PETRA.

59. Τὰ οἰκεῖα μὲν] MS. μή. FR. PORTUS. Faber ingeniose τὰ δίκαιά μὴ φαίνεσθαι καλὰ, καὶ δίκαια. Ego jam ante conjeceram τἄδικα μὲν &c. Sed nescio, an non vulgata retinenda sit. Sunt enim τὰ οἰκεῖα illa, quibus assuevimus; sive illa vitia sint, de quibus hic noster agit, sive quid aliud. *Si disciplina civitatis laboravit*, inquit Seneca in laudata paulo ante epistola, *& se in delicias dedit, argumentum est luxuriæ publicæ orationis lascivia: si modo non in uno, aut in altero fuit, sed* approbata *est, &* recepta. Assuetus igitur corruptis moribus animus, pulcros illos putat, corrupto scilicet judicio voluptatum & vitiorum illecebris: atque ita ineptus est ad judicandum recte de virtutibus, quarum non novit pulcritudinem. *Quanto hoc magis accidere ingenio putas*, pergit postpaulo idem Seneca, *quod totum animo permixtum est? ab illo fingitur, illi paret, inde legem petit.* Atque ita genus dicendi imitatur aliquando publicos mores. Τὸ ἂν sæpius ita repetitur. TOLLIUS.

60. Ἀλλότρειαι θῆραι θανάτων] Pro ἀλλοτρείων θανάτων θῆραι. Quod autem hic dicit de *venatione alienæ mortis*, deque *insidiis testamentorum*, passim apud Horatium, Juvenalem, Martialem, Lucianum, legas. FABER.

Ibid. Ἀλλότρειαι] V. C. ἀλλοτρείων. Neutra lectio mala est; illa vero figurata, cujus exempla plura ad Lucretium congessimus, apud quem legas, *gentes Italas hominum*: &, *Babylonica Chaldæum doctrina*: &, *cælestem fulminis ignem*, &c. Sed hæc Poëtica. TOLLIUS.

61. Θανάτων,] Mortium. *Verbera & experimenta telorum, mortium pertulere patientiam.* Quintil. declam. II. PETRA.

62. Τὸ δ᾽ ἐκ τοῦ παντὸς κερδαίνειν ὠνούμεθα τῆς ψυχῆς ἕκαστος, πρὸς τῆς ἑαυτοῦ ἠνδραποδισμένοι] Ita ubique legitur hic locus, ita quoque interpungitur; & utrumque male. Quod ita clarum est, ut me pigeat rationibus allatis id ostendere. Primum itaque tollendum omnino est illud ΤΗ͂Σ. (πρὸς τῆς ἑαυτοῦ) Dein sic scribendum: Τὸ δ᾽ ἐκ τοῦ παντὸς κερδαίνειν ὠνούμεθα τῆς ψυχῆς, ἕκαστος πρὸς ἑαυτοῦ ἠνδραποδισμένοι. Ita autem converti ille locus debuerat: *Præterea animæ ipsius pretio omnes lucri faciendi occasiones mercamur, ultro nos jugo servitutis subjicientes.* FABER.

63. Πρὸς τῆς ἑαυτοῦ] Ultima hæc vocula aberat a MS. unde & aliam excidisse suspicor, nempe φιλοχρηματίας. Sic mox; καταρχαι-

ρεσιά-

tius accidat necesse est, ut etiam, quæ injusta sunt, captatori munerum justa
videantur, & bona. Ubi autem tota vita nostra, atque adeo omnia nostra 19
studia, & conatus avaritiæ in servitutem dantur, objectisque imminent, ac
inhiant divitiis; ubi illa alienarum mortium venaturis, & insidiis occu-
pantur testamentorum, ubi lucra undeunde captata, suæ quisque cupidita-
tis mancipium, ipsa anima redimimus: quid? num in ea universæ vitæ 20
pestilenti labe integrum adhuc quendam & liberum Sublimium, & ad
æternitatem perventurorum scriptorum judicem, nec ab inexplebili ditescendi
cupiditate corruptum, videmur inventuri? Verum hujus forsitan animi 21
hominibus, cujusmodi nos sumus, servitus ipsa aliquanto magis conducibilis sit
libertate; ne cupiditates nostræ, non secus atque cavea liberatæ feræ, laxa-
tis in proximos emissæ claustris, universum terræ ambitum incendant, & in-
flamment. Ad summam, desidia est, inquiebam, *quæ nunc provenientia*
ingenia

ρεσιάζεσθαι πρὸς τῆς τοῦ πλεονεκτεῖν ἐπιθυμίας. Lego igitur, πρὸς τῆς ἑαυτοῦ φιλοχρηματίας ἠνδραποδισμένοι. TOLLIUS.

64. Ἀγῶνα] γρ. αἰῶνα. FR. PORTUS.

Ibid. Ἀγῶνα] al. αἰῶνα, ad omne ævum. Recte: Nam si vulgatam lectionem retineamus, quis sensus? PETRA.

65. Καθ' ἕκαστον ἀπολελῦσθαι]. Scriptus codex, καδέκαστον ἀπολελεῖφθαι. Corrige parva immutatione, κἀδέκαστον ἀπολελεῖφθαι, pro καὶ ἀδέκαστον, id est, *incorruptum*. In Veneto, & Vaticanis erat ἀπολελεῖσθαι, sed corrupte, pro ἀπολελῦσθαι, ex prava pronuntiatione Græcorum ει & υ more hodierno confundentium. TOLLIUS.

66. Καταρχαιρεσιάζεσθαι] Proprie est largitione ab iis, qui magistratum in comitiis petunt, & quidem pecunia corrumpi, ita ut Catones repulsam ferant, Vatinii vero, & Nonii Strumæ, in sellis sedeant curulibus. Nota sunt hæc ex historia Romana, inprimis in illa Bibuli & Cæsaris contentione, cum & Cato istiusmodi largitionem e rep. fieri censeret. Vide Suetonium in vita Julii Cæs. TOLLIUS.

67. Ὡς ἐξ εἰρκτῆς ἄφετοι πλεονεξίαι κατὰ τῶν πλησίον] Locus sane pulcherrimus, sed qui illustratione nostra pulcrior videbitur. Androtion olim, cum de Idrieo (cujus meminit Isocrates in oratione ad Philippum, & Harpocration in lexico X. Rhetorum, ut & Suidas) loqueretur, *Similem illum ajebat canibus, qui e vinculo collari dimittuntur; ab iis enim obvium quemque morderi; ita & Idrieum e vinculis solutum ferocius sævire.* Sed aptius fuerit Græca ipsa apponere; sunt autem ex Aristot. III Rhet. c. II, ubi de *imaginibus* agit: οἷον, ἣν Ἀνδροτίων εἰς Ἰδριέα, ὅτι ὅμοιος τοῖς ἐκ τῶν δεσμῶν [adde ἈΦΕΤΟΙΣ] κυνιδίοις· ἐκεῖνά τε γὰρ προσπίπτοντα δάκνει, [lego ΔΑΚΝΕΙ͂Ν] καὶ Ἰδριέα, λυθέντα ἐκ τῶν δεσμῶν, εἶναι χαλεπόν. Qui diligenter legerint, facile animadvertent duas illas emendationes necessarias esse. FABER.

Ibid. Ὡς ἐξ εἰρκτῆς] Huc refer, quæ lib. IV Cornificii ad Herennium c. XXXIX leguntur: *Quod si istum, judices, vestris sententiis liberaveritis, statim sicut e cavea leo emissus, aut aliqua teterrima bellua soluta ex catenis, volitabit, ac vagabitur in foro, acuens denteis inultus in cujusque fortunas, in omnes amicos atque inimicos, notos atque ignotos incursans.* Ita enim illum locum lego, ac distinguo. Ut & fragmentum illud, σὲ δ' ὥσπερ ἄφετον, quod apud Aristotelem exstat lib. III Rhetor. cap. XI. Sic fere Thoas Ætolor. legatus ad Antiochum; *Fremere Philippum, & ægre pati, sub specie pacis leges servitutis sibi impositas. Ille quidem, ut fera bestia vincta, aut clausa, & refringere claustra cupientis, regis iram verbis æquabat*: ut est apud Livium, lib. XXXVI, c. VII. Et subjicit Annibal: *Cujus si talis animus est, solvamus nos ejus vincula, & claustra refringamus: ut erumpere diu coërcita ira in hostes communes possit.* Et lib. XXXV, Alexander Acarnan, de eodem: *scire, ferarum modo, quæ claustris aut vinculis teneantur, ingentes jam diu iras in pectore eum volvere.* Porro legendum hic puto, ὡς οἱ ἐξ εἰρκτῆς ἄφετοι, vel potius, τὸ ἄφετοι delendum: sicut nec in allato a Fabro ex Aristotele loco comparet, neque addi debet: ingrata enim hic est repetitio illa ἀφεθεῖσαι & ἄφετοι. Legam igitur potius, οἷον ἐξ εἰρκτῆς, κατὰ &c. TOLLIUS.

68. Ὅλως δὲ] Vide Senecam in Prolog.

θυμίαν, ἤ, πλὴν ὀλίγων, πάντες ἐγκαταβιοῦμεν, οὐκ ἄλλως πονοῦντες,
ἢ [69] ἀναλαμβάνοντες, εἰ μὴ ἐπαίνου, καὶ ἡδονῆς ἕνεκα, ἀλλὰ μὴ τῆς ζήλου
22 καὶ τιμῆς ἀξίας ποτὲ ὠφελείας. [70] Κράτιστον δ' εἴη ταῦτ' ἐᾷν, ἐπὶ δὲ
τὰ συνεχῆ χωρεῖν. Ἦν δὲ ταῦτα τὰ Πάθη, περὶ ὧν ἐν ἰδίῳ προηγουμένως [71] ὑπεσχόμεθα γράψειν ὑπομνήματι, τήν τε τοῦ ἄλλου λόγου, καὶ αὐτοῦ τοῦ Ὕψους μοῖραν ἐπεχόντων, ὡς ἡμῖν [72] δοκεῖ, [οὐκ ἐλαχίστην.]

declamat. *Quantum quotidie ingenia decrescunt.* PETRA.

69. Ἀναλαμβάνοντες,] Ἀναλαμβάνοντες, καὶ ἀναλαμβανόμενοι, ἀντὶ τοῦ ἀνακομιζόμενοι ἐκ τῆς νόσου, ἀναφέροντες ἀπὸ τῆς ἀσθενείας, ῥαΐζοντες, ex morbo convalescentes, meliuscule habentes. PETRA.

70. Κράτιστον δ' εἰκῆ ταῦτ' ἐᾷν,] Id est, ut ego interpretor: *Sed hæc omitti præstiterit, me ut ad illa accingam, quæ jam antea plus semel pollicitus sum.* Vides, aut non vides, quomodo legendum putem; dicam tamen: Istud εἰκῆ vitiosum est, neque id unquam significare poterit, quod sibi in animum induxere

Τ Έ Λ Ο Σ.

Phocylides:

Μηδέποτε κρίνειν ἀδαήμονας ἄνδρας ἐάσῃς·
Τὴν σοφίην σοφὸς ἰθύνει, τέχνας δ' ὁμότεχνος.
Οὐ χωρεῖ μεγάλην διδαχὴν ἀδίδακτος ἀκούειν.
Οὐ γὰρ δὴ νοέουσ' οἱ μηδέ ποτ' ἐσθλὰ μαθόντες.

ingenia depascit, & consumit: qua, si pauculos exceperis, cuncti laboramus, nihil conantes, studentesve, nisi ut vel gloriolam inde nobis aliquam, vel voluptatem comparemus: non autem, ut aliquod ex eo commodum, fructumve istiusmodi capiamus, qui vel aliorum excitet æmulationem, vel solidam nobis, ac perennaturam laudem mereatur. Sed hac de re jam plus 22
satis: quare ad sequentia transeamus. Supersunt enim *Perturbationes animi*; de quibus scorsim me dicturum promisi; quod illæ cum in reliquis orationis virtutibus, tum in Sublimitate, non minimam me judice partem sibi vindicent.

duxere Longini interpretes. Emendo itaque κράτιστον δ' ΕΙ'Η. FABER.

Ibid. Εἰχῆ] Reposui ἔιη, uti Faber legendum vidit. TOLLIUS.

71. Ὑπεσχόμεθα] Supra, nempe sect. III, in fine. PETRA.

72. Δοκεῖ] Deesse videtur, οὐκ ἐλαχίστην. Nam & vocula δοκεῖ a Vaticanis aberat. TOLL.

F I N I S.

Vertimus:

Judicium ignaro noli permittere cuiquam.
Solus enim sapiens artes Jove dirigit æquo.
Scilicet indoctus doctrinam non capit altam:
Et, qui non didicit bona, non intelligit umquam.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΛΟΓΓΙΝΟΥ

ἈΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

ΛΟΓΓΙΝΟΥ

[1] Προοίμιον

Τοῦ Βιβλίου [2] Περὶ Τέλους [3] πρὸς Πλωτῖνον, καὶ [4] Γεντιλιανὸν Ἀμέλιον.

1 ΠΟλλῶν καθ' ἡμᾶς, ὦ Μάρκελλε, γεγενημένων Φιλοσόφων, οὐχ
ἥκιστα παρὰ τοὺς πρώτους τῆς ἡλικίας ἡμῶν χρόνους, (ὁ μὲν γὰρ νῦν καιρὸς οὐδ' εἰπεῖν ἐστὶν ὅσην σπάνιν ἔσχηκε τοῦ πράγματος· ἔτι δὲ μειρακίων ὄντων ἡμῶν, οὐκ ὀλίγοι τῶν ἐν Φιλοσοφίᾳ λόγων προέστησαν, οὓς ἅπαντας μὲν ὑπῆρξεν ἰδεῖν ἡμῖν διὰ τὴν ἐκ παίδων ἐπὶ πολλοὺς τόπους ἅμα
2 τοῖς γονεῦσιν [5] ἐπιδημίαν· συγγενέσθαι δὲ αὐτῶν τοῖς ἐπιβιώσασι κατὰ ταυτὸ, συχνοῖς ἔθνεσι καὶ πόλεσιν ἐπιμίξαντας) οἱ μὲν καὶ διὰ γραφῆς ἐπεχείρησαν τὰ δοκοῦντα σφίσι [6] πραγματεύεσθαι, καταλιπόντες τοῖς ἐπιγιγνομένοις τῆς παρ' αὐτῶν ὠφελείας μετασχεῖν· [7] οἱ δὲ ἀποχρῆναι σφίσιν ἡγήσαντο τοὺς συνόντας προβιβάζειν εἰς τὴν τῶν ἀρεσκόντων ἑαυτοῖς
3 κατάληψιν. Ὧν τοῦ μὲν προτέρου γεγόνασι τρόπου Πλατωνικοὶ μὲν Εὐκλείδης, καὶ Δημόκριτος, καὶ Προκλῖνος, ὁ περὶ τὴν Τρωάδα διατρίψας· οἵ τε μέχρι νῦν ἐν τῇ Ῥώμῃ δημοσιεύοντες Πλωτῖνος, καὶ Γεντιλιανὸς Ἀμέλιος, ὁ τούτου γνώριμος. Στωϊκῶν δὲ Θεμιστοκλῆς, καὶ Φοι-
4 βίων· οἵ τε μέχρι πρώην ἀκμάσαντες Ἄννιός τε, καὶ Μήδιος. Περιπατητικῶν

ΠΡοοίμιον] Scriptum hoc ante epistolæ fragmentum, quod mox subjicitur. Liquet e Porphyrio, qui in vita Plotini ait: Ὅμως μνησθεὶς ἐμοῦ Πορφυρίου ἔτι ἀρχὰς ἔχοντος τῆς πρὸς τὸν Πλωτῖνον συνουσίας, φησίν, ὅτι δὲ ὁ κοινὸς ἡμῶν τε κἀκείνων ἑταῖρος, &c. Quæ in hoc procemio extremo leguntur. At epistola illa scripta est post Plotini mortem, cum in Sicilia in Lilybæo versaretur Porphyrius, Amelius autem Apameæ Syriæ.

2. Περὶ τέλους] De finibus bonorum & malorum. Sic enim vox illa a Philosophis accipitur. De Epicuro Petronius: *Et hoc vitam dixit habere* τέλος: id est, *summum bonum, quo omnia referrentur*; sive *extremum rerum expetendarum, & finem bonorum*; uti Cicero eam vocem interpretatur lib. I, cap. V, Acad. Quæst. & de Finibus lib. I, c. XII.

3. Πρὸς Πλωτῖνον] De Plotino Theodoretus Sermone VI, de Provid. Dei: Καὶ Πλωτῖνος δὲ (περιφανὴς δὲ καὶ οὗτος ἐν φιλοσόφοις συγγράμμασι) τόδε προοίμιον τοῖς περὶ προνοίας ἐντέθεικε λόγοις, &c. Et postpaulo: ἐπὶ τούτου δὲ (τοῦ Κομμόδου) Ἀμμώνιος Σακκᾶς, τοὺς σάκκους καταλιπὼν, οἷς μετέφερε τοὺς πυροὺς, τὸν φιλόσοφον ἠσπάσατο βίον. Τούτῳ φοιτῆσαι φασὶ καὶ Ὠριγένην τὸν ἡμέτερον, καὶ Πλωτῖνον τουτονί. Τῆς δὲ Πλωτίνου διδασκαλίας τετύχηκεν ὁ Πορφύριος. Id est: *Plotinus quoque (illustris enim hic editis in Philosophia scriptis) suis hocce de Providentia sermonibus procemium attexuit*, &c. Et mox: *Sub hoc Imperatore* (Commodo scilicet) *Ammonius floruit, cognomento* Saccas, *quod abjectis, quis frumenta transferre solitus erat, saccis Philosophiam amplexus esset. Hujus discipulum inter ceteros & Origenem nostrum*

DIONYSII LONGINI
FRAGMENTA.

LONGINI

Prooemium

Libri de Fine adverſus Plotinum & Gentilianum Amelium.

QUum permulti memoria noſtra exſtiterint, Marcelle, Philoſophi, 1
præſertim autem primis pueritiæ noſtræ temporibus: (nam nunc
quidem, dici vix poteſt, quanta ſit eorum penuria) tum vero non pauci
ex his, quum jam adoleſcentuli eſſemus, tuendis Philoſophiæ placitis
inclaruerunt. Et horum quidem omnium notitiam frequens mihi per loca
plurima ab ipſa ſtatim pueritia cum parentibus inſtituta peregrinatio con-
tulit. Quin & cum aliquammultis ex hiſce, qui tum ſuperſtites erant, dum 2
varias gentes, populoſque obeundo perluſtro, familiarius vivendi facul-
tas fuit. Ex his aliqui placita ſua ſcriptis tradiderunt, ut ſic & poſteri
doctrina ipſorum fruerentur: nonnulli vero ſufficere ſibi exiſtimarunt, ſi
ſectatores tantum ſuos ad illorum captum, cognitionemque perducerent. 3
De priore genere Platonici fuere Philoſophi, Euclides, Democritus, &
Proclinus, qui in Troade vitam ſuam traduxit: nec non, qui nunc
Romæ degunt, Plotinus, hujuſque familiaris Gentilianus Amelius. At
ex Stoicis fuere Themiſtocles & Phœbion: quique nuper admodum flo-
ruerunt, Annius, & Medius. E Peripateticis autem Heliodorus Ale- 4
xandri-

ſtrum fuiſſe ferunt, & hunc Plotinum. Plotinum vero Porphyrius audivit. Ceterum Plotinum Longinus tanti fecit, ut & natalem ejus, ut Lucas Holſtenius putat, ſeu potius emortualem, ut Langbænius mavult, diem ſollemnibus epulis celebrarit, convocatis ad ſe communibus amicis. Porphyrius apud Euſebium de Præp. Euang. lib. x: Τὰ Πλωτίνεια ἑστιῶν ἡμᾶς Λογγῖνος Ἀθήνησι κέκληκεν ἄλλους πολλοὺς, &c.

4. Γεντιλιανὸν Ἀμέλιον] Familiaris hic, & diſcipulus Plotini fuit. Ita enim Suidas: Ἀμέλιος Ἀπαμεὺς, Φιλόσοφος, μαθητὴς Πλωτίνου, διδάσκαλος Πορφυρίου, συγχρονίσας Ἀμμωνίῳ, καὶ Ὠριγένει. Qui in eo errat, quod Amelium Porphyrii magiſtrum fuiſſe dicat, cum condiſcipulus ejus fuerit. Meminit hujus & Proclus lib. I in Philoſ. Platonicam; in initio, tamquam Plotini in Schola Platonica ſucceſſoris. Nomen ei, teſte Porphyrio in vita Plotini, ab *Ameria* Hetruriæ civitate. Quare & *Amerium* ſe potius, quam *Amelium* appellari cupiit: ubi de eo plura. Apamenſis autem Suidæ dicitur, quod ibidem vitam tranſegerit, forte & mortuus ſit.

5. Ἐπιδημίαν] Quapropter juvenibus peregrinatio magnopere a Philoſtrato in vita Apollonii Tyanei commendatur: quod ea virorum ubique Philoſophiæ cognitione celebrium familiaris uſus comparetur.

6. Πραγματεύεσθαι] Id eſt commentari, pertractare. Cujuſmodi *Tractatores* Latinis dicti.

7. Οἱ δ' ἀποχρῆναι] Ad exemplum Socratis, & ante eum Pythagoræ, qui nihil ſcripſere, cum diſcipulis ore tenus doctrinas communicaſſe contenti.

8. Ἀμμώνιος] *Ammonius* ille, cujus &

τικῶν δὲ ὁ Ἀλεξανδρεὺς Ἡλιόδωρος. Τοῦ δὲ δευτέρου Πλατωνικοὶ μὲν [8] Ἀμμώνιος, καὶ [9] Ὠριγένης, οἷς ἡμεῖς τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου προσπεφοιτήσαμεν, ἀνδράσιν οὐκ ὀλίγῳ τῶν καθ' ἑαυτοὺς εἰς σύνεσιν διενεγκοῦσιν.
5 Οἵ τε Ἀθήνησι διάδοχοι Διόδοτος, καὶ Εὔβουλος. Καὶ γὰρ, εἴ τι τούτων γέγραπται πσιν, ὥσπερ Ὠριγένει μὲν τὸ [10] περὶ Δαιμόνων, [11] Εὐβούλῳ δὲ τὸ [12] περὶ τοῦ Φιλήβου, καὶ τοῦ Γοργίου, καὶ τῶν Ἀριστοτέλει πρὸς τὴν Πλάτωνος πολιτείαν ἀντειρημένων, [13] οὐχὶ ἐγέγγυα πρὸς τὸ μετὰ τῶν ἐξειργασμένων τῶν λόγον αὐτοὺς ἀριθμεῖν ἂν γένοιτο, παρέργῳ τῇ τοιαύτῃ χρησαμένων σπουδῇ,
6 καὶ μὴ προηγουμένην περὶ τοῦ γράφειν ὁρμὴν λαβόντων. Τῶν δὲ Στωϊκῶν Ἑρμῖνος, καὶ Λυσίμαχος, οἵτε ἐν ἄστει καταβιώσαντες Ἀθηναῖος, καὶ Μυσώνιος. Καὶ Περιπατητικῶν Ἀμμώνιος, καὶ Πτολεμαῖος, φιλολογώτατοι μέντοι τῶν καθ' αὐτοὺς ἄμφω γενόμενοι, καὶ μάλιστα ὁ Ἀμμώνιος. Οὐ γάρ ἐστιν, ὅστις ἐκείνῳ γέγονεν εἰς πολυμαθείαν παραπλή-
7 σιος. Οὐ μὴν καὶ γράψαντές γε τεχνικὸν οὐδὲν, ἀλλά ποιήματα, καὶ λόγους ἐπιδεικτικούς· ἅπερ οὖν καὶ σωθῆναι τῶν ἀνδρῶν τούτων οὐχ ἑκόντων οἶμαι. Μὴ γὰρ ἂν αὐτοὺς δόξασθαι διὰ τοιούτων βιβλίων ὕστερον γενέσθαι γνωρίμους, ἀφέντας σπουδαιοτέροις συγγράμμασι τὴν ἑαυτῶν ἀποθησαυρίσαι διάνοιαν. [14] Τῶν δ' αὖ γραψάντων οἱ μὲν οὐδὲν πλέον ἢ συναγωγὴν, καὶ μεταγραφὴν τῶν τοῖς πρεσβυτέροις συντεθέντων [15] ἐποίησαν, καθάπερ Εὐ-
8 κλείδης, καὶ Δημόκριτος, καὶ Προκλῖνος. [16] Οἱ δὲ μικρὰ κομιδῇ πράγματα τῶν παλαιῶν ἱστορίας ἀπομνημονεύσαντες, εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ἐκείνοις ἐπεχείρησαν συντιθέναι βιβλία· καθάπερ Ἄννιός τε, καὶ Μήδιος, καὶ Φοιβίων· οὗτος μὲν ἀπὸ τῆς ἐν τῇ λέξει κατασκευῆς γνωρίζεσθαι μᾶλλον,
9 ἢ τῆς ἐν τῇ διανοίᾳ συντάξεως ἀξιῶν. Οἷς καὶ τὸν Ἡλιόδωρον συγκατανείμειέ τις ἄν, οὐδ' ἐκεῖνον παρὰ τὰ τοῖς πρεσβυτέροις ἐν ταῖς ἀκροάσεσιν εἰρημένα πλέον τι συμβαλλόμενον εἰς τὴν τοῦ λόγου διέξοδον. Οἱ δὲ καὶ πλήθει

Suidas meminit, is ipſe eſſe exiſtimari, poſſit cujus Longinus noſter ſect. XIV meminit, ubi eum ſpeciatim de locis a Platone ex Homero deſumtis egiſſe dicit. Niſi potius ille alter Ammonius iſtius commentationis auctor fuit, cujus in hoc proœmio multa cum *πολυμαθείας* laude Longinus meminit. Et hoc mihi quidem ſane multo videtur veriſimilius. Prior autem Ammonius natione Alexandrinus e Chriſtiano gentilis factus, (ut Porphyrius affirmat, Euſebius autem lib. VI, cap. XIX H. Eccl. negat) priusquam ad philoſophandum ſe conferret, cognomine *Saccas* dictus eſt, uti vidimus, quod ſaccis frumenta deferendo vitam toleraſſet; Plotini & Origenis præceptor.

9. *Ὠριγένης*] Fama ad ſidera notus. Quare de eo nil addam, niſi quod ad Longinum noſtrum pertinet. Ait eum Suidas Numenii, Cronii, Apollophanis, & Longini ſcriptis multam operam impendiſſe, atque ea, ſicut & Moderati, & Nicomachi, aliorumque Pythagoræorum, ut & Stoïcorum opera diligenter lectitaſſe. Ammonio uſus eſt magiſtro, Plotino vero condiſcipulo, & præ multis aliis familiari conſuetudine ſibi dilectiſſimo.

10. *Περὶ δαιμόνων*] De quibus & Plotinus ſcripſit, eſtque liber quartus, & item quintus tertiæ Enneadis.

11. *Εὔβουλος*] Forte is eſt, qui Porphyrio lib. IV de Abſtin. animal. Mithræ hiſtoriam

xandrinus. Secundi generis Platonici fuerunt Ammonius, & Origenes:
quorum ego diu auditor fui, quippe qui inter æquales omni omnium
rerum ſcientia altiſſime excellerent. Tum &, qui in ſchola Athenis ſuc- 5
ceſſere, Diodotus & Eubulus. Licet enim ex hiſce nonnulli quædam
commentati ſint, ut Origenes, qui *de Dæmonibus* ſcripſit, & Eubulus,
qui *in Philebum & Gorgiam* commentarium edidit, atque *Ariſtoteli Pla-
tonis impugnanti Rempublicam* reſpondit: non illa tanti ſunt, ut eapropter
inter illos referri mereantur, qui dedita opera literis Philoſophiæ dogmata
explicuerunt: quum hæc ipſis opuſcula velut parerga, ſeu fortuita, fue-
rint, nullo certo, ac ſerio ſcribendi conſilio ſuſcepta, atque elaborata.
Ex Stoïcis porro Herminus fuit, & Lyſimachus; quique Athenis vi- 6
vendi tempora tranſegerunt, Athenæus, & Muſonius. Inter Peripate-
ticos celebres extiterunt Ammonius, & Ptolemæus, ſuæ uterque me-
moriæ Philoſophorum longe eruditiſſimi; præſertim vero Ammonius.
Neque enim quiſquam eſt, qui quod ad diffuſam elegantiorum litera-
rum, omniſque ſcientiæ notitiam, cum eo comparari queat. Nil tamen, 7
quod ad Philoſophicarum quæſtionum enodationem pertineret, ſcri-
pſere: ſed poëmata tantummodo nonnulla, & quaſdam Demonſtrativi
generis orationes: quæ quidem invitis ipſis, ac nolentibus, etiamnunc
ſupereſſe exiſtimo. Neque enim viros illos, ut ſcriptis hiſce, neglectis
majoris momenti, ac dignioris curæ, ingenii ſui, atque ſententiæ monu-
mentis, in poſteritatis memoriam pervenirent, vel ſomniaſſe umquam
crediderim. Rurſus ex eorum numero, qui quid commentati ſunt,
quidam nil niſi collectanea aliqua, aut ex aliis deſcripta vetuſtioribus
in medium protulere: quemadmodum Euclides fecit, nec non Demo-
critus, atque item Proclinus. Alii vero minutas quaſdam veterum do- 8
ctrinæ particulas ad interpretandum ſibi deligentes, ſecundum eoſdem,
atque illi, locos tractationes ſuas inſtituerunt: quo ex numero Annius,
ac Medius ſunt, nec non & Phœbion. Atque hic quidem elocutionis
elegantia potius, quam rerum ac ſententiarum pondere, innoteſcere
ſtuduit. Iiſdem & Heliodorum licet adjungamus. Nam neque hic quid- 9
quam novi, & veteribus indicti, ad diſtinctam Philoſophiæ dogmatum
explicationem de ſuo contulit. At qui cum problematum numero, tum
& ſin-

riam pluribus libris conſcripſiſſe memoratur. Unde & nonnulla libro de Antro Nympharum, at non *ἀυτολεξεὶ*, profert.

12. *Περὶ τȢ Φιλήβȣ, καὶ τȢ Γοργίȣ,*] Dialogi ſunt Platonis.

13. *Οὐχὶ ἐχέγγυα*, &c.] In editis habetur, *ȣ̓κ ἐχέγγυα πρὸς πατρὸς τὸ μετὰ τῶν ἐξειργασμένων.* Vertit autem Ficinus: *hæc ſane parvi momenti ſunt, ſi cum rationibus, quas illi voce exactius aſſignare volebant, contuleris.* Rectius ſe habet lectio, quæ hic exhibetur: verum mox vel *χρησαμένων αὐτῶν* legendum videtur, vel *χρησαμένȣς*, & poſtea, *λαβόντας*. *Ὁ λόγος* hic *ſermo* eſt dogmata Philoſophica exponens. Ut poſtpaulo: *εἰς τὴν τȢ λόγȣ διόρθωσιν.*

14. *Τῶν δ᾽ αὖ γραψάντων ȣ̓δὲν πλέον*] Vulgata editio, *τῶν δ᾽ ȣ̓κ γραψάντων οἱ μὲν ȣ̓δὲν πλέον*, &c. Reſtitui ex utroque libro, uti oportuit.

15. *Ἐποίησαν*] editi, *ἐποιήσαντο.*

16. *Οἱ δὲ μακρὰ*] Rectius editio Ficini. *οἱ δὲ μικρά.*

17. Οὐδὲ

πλήθει προβλημάτων, ἃ μετεχειρίσαντο, τὴν σπουδὴν τοῦ γράφειν ἀποδε-
ξάμενοι, καὶ τρόπῳ ἰδίῳ χρησάμενοι, Πλωτῖνός εἰσι, καὶ Γεντιλιανὸς
Ἀμέλιος· ὁ μὲν τὰς Πυθαγορείας ἀρχὰς, καὶ Πλατωνικὰς, ὡς ἐδόκει,
10 πρὸς σαφεστέραν τὴν πρὸ αὐτοῦ καταστησάμενος ἐξήγησιν. [17] Οὐδὲ γὰρ οὐδὲν
ἐγγύς τι τὰ [18] Νουμηνίου, καὶ [19] Κρονίου, καὶ [20] Μοδεράτου, καὶ [21] Θρασύλλου,
τοῖς Πλωτίνου περὶ τῶν αὐτῶν συγγράμμασιν εἰς ἀκρίβειαν. Ὁ δὲ Ἀμέ-
λιος κατ' ἴχνη μὲν τούτου βαδίζειν προαιρούμενος, καὶ τὰ πολλὰ μὲν τῶν
αὐτῶν δογμάτων ἐχόμενος, τῇ δὲ ἐξεργασίᾳ πολὺς ὢν, καὶ τῇ τῆς ἑρ-
μηνείας περιβολῇ [22] πρὸς τὸν ἐναντίον ἐκείνῳ ζῆλον ὑπαγόμενος· ὧν
καὶ μόνων ἡμεῖς ἄξιον εἶναι νομίζομεν ἐπισκοπεῖσθαι τὰ συγγράμματα.
11 Τοὺς μὲν γὰρ λοιποὺς τί τις ἂν κινεῖν οἴοιτο δεῖν, [23] ἀφεὶς ἐξετάζειν ἐκείνους,
παρ' ὧν ταῦτα λαβόντες οὗτοι γεγράφασιν, οὐδὲν αὐτοὶ παρ' αὐτῶν προσ-
θέντες, οὐχ' ὅτι τῶν κεφαλαίων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐπιχειρημάτων, οὐδ' οὖν ἢ
συναγωγῆς τῶν παρὰ τοῖς πλείοσιν, ἢ κρίσεως τοῦ βελτίονος ἐπιμελη-
12 θέντες. Ἤδη μὲν οὖν καὶ δι' ἄλλων τουτὶ πεποιήκαμεν, ὥσπερ καὶ τῷ
μὲν Γεντιλιανῷ περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα δικαιοσύνης ἀντειπόντες, τοῦ δὲ Πλω-
13 τίνου τὸ περὶ τῶν ἰδεῶν ἐπισκεψάμενοι. [24] Τὸν μὲν γὰρ κοινὸν ἡμῶν τε κἀ-
κείνων ἑταῖρον ὄντα [25] Βασιλέα τὸν Τύριον, οὐδ' αὐτὸν ὀλίγα πεπραγμα-
τευμένον κατὰ τὴν τοῦ Πλωτίνου μίμησιν, (ὃν ἀποδεξάμενος μᾶλλον [26] τῆς
παρ' ἡμῖν ἀγωγῆς ἐπεχείρησε διὰ συγγράμματος ἀποδεῖξαι [27] βελτίω
δόξαν περὶ τῶν ἰδεῶν τῆς ἡμῖν ἀρεσκούσης ἔχοντα) μετρίως ἀντιγραφῇ
διελέγξαι

17. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲν] Deeſt, τὸ οὐδὲν in editis. Malim ego: Οὐ δὲ γὰρ οὐδ' ἐγγύς τι, &c. Addit Porphyrius poſt hujus procemii deſcriptionem: Ἐν δὴ τούτοις τότε ὁμολόγησε μὲν, πάντων τῶν ἐπ' αὐτοῦ γεγονότων πλήθει γε προβλημάτων διενεγκεῖν Πλωτῖνόν τε, καὶ Ἀμέλιον· τρόπῳ δὲ θεωρίας ἰδίῳ μάλιστα τούτους χρήσασθαι, τὰ Νουμηνίου δὲ οὐχ ὅτι ὑποβάλλεσθαι, καὶ τὰ ἐκείνου πρεσβεύειν δόγματα, ἀλλὰ τῶν Πυθαγορείων αὐτοῦ τε ἐχομένους μετιέναι δόγματα· καὶ οὐδ' ἐγγὺς εἶναι τὰ Νουμηνίου, καὶ Κρονίου, καὶ Μοδεράτου, καὶ Θρασύλλου, τοῖς Πλωτίνου περὶ τῶν αὐτῶν συγγράμμασιν, εἰς ἀκρίβειαν. Sed in his vitium pluſquam unum eſt. Lege igitur: χρήσασθαι. Τὰ Νουμηνίου δὲ Πλωτῖνον οὐχ ὑποβάλλεσθαι, καὶ τὰ ἐκείνου πρεσβεύειν δόγματα, ἀλλὰ τῶν Πυθαγορείων, αὐτοῦ τε Πλάτωνος, μετιέναι δόγματα.

18. Νουμηνίου] Floruit ſub Antonino & Vero, Apamea Syriæ oriundus. Vid. Jonſ. lib. III, cap. X. Hujus dicebatur Plotinus ſcripta compilaſſe: defendit autem Plotinum Amelius libro *de differentia Doctrinæ Plotini, & Numenii*, quem Porphyrio inſcripſit: ut eſt apud Porphyrium in vita Plotini.

19. Κρονίου] Suidas in Origene, Cronii hujus illum ſcriptis legendis diligentem operam navaſſe tradit. Platonicus fuit Phil. ſcripſit librum de Generatione, citante Gotofrido Viterbienſi Chron. part. II, fol. LIX; meminit & Porphyrius in vita Plotini.

20. Μοδεράτου] Gaditanus hic vixit ſub Nerone, Pythagoricæ Philoſophiæ eloquentiſſimus aſſertor. De quo plura Jonſius lib. III, cap. V.

21. Θρασύλλου] Pythagoricus & hic librum inter alia edidit περὶ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων, *de legendis Domocriti libris*. Tiberii Mathematicus, a quo & interemtus. Plura Jonſius lib. III, cap. III. Meurſ. ad Nicomachum p 166 Voſſ. Hiſt. Gr. IV, 16: & de Philoſoph. ſectis p. LXXII. Schol. Juvenal. in ſat. VI.

22. Πρὸς τὸν ἐναντίον] Typothetarum vitio vocula ἐναντίον in Ficini editione excidit: quam tamen ille in interpretatione expreſſit.

Tum

& singulari eadem tractandi modo, atque ratione serio sese ad scriben-
dum contulere, Plotinus, & Gentilianus Amelius fuerunt: quorum
ille Principia Pythagorica, Platonicaque, multo, ut videtur, quam
quisquam priorum, dilucidius explanavit. Non enim vel componendi 10
cum eo sunt seu Numenius, seu Cronius, vel Moderatus, vel Thra-
syllus: adeo illos accurata ejusdem argumenti explicatione Plotinus an-
tecellit. Hujus vestigia dum sibi legenda, pressoque sequenda pede pro-
ponit Amelius, eadem quidem habet, & exponit dogmata, verum pro-
lixior multo in illorum tractatione, latioreque usus interpretationis am-
bitu, in contrariam Plotino tractandi formam deflectere videtur. Et hi 11
quidem soli sunt, quorum scripta cura nostra, cognitioneque digna existi-
mem: nam reliquos quare quis attingere operæ pretium putet, ac non
ad ipsos potius recurrendum sibi fontes censeat, unde illi sua omnia de-
promsere, caussæ nil quicquam video; præsertim cum nihil omnino de
suo addiderint: adeo ut non modo rerum capita non attigerint, sed ne
argumentationum quidem, collectionisve eorum, quæ plures de eadem
re dixerunt, senseruntve, multo minus optima quæque deligendi, di-
judicandique, curam ullam gesserint. Ego vero & in aliis hoc ipsum 12
scriptis jammodo plus semel præstiti: sicut & Gentilianum *de Justitia,
quæ apud Platonem est*, confutavi: tum vero Plotini *de Ideis* commenta-
rium diligentius expendi, atque examinavi. Adhæc communem nostrum 13
omnium amicum Regem illum Tyrium, qui & ipse non pauca ad exem-
plum, imitationemque Plotini commentatus est, quum illius rationem
atque disciplinam nostræ præferens multo illum meliorem *de Ideis* sen-
tentiam, quam quæ nobis probaretur, amplecti edito in vulgus scripto
demonstrare in animum induxisset, mediocriter responsione mea confu-
tatum

Tum & repetens hæc Longini verba Porphyrius eandem habet; *εἰπὼν δὲ*, inquiens de Longino, *περὶ Ἀμελίου, ὅτι καθ' ἴχνη μὲν τοῦ Πλωτίνου ἐβάδιζε, τῇ δὲ ἐξεργασίᾳ πολὺς ὤν, καὶ τῇ τῆς ἑρμηνείας περιβολῇ πρὸς τὸν ἐναντίον ἐκείνῳ ζῆλον ὑπήγετο.*

23. Ἀφεὶς ἐξετάζειν] *Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ.* Quare recte Cicero lib. 1. Academ. Quæst. cap. 11; *sed meos amicos, in quibus est studium, in Græciam mitto, id est, ad Græcos ire jubeo, ut ea a fontibus potius hauriant, quam rivulos consectentur.*

24. Τὸν μὲν γὰρ κοινόντε, &c.] Nemo hæc melius ipso Porphyrio explicuerit; ubi ait: *Ὅμως μνησθεὶς ἐμοῦ Πορφυρίου ἔτι ἀρχὰς ἔχοντος τῆς πρὸς τὸν Πλωτῖνον συνουσίας, φησὶν, Ὅτι δὲ ὁ κοινὸς ἡμῶν τε κἀκείνων ἑταῖρος Βασιλεὺς ὁ Τύριος, οὐδ' αὐτὸς ὀλίγα πεπραγματευμένος κατὰ τὴν Πλωτίνου μίμησιν συνέθηκε· ταῦτα ὄντως κατιδὼν, ὅτι τῆς Ἀμελίου περιβολῆς τὸ ἀφιλόσοφον παντελῶς ἐφυλαξάμην, καὶ πρὸς ζῆλον Πλωτίνου γράφων ἑώρων,*

25. Βασιλέα τὸν Τύριον] Porphyrium, cui ipse primus hoc *Porphyrii* nomen Longinus imposuit, in vestis purpureæ, quo reges uti soliti fuerunt, appellationem detortum.

26. Τῆς παρ' ἡμῖν ἀγωγῆς] Ἦν δὲ καὶ Λογγίνου τοῦ Κριτικοῦ ἀκροασάμενος, inquit Suidas.

27. Βελτίω δόξαν &c. ἀντιγραφῇ διελέγξαι] Porphyrius ad hæc: *Ἀρκεῖ τοίνυν ὁ τοσοῦτος ἀνὴρ, καὶ ἐν κρίσει πρῶτος ὢν, καὶ ὑπειλημμένος ἄχρι νῦν τοιαῦτα γράφων περὶ Πλωτίνου, ὡσεὶ καὶ καλοῦντι με τὸν Πορφύριον συνέβη δεηθῆναι συμμίξαι αὐτῷ, οὐδ' ἂν ἀντέγραψεν, ἃ, πρὶν ἀκριβῶσαι τὸ δόγμα, γράψαι ἐπεχείρησεν.* Legam vero, *μετρίᾳ ἀντιγραφῇ*, vel *μετρίως τῇ ἀντιγραφῇ διελέγξαι.*

28. Οὐκ εὖ παλινῳδήσαντα] Cum Porphyrius Plotini mentem, quippe nimia brevitate obscurioris, non esset assecutus, contra eum scripsit.

διελέγξαι δοκοῦμεν, [29] οὐκ εὖ παλινῳδήσαντα, κἂν τούτοις οὐκ ὀλίγας τῶν ἀνδρῶν τούτων κεκινηκότες δόξας· ὥσπερ καὶ ἐν τῇ πρὸς τὸν Ἀμέλιον ἐπιστολῇ μέγεθος μὲν ἐχούσῃ συγγράμματος, ἀποκρινομένῃ δὲ πρὸς ἄττα τῶν ὑπ' αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἀπεσταλμένων· ἣν αὐτὸς μὲν Ἐπιστολὴν περὶ τοῦ τρόπου τῆς Πλωτίνου Φιλοσοφίας ἔγραψεν. Ἡμεῖς δὲ αὐτὸ μόνον προσηρκέσθημεν, τῇ κοινῇ τοῦ συγγράμματος ἐπιγραφῇ [30] πρὸς τὸν Ἀμέλιον Ἐπιστολὴν αὐτὸ προσαγορεύσαντες.

scripsit. Cui ille Amelium respondere jussit. Respondit & Porphyrius: nec defuit iterum illi confutando Ampelius. Tandem Porphyrius sententia Plotini percepta *Palinodiam* scripsit, inque omnium conventu recitavit. Hoc eum non recte fecisse Longinus noster in commentario, de quo hic agit, asseruit: quippe qui Plotini de Ideis sententiam impugnabat, antea sibi in eo consentientem habens Porphyrium, sed nunc in Plotini castra transfugam.

30. Πρὸς τὸν Ἀμέλιον ἐπιστολὴν] Ita codex noster: at Ficini editio, nescio an melius, habet, πρὸς τὴν Ἀμελίου ἐπιστολήν. Sic ut inscriptio,

ΛΟΓΓΙΝΟΥ

[1] ΜΕΡΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ

Πρὸς [2] Πορφύριον.

1 [3] Καὶ σὺ μὲν ταῦτα τὰ Βιβλία πέμπειν, ὅταν σοι δοκῇ· μᾶλλον δὲ κομίζειν. Οὐ γὰρ ἂν ἀποσταίην τοῦ πολλάκις δεῖσθαί σου τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁδὸν τῆς ἑτέρωσε προκρῖναι, κἂν εἰ μηδὲν δι' ἄλλο (τί γὰρ ἂν καὶ σοφὸν παρ' ἡμῶν προσδοκᾶν ἀφίκοιο) τήν τε παλαιὰν συνήθειαν, καὶ τὴν ἀέρα μετριώτατον ὄντα, πρὸς ἣν λέγεις [4] σώματος ἀσθένειαν. Κἂν ἄλλο τι τῆς τύχης οἰηθεὶς, παρ' ἐμοῦ δὲ μηδὲν προσδοκᾶν καινότερον· μηδ' οὖν τῶν
2 παλαιῶν, ὅσα φῂς ἀπολωλεκέναι. Τῶν γὰρ γραψάντων τοσαύτη σπάνις ἐνταῦθα καθέστηκεν, ὥστε νὴ τοὺς θεοὺς πάντα τὸν χρόνον τοῦτον τὰ λειπόμενα τῶν

Μέρος Ἐπιστολῆς] Porphyrius in vita Plotini: Ἣν δὲ εἶχε καὶ Λογγῖνος περὶ τοῦ Πλωτίνου δόξαν, ἐξ ὧν μάλιστα πρὸς αὐτὸν ἐγὼ γράφων ἐπεσήμαινον, δηλώσει Μέρος Ἐπιστολῆς, γραφείσης πρός με, ἔχον τοῦτον τὸν τρόπον. Ἀξιῶν γάρ με ἀπὸ τῆς Σικελίας κατιέναι πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν Φοινίκην, καὶ κομίζειν τὰ βιβλία τοῦ Πλωτίνου, φησί. &c.

2. Πορφύριον] Celeberrimus hic Philosophus & suis, & aliorum scriptis. Habuit enim graves adversarios, & eruditos, e Patribus, qui Religionem Christianam xv libris impugnantem egregie confutarunt. Cognomen ei *Malcho*, quod patria Phœnicum lingua (Tyrius enim fuit) *Regem* significat, Hebr. מלך, *Melech*: unde Deo Marti, sive idolo *Molocho* nomen, & *Melcartho* Herculi, sive & *Melicertæ* in fabulis, qui *Melec Cartha, Rex Urbis*; (Suidas: Κάρτα, ἐπὶ Ἀφροδίτης: *Urbs reginæ Veneris*) & *Melcandro* apud Plutarchum de Iside & Osiride, qui *Melec Addir, Rex magnificus.* Κυρίως igitur ἐκαλεῖτο Porphyrius noster, teste Suida, & nostro postpaulo Longino, Βασιλεὺς Τύριος, *Rex Tyrius.* Vixit sub Aureliano Imp. & seqq. Discipulus autem Amelii fuit Gentiliani, de quo

Ἀκρίτως igitur judicio ſuo hic uſus eſt, dum rhetorum præceptis auſcultat: & de ſublimitate illa, qua velut Pegaſo ſubvectus Pindarus primo ſtatim impetu cœlum conſcendit, in præceps ruit. Alii forſitan aliter ſentient, & ſenſim gradatimque in ipſum cœlum eſcendere dicent Horatium; Pindarum vero de cœlo deſcendere cenſebunt. Sed admoveamus lapidem Lydium, & hoc aurum βασανίζωμεν. Notum eſt illud Arati,

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα.

Deorum igitur prior erat habenda ratio, quam hominum: deinde locus alter Heroïbus debetur, qui poſt mortem in Deorum concilium admittuntur: ultimum tenent homines. Advertite igitur ſinceram naturalemque in Pindaro magnitudinem, quam ipſa veritas ſuppeditabat. Verum in Horatio Sophiſtica eſt, ficta, elaborata arte ad veri ſimilitudinem; & conſequenter ad illius faſtigium non accedit. Plerumque enim ab archetypo pulchro abſolutoque labitur ac decidit imitatio: nec tam facile eſt naturæ decora æmulari, quam laudare. Hic eſt lapſus Horatii, & hoc in diſpoſitione peccatum. Verum in Elocutione plura ſunt, quibus Horatium longo poſt ſeſe intervallo Pindarus relinquit. Nam quæ huic ineſt gravitas, inimitabili tincta lepore, atque venuſtate ſuaviſſima imbuta, percellit lectores ſimul, & allicit: ut non immerito apiculæ in ejus dormientis labris mellificaſſe tradantur. In hac autem, quam produximus, ſententia, addita eſt illis duabus orationis virtutibus nativa quædam ſimplicitas, atque ingenuus decor; quæ ſingularem illi ſententiæ gratiam conciliant. Quid enim pote ſimplicius, quam quod ſtatim ſuos Hymnos Poëta alloquitur, inquiens:

Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι.

Ubi primum animadvertendum eſt grande, ſonorum, ac Dithyrambicum epitheton, ἀναξιφόρμιγγες, *regnantes in citharis*, excitans e veſtigio & erigens phantaſiam legentium ad ſublimitatem, & ad maximi imperii cogitationem: præterea ipſa compoſitio, uti ſolet, auget magnitudinem, ſæpe uſque in vitium, ac in tumorem, quo nonnumquam laboravit Æſchylus, & alias ipſi Dithyrambici male audiunt. Deinde plurali numero Pindarus uſus eſt; qui ſingulari ſublimior, niſi ſi ſingularis numerus corpus aliquod deſignaverit, ut apud Longinum e Demoſthene, ἡ Πελοπόννησος ἅπασα διειςήκει: & ex Herodoto, εἰς δάκρυα ἔπεσε τὸ θέητρον. Ac tandem ſenſum vitamque affingit rei, quæ vita & ſenſu caret. Quod in elocutione mirum quantum delectat, plurimumque venuſtatis ac ſplendoris orationi confert. Sequitur:

Τίνα θεὸν, τίν' ἥρωα,
Τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;

Suavitas primum inſignis eſt in voculis τίνα, τίν', τίνα, cum ob vocalem ἰῶτα, quæ plena * dulcedinis eſt, ut ex illo patet Auſonii mei verſiculo, in quo novies occurrit, *Tu mihi flumineis habitatrix Nais in oris*: tum ob literam νῦ, de qua Quintilianus: *Quid? quod pleraque nos illa quaſi mugiente litera claudimus M, qua nullum Græce verbum cadit? at illi jucundam, & in fine præcipue, quaſi tinnientem illius loco ponunt N, quæ eſt apud nos rariſſime in clauſulis.* Ita enim locus ille emendandus. Atqui illa τίνα τίν' τίνα ipſum Latinum *tinniendi* verbum exprimunt, aureſque modulo quodam jucundiſſimo permulcent: qui & a Platone in Phædro captatus eſt, etiam inter jurandum. Ὄμνυμαι γάρ σοι, inquit, τίνα μὲν τοι τίνα θεῶν. † Quare & Attici, omnis ſuavitatis promi condi, pluribus hanc literam vocibus adſciverunt, Δημοσθένην dicentes & Σωκράτην, cum ceteri Græci Δημοσθένη, Σωκράτη, Jones autem aliquanto etiam mollius atque effeminatius abſque contractione Δημοσθένεα, Σωκράτεα dicerent. (Euſtath in Homer.) ‡ Illa porro figura, quæ copulas tollit, ſecundo loco uſurpata, adeo apta eſt & concinna, ut ſi quis addiderit copulam δὲ, omnem venuſtatem atque elegantiam e ſententia ſuſtulerit, ut:

Τίνα

* Notat Euſtathius in Homer. Τὴν τοῦ ἰῶτα ἐπαλληλίαν os diducere, quemadmodum ſuaviter ridentes ſolent. Plato vero in Cratylo literam ἰῶτα ad tenuia aptam eſſe dicit, quaſi omnia tranſeuntem.

† Et a Theocrito in venuſtiſſima illa Daphnidis procatione, ubi inter alia puella ita reſpondet: Παρὲκ δὲ γηραλέῳ τίνα κεν, τίνα μῦθον ἐνίψω; Syneſius, qui, ut Suidas ait, τὰς θαυμαζομένας συνέταξεν ἐπιςολὰς, ep. 95: Τίνι μέντοι τίνι δώσει δίκας; & epiſt. 82: Τίνα μέντοι τίνα, παρὰ τῶν οἷος αὐτὸς εἶ, προσήκει θαυμάζεσθαι;

‡ Sive etiam Demetrius Phalereus, ſeu Dionyſius Halicarn. περὶ ἑρμηνείας: Πρὸς δὲ τὴν ἀκοὴν καλὰ, Καλλίςρατος, Ἄννοων· ἥτε γὰρ τῶν λάμβδα σύγκρουσις ἠχῶδές τι ἔχει, καὶ ἡ τῶν νῦν γραμμάτων· καὶ ὅλως τὸ νῦν δι' εὐφημίαν ἐφέλκονται οἱ Ἀττικοὶ Δημοσθένην λέγοντες, καὶ Σωκράτην. Sed & ceteri Græci eandem literam in vocibus Ἑκατοννήσιοι, Πελοπόννησος, Μυόννησος, Προκόννησος, Ἀλόννησος, & ſimilibus εὐφωνίας ἕνεκα geminarunt, ut nos Strabo docet lib. XIII Geogr.

Τινα θεὸν, τίνα δ' ἥρωα,
Τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;

De anaphora nihil dicam, quia figura est notissima, non secus ac duo illi meram venerem spirantes versus apud Virg. Georg. l. IV, v. 465:

Te dulcis conjux, te solo in littore secum,
Te veniente die, te decedente canebat.

Extremum est, κελαδήσομεν. Ubi iterum pluralis pro singulari positus est, ad sublimitatem. Vel, quod non minus dulce, communicata cum hymnis Deorum laudatio. Nunc ad Horatium transeamus.

Quem virum, inquit, *aut heroa lyra, vel acri*
Tibia sumes celebrare, Clio,
Quem Deum?

Omne mox in initio ὕψος tollitur literâ E, quæ & humilior est, & minus venusta vocalis: cum statim in ἀναξιφόρμιγγες occurrant tres maxime grandes, duplex α & ο. Sequitur porro M, litera mugiens, nec non dura elisio in secundo pede; ut nihil dicam de ipsis pedibus, qui in Græco versu acres, & magnifici, in Latino contra. Est ergo hoc principium perquam abjectum atque infacetum, *Quem virum.* Præterquam quod a singulari numero inchoëtur oratio, cum contra fiat a Pindaro. Sequitur:

——— *aut heroa lyra, vel acri*
Tibia. ———

Laxatur magnitudo conjunctionibus hisce disjunctivis, de quibus alias plura. Sunt tamen hæc valde sonora, & optimis vocalibus, consonantibus, ac pedibus constructa. Verum anaphora vix comparet, ac nullius prorsus est venustatis particeps, quod nimisquam multa verba interjecta sint; & inprimis ob istas disjunctivas, quæ prius *quem* ab altero *quem*, longius quam oportuit, removent: quamquam hic defectus polyptoto, *cujus recinet jocosa nomen imago*, videtur suppleri. Illa vero dubitatio, *lyra vel acri tibia*, tenet auditorem suspensum; quo tollitur ἀφέλεια sententiæ: (omnis enim dubitatio torquet) multo tamen magis figura hyperbaton, qua usus est, dum sub finem sententiæ demum compellat Musam, dicens:

——— *vel acri*
Tibia sumes celebrare, Clio:

Quum statim in principio Pindaricæ sentententiæ compellentur Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι. Omnia porro & hic apud Horatium singularis numeri sunt, adeoque humiliora. Nihil de epitheto *acri* dicam: sed quod superest, *quem Deum?* abrupte nimis cadit vocalibus atque consonantibus minime vocalibus aut sonoris. At quam molliter apud Pindarum,

Τίνα θεὸν, τίν' ἥρωα,
Τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;

non tamen sine quadam majestate una cum versu sententia terminatur. Verum, objiciet aliquis, grandius nihilominus illud est in Horatio, quod Musam invocet potius, quam hymnos, uti Pindarus fecit. Ego contra sentio. Nam neque sic Horatius sublimitatem assecutus est, & dulcedine præterea ac lepore, cujus copia floret Pindarus, excidit. Hisce missione data, par alterum succedat. Apud Theocritum, *admirabilem in suo genere poëtam*, ut eum vocat Fabius, Polyphemus Galatheam suam compellat, deque ejus rigore atque animi duritie conqueritur. Inter alia vero & hæc studio jactabat inani:

Γινώσκω, χαρίεσσα κόρα, τίνος οὕνεκα φεύγεις.
Οὕνεκα, &c.
Ἀλλ' ὠὗτος τοιοῦτος ἐὼν βοτὰ χίλια βόσκω,
Κὴκ τούτων τὸ κράτιστον ἀμελγόμενον γάλα πίνω.
Τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρῃ,
Οὐ χειμῶνος ἄκρῳ· ταρσοὶ δ' ὑπεραχθέες αἰεί·
Συρίσδεν δ' ὡς οὔτις ἐπίσταμαι ὧδε κυκλώπων.
Τὶν, τὸ φίλον γλυκύμαλον, ἁμᾶ κἠμαυτὸν ἀείδων,
Πολλάκι νυκτὸς ἀωρί.

Quæ siquis ignoraverit, multo ei splendidiora videbuntur illa Virgiliana:

Despectus tibi sum, nec qui sim quæris, Alexi:
Quam dives pecoris nivei, quam lactis abundans.
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.
Lac mihi non æstate novum, non frigore defit.
Canto quæ solitus, si quando armenta vocabat,
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.

At si cum superioribus conferantur, longe videbuntur infra Græci carminis dignitatem. Nam cum dicit, *Despectus tibi sum*, primo non assequitur τὸ φεύγεις: deinde non reddit rationem, cur despectus sit, quod fecit Theocritus. Jam vero Virgilianus pastor multo minori copia instructus est, quam ille Theocriti: contra quam Servius censuit; cujus hæc sunt verba: *Lac mihi* &c. *multo melius quam Theocritus. Ille enim ait* τυρὸς δ' οὐ λείπει &c. *Sed quia caseus servari potest, non mirum est: Verum si quovis tempore quis habeat lac novum, id est colostrum.* At hic acumen hujus Grammatici ipso pistillo obtusius est. Cyclops enim

non

non ſolum de lacte gloriatur, ſed, inquit, *τὸ κρέτιςον γάλα πίνω*, quod plus eſt, quam *lac mihi non deſit*; neque id ſimplex, ſed *τὸ κρέτιςον*. Deinde dicit: *Τυρὸς δ' ὀ λείπει μ' ὔτ' ἐν ὀπώρῃ.* Ergo beatior Cyclops Corydone, qui de caſeo ne verbum quidem fecit. Præterea, *ὔτ' ἐν θέρει, ὔτ' ἐν ὀπώρῃ, ὀ χειμῶνος ἄκρω*, amplius eſt, quam *æſtate* & *frigore*. Addit Theocritus *ἄκρω*, ut nullum ei tempus hyemis, etiam intenſiſſimo frigore ſine caſeo ſit. Caſeus autem hic intelligitur recens, qui adhuc in fiſcellis eſt, cujus quanta copia fuerit, innuit Poëta dicens: *ταρσοὶ δ' ὑπεραχθέες αἰεί.* Utrumque, & lac, & caſeum, exprimere voluiſſe videtur Virgilius, cum dicit, *lac novum*, quod *coloſtrum* interpretatur Servius: Græci vocant *πρωτόγαλα* & *πυὸν*, quod ſponte coït, & denſatur in caſeum. Ergo dum brevis eſſe laborat, fit obſcurus. In iis, quæ ſequuntur, eximiæ ſuavitatis eſt illa ad amicam allocutio, quam *φίλον γλυκύμαλον* vocat: & denotatur amoris maxima vis, cum dicitur Cyclops amores ſuos cantare *Πολλάκι νυκτὸς ἀωρί.* Quæ duo in Virgiliana procatione ſubticentur. Quorum alterum, uti præcipuum in blanditiis amatoriis, ita & proprium eſt. Mala enim in Veneris tutela ſunt, ut ait Artemidorus lib. I, cap. LXXV, & in ſomniis *μῆλα κρατῶν ἔρωτι συνεῖναι δοκεῖ*, interprete Aſtrampſycho. Unde & Venus ipſa plerumque effingitur pomum manu tenens. Et Cupidines ſemet invicem pomis inceſſunt, ſed prius oſculo delibatis, apud Philoſtratum in Imagin. Notiſſima item Nanæ fabula, quæ [1] *mala manu retinens gravida concepit in alvo*, uti eſt apud Arnobium. Et ratio illa, quam promit Athenæus, lib. XII, pag. 553, cur poma manu geſtemus. [2] Sed quin ipſam cauſam, obiter oſtendimus. [3] cur ea Veneri conſecrata ſint, præſertim cum non inamœna ſit? Et in mare, & in femina, veteres aliquid pomi ſimile invenerunt, quod ad delicias faceret venereas. Quid in viro ſit, [4] luſus te Priapeji docebunt, (cui Deo offerri ſolebant) item nequam ille Ariſtophanes in Nubibus, & de Dionyſi malis eruditorum enarrationes, cujus in ſacris ea fuere ſolemnia, referente Euſebio de præpar. Euang. lib. II, cap. III, & exhibentibus gemmis Baſilidianis. Honeſtior eſt in femina ſimilitudo, [5] genis primum puellarum formoſularum ad imaginem pomorum [6] purpuraſcentibus, & in rotundam figuram leniter tumentibus, (Anacreon carm. XXIX.) unde & illæ *μῆλα* dictæ ſunt, ſicut ex Luciano, in Imaginibus, diſcimus: deinde & * mam-

1. Ubi alii legunt: *Maja nemus retinens gravido concepit in alvo*, ex Priſciano, apud quem Attius in primo Annali ita loquitur.

2. Quod ſcilicet qui illis delectarentur, pulchritudinis appetentes ſint: vel quod *ἀρχή τε συντυχίας, καὶ παράδειγμα τῆς βουλήσεως αὐτοῖς γίγνεται διὰ τούτων*, &c.

3. Vid. Triſtani in nummum Fauſtinæ diſputatiunculam, ubi vir eruditiſſimus inter alia Venerem malum Punicum primam in Cypro plantaſſe tradit: & hinc mala Punica ceteris prælata. Sunt apud illum multa de hoc argumento: & nos nonnulla, quæ hic ſilebuntur, collegimus, opportuniore loco enarranda. Vid. & Pierii Valeriani Hieroglyphica de malis lib. LIV.

4. Vid. Carmen XV, & XX, & LIII, & inprimis LXXIV, ad quod vide notas. Vid. & Clementem Alexandr. in Protrept. p. 12, & Athen. p. 82.

5. In quibus & Amor excubare dicitur, apud Horatium l. IV, od. XIII:

—— Ille virentis, &
Doctæ Pſallere Chiæ
Pulchris excubat in genis.

Quod ille, ut pleraque alia præclara, a Græcis habet. Ita enim Sophocles in Antigone:

———— Ἔρως ἀνίκατε μάχαν
Ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς
Νεάνιδος ἐννυχεύεις.

6. Sic & Phrynichus apud Athenæum p. 604: *λάμπει ἐπὶ πορφυρέαις παρειαῖς φῶς ἔρωτος.* Tibullus lib. III, el. IV:

Ut juveni primum virgo deducta marito
Inficitur teneras ore rubente genas:
Ut cum contexunt amaranthis alba puellæ
Lilia, & autumno candida mala rubent.

Ab hoc autem colore & labia *μῆλα* dicta: nam *μῆλα* illa veteribus dicta Pollux teſtatur lib. II, cap. III.

* mammis propiùs adhuc ad pomorum similitudinem accedentibus, teste Aristophane in Concionatricibus, ac Lysistrata. Plinius certe inter poma numerat *mammarum effigie orthomastia* : & est mellitissimus ac venustissimus ea de re jocus apud Aristænetum lib. I, epist. III, ubi adolescens, cum amasia sub arbore malo se lavans, ita loquitur : Ὅμως οὖν οἶδα πολλάκις τὴν αἴσθησιν πλανηθεὶς πρὸς ὁμοιότητα μήλων τε, καὶ τῶν ἐκείνης μαστῶν. Μῆλον γὰρ ἀμφοῖν μεταξὺ τοῖς ὕδασι διανηχόμενον, τῇ χειρὶ κατεδεξάμην, τοῦτο εἶναι νομίσας τὸν κυδωνιῶντα τῆς ποθουμένης μαστόν. Apertius aliquanto id ipsum dicit Crates apud Athenæum lib. II :

> Πάνυ γάρ ἐστιν ὡραιοτάτη
> Τὰ τιτθί', ὥσπερ μῆλον, ἢ μιμαίκυλα.

Hinc natus mos ille ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς mittendi ‡ mala, sive in gremium puellarum jaciendi integra, vel, quod ἐρωμανέστερον, prærosa, & quasi delibata. Hujus meminit cum in Toxari, tum in Dialogis Lucianus ; τέλος δὲ, inquit puella ad amatorem, τοῦ μήλου ἀποδακὼν, προκύψας πῶς, εὐστόχως προσηκόντισας εἰς τὸν κόλπον αὐτῆς, οὐδὲ λαθεῖν γε πειρώμενος ἐμέ· ἡ δὲ φιλήσασα μεταξὺ τῶν μαστῶν ὑπὸ τῷ ἀποδέσμῳ παρεβύσατο. Illius autem Catullus :

> *Ut missum sponsi furtivo munere malum*
> *Procurrit casto virginis e gremio.*

Nec non alibi :

> *Tam gratum mihi, quam ferunt puellæ*
> *Pernici aureolum fuisse malum,*
> *Quod zonam solvit diu ligatam.*

Quæ de Atalanta fabula plus continet, quam videtur polliceri. Meminit porro & Virgilius istius moris, cum dicit † :

> *Quod potui, puero sylvestri ex arbore lecta*
> *Aurea mala decem misi, cras altera mittam.*

Quod munus alteri venereo antagonistæ dono pastor opponit, qui suæ Veneri palumbes miserat, de quibus Artemidorus lib. II, c. 20: φάσσαι δὲ καὶ περιστεραὶ γυναῖκας σημαίνουσι· φάσσαι δὲ πάντως πορνικάς: subscribente Basilio M. in Hexaem. hom. VIII. Meminerunt & alii complures cum poëtæ, tum qui amores & ritus veterum prosa tradiderunt. Eodem referas, licet aliquo modo diversum, illud Virgilii : *Malo me Galathea petit lasciva puella.* Et hoc Aristoph. in Nubibus : ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα κεχηνὼς Μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου τῆς εὐκλείας ἀποθραυσθῇς. De quo plura in Chiliad. Erasmus. Ceterum etiam in sacris aliquid consimile legimus, ut Apocalyps. XVIII, v. 14 ⸸: *Et poma desiderii animæ tuæ discesserunt a te.* Ut nihil e Philone Judæo de primorum parentum illice pomo dicam ; ne nimium longus sim, & aliquando, unde fueram digressus, revertar. Alterum igitur illud, quod Theocritus dixit νυκτὸς ἀωρὶ, vehementiam innuit amoris. *Insaniam* Latini vocant. Expressit alicubi Virgilius, non plene tamen :

> *Te veniente die, te decedente canebat.*

Polyphemus enim *nec seræ meminit decedere nocti.* Restat artis & personarum comparatio. Theocriticus amator optime omnium cyclopum fistula canere gloriatur : Virgilianus, *qua solitus Amphion in Dictæo Aracyntho.* Atque hic quidem εἷς πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων : Sed an illa Corydon tam bene, quam Amphion?

* Nonnus lib. XXXV :

> ——— ——— καὶ ἥψατο πολλάκι μαζοῦ
> Οἰδαλέου, ῥοδόεντος, ἐοικότος εἰσέτι μήλῳ.

ubi ῥοδόεντι legere malim. Theocritus in Oariste:

> Τί ῥέζεις σατυρίσκε; τί δ' ἔνδοθεν ἅψαο μαζῶν;
> Δ. Μᾶλα τεὰ πράτιστα τάδε χνοάοντα διδάξω.

Vid. & Aristænet. lib. II, ep. VII.

‡ Cantharus in Tereo apud Athen. lib. III :

> Κυδωνίοις μήλοισιν εἰς τὰ τιτθία.

† Huc & illa Virgilii pertinent, Ecloga I:

> *Mirabar, quid mœsta Deos, Amarylli, vocares :*
> *Cui pendere sua patereris in arbore poma.*

& hæc Tibulli, lib. I, el. V:

> *Huc veniet Messalla meus; cui dulcia poma*
> *Delia selectis detrahat arboribus.*

item ista Propertii lib. II, el. XXXII :

> *Cum quibus Idæo legisti poma sub antro,*
> *Supposita excipiens, Naï, caduca manu.*

⸸ In antiquo marmore apud Boissardum part. VI, duæ columbæ expressæ conspiciuntur osculis lascivientes, & inter hasce pomum.

phion? hoc vero non dicit. Poteſt enim aliquis aliena carmina cantare; ſed ita tamen, ut magnum vocis diſcrimen ſit. Sequitur in Virgilio:

Nec ſum adeo informis, nuper me in litore vidi,
Cum placidum ventis ſtaret mare.

De qua ſententia nihil dicere decrevi, quamvis non abſurda quædam dici queant, ne in alienam meſſem falcem mittere voluiſſe videar: & ut ſuperſint, quibus aliter ſentientes poſſim convincere. Multa certe cum in his eclogis, tum in ipſis libris Æneidos occurrunt, quæ tum bene, tum ſecius tralata e Græcis Theocrito, Heſiodo, Apollonio, Homero, ceteriſque, multorum oculos fugiunt, qui Græcarum artium ac linguæ rudes, & ignari ſunt. Quod ſi & Horatium, & Virgilium, diligentiſſimos accuratiſſimoſque Poëtas, ingenium Græcorum non videmus eſſe aſſecutos; quid Ovidio fiet, qui tantum abfuit, ut emendarit vitia ſua, ut etiam amaverit? Sed de hoc poſtea viderimus, cum illum una cum Virgilio, & Statio, penſiculatius examinabimus, & in eorum unoquoque veram ſublimitatem ab inflato tumore, ac puerili laſcivia diſcernemus. Nunc autem cum uno progrediatur Apollonio. Ovidius igitur lib. VII Metam. Medeæ amore flagrantis æſtum ita tractat:

Concipit interea validos Æetias ignes:
Et luctata diu, poſtquam ratione furorem
Vincere non poterat: Fruſtra, Medea, repugnas;
Neſcio quis Deus obſtat, ait. Mirumque niſi hoc eſt,
Aut aliquid certe ſimile huic, quod amare vocatur.
Nam cur juſſa patris nimium mihi dura videntur?
Sunt quoque dura nimis. Cur, quem modo denique vidi,
Ne pereat, timeo? quæ tanti cauſa timoris?
Excute virgineo conceptas pectore flammas,
Si potes, infelix. Si poſſem, ſanior eſſem:
Sed trahit invitam nova vis; aliudque cupido,
Mens aliud ſuadet. video meliora, proboque:
Deteriora ſequor. Quid in hoſpite, regia virgo,
Ureris, & thalamos alieni concipis orbis?
Hæc quoque terra poteſt, quod ames, dare. Vivat, an ille
Occidat, in Dis eſt: vivat tamen: idque precari
Vel ſine amore licet. Quid enim commiſit Jaſon?
Quam, niſi crudelem, non tangat Jaſonis ætas,
Et genus, & virtus? Quam non, ut cetera deſint,
Forma movere poteſt? certe mea pectora movit.
At, niſi opem tulero, taurorum afflabitur ore:
Concurretque ſuæ ſegeti, tellure creatis
Hoſtibus: aut avido dabitur fera præda draconi.
Hoc ego ſi patiar, tum me de tigride natam,
Tum ferrum & ſcopulos geſtare in corde fatebor.
Cur non & ſpecto pereuntem, oculoſque videndo
Conſcelero? cur non tauros exhortor in illum,
Terrigenaſque feras, inſopitumque Draconem?
Di meliora velint. Quamquam non iſta precanda,
Sed facienda mihi. Prodamne ego regna parentis,
Atque ope neſcio quis ſervabitur advena noſtra,
Ut per me ſoſpes ſine me det lintea ventis,
Virque ſit alterius, pœnæ Medea relinquar?
Si facere hoc, aliamve poteſt præponere nobis,
Occidat ingratus. Sed non is vultus in illo,
Non ea nobilitas animo eſt, ea gratia formæ,
Ut timeam fraudem, meritique oblivia noſtri.
Et dabit ante fidem: cogamque in fœdera teſtes
Eſſe Deos. Quid tuta times? accingere; & omnem
Pelle moram: tibi ſe ſemper debebit Jaſon.
Te face ſollemni junget ſibi; perque Pelaſgas
Servatrix urbes matrum celebrare turba.
Ergo ego germanam, fratremque, patremquo, Deoſque,
Et natale ſolum ventis ablata relinquam?
Nempe pater ſævus, nempe eſt mea barbara tellus,
Frater adhuc infans: ſtant mecum vota ſororis:
Maximus intra me Deus eſt. Non magna relinquam:
Magna ſequar: titulum ſervatæ pubis Achivæ,
Notitiamque loci melioris, & oppida, quorum
Hic quoque fama viget, cultuſque, arteſque virorum,
Quemque ego cum rebus, quas totus poſſidet orbis,
Æſonidem mutaſſe velim: quo conjuge felix
Et Dis cara ferar, & vertice ſidera tangam.
Quid, quod neſcio qui mediis concurrere in undis
Dicuntur montes, ratibuſque inimica Charybdis,

Nunc

Nunc sorbere fretum, nunc reddere; cinctaque sævis
Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo!
Nempe tenens quod amo, gremioque in Jasonis hærens,
Per freta longa ferar. Nihil illum amplexa verebor;
Aut, si quid metuam, metuam de conjuge solo.
Conjugiumne vocas, speciosaque nomina culpæ
Imponis, Medea, tuæ? quin aspice quantum
Aggrediare nefas: & , dum licet, effuge crimen.
Dixit: & ante oculos rectum, pietasque, pudorque
Constiterant: & victa dabat jam terga Cupido.

Hæc ubi lego, certa mihi pignera ingenii videntur Ovidiani, & assueti deliciis aulicis, amoribusque lascivioribus. Tam belle ac venuste expressit æstum illum animi cum amore simul & pudore luctantis. Nihil plane videtur ad perfectionem desiderari posse: nihil non elegans, aut ingeniosum. Et sic omnes puto judicare, qui Apollonium cum cura non legerint: aut, quod magis juverit, cum Nasone non contenderint, atque compararint. Quicumque igitur in Græca lingua hospes est, ea quoque careat voluptate necesse est, quæ ex ingeniorum collatione ad eruditos redit: legat item sine intellectu, quæ sese credat intelligere; & ipse se fallat, dum illa putat optima, sibique inprimis imitanda, quæ, si in sole Græcæ literaturæ inspicias, frigida videbuntur & inepta, atque a magnificentia, & splendore, sublimitateque Græca longissime remota. Sed amores ab Apollonio, ejusque imitatore Virgilio minus feliciter tractatos, ab Ovidio autem, Sacerdote Veneris & Amorum, aptissime & ad veritatem expressos esse dicent alii, meque plurimum hac in re falli, & ab eo, quem proposui, scopo, nimium quantum videri aberrare pronunciabunt. Quibus hoc lubens concederem, si iidem mores, iidemque essent animi affectus omnium ubique gentium ac nationum: quamquam & habenda cumprimis ratio est dignitatis personarum. Verum qui ex ingenio Romanarum feminarum, quales Ovidiano seculo * vixere, aut nunc in Gallia, & vicinis regionibus, impudicis voluptatibus indulgent, apud quas vulgati corporis vilitas *comitas* vocatur, *& decentissimum sponsaliorum genus est adulterium*, ut ait Sen. de Benef. l. I, c. IX: qui, inquam, ex his de reliquis omnibus voluerint judicare, quas aut instituta gentis, aut asperitas cœli, ab immundo & nefario promiscui vulgatique stupri, & equinæ ac inexhaustæ libidinis contagio servant intactas: ne illi toto, quod ajunt, cœlo errant, & amores sanctos castosque a lascivis illicitisque distinguere nequeunt. Alia est apud Heliodorum Arsinoës, alia est mens Charicleæ: alia rursus Leucippes apud Tatium. Lucretia non eo animo fuit, quo Poppæa Sabina. Aspasia Cyri blanditias clamoribus, ac unguium femineis armis; sodales aliæ risu & suaviis exceperunt. Pudicitiæ Germanarum viduarum, Vestæ Sacerdotium a Romanis postulantium, cum Babylonicarum nuptarum detestanda salacitate, & infami inverecundia non convenisset: *apud quas*, ut Tertulliani verbis utar, (in Apologetico) *malorum morum licentia pietas erat, & occasio luxuriæ religio deputabatur.* Est igitur egregio Poëtæ, non secus ac Oratori, videndum, quid deceat: non in sententiis solum, sed etiam in verbis; quod qui didicit,

——— *Ille profecto*
Reddere personæ scit convenientia cuique.

Ergo quod ipsam ἔννοιαν spectat, longe est Ovidius inferior Apollonio, qui, si quis alius, in amoribus Medeæ τὸ πρέπον servat. Siquidem apud hunc Medea est, apud Ovidium Corinna: sed Corinna non illius medii diei, verum primo amoris spiculo saucia. Præcepit Horatius in Arte Poëtica, ut si in scenam producatur, *sit Medea ferox.* Nihil autem in tota hac æstuantis Medeæ oratione invenias, quod aut ferociam, aut σωφροσύνην Colchicam resipiat †. Totus præterea contextus est infra dignitatem carminis Epici, nihilque

 trahit

* *Quarum nulla virum habet, nisi ut adulterum irritet: nulla tam misera est & sordida, ut illi unum par satis sit: nisi singulis divisit horas, & non sufficit dies omnibus, infrunita habetur & antiqua:* Seneca de Benef. lib. III, cap. XVI.

† Adhæc ipsa per se σωφροσύνη, ut virtutes omnes solent, cum gratiosa est & amabilis: tum & dignitatis majestatisque plena; adeoque venerabilis, & laudata cunctis: quum contra, quidquid lascivum est, utut lascivos delectet, ab omni tamen veneratione sui fit remotissimum. Merito igitur Stesichori sensus laudatus, (apud Athenæum l. XIV) qui in carmine illo, quo Calyces amores canit Euathlum depereuntis, pudicos ejus mores descripsit, & castos æstus. Fingitur enim nuptias ejus a Venere precari, aut, si tam felici esse non liceat, mortem.

trahit de ſublimi : & quæ ex Apollonio deſumta ſunt, plurimum nativæ gratiæ amiſerunt. Sunt tamen aliqui clavi purpurei in hac veſte ; quibus ſua erit ſarta tecta laus ac dignatio. Inprimis autem placet illud ex abrupto principium, quod longam fluctuantis animi reciprocationem, & cum amore pudorem oppugnante certamen præceſſiſſe arguit.

——— Fruſtra, Medea, repugnas:
Neſcio quis Deus obſtat, ait.

Verum antequam hæc ſeparatim examinentur, Apollonii verſus pluſculos apponam, quo felicius ex utriuſque collatione noſtra procedat *κρίσις*.

Αὔτως δ' αὖ Μήδεια μετέστιχε· πολλὰ δὲ θυμῷ
Ὥρμαιν', ὅσσα τ' ἔρωτες ἐποτρύνουσι μέλεσθαι.
Προπρὸ δ' ἄρ' ὀφθαλμῶν ἔτι οἱ ἰνδάλλεται
πάντα.
Αὐτός θ' οἷος ἔην, οἵοισί τε φάρεσιν ἧστο,
Οἷά τ' ἔειφ', ὥς θ' ἕζετ' ἐπὶ θρόνου, ὥς τε θύραζε
Ἤϊεν· οὐδέ τιν' ἄλλον ὀΐσσατο πορφύρουσα
Ἔμμεναι ἀνέρα τοῖον· ἐν οὔασι δ' αἰὲν ὀρώρει
Αὐδή τε, μῦθοί τε μελίφρονες, οὓς ἀγόρευσε,
Τάρβει δ' ἀμφ' αὐτῷ, μή μιν βόες, ἠὲ καὶ αὐτὸς
Αἰήτης φθίσειεν· ὀδύρετο δ' ἠΰτε πάμπαν
Ἤδη τεθνειῶτα. τέρεν δέ οἱ ἀμφὶ παρειὰς
Δάκρυον αἰνοτάτῳ ἐλέῳ ῥέεν κηδοσύνῃσιν.
Ἦκα δὲ μυρομένη λιγέως ἀνενείκατο μῦθον.
Τίπτε με δειλαίην τόδ' ἔχει ἄχος; εἴθ' ὅγε
πάντων
Φθίσεται ἡρώων προφερέστατος, εἴτε χερείων.
Ἐρρέτω· ἦ μὲν ὄφελλεν ἀκήριος ἐξαλέασθαι.
Ναὶ δὴ τοῦτόγε πότνα θεὰ Περσηῒ πέλοιτο.
Οἴκαδε νοστήσειε φυγὼν μόρον· εἰ δέ μιν αἶσα
Δμηθῆναι ὑπὸ βουσί, τόδε προπάροιθε δαείη,
Οὕνεκεν οὐχ οἱ ἔγωγε κακῇ ἐπαγαίομαι ἄτῃ.
Ἡ μὲν ἄρ' ὣς ἐόλητο νόον μελεδήμασι κούρη.

Mox autem poſt ſomnium inter cetera hæc proloquitur:

Δείδια, μὴ μέγα δή τι φέρει κακὸν ἥδε κέλευθος
Ἡρώων· περί μοι ξείνῳ φρένες ἠερέθονται.
Μνάσθω ἑὸν κατὰ δῆμον Ἀχαιΐδα τηλόθι κούρην.
Ἄμμι δὲ παρθενίη τε μέλοι, καὶ δῶμα τοκήων, &c.

Poſt quæ ſequitur nobilis illa deſcriptio mentis anxiæ, & cunctantis, amorine, ac vero pudori ac modeſtiæ obſequatur. Intercedit deinde inter Medeam & Chalciopen colloquium, cui illa, laturam ſe Jaſoni imploratam opem pollicetur. Hæc & plura alia non attigit Ovidius,

——— ſpaciis diſcluſus iniquis.

Nos tamen idcirco commemoramus, ut liqueat, quid hinc inde ex Apollonio deſumſerit, quantumque ei cedat hoc ipſo, quod confuſis perſonis & temporibus, quæ Rhodius ille diſtinxerat, decus illud gravitatis ac majeſtatis ſervare nequiverit. Nam quod Apollonius Medeam inducit imminens Jaſoni periculum animo volventem,

Δειδυῖαν ταύρων κρατερὸν μένος, οἷσιν ἔμελλεν
Φθεῖσθαι ἀεικελίῃ μοίρῃ κατὰ νειὸν Ἄρηος,

id ipſum proloquentem eam finxit Ovidius:

At niſi opem tulero, taurorum afflabitur ore:

Ubi, quod obiter in anteceſſum monebo, judicium ejus deſidero, cum addit,

Concurretque ſuæ ſegeti, tellure creatis
Hoſtibus, aut avido dabitur fera præda draconi.

A qua ſcabie manus abſtinere non potuit. Alibi vero Senecæ de Ovidio judicium adferam: quod ſinceriſſimum fuiſſe pluribus probare poſſim. Sufficiebat enim præſcriptus ab Apollonio terminus: nec eum tranſiliiſſe oportuerat. Omnia namque, quæ inſtabant, quæque exantlanda erant pericula, tam exacte enumerare non eſt amantis perdite puellæ, ac in ipſo æſtu atque agitatione animi nunc huc, nunc illuc curas dividentis: verum declamatoris poëtæ, ingenio abutentis. Ipſa præterea periculi magnitudo ita Medeam percellere debuerat, ut reliquorum ne quidem ratio haberi poſſet, eaque offuſo terrore ex illius primi diſcriminis recordatione obſcurarentur, abſconderenturque. Quod ſi porro & minima quæque reſpicimus, *τὸ κρατερὸν μένος* aliquantum ad incutiendum metum facit. Verum illud longe elegantius, atque ad animum Medeæ Jaſoni contra patrem faventem, magis efficax, quod addidit, *ἀεικελίῃ μοίρῃ*. Neque vero temere ſubjecta ſunt illa; *κατὰ νειὸν Ἄρηος*. Hæc autem in tranſitu dicta ſunto. Redeamus igitur, quod ajunt, in viam, & quæ reſtant apud Apollonium, proferamus:

Ἐξομένη δ' ἤπειτα δοάσσατο, φώνησέν τε.
Δειλὴ ἐγώ, νῦν ἔνθα κακῶν ἢ ἔνθα γένωμαι.
Πάντῃ μοι φρένες εἰσὶν ἀμήχανοι· οὐδέ τις
ἀλκὴ
Πήματος. ἀλλ' αὔτως φλέγει ἔμπεδον· ὡς
ὄφελόν γε
Ἀρτέμιδος κραιπνοῖσι πάρος βελέεσσι δαμῆναι,
Πρὶν τόνγε εἰσιδέειν, πρὶν Ἀχαιΐδα γαῖαν
ἱκέσθαι
Χαλκιόπης υἷας· τοὺς μὲν θεός, ἤ τις ἐριννὺς
Ἄμμι πολυκλαύτους δεῦρ' ἤγαγε κεῖθεν ἀνίας.
Φθείσθω ἀεθλεύων, εἴ οἱ κατὰ νειὸν ὀλέσθαι
Μοῖρα πέλει· πῶς γάρ κεν ἐμοὺς λελάθοιμι
τοκῆας
Φάρμακα μησαμένη; ποῖον δ' ἐπὶ μῦθον ἐνίψω;
Τίς δὲ δόλος; τίς μῆτις ἐπίκλοπος ἔσσετ' ἀρωγῆς;

Ἦ μιν ἄνευθ' ἑτάρων προσπτύξομαι οἷον ἰδοῦσα
Δύσμορος; οὐ μὰν ἔολπα καταφθιμένοιο περ
ἔμπης
Λωφήσειν ἀχέων· τότε δ' ἂν κακὸν ἄμμι πέ-
λοιτο,
Κεῖνος ὅτε ζωῆς ἀπαμείρεται· ἐρρέτω αἰδὼς,
Ἐρρέτω ἀγλαΐη· ὁ δ' ἐμῇ ἰότητι σαωθεὶς
Ἀσκηθὴς, ἵνα οἱ θυμῷ φίλον, ἔνθα νέοιτο.
Αὐτὰρ ἐγὼν αὐτῆμαρ, ὅτ' ἐξανύσειεν ἄεθλον,
Τεθναίην, ἢ λαιμὸν ἀναρτήσασα μελάθρων,
Ἢ καὶ πασσαμένη ῥαιστήρια φάρμακα θυμοῦ.
Ἀλλὰ καὶ ὣς φθιμένῃ μοι ἐπιλλίξουσιν ὀπίσσω
Κερτομίας· τηλοῦ δὲ πόλις περὶ πᾶσα βοήσει
Πότμον ἐμόν· καί κέν με διὰ στόματος φορέουσαι
Κολχίδες ἄλλυδις ἄλλη ἀεικέα μωμήσονται.
Ἥ τις κηδομένη τόσον ἀνέρος ἀλλοδαποῖο
Κάτθανεν· ἥτις δῶμα καὶ οὓς ᾔσχυνε τοκῆας,
Μαργοσύνῃ εἴξασα· τί δ' οὐκ ἐμὸν ἔσσεται
αἶσχος;
Ὤ μοι ἐμῆς ἄτης· ἦ τ' ἂν πολὺ κέρδιον εἴη
Τῇδ' αὐτῇ ἐν νυκτὶ λιπεῖν βίον ἐν θαλά-
μοισιν,
Πότμῳ ἀνωΐστῳ κακ' ἐλέγχεα πάντα φυγοῦσαν,
Πρὶν τάδε λωβήεντα καὶ οὐκ ὀνομαστὰ τελέσσαι.
Ἦ, καὶ φωριαμὸν μετεκίαθεν,

interfectura sese veneno, ni Juno obstitisset Quid jam? nonne sole clarius est meridiano, Medeam rectius ab Apollonio expressam, quam à Nasone? fateor equidem iniquam inter utrumque comparationem esse institutam, quod Apollonius amores Medeæ, quem admodum ad illius imitationem Virgilius Didonis, ex professo tractaverit: Ovidius autem aliud agens, aut saltem compendio; sic ut plus illi, quam huic licuerit: verumtamen hoc nihil ad id facit, quod nunc agimus. Siquidem retinen um erat τὸ πρέπον, & orationis quædam adhibenda severitas fuerat in ejusmodi persona, quæ nec in amore lasciva, (quamquam amor res est nimium quantum ad lasciviam prona & facilis) & infamiæ ac dedecoris adeo metuens, ut mortem præoptaverit. Verum agedum, examinemus singula accuratius, & quæ bona ma'ave sint, exploremus. Laudabile est, uti dixi, principium ex abrupto:

——— *Frustra, Medea, repugnas;*
Nescio quis Deus obstat, ait.

Recte Deo cedere videtur, cui non posse resisti putat. Sed quæ sequuntur,

——— *Mirumque nisi hoc est,*
Aut aliquid certe simile huic, quod amare vocatur.
Nam cur jussa patris nimium mihi dura videntur?
Sunt quoque dura nimis. cur, quem modo denique vidi,
Ne pereat, timeo? quæ tanti causa timoris?

Non assequuntur magnificentiam styli Heroïci, nec vim phantasiæ Poeticæ, quæ in loco tam præcipiti, ac in re tanti momenti atque periculi, poëtæ in amoris agnitione ludentis lasciviam admittere non potest. Ferrem, si Oenones, aut Herûs amores describeret, quarum & mens tranquillior, & lætior amandi fuit occasio. Quanto melius Apollonius?

Δειλαί, μὴ μέγα δή τι φέρει κακὸν ἥδε κέ-
λευθος
Ἡρώων. περί μοι ξείνῳ φρένες ἠερέθονται.

Illa vero:

——— *cur, quem modo denique vidi,*
Ne pereat timeo? quæ tanti caussa timoris?

Nihil plane sunt ad hæc Apollonii:

——— Ὀ' δύρετο δ' ἠύτε πάμπαν
Ἤδη τεθνειῶτα. τέρεν δέ οἱ ἀμφὶ παρειὰς
Δάκρυον αἰνοτάτῳ ἐλέῳ ῥέε κηδοσύνῃσιν.

Meliora sunt:

Excute virgineo conceptas pectore flammas,
Si potes, infelix. Si possem, sanior essem.
*Sed trahit invitam nova vis; * aliudque cupido,*
Mens aliud suadet.

Hæc autem insignia:

——— *Video meliora, proboque;*
Deteriora sequor.

Verum hoc tamen silentio non est prætereundum, ter idem dici: quod in Ovidio, tanquam certissimum luxuriæ argumentum Seneca notavit. Nihil enim aliud est; *Sed trahit invitam nova vis*; atque, *aliudque cupido, Mens aliud suadet*. Quid autem, nisi alia tantum verba? *video meliora, proboque, deteriora sequor.* Idem vitium in Cic. pro L. Manilia notavi, ubi de legatis violatis loquitur. Vide & Dionysium Halicarnassæum in colla-

[Y y 3] tione

* Sappho forsan apud Auctorem Etymologici in καλήζω: καὶ ποθήω, καὶ μάχομαι. Phædra apud Senecam in Hippolyto:

——— *Quæ memoras, scio*
Vera esse, nutrix: sed furor cogit sequi
Pejora. Vadit animus in præceps sciens,
Remeatque, frustra sana consilia appetens.

ubi ego τὸ ὕψος desidero. Tragœdia enim ὀγκώδης.

tione Isocratis cum Demosthene. Pergit Ovidius:

——— Quid in hospite Regia virgo
Ureris, & thalamos alieni concipis orbis?
Hac quoque terra potest, quod ames, dare.

Quæ ad illa Apollonii respiciunt:

——— περί μοι ξείνω φρένες ἠερέθονται.
Μνάστω ἑὸν κατὰ δῆμον Ἀχαιΐδα τηλόθι κούρην.
Ἄμμι δὲ παρθενίη τε μέλοι καὶ δῶμα τοκήων.

Quibus verbis major inest verecundia. Ille didicit, *ureris*: hic φρένες ἠερέθονται. Ovidius Medeæ tribuit concupiscentiam peregrini conjugii: apud Apollonium Medea Jasonem jubet aliunde sibi e patria uxorem quærere. Ovidii Medea nuptias non respuit domesticas, licet peregrinas recuset: Apollonius autem virginitatis & paternæ domus amantem inducit: quod λῆμμα longe præstantius est & grandius. Sequitur:

——— Vivat, an ille
Occidat, in dis est. vivat tamen. Idque precari
Vel sine amore licet.

Ea sic Apollonius:

Τίπτε μὲ δειλαίην τόδ' ἔχει ἄχος, εἴθ' ὅγε πάντων
Φθίσεσθαι ἡρώων προφερέστατος, εἴτε χερείων.
Ἐρρέτω. ἦ μὲν ὄφελλεν ἀκήρατος ἐξαλέασθαι.

Et quæ sequuntur, inprimis cum hisce Ovidianis conferenda. Sunt autem illa Apollonii tam bona, ut melius dici nequeant. Verum quomodo ea æmulatus est Ovidius?

——— Quid enim commisit Jason:
Quam nisi crudelem non tangat Jasonis ætas,
Et genus, & virtus? quam non, ut cetera desint,
Forma movere potest? certe mea pectora movit.

Τὸ φρόνημα desidero, quod in tota oratione nullum est. Pergit:

At nisi opem tulero, taurorum afflabitur ore:
Concurretque suæ segeti, tellure creatis
Hostibus, aut avido dabitur fera præda draconi.

Hosce versus jam ante per viam, uti dici solet, expendi: hoc tamen addam, bis Ovidio monstratam semitam, qua tutus incederet. Alteram modo ostendi: altera hæc est:

Τάρβει δ' ἀμφ' αὐτῷ, μή μιν βόες, ἠὲ καὶ αὐτὸς
Αἰήτης φθίσειεν.

Quod periculum Ovidius nequidem attigit: est nihilominus animadversione dignissimum; quod Jasoni Medea non minus a patre fraudis ac immanitatis pleno, quam a tauris flammivomis metuerit. Nec erat, quod ita τοὺς σπαρτοὺς extimesceret, aut ipsum draconem, conscia sibi remediorum, quæ Jasonem periculo eximerent: at in tauris devincendis alia erat ratio, & incertus exitus. Cum his erat congrediendum; hi domandi erant, & sub jugum mittendi: sed Sparti inter se depugnaturi, & draco placentulis venenatis sopiendus erat. Et ut bis bene Apollonius, ita bis male Naso. Mox enim iterum dicet:

——— Cur non tauros exhortor in illum,
Terrigenasque feros, insopitumque draconem?

Laudo vero ista:

Hoc ego si patiar, tum me de tigride natam,
Tum ferrum & scopulos gestare in corde fatebor.

Sunt enim hæc a visione profecta, quæ puellam extra se rapiebat, dum in ipso juvenem periculo versantem φαντάζεται, cujus amore peribat. Illa porro,

Cur non & specto pereuntem, oculosque videndo
Conscelero?

E libro quarto Apollonii desumta sunt, ubi in cæde fratris Absyrti Medea

Ἔμπαλιν ὄμματ' ἔνεικε, καλυψαμένη ὀθόνῃσι,
Μὴ φόνον ἀθρήσειε κασιγνήτοιο τυπέντος.

Paulo post illa leguntur:

——— Prodamne ego regna parentis,
Atque ope nescio quis servabitur advena nostra,
Ut per me sospes sine me det lintea ventis,
Virque sit alterius, pœna Medea relinquar?

Quæ quidem vehementia sunt, & sine Græcis plurimum placent: verum τὸ πάθος aliter, & nescio quomodo suavius ab Apollonio expressum est, his verbis:

----- Πῶς γάρ κεν ἐμοὺς λελάθοιμι τοκῆας,
Φάρμακα μησαμένη; &c. Ὁ δ' ἐμῇ ἰότητι σαωθεὶς
Ἀσκηθὴς, ἵνα οἱ θυμῷ φίλον, ἔνθα νέοιτο.
Αὐτὰρ ἐγὼν αὐτῆμαρ, ὅτ' ἐξανύσειεν ἄεθλον,
Τεθναίην, &c.

Egregia sunt, quæ prioribus illis respondent:

Si facere hoc, aliamve potest præponere nobis,
Occidat ingratus. Sed non is vultus in illo,
Non ea nobilitas animo est, ea gratia formæ,
Ut timeam fraudem, meritique oblivia nostri.

Effecta

Effiсta autem ſunt ex hiſce Apollonii, quibus Jaſonis forma primum capta Medea deſcribitur: ubi inter cetera,

Θεσπέσιον δ' ἐν πᾶσι μετέπρεπεν Αἴσονος υἱὸς
Κάλλεϊ καὶ χαρίτεσσιν. ——
—— ἐν ὄσσι δ' αἰὲν ὁρώρει
Αὐδή τε, μῦθοί τε μελίφρονες, οὓς ἀγόρευσε.

Quæ Poëta Latinus ſcite & ingenioſe in Medeæ orationem tranſtulit. Sed illa:

Et dabit ante fidem, cogamque in fœdera teſtes.
Eſſe Deos:

Ex conſequenti petita ſunt: uti contra ex Jaſonis verbis apud Apollonium, ſequentia:

—— Quid tuta times? accingere, & omnem
Pelle moram. Tibi ſe ſemper debebit Jaſon;
Te face ſollemni junget ſibi, perque Pelaſgas
Servatrix urbes matrum celebrabere turba.

Apollonius ita:

—— Τῷ μή με λίαν ὑπεραίδεο κούρη,
Ἠὲ παρεξερέεσθαι ὅ τοι φίλον, ἠέ τι φάσθαι. &
Σοὶ δ' ἂν ἐγὼ τίσαιμι χάριν μετόπισθεν ἀρωγῆς. &
Εἰ δέ κεν ἤθεα κεῖνα καὶ Ἑλλάδα γαῖαν ἵκηαι,
Τιμήεσσα γυναιξὶ καὶ ἀνδράσιν αἰδοίη τε
Ἔσσεαι. αἱ δέ σε πάγχυ θεὸν ὡς πορσανέουσιν,
Οὕνεκα τῶν μὲν παῖδες ὑπότροποι οἴκαδ' ἵκοντο
Σῇ βουλῇ. &
Ἡμέτερον δὲ λέχος θαλάμοις ἐνὶ κουριδίοισι
Πορσανέεις.

Quæ omnia mira brevitate Ovidius complexus eſt. Sed non tam bona ſunt, quæ ſequuntur:

Ergo ego germanam, fratremque, patremque, Deoſque,
Et natale ſolum ventis ablata relinquam?

Bene hæc ei procedebant, ſi hic potuiſſet ſubſiſtere: ſed quid puerilius, quid ineptius illa ad ſingula reſponſione?

* *Nempe pater ſævus: nempe eſt mea Barbara tellus:*
Frater adhuc infans: ſtant mecum vota ſororis:
Maximus intra me Deus eſt.

Gorgiam credo Leontinum Medea audiverat: atque hinc ille floſculus declamatorius e recenti auditione animo ejus περὶ τὰ ῥητορικὰ ἀχολουμένης inhærebat. Quidni igitur amores illa ſuos rhetorice proloqueretur, cum poëtæ ſoleant poëtice? Ejuſmodi ſunt & hæc:

—— Non magna relinquam:
Magna ſequar. ——

Sed quorſum illa ταυτολογία?

—— Titulum ſervatæ pubis Achivæ.

Hoc enim jam ſupra dixit: *Perque Pelaſgas*
Servatrix urbes matrum celebrabere turba.

An quia & Jaſon bis dixerat? ὡς δὲ καὶ ἄλλοι
Ἥρωες κλήσουσιν ἐς Ἑλλάδα νοστήσαντες,
Ἡρώων τ' ἄλοχοι, καὶ μητέρες.

Paulo vero ſuperius dixerat:

Εἰ δέ κεν ἤθεα κεῖνα &c.

An quia id familiare eſt amore captis? ſolent enim, in quibus ſibi placent, ea ſæpius repetere, quo reliquis, quæ ab incepto revocare poſſint, pondus detrahant †. Sic & mox Medea ταυτολογεῖ:

—— Quo conjuge felix,
Et dis cara ferar.

Nam jam ante dixerat:

Te face ſollemni junget ſibi.

Cetera tam putida ſunt, & nullius judicii, ut operæ pretium non ſit repetere. Niſi quod extrema hæc,

Conjugiumne vocas, ſpecioſaque nomina culpæ
Imponis, Medea, tuæ? &c.

Non peſſimæ monetæ videntur. Veruntamen aliquando finis orationi imponendus, & tranſitus ad hiſtoriam inveniendus fuit, qui hoc ſchemate quæſitus eſt. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα: nec judicii me mei pœnitet, uti cuique ſuum

* Æmulatus eſſe videtur Catullum in Ariadnæ querela:

Nam quo me referam? quali ſpe perdita nitar?
Idmoneoſne petam montes? at gurgite lato
Diſcernens patriam truculentum dividit æquor.
An patris auxilium ſperem? quemne ipſa reliqui,
Reſperſum juvenem fraterna cæde ſequuta?
Conjugis an fido memet conſoler amore?
Quine fugit lentos incurvans gurgite remos?

Sed quam hæc ab illis diverſa, quam ingenua, & naturali pulchritudine efflorеſcentia, quivis ſtatim viderit. Nihil in his fucatum, nihil affectatum: omnia ex ipſo affectu perculſæ puellæ ſponte velut naſcentia.

† Contra quam illi ſolent, qui quod libenter atque avide audiunt, bis terve amant repeti. (Schol. Sophocl. p. 111 Elect.)

ſuum placet. Atqui magis magiſque in hac ſententia confirmor, cum Virgilium relego, Didonis amores haud aliter tractantem, quam perſonæ dignitas poſtulabat. Cujus verſus, quia non adeo multi ſunt, & huc inprimis faciunt, adſcribere viſum eſt, ut ex illius cum Ovidio comparatione conſtare poſſit, * quantum Latini Poëtæ Græcis cedant; quos tamen hiſce nonnulli præferre non dubitant, neſcio qua præconcepta opinione abrepti, deceptique. Ita igitur Virgilius de Didone:

At regina gravi jamdudum ſaucia cura
Volnus alit venis, & cæco carpitur igni.
Multa viri virtus animo, multuſque recurſat
Gentis honos: hærent infixi pectore voltus,
Verbaque: nec placidam membris dat cura quietem.
Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras,
Humentemque Aurora polo dimoverat umbram;
Cum ſic unanimem alloquitur male ſana ſororem:
Anna ſoror, quæ me ſuſpenſam inſomnia terrent?
Quis novus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?
Quem ſeſe ore ferens! quam forti pectore & armis!
Credo equidem, (nec vana fides) genus eſſe Deorum.
Degeneres animos timor arguit. Heu quibus ille
Jactatus fatis! quæ bella exhauſta canebat!
Si mihi non animo fixum, immotumque ſederet,
Ne cui me vinclo vellem ſociare jugali,
Poſtquam primus amor deceptam morte fefellit:
Si non pertæſum thalami tedæque fuiſſet:
Huic uni forſan potui ſuccumbere culpæ.
Anna, (fatebor enim) miſeri poſt fata Sichæi
Conjugis, & ſparſos fraterna cæde penates,
Solus hic inflexit ſenſus, animumque labantem
Impulit: agnoſco veteris veſtigia flammæ.
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat;
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam,
Ante pudor quam te violem, aut tua jura reſolvam.
Ille meos, primus qui me ſibi junxit, amores
Abſtulit: ille habeat ſecum, ſervetque ſepulcro.
Sic effata ſinum lacrymis implevit obortis.

Quam hæc diverſa ab Ovidianis, quam plena decoris, & magnificentiæ? adeo veriſſimum eſt illud Longini effatum, τὸ ὕψος εἶναι τῆς μεγαλοφροσύνης ἀπήχημα. Hac caruit Ovidius: ideoque in Heroïcis minus felix eſt, quæ tantam animi magnitudinem in elocutione deſiderant, quanta in ipſa rerum, quæ narrantur, geſtione fuit adhibita †. Vidit enim Virgilius, quid Didonem deceret: & Didonem non virginem, qualis Medea, ſed viduam; attamen pudicam. Qua in re non poſſum non admirari ingenium Virgilii: qui cum eadem tribuiſſet Didoni viduæ, quæ Apollonius virgini Medeæ, & ad ejus expugnandum pudorem itidem Deam advocaſſet, naturam tamen, ſeu mores viduarum, quæ jam venerem expertæ ſint, eleganter expreſſit, cum hic, tum alibi, dum primum ejus cum Ænea concubitum in ſpelunca furtivum confingit, abſque ulla Æneæ procatione præmiſſa. Virgines enim, ut e Leandri & Heronis amoribus apud Muſæum, itemque aliorum amantium, quorum apud τῶν ἐρωτικῶν ſcriptores exempla complura exſtant, abunde liquet, verbis primum capi volunt ac deliniri: viduæ non amant longos λόγους. Illis obſtat cum verecundia, tum metus inexpertæ voluptatis, & hinc mora: hæ non ignaræ Veneris myſteriorum, victo pudore rapiuntur, & expugnantur ipſo impetu; neque vim extimeſcunt.

Ἀλλὰ γὰρ ἀνάπαυσις
Ἐν παντὶ γλυκεῖα ἔργῳ.
Sed temperatæ ſuaves ſunt argutiæ:
Immodicæ offendunt. Phædrus.

Quare his finem faciam, & quæ plura in Virgilio eximia, quæque in aliis præclara ſublimitatis exempla, adjectis etiam quibuſdam vitiorum vicinorum, noſtris ad Longinum Animadverſionibus reſervabo.

* Herodotus lib. VII, ſive Polymnia: Λεχθεισέων δὲ ἔστι, ὥσπερ τὸν χρυσὸν τὸν ἀκήρατον, αὐτὸν μὲν ἐπ᾽ ἑωϋτοῦ οὐ διαγινώσκομεν, ἐπεὰν δὲ παράτρίψωμεν ἄλλῳ χρυσῷ, διαγινώσκομεν τὸν ἀμείνω.

† Non immerito Jovis illa ad Venerem admonitio, quam Platoni quondam Dionyſius Halicarnaſſeus adaptabat, ad Ovidium deflecti poſſit:

Οὔ τοι, τέκνον ἐμὸν, δέδοται πολεμήϊα ἔργα·
Ἀλλὰ σύ γ᾽ ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο.

F I N I S.

LE-

LECTORI

S.

MUltum ad rem pertinet, *inquit Seneca Epistola* CVIII, quo proposito ad quam rem accedas. *Hoc & ego adverti, quum Ambrosianam Mediolani Bibliothecam perlustrarem: in qua inter ceteras, quæ illic variis conjunctæ voluminibus asservantur, schedas hanc quoque Anonymi, viri pereruditi, inveni commentatiunculam: quæ quod eundem Pindari, quem ego nunc pertractavi, locum expendat, digna mihi visa est, quæ & ob elegantiam suam, & diversum tractandi modum, huic meo ad* LONGINUM GUSTUI *subjiceretur. Quod si vero ea placuerit, non tam mihi hanc voluptatem, Lector acceptam referas, velim, quam Illustrissimo, ac Eruditissimo, omnique humanitatis, comitatisque, imo & integritatis laude florentissimo Viro, D.* ANDREÆ PUSTERLÆ, *ejusdem Bibliothecæ Præfecto: cujus benignitati, quidquid* ITALICI ITINERIS INSIGNIBUS *e Bibliotheca Ambrosiana inseretur, debere me candide, grateque agnosco, & lubens meritoque profiteor.*

JACOBI TOLLII
ANIMADVERSIONUM CRITICARUM
AD
LONGINUM GUSTUS
ACCESSIO.

ANαξιφόρμιγγες ὕμνοι] Hymni dominantes citharæ, moderantes citharam. Quidam paſſive interpretandum putat. Hymni, ſcilicet, quibus dominatur cithara, qui ſub imperio & moderamine ſunt citharæ: ſolent enim, inquit, Carmina & odæ citharæ accommodari non citharæ carminibus.

Oppoſitum ſentire videtur Plato in de Rep. III, qui cum ſuperius oſtendiſſet, ὅτι τὸ μέλος ἐκ τριῶν ἐστὶ συγκείμενον, λόγου τε καὶ ἁρμονίας, καὶ ῥυθμοῦ, ſubjungit: ἀλλὰ μὴν τήν γε ἁρμονίαν καὶ ῥυθμὸν ἀκολουθεῖν δεῖ τῷ λόγῳ: Et infra ubi de rhythmis: ὡς ἰδόντα, inquit, τὸν πόδα τῷ τοιούτου λόγῳ ἀναγκάζειν ἕπεσθαι καὶ τὸ μέλος, ἀλλὰ μὴ λόγον ποδί τε καὶ μέλει. Paulo etiam inferius: ἀλλὰ μὴν τὸ εὔρυθμόν τε καὶ ἄρρυθμον, τὸ μὲν τῇ καλῇ λέξει ἕπεται ὁμοιούμενον, τὸ δὲ τῇ ἐναντίᾳ, καὶ τὸ εὐάρμοστον, καὶ ἀνάρμοστον ὡσαύτως, εἴπερ ῥυθμός γε καὶ ἁρμονία λόγῳ, ὥσπερ ἄρτι ἐλέγετο, ἀλλὰ μὴ λόγος τούτοις, &c.

Quare duo mihi videntur conſideranda ad loci hujus enodationem, Rei natura & poëtarum dicendi modus.

Si rem ipſam perpendamus, Hymnos ac reliqua carminum genera dominari citharæ, lyræ, tibiis, ceteriſque inſtrumentis Muſicis ex eo maxime conſtabit, quod natura & tempore, ut locis citatis docet Plato, ac præterea Horatius epiſt. ad Florum II, lib. II:

> —— —— *Hic ego rerum*
> *Fluctibus in mediis & tempeſtatibus urbis*
> *Verba lyræ motura ſonum connectere digner?*

ſoni & cantus harmoniam antecedunt, quodque uterque Pindari ſcholiaſtes confirmat: πρῶτον γὰρ τὰ ᾄσματα συντίθεται, εἶθ᾽ οὕτω πρὸς αὐτὰ καὶ ἡ λύρα ἁρμόζεται. Qui enim poſſet intendi cithara ad Lydiam, Jonicam, Phrygiam, Doricam, ceteraſque harmonias, ad acumen, ad gravitatem, niſi materia carminum, ſeu argumentum, ſupponatur? Alia namque ratione ad Pyrrhichicam, Pyrrhichis & Trochæis conſtantem, alia ad Gymnopædicam ſpondæos & anapæſtos habentem, atque alia ad Hyporchematicam ex utraque mixtam intenditur: aliter aptatur odis, quibus curæ & iræ amantium canuntur, aliter Pæanibus & Hymnis ſolis Diis dictis, atque aliter aliis poëmatum generibus in laudibus Heroum, locorum laudationibus, rerum geſtarum narrationibus, hilaritatibus, conviviis.

Proximum carminibus locum tenet cantus, cum non ſine cantu, unde & nomina ᾠδῆς, μέλεος, μολπῆς, & cantionis acquiſierunt, nec ſine lyra, vel cithara adjuvante quidem, non imperante cantum, pronuntiarentur. Ὑπουργὸς γὰρ ἡ φόρμιγξ, &c, ut inquit Pindarus, Σύνδικον κλέαινον. *Cantus enim*, ut eleganter ſcribit Quintilianus cap. X, l. V, *Plurimum juvat ſociata nervorum concordia. Si tamen tardior manus, niſi inſpectis dimenſiſque ſingulis, quibus quæque vox fidibus jungenda ſit, dubitet, potius fuerit eſſe contentum eo, quod ſimplex canendi natura tulerit: ita hujuſmodi præceptis debet quidem aptata eſſe, & citharæ modo intenta ratio doctrinæ.*

Quod ſi non rei primordia, ſed uſum inveſtigaverimus, contrarium fortaſſis prima fronte videbitur. Πρῶτον γὰρ ἔκρουον, εἶτα τὰ ᾄσματα ἐπῇδον, inquit ſcholion Pindari recentius. Et quod majus eſt, ad lyram & tibiam ſæpe etiam componebantur poëmata. Hor. Carm. I. Od. XII:

> *Quem virum aut heroa lyra, vel acri*
> *Tibia ſumes celebrare Clio?*
> *Quem Deum?* &c.

Pindarus Od. I Pyth. Χρυσέα φόρμιγξ Ἀπόλλωνος &c. Quem Hymnum non ſine cithara concinnatum legendo quis dubitabit? Verum ſi diligentius animum advertamus, plane percipiemus, cujuſvis inſtrumenti muſici, ceu lyræ, citharæ, & ceterorum, varias modulationes, & harmonias, ad quas canuntur odæ, Hymni, & ceteræ cantiones, in-

tam

tam multiplices rhythmos & menſuras tunc quoque fuiſſe dimenſas, cum excogitato carminis & cantionis genere aptabatur cithara excogitatæ cantionis & carminis numeris & modis, &, ut Plato loquitur, τῷ λόγῳ: ad quorum imitationem nil vetuit, quin multa deinde & ſine cithara, & ad citharam fuerint compoſita carmina, ut videre eſt apud Horatium, qui paſſim imitatur Pindarum, & apud Poëtas recentiores. Quod vero ad Poëtarum locutionem attinet, ea, cum figurata utplurimum ſit, obſcura ſane, & inter ſe contraria quandoque apparet. Synecdoche enim multa, qua a parte totum intelligitur, aut contra, numerusve pro numero ſumitur, ac Metonymiis frequentibus, quibus ſæpe pro inventore inventum, pro continente contentum, pro efficiente effectum, pro poſſeſſo poſſeſſorem, aut contra, capimus, eſt plena. Sed ſi ad rectam orationem naturæ rerum congruentem illam convertamus, obſcuritatem ac difficultates omnes facile ſuperabimus.

Quatuor potiſſimum ſunt voces, vel his poteſtate ſimiles, quas Poëtæ ad ſignificandum concentum ex carmine, cantu, cithara, & ſaltatione compoſitum uſurpant; Μȣ̃σα, ὕμνος, βάσις, ἀοιδός. Muſæ & Hymno, aut cuique alterius generis poëmati, quæ poëtæ propria ſunt, imperium in citharam, omneque inſtrumentum Muſicum omnino deferunt. Pindarus:

> Χρυσέα φόρμιγξ Ἀπόλλωνος &c.
> ——— Σύνδικον μοισᾶν κτέανον.

Poſſeſſio conſona Muſarum, ut recte interpretatur H. Steph. σύνδικον enim παρὰ τȣ̃ συνδικεῖν deducitur, quod cauſam alterius defendere & patrocinari ſignificat. Plutarch. de Herodoto: Θετ]αλȣ̀ς Θηβαίοις συνδικȣ̃ν]ας. At quodnam aliud citharæ patrocinium eſſe poteſt, quam conſonantia? Hor. Carm. I, od. VI:

> ——— ——— *Dum pudor,*
> *Imbelliſque lyræ Muſa potens vetat*
> *Laudes egregii* &c.

Muſa nempe, cujus in poteſtate ſita eſt imbellis lyra, quemadmodum ſupra Od. III:

> *Sic te Diva potens Cypri:*

exemplo Græcorum ita loquentium, κρατȣ̃σα Κύπρȣ. Ex quo manifeſtum fit, quam abſurda ſit illa interpretatio, *Muſa potens lyræ*, id eſt, quæ ſcit lyram tractare, & lyræ convenientes odas aptare: cum præterea Horatius ipſe in lib. ad Piſones de Art. Poët. plane explicet, quænam ſit loci hujus ſententia, his verſibus:

> *Muſa dedit fidibus Divos, pueroſque Deorum,*
> *Et pugilem victorem, & equum certamine primum,*
> *Et juvenum curas, & libera vina referre.*

Quibus breviter enumeratis ſingulis pæne Lyricorum carminum generibus Muſæ poteſtatem aperte oſtendit. De Carminis imperio jam ſufficiat locus Epiſtolæ ad Flor. II lib. II, ſupracitatus. Contra vero in citharæ ditionem βάσιν & ἀοιδȣ̀ς (quaſi ſuo jure ipſa ſibi vendicet) uſum nimirum Poëtæ utplurimum attendentes, non rerum cauſas, redegerunt. Pindarus eadem od. Pyth. I:

> Χρυσέα φόρμιγξ Ἀπόλλωνος &c.
> Τὰς ἀκȣ́ει μὲν βάσις, ἀγλαΐας ἀρχά.
> Πείθονται δ᾽ ἀοιδοὶ σάμασιν, &c.

Βάσις enim, id eſt, *rhythmicus greſſus*, ſeu *pedum motus*, ut interpretatur Ficinus in locis citatis ſupra de rep. III, & cantores, ſi remiſta carminibus cithara canant, quando & ſoli ſine ipſa canere poſſunt, ut indicat Horat. Carm. III, od. IV:

> *Deſcende cælo, & dic age tibia*
> *Regina longum, Calliope, melos,*
> *Seu voce nunc mavis acuta,*
> *Seu fidibus, citharave Phœbi:*

omnino citharæ indulgent, ac ſubſerviunt. Horatius item Carm. l. IV. od. VI:

> *Virginum primæ, puerique clari,*
> *Lesbium ſervate pedem, meique*
> *Pollicis ictum.*

Ἀναξιφόρμιγγες] Sive ergo naturam rei, ſive poëtarum loquendi formam attendamus, activa prorſus eſt vocis hujus ſignificatio. Ἀναξιφόρμιγγες enim, ut docet ſcholiaſtes, ἐνέργειαν δηλοῖ ἀεὶ, καὶ ȣ̓δέποτε πάθος, ὡς τὸ ἀλεξίκακος καὶ παυσίκακος, καὶ πλήξιππος, καὶ ἀλεξιάρη παρ᾽ Ἡσιόδῳ.

Loca nonnulla, quæ ſuperioribus adverſari videbantur, explicata.

Horat. Carm. II, od. XII:

> *Nolis longa feræ bella Numantiæ*
> ——— *Mollibus Aptari citharæ modis.*

Id eſt, lyricis carminibus, quæ ad citharam canuntur, ἀλληγορικῶς. Aliis enim verbis aliud ſignificat. Satis argumenti eſt vox illa *mollibus*. Nam verſus Lyrici ſemper *molles*, quod res amatorias & jocoſas proprie complectantur. Horat. Carm. III, od. III:

> *Non hæc jocoſæ conveniunt lyræ.*

Hoc eſt, carmini lyrico & humili; eodem allegoriæ, quo ſupra, uſus tropo, quod ex eo, quod ſequitur, manifeſte apparet: *Quo muſa tendis?* Citharæ vero modi non ſemper molles, maxime ſi Pyrrhichicæ ſaltationi aptentur, quæ vocabatur ἐνόπλιος, ut docet Plato de leg. VII: Τὴν πολεμικὴν δὴ τȣ́των ἄλ-

 λην

λην ὥσαν τῆς εἰρηνικῆς πυῤῥίχην ἄν τις ὀρθῶς προσαγορεύοι. Idem Carm. IV, od. XV:

Phœbus volentem prælia me loqui,
Victas & urbes, increpuit lyra.

Contrarius loquendi modus eſt apud eundem Epod. od. XVII:

Ergo negatum vincor ut credam miſer
Sabella pectus increpare carmina.

Quare eum locum legendum puto cum Michaële Bruto, *Increpuit, lyra.* Ut ſcilicet poſt verbum *increpuit* ſit nota diſtinctionis ponenda. Non enim Phœbus increpuit lyra, ſed volentem me loqui lyra, increpuit majora meis viribus audentem. Carm. item I, od. XXXII:

Poſcimus ſiquid vacui ſub umbra, &c.
Age dic Latinum Barbite carmen.

Similis locutio eſt apud Anacreontem od. I:

Θέλω λέγειν Ἀτρ. &c.
Ἁ βάρβιτος δὲ χορδαῖς
Ἔρωτα μοῦνον ἠχεῖ. & infra:
——— ἡ λύρα γὰρ
Μόνους ἔρωτας ᾄδει.

Contra idem Horat. Carm. IV, od. XII:

Dicunt in tenero gramine pinguium
Cuſtodes ovium carmina fiſtula,
Delectantque Deum, &c.

Metaphora ergo eſt, qua verbum *dicere* per ſimilitudinem transfertur ad barbiton, cujus proprium eſt *ſonare*, ut apparet in ſupracitato Anacr. loco in verbo ἠχεῖ. Item apud Horat. Epod. od. XVII:

Sive mendaci lyra voles ſonari.

Præterea in Arte Poët. ad Piſones:

——— ——— *Ne forte pudori*
Sit tibi muſa lyræ ſollers, & cantor Apollo.

Id eſt, Muſa lyrica, vel lyricorum modorum perita, ut declarat Lambinus. Pindarus poſtremo hac ode:

Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι, &c.
Τίνα θεόν, τίν' ἥρωα
Τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;

Rogans hymnos videtur dicere, ut quidam interpretatur, Quem carmine celebrabimus, quod citharæ conveniat? vel, Cujus viri herois, vel Dei celebratio aptari poſſit citharæ modis? Verum Horat. qui oden hanc quaſi ad verbum Latine exprimit in l. Carm. I, od. XII, contraria prorſus oratione hunc locum complectitur:

Quem virum aut heroa lyra, vel acri
Tibia ſumes celebrare Clio,
Quem Deum? &c.

Hactenus e Schedis Ambroſianis.

COLLATIO PETRONII CUM VIRGILIO.

Soleo nonnunquam, cum liberalius otium eſt, optimos utriuſque linguæ ſcriptores inter ſe comparare: ut eorum virtutibus vitiiſque penſitatis * judicium meum exerceam, acuamque, & honeſta ſimul voluptate ſtudiorum meorum ſeveritatem temperem. Neque vero me deterrere ab hoc tam ſalubri elegantique inſtituto potuit umquam, poteritve, diverſa aliorum ſententia, qui cuncta bona malaque, dummodo magni nominis auctor fuerit, alba linea ſignant, neque quidquam hujus ſéculi judiciis in veteres ſcriptores libertatis indulgent, etiamſi illa a reprehendendi, carpendive malignitate quam longiſſime abſint. Habeo enim, quos iis opponam, ſententiæ meæ aſſertores plurimos †, & perquam nobiles: adſunt argumentorum pondera: &, ut ea abſint, ratio ipſa ſtat, militatque pro partibus noſtris, quæ ſuum cuique liberum permittit judicium, quum ipſi ſe ſcriptores, ſuaque ſcripta, legentium judicio ſubjecerint. Sed, ut in omni diſceptatione, & ita in hac diſputatione, abſint oportet affectus: neque minus in cauſis literariis amore peccatur inconſulto, quam vel odio, & invidia, vel arrogantia, ſuperbiaque, vel petulantia, atque procacitate ‡. Ac mihi qui-

* Epictetus apud Stobæum, p. 104: Ὥσπερ ἀληθὴς ζυγὸς οὔτε πρὸς ἀληθοῦς ἰθύνεται ζυγοῦ, οὔθ' ὑπὸ ψευδοῦς κρίνεται· οὕτω καὶ ὁ δίκαιος κριτὴς οὔθ' ὑπὸ δικαίων εὐθύνεται, οὐδὲ παρ' ἀδίκοις δικάζεται.

† Inter quos Fabius lib. X, c. I: *Neque id ſtatim legenti perſuaſum ſit, omnia, quæ magni auctores dixerint, utique eſſe perfecta. Nam & labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum ſuorum voluptati*; (Ovidium hic notari puto) *nec ſemper intendunt animum, & nonnumquam fatigantur. Summi enim ſunt, homines tamen. Modeſte tamen, & circumſpecto judicio de tantis viris pronuntiandum eſt: ne, quod pleriſque accidit, damnent, quæ non intelligant. Ac ſi neceſſe eſt in alteram errare partem, omnia eorum legentibus placere, quam multa diſplicere maluerim.*

‡ Iſidorus Peluſiota: Χρὴ τὸν βασανίσαντα (lego βασανίσαι) τὰ συγγράμματα δεινόν, πάσης καὶ χάριτος, καὶ ἀπεχθείας ὄντα κρείττονα, ἑκάστου συγγραφέως καὶ τὴν κακίαν, καὶ τὴν ἀρετὴν εἰδέναι, καὶ τῇ μὲν ψηφίσασθαι, τῇ δὲ μέμψασθαι.

quidem ab odio & invidia tam alienus animus est, quod ad eruditionem, & virtutes defunctorum, & veterum, qui mihi nulla injuria cogniti sunt, ut etiam in viventibus inimicis præclaras ipsorum ingenii dotes lubens agnoscam, & venerer: arrogantiæ, superciliive suspicionem facile diluam: petulantia vero atque procacitas ab hoc proposito abesse cuivis facile videri possunt, quandoquidem exercitationi potius ingenii, judiciique hic labor inservit, quam famæ, cujus inanis affectatio non minus quam petulantia juvenileis sæpe mentes de recto rationis gradu statuve deturbat, statæ vero, mediæque ætatis non ita facile. Cur igitur hac memet ipse voluptate privem, privarive ab aliis patiar, causæ nil video: præsertim cum & commissæ nobis * adolescentiæ judicia hoc pacto optime formentur, limenturque; & erroribus quamplurimis obviam eatur, a quibus etiam vix illi sibi cavent, quorum & consummatissima eruditio est, & fama celeberrima. Argumenta, quibus me tuear, aut † exempla, quæ sequar, in medium proferre, operæ pretium vix puto. Neque vero non minus in hunc, quam in illum nobis scriptorem concessa ea libertas est: immo eo magis illa in optimos quosque auctores utilis videtur ‡, quo facilius ingentium splendore virtutum vitia obscurantur, atque ad ignaros pro virtutibus semet venditant. Neque vero adeo rerum imperitus sum, bonarumque artium jejunus, ut nec vitia nec virtutes in antiquis scriptoribus intelligam, neque item, quæ de illis publica existimatio sit, norim, qui *ὡς γύπες πρὸς τὰ δυσώδη φέρονται, πολλὰς μὲν λειμῶνας, πολλὰς δὲ ἡδεῖς καὶ εὐειδεῖς τόπους ὑπερεκπτάμενοι*, exiguique animi, & omnino malevoli, malignique indicia produnt certissima. Legisse quin etiam illa memini, quæ Hesiodus ad Lucianum in dialogis dicere fingitur: *Σκινδαλάμους δὲ καὶ ἀκάνθας τινὰς ἐκλέγεις, καὶ λαβὰς τῇ συκοφαντίᾳ ζητεῖς. Ἀλλ' οὐ μόνος ταῦτα σὺ, οὐδὲ κατ' ἐμοῦ μόνον, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἄλλα τὰ τοῦ ὁμοτέχνου τοῦ Ὁμήρου κατακνίζουσι, λεπτὰ οὕτω κομιδῇ, καὶ μάλιστα μικρὰ ἄττα διεξιόντες.* Itemque illa Plutarchi de Curiositate: *Φέρε γὰρ, εἴτις ἐπιὼν τὰ συγγράμματα τῶν παλαιῶν ἐκλαμβάνοι τὰ κάκιστα τῶν ἐν αὐτοῖς, καὶ βιβλίον ἔχοι συντεταγμένον, οἷον Ὁμηρικῶν στίχων ἀκεφάλων, καὶ τραγικῶν σολοικισμῶν, καὶ τῶν ὑπ' Ἀρχιλόχου πρὸς τὰς γυναῖκας ἀπρεπῶς καὶ ἀκολάστως εἰρημένων ἑαυτὸν παραδειγματίζοντος, ἆρ' οὐκ ἔστι τῆς τραγικῆς κατάρας ἄξιος,*

Ὄλοιο θνητῶν ἐκλέγων τὰς συμφοράς;

Ἀπρεπὴς καὶ ἀνωφελὴς ὁ θησαυρισμὸς αὐτοῦ τῶν ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων. Et hi quidem præclare: siquidem nihil ea malignitate pejus ac detestabilius est. Sed longe alia mihi, uti dixi, mens animi est: discendique simul & docendi captans *ἀφορμάς*, prodesse publico cupio; simul & illorum sequor, & amo sententiam, qui, *quandoque bonus dormitat Homerus*, non statim indignantur; sed humanæ imbecillitati, pluribusque, quæ nitent in carmine, virtutibus vitia nonnulla condonant; ita tamen, ut ne Chœrilis parcant: sicuti nec ego hoc capite Petronio parsurum me profiteor, in Trojæ Ἁλώσει, sive Scholastico illi, qui Lucanum nobis corrigere volens, dum & ipsum Virgilium aut assequi cupit, aut imitari, tanto se utroque inferiorem ostendit, quanto pumilio minor est gigante, cupressove humiles myricæ. Attigi aliquando, sed leviter, ulcera quædam Ovidiana. Doluit ejus amatoribus, quibus in elegantissimo poëta

Parvula pumilio est, Chariton mia, tota merum sal.

Verum hæc mea semper fuit sententia, si modo non omnino alieno, aversoque a *Gratiis* animo sum, *parvulæ* non esse locum, ubi *Cataplexis, plenaque honoris* desideratur. Hic si peccaro, non defugio notam eruditorum censoriam, nec eam recuso. Quin & ne quis sibi in Petronio defensionis præreptam copiam prætexat, utque elegantia contentionis profuturum publico scriptum eliciam, alio rursus capite Virgilium cum Homero, & Senecam cum Sophocle conferam. Viderit, cui hæc Critica displicet, ut quid solidi reponat. Hoc igitur agamus.

[Zz 3] Jam

* Gellius lib. XII, cap. II: *Adolescentium indolem non tam juvant, quæ bene dicta sunt, quam inficiunt, quæ pessime.*

† Vide Gellium lib. I, cap. IV, & l. IX, cap. IX; item l. XI, cap. XXXIII, &c. Multa etiam Daniel Heinsius hac de ratione scriptores veteres tractandi, criticeque eorum ingenii monumenta examinandi, in Prolegomenis in Aristarchum attulit pag. 681, & seqq. *Hæc subinde refero, quod æque vitandarum rerum exempla ponenda sunt, quam sequendarum.* Seneca Contr. XII, lib. II.

‡ Cicero II Academ. Quæst. cap. XX: *Ut hoc pulcherrimum esse judicem vera videre: pro veris probare falsa turpissimum.*

Jam decuma mœstos inter ancipites metus
Phrygas obsidebat messis, & vatis fides
Calchantis atro dubia pendebat metu.

Cacozelon istud, *messis decima obsidebat.* Nam, ut *messis* pro anno ponatur, pro quo Virgilius etiam *aristarum* vocabulo cum laude usus est, ferri, imo etiam laudari potest: sed ut *messis* urbem *obsidere* dicatur, tolerari nequit, quia extra naturam est. Peccat deinde Petronius in elegantiæ leges, repetendo post tam breve intervallum voculam *metus:* quem cur *atrum* vocet, non video. An, quia apud Horatium *post equitem sedet atra cura*, & *atris litibus implicitt*, homines etiam metu atricolores fieri putavit, quos ego exsangues pallere semper existimavi? sed hic *ater* pro tristi, vel *metus* pro cura ponitur. Age demus hoc: verum an *vatis* quoque *fides dubia metu pendet?* An vero animi hominum? Porro,

Quum Delio profante cæsi vertices
Idæ trahuntur:

quis concedat hunc tumorem? sylvæne ipsi *vertices* montium sunt, quia in verticibus eorum crescunt? Quis unquam veterum ita poëtarum? quis *vertices trahi* per somnum umquam vidit? aliter certe Ennius:

——— *Utinam ne in vertice Peliaco*
Abiegna cæsa cecidisset ad terram trabes!

Pergit noster:

——— *Scissaque in molem cadunt*
Robora, minacem quæ figurarent equum.

Nihil in his inest sani. Quid sunt enim *scissa in molem robora!* primum, quam tenuis vox *scissa* conjuncta cum grandiloquis & sonoris hisce, *molem*, & *robora*, & *cadunt?* deinde quomodo *cadunt robora* tum demum, postquam *in molem scissa* sunt? sed æmulari voluit Virgilium, dicentem, veruntamen examinatius aliquanto,

——— *Sectaque intexunt abiete costas.*

qui & *in molem robora* ipsi suppeditavit, quum Danaos

——— *Immensam Calchas attollere molem*
Roboribus textis, cæloque educere jussit.

Tandem *minacem quæ figurarent equum.* Certe *minax* immanis ille equus fuit, *magnum Exitium Priami imperio, Phrygibusque futurum.* Quinimo jam ipsis has minas naribus spirabat, sicut deinde

Captiva pubes intus dum murmurat,
Roborea moles spirat alieno metu.

O quam belle hæc sibi conveniunt! quam hæc montis instar *roborea moles* apprime eleganter *figurata* est, quæ nobis has elegantias peperit! nam & montes parturiunt aliquando, nequis me vaniloquum putet: sed pariunt non *minaciter figuratos* equos; verum ridiculos mures.

Aperitur ingens clostrum, & obducti specus,
Qui castra caperent.

Apud Virgilium, *Laxat claustra Sinon*, sed emissurus milites inclusos. *Ingens* autem fecit hoc *clostrum*, quia Virgilius *ingentes cavernas* equo tribuerat. Et sane *ingens* esse debuit, quod tota *castra caperet:* quum apud Virgilium *ingentes cavernæ delecta* tantum *virum corpora* capiant. Quid igitur dicemus? nonne ipsum eum superare Virgilium τῷ τῆς ἐννοίας ταύτης μεγέθει? ego vero absque hæsitatione; sed ut rana Æsopia bovem. At *obducti*, id est segmentis tabularum clausi *specus*, quomodo capiunt castra? quomodo *huc irata virtus abditur?* fateor me hoc non videre, quantumvis hoc clostrum apertum sit. Oculis enim meis tenebræ *obductæ.* An sicut *aula* Luciliana *obducitur*, & retegitur, ita & hic *obducere* & *aperire* synonyma sunt? Sic puto. Ergo hanc Camarinam ne amplius moveamus: totum adhuc enim restat Augiæ stabulum perpurgandum.

——— *Huc decenni prælio*
Irata virtus abditur. Stipant graves
Equi recessus Danai, & in voto latent.

Ne *decenni* quidem *prælio* quispiam evincat, ut non hæc putida sint, & inepta. Sunt tamen *equi recessus graves*, inquiet aliquis. Recte, quia *ingentes:* vel *graves* armis onustique potius *Danaï*, qui, ne conspicui sint, *in voto latent.* Quid tum? cum *votum* pro equo votivo ponitur, ideone & hæc χολαστικὴ νόησις nobis *latet?* non magis, ac hæc proxima:

O patria! pulsas mille credidimus rates,
Solumque bello liberum. Hoc titulus fero
Incisus, hoc ad fata compositus Sinon
Firmabat, & mendacium in damnum potens.

O divine Poëta, quam tardus *Æneas* tuus fuit, qui tam sero exclamavit,

O patria! ô divum domus Ilium, & inclita bello
Mœnia Dardanidum!

quum jam *fatalis machina muros scanderet.* At hic noster, antequam

Jam turba portis libera ac bello carens

In vota properaret, præpropere sane norat, quis fero titulus incisus esset. Et hinc nata illa festina ac festiva exclamatio: cujus sublimitatem vocula *solum* mirifice erigit & sustentat: multo tamen magis *mendacium in damnum potens.* Quid? excidium Trojæ *damnum* vocabitur?

Hostibus eveniant talia damna meis.

ego certe illis facile ac lubens caruero.

Jam turba portis libera, ac bello carens,

In vota

In vota properant. Fletibus manant genæ,
Mentiſque pavidæ gaudium lacrumas habet,
Quas metus abegit.

Jam turba *portis* erat *libera*, quia paulo ante *ſolum bello liberum* erat. Et *in vota properant* Troës. Contra Danai *in voto latent.*

Uſque adeo largos hauſtus de fontibu' magnis
Lingua ſuo ſuavis diti de pectore fundit.

Quis jam neget Petronium copioſum ac diſertum? quis pumicem affluere aqua? quis aridum neget & ſiccum eſſe Virgilium? nam quod ille ſimpliciter, & unico verſu,

Ergo omnis longo ſolvit ſe Teucria luctu,

videſis quam ornate id noſter, quam lepide, quam venuſte, verſiculis duobus! quis porro non admiretur hanc elegantem ſententiam?

Mentiſque pavidæ gaudium lacrumas habet,
Quas metus abegit.

quomodo *mens pavida habere* poteſt, quod *metus abegit?* & quomodo ea *pavida*, quum jam bello Troes carerent? ſed illa exornatio non erat negligenda, quæ ex oppoſitione contrariorum *gaudii*, & *lacrumarum*, *habendi* & *abigendi*, *metus* & *lætitiæ* naſcebatur. Hem argutias! ſic ad ipſum ſublimitatis faſtigium pervenitur: quum ſcilicet in re ſeria laſcivimus.

——— *Jamque Neptuno ſacer,*
Crinem ſolutus, omne Laucoon replet
Clamore vulgus.

Antequam ſcilicet verbum vel de intuitu ipſius equi, vel de ejus in urbem inducendi conſilio ac diſputatione factum. Criticus hic aliquis *Neptuni ſacer*, pro *Neptuno*, legeret, ut apud Prudentium, *Chriſti Valeriane ſacer*, pro *Valeriano* Nicolaus Heinſius emendavit, ſi tanti foret ineptire. Sed ſufficit ineptientem audire Petronium, cui Priamus, omneſque cum civibus effuſi Trojanorum principes *vulgus* ſunt, quia Virgilio poſt duorum principum diverſas ſententias

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Belle ſane. At Virgilius honeſtiore eos nomine *civis* compellari facit, quod omnes promiſcue complectitur, tam magnates, quam reliquam plebem.

——— *Mox reducta cuſpide*
Uterum notavit. Fata ſed tardant manus:
Ictuſque reſilit, & dolis addit fidem.

Quid hoc, *reducta cuſpide?* grande profecto verbum, *cuſpis* pro haſta: Sed quid, *reducta cuſpis* an retrorſum acta, ut majore vi emitteretur? fateor me hanc phraſin hactenus ignoraſſe: quare illam *notabo*, non ſecus atque illa cuſpide *Uterum notavit* Laocoon. Quem ego (pace hoc dixerim poëtarum id pſum affirmantium) non Neptuni ſacerdotem fuiſſe puto, ſed populi Trojani cenſorem. Adeo opportune & *vulgus* caſtigavit, & equinum uterum cenſoria *nota* infamavit. Vah, quam nihili præ hoc Laocoon ille Virgilianus, qui tanto labore

——— *Validis ingentem viribus haſtam*
In latus, inque feri curvam compagibus alvum
Contorſit:

quum hic tam facile, tam nullo negotio, poſtquam omne vulgus clamore repleſſet, *reducta cuſpide uterum notaverit!* o virum fortem & ſtrenuum, dignumque, *cujus fata tardent manus!* nam abſque eo fuiſſet, etiam ſic tantillo impetu, ipſum equum *reducta cuſpide* pro tropæo portæ Scææ affixiſſet, omni in poſterum exitu Danais negato, atque interclufo. Lubet hic lamentari,

O Troja, ô Patria, ô Pergamum, ô Priame,
periſti ſenex,

quia Petroniano Laocoonte caruiſti! Quid? quod jam audire mihi videor ingentem, & ad inſtar devolutorum tonitruum ſonorum *ictum*, qui *reſilit*, *& dolis addit fidem.* Adeo grandiſonæ; ſi dis placet, vocales aures meas implent, & perſtrepunt: adeo

Inſonuere cavæ, gemitumque dedere cavernæ.

Iterum tamen confirmat invalidam manum,
Altaque bipenni latera pertentat.

Invalidam Laocoonti *manum* tribuit, cui *validas* vires dederat Virgilius. egregie. Sed nil valebat ſcilicet contra fata: unde & Virgiliana *haſta*, & Petroniana *cuſpis* in *bipennem* mutatæ ſunt, qua *alta latera pertentat*, ſi forte Ovidianæ Metamorphoſeis inde effundantur: quo ipſi *tacitum pertentent gaudia pectus.* Ob iſtam *pertentationem*

——— *Fremit*
Captiva pubes intus, &, dum murmurat,
Roborea moles ſpirat alieno metu.

intus dicit, & vere. Nam in equum abdita erat. Hoc docendus eras lector. De *Roborea* hac *mole* ſupra nonnihil diximus. Quod autem ait eam *ſpirare alieno metu*, tale quid de tauro Phalaridis legiſſe memini, qui gemitus incluſorum mugitu ſuo repræſentabat: de equo Trojano non memini. Donabimus igitur hoc equo Petroniano, qui procul dubio *Divinæ Palladis arte*, tubulos e ventre in os per collum deductos habuit, unde emiſſus ille metuentium ſpiritus. Sed en novas argutias, ſi priores non ſuffecerint:

Ibat juventus capta, dum Trojam capit.
Bellumque totum fraude ducebat nova.

Illi igitur, qui patriæ narrat excidium, in vocum * ludere repetitione vacat? at quomodo juventus totum *bellum fraude duxerit*, velim aliquis dicat. An ut *blandis ducitur hora dolis*, apud Propertium? ἢ δῆλον, ὡς χελαστικὴ νόησις ὑπὸ περιεργίας λήγει εἰς ψυχρότητα?

Ecce alia monſtra. Celſa qua Tenedos mare
Dorſo repellit, tumida conſurgunt freta;
Undaque reſultat ſciſſa tranquillo minor.

Ecce alia *monſtra*, quia Virgilius, *Ecce manus juvenem*. Et deinde, *Hic aliud majus miſeris* &c. Sed ubi ſunt monſtra priora? equus erat *monſtrum horrendum, informe, ingens*, inſtar montis. Nunc *Tumida conſurgunt freta*, propter duos angues ſcilicet. Corrupta judicia, ubi *celſa* affectant, ad *tumida* delabuntur. Hinc *unda reſultat*, eaque *ſciſſa*, ut ſupra *ſciſſa in molem robora*, & quidem *tranquillo minor*. Quod quid ſit neſcio, &, quamvis inconſulto criticorum principe, τὸ *minor* pro *mari* nobis a deſcriptoribus ſubjectum puto. Virgilius enim Tenedo *tranquilla per alta* adveniſſe angues dixit, quem Petronius ſummo cum judicio æmulatus eſt.

Qualis ſilenti nocte remorum ſonus
Longe refertur, quum premunt claſſes mare,
Pulſumque marmor abiete impoſita gemit.

Ego vero ab iſtis *tumidis* fretis longe majorem ſtrepitum exſpectaveram. Sed *longe refertur*, & ego ſurdaſter ſum. Simpliciter Virgilius, *fit ſonitus ſpumante ſalo*, recte. Sed quantos iſtos angues fuiſſe Petronius imaginatus eſt, qui non uni eos claſſi, quod ad ſonitum, comparavit, præſertim dum *pulſum marmor abiete impoſita gemit?* quorſum item hæc nunc adhibita comparatio, quum poſtpaulo demum de caudarum ſonitu locuturus ſit? ſcilicet ut *reſpiceremus*. Ad quid quæſo?

Reſpicimus: angues orbibus geminis ferunt
Ad ſaxa fluctus.

Utri ferunt, fluctus, an angues? ambigua ſane oratio eſt. Si feruntur a fluctibus, perquam ignavi ſunt præ illis Virgilianis, qui *immenſis orbibus*

Incumbunt pelago, pariterque ad litora tendunt.

Sin ipſi ferunt fluctus, id eſt, ad littus propellunt, cur non *immenſis* potius, quam *geminis orbibus?*

——— ——— *Tumida quorum pectora,*
Rates ut altæ, lateribus ſpumas agunt.
Dant caudæ ſonitum

Superius *tumida* fuerant *freta* ab anguibus, quibus nunc *tumida pectora*. Nec mirum, quia *rates ut altæ*. Virgilius *arrectis inter fluctus pectoribus* contentus erat, quia hoc denum vel duodenum circiter pedum anguibus deſcribendis ſufficere videbatur: noſter nobis pro anguibus balenas repræſentat. Ἀλλὰ τὸ μὲν οὐδὲν ὑπεραίρειν βούλεται τὰ ὕψη.

——— ——— *Liberæ ponto jubæ*
Conſentiunt luminibus: fulmineum jubar
Incendit æquor, ſibiliſque undæ tremunt.

Liberæ ponto jubæ, ut ſupra *juventus portis libera*, & *ſolum bello liberum*, mira varietate copiaque ſermonis. *Conſentiunt luminibus*, optime. Nam *Concordia res parvæ creſcunt*. Hinc ex adunato fulgore ipſum *fulmineum jubar incendit æquor*. Sed hoc nihil. *Sibilis undæ tremunt*. Pulcherrime; quia apud Virgilium *ſtetit* haſta *tremens*. Quam vero tremuiſſe Trojanos exſtimandum eſt, quum illos ſibilos audirent, quis ipſæ *undæ tremerent*! ergo

Stupuere mentes. Infulis ſtabant ſacri
Phrygioque cultu, gemina nati pignora
Lacoonte, quos repente tergoribus ligant
Angues coruſci.

ſacri infulis, quid hoc eſt? nam qui *ſacros* hic interpretatur ſacerdotes, næ ille hirco ſupponit cribrum, dum alter eum mulget. Sed unde hoc accepit, Laocoontis filios infulatos fuiſſe? cur non *& tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ?* nam de *Phrygio cultu*, niſi Petronius nos monuiſſet, nemo noſtrum ne cogitaſſet quidem: adeo obtuſa pectora geſtamus. Potuiſſent enim pro patria veſte vel Getico, vel Indorum ornatu cultuque inſignes patri adfuiſſe *gemina* illa *pignora* Laocoontis, *nati Laocoonte*. Hui elegantias! atqui nihilominus illos *repente*, antequam ſcilicet ad littus appuliſſent, *tergoribus ligant angues coruſci*, quorum *fulmineum jubar incendebat ipſum æquor*.

——— *Parvulas illi manus*
Ad ora referunt: neuter auxilio ſibi,
Uterque fratri tranſtulit pias vices;
Morſque ipſa miſeros mutuo perdit metu.

Sit tibi terra gravis, Virgili, qui tam egregium nobis, ac tam illuſtre pietatis caritatiſque fratrum mutuæ exemplum invideris. Quid vero tibi boni precer, Petroni, qui tam grandi nos beaſti bono? quid? niſi ut te perpetuum pueros inter, *atque magiſtrorum jubeam plorare cathedras*. Nihil præ his Laocoontis filiolis Arria Pæti; qui uterque pereunt fraternæ mortis metu. O fortes pueros, & in ipſa Socratis, aut Zenonis ſchola educatos! non mirum igitur, ſi parens tam ſedulo ad eorum tutandam vitam accurrit.

Accu-

* Vid. Senec. Controv. lib. IV, de Julio Sabino Controv. XXVII.

Accumulat ecce liberum funus parens
Infirmus auxiliator.

Funera carminis ratio non admisit. Ideo *funus* unum duorum fuit, sicut mox una *mors*. *Ecce* vero, sed nimis sero, infirmus *auxiliator* accurrit: qui ipse auxiliatore egebat, ut hæc paulo essent sublimiora. Nam Virgilius submissius, *post ipsum auxilio subeuntem*. Quare

——— ——— *Invadunt virum*
Jam morte pasti, membraque ad terram trahunt.

procumbit igitur humi bos. Sed apud Virgilium prius aliquamdiu cum anguibus luctatur Laocoon, *virum* se præstat, quod hic non facit, quum eum *invadunt* angues *jam morte pasti*. Merum nobis hic lac gallinaceum Petronius propinat: contra ea acetum Virgilius, cum dicit, *& miseros morsu depascitur artus*. Verum ἐδὲν ξηρότερον ὑδρωπικῦ.

Jacet sacerdos inter aras victima,
Terramque plangit. Sic profanatis sacris
Peritura Troja perdidit primum Deos.

Satis hæc picta sunt & arguta. Nam sine lepore res tam suavis transigi non potest. Sed qui sic amissi Dii sunt? quis illa sacra profanavit? anguesne, an Laocoon? Trojanorum credo hæc culpa fuit, & hinc ob tantum scelus irati Dii Trojam reliquerunt. Quid enim immanius excogitari potest, quam quod *sacerdos* in littore, ab impiis prostratus anguibus, *inter aras victima jacet*? At absque hoc imitatio Virgilii non procederet, apud quem *Excessere omnes adytis, arisque relictis Dii.*

Jam plena Phœbe candidum extulerat jubar
Minora ducens astra radianti face.

Interea dum angues isti Laocoontem ut victimam mactant. Nil interim a Trojanis factum: non inductus in urbem equus, non ad templa, nec ad epulas concursum. Hæc omnia Petronius nihili fecit, & ne commemoranda quidem duxit, mira brevitate, ut scilicet *plena Phœbe astra minora duceret radianti face*, eodem tempore, quo apud Virgilium

* ——— ——— *ruit Oceano nox*
Involvens umbra ingenti terramque polumque,

quoque Argiva phalanx ad urbem accedit *per amica silentia lunæ*. Sed hæc nullius momenti: astra vero ad choream *ducere* majoris erat operæ pretium, quod sine *radianti face* Luna præstare non poterat. Absque illa namque in tenebris fortean cæspitassent.

Quum inter sepultos Priamidas nocte & mero
Danai relaxant clostra, & effundunt viros.

Nocte pro somno, elegans & perquam festivus hic est tropus, præsertim ubi jam Luna *plena candidum extulerat jubar*; ego vero *sepultos* in tanta luce versari nesciebam. Unde porro hi *Danai*, qui *clostra relaxant*? Sinoni dederat hoc muneris Virgilius: & sic emissi principes

——— *Cadunt vigiles, portisque patentibus omnes*
Accipiunt socios.

At hic tropus est, inquiet aliquis, seu mutatio numeri. Agnosco ingenium, sed multo etiam magis judicium poëtæ. Dein *Danai effundunt viros*, quia apud Virgilium, *Arduus armatos mediis in mœnibus astans Fundit equus*. Doctum imitatorem! Hæc vero plane Jovis cerebrum, quæ sequuntur:

Tentant in armis se duces, ceu uti solet
Duro remissus Thessaliæ quadrupes jugo
Cervicem & altas quatere ad excursum jubas.
Gladios retractant, commovent orbes manu;
Bellumque sumunt.

Quam stupidus præ Petronio Virgilius, qui hæc ne cogitavit quidem, & tam festivam nobis comparationem neglexit! Est enim perquam credibile, hominum, qui tamdiu in equo latuerant, stupefacta fuisse genua sedendo, brachiaque obriguisse frigore. Illam igitur segnitiem hac armorum ventilatione, & rotatione clypeorum jure illis ac merito demit auctor, cujus sublimes sensus vix assequor. Imo nec elegantias dicendi. Quid enim hic est *bellum sumere*? Anteane solida pax erat? sed hi boni milites ad prælium se parant.

——— *Hic graves alius mero*
Obtruncat, & continuat in mortem ultimam
Somnos.

Paulo jam ante *sepulti mero Priamidæ*. Sed *merum* quoque *sepelire* memoriam dicitur. Quum vero *in mortem ultimam somnos continuat* Petronius, videtur mihi perquam facetus, qui in aliena morte ludere sustineat. Quid? Virgilius igitur tam tardus ingenii, qui istiusmodi argutias nec hic, nec lib. IX Æn. excogitare potuerit? scilicet. At Petronius mirum in modum ἐπινοητικός. Ideoque statim

——— *Ab aris alius accendit faces,*
Contraque Troas invocat Trojæ sacra.

supplice genu, & oratione longa, & composita. Qui enim pote melius? Præclare igitur scholasticus noster, seu potius (ne quam illi injuriam faciam, utque illos homines placem, qui hanc crisin meam non tam ægre

 ferunt,

* *Nox fœcunda operum, pulchraque accommoda fraudi.* Stat. X. Theb.

ferunt, quam veteres scriptores nimium amant) scholasticorum princeps, amorque & deliciæ eruditorum, tragicam hanc suam finiit cantilenam, & argutum carmen argutissima sententiola obsignavit. Audiamus contra Virgilium:

——— *Fracti bello fatisque repulsi*
Ductores Danaum, tot jam labentibus annis,
Instar montis equum divina Palladis arte
Ædificant, sectaque intexunt abjete costas.
Votum pro reditu simulant: ea fama vagatur.
Huc delecta virum sortiti corpora furtim
Includunt cœco lateri: penitusque cavernas
Ingentes, uterumque armato milite complent.
Nos abiisse rati, & vento petiisse Mycenas.
Ergo omnis longo solvit se Teucria luctu.
Panduntur portæ: juvat ire & Dorica castra,
Desertosque videre locos, littusque relictum.
Primus ibi ante omnes, magna comitante caterva,
Laocoon ardens summa decurrit ab arce:
Et procul, o miseri, quæ tanta insania, cives?
Creditis avectos hostes? aut ulla putatis &c.
Sic fatus validis ingentem viribus hastam
In latus, inque feri curvam compagibus alvum
Contorsit. Stetit illa tremens, uteroque recusso, &c.

Fracti bello. Modesta est, sed efficax & usitata tralatio. *Fatisque repulsi.* Et hæc talis est.

Ductores Danaum. Recte. Nam consilia ad Duces pertinent. *Tot jam labentibus annis.* Nihil hic tumidum, neque item abjectum.

Instar montis. Hyperbole, cujus frigus tollitur, quia *Divina Palladis arte.* Dis nil nisi magnum convenit.

Sectaque intexunt abiete costas. Ex ipsa natura hæc ducuntur.

Votum pro reditu simulant, &c. Neque hæc turgent, & est vitæ conveniens narratio.

Corpora virum, periphrasis perquam usitata.

Cœco lateri. Id est obscuro. Et hæc inaudax translatio est.

Cavernas ingentes. Quia equus erat instar montis.

Armato milite. Non totis castris, ut Petronius. Estque hic singularis numerus valde aptus hoc loco ad veram orationis granditatem.

Sequentia nihil habent affectati, aut frigidi. *Omnis Teucria.* Ut apud Herodotum ὅλον θέητρον. *Longo luctu.* Mire id adjectivum doloris tempus diuturnum exprimit. Præterea versus ipse moram adjuvat traditate, qui meris constat spondæis.

Panduntur portæ. Res per præsentis temporis verbum nunc agi videtur.

Juvat ire. Ipsa voluptas, quam ex hac liberatione omnes ceperant, hoc verbo demonstratur.

Ardens. Laocoontis animi ardor errorem civium tanto cum periculo conjunctum compescere volentis hinc mirum in modum elucet.

Validis, &c. Adjuvant hæc se invicem, & adaugent.

Insonuere cavæ, gemitumque dedere cavernæ.
Et si fata deum, si mens non læva fuisset,
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras, &c.
Laocoon, ductus Neptuno sorte sacerdos,
Sollemnes taurum ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta
(Horresco referens) immensis orbibus angues
Incumbunt pelago, pariterque ad littora tendunt:
Pectora quorum inter fluctus arrecta, jubæque
Sanguineæ exsuperant undas; pars cetera pontum
Pone legit, sinuatque immensa volumine terga.
Fit sonitus spumante salo: jamque arva tenebant,
Ardentesque oculos suffecti sanguine & igni,
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
Diffugimus visu exsangues. Illi agmine certo
Laocoonta petunt, & primum parva duorum
Corpora natorum serpens amplexus uterque
Implicat, & miseros morsu depascitur artus.
Post ipsum auxilio subeuntem ac tela ferentem
Corripiunt, spirisque ligant ingentibus, & jam
Bis medium amplexi, bis collo squammea circum
Terga dati, superant capite & cervicibus altis.
Ille simul manibus tendit divellere nodos,
Perfusus sanie vittas, atroque veneno:
Clamores simul horrendos ad sidera tollit, &c.
Inclusos utero Danaos, & pinea furtim.
Laxat claustra Sinon. Illos patefactus ad auras
Reddit equus, lætique cavo se robore promunt.
Invadunt urbem somno vinoque sepultam.
Cæduntur vigiles; portisque patentibus omnis
Accipiunt socios.

Insonuere cavæ. Nihil hic tumidi.

Laocoon

Laocoon ductus. Hæc certe elegantia & nitida cum gravitate.

Ecce. Opportune. Nam hic excitandus auditor erat ad novitatem casus accipiendam cum attentione.

Immensis orbibus. Nam postea dicet collo eos & capite super Laocoontem exstitisse. Et ideo quoque *horrescit referens.*

Jubæque. Hæc ex ipsa desumta veritate: nihil in his turgidum.

Fit sonitus. Sed nulla ejus magnitudo exprimitur.

Ardentesque oculos. Non possunt verius aut elegantius depingi.

Diffugimus visu exsangues. Ita monstrorum immanitas merebatur.

Agmine certo. Ut ostendat non casu hoc accidisse, sed numine Deum.

Parva. Ad commiserationem hoc epitheton additur. Hic autem nihil nugarum, ut in Petronio.

Spiris ligant ingentibus. Supra *immensis orbibus.* Ad terrorem incutiendum. Debebantque esse ingentes, quæ bis medium amplexi, bis collo circumdati cervicibus altis, & capite superarent.

Ille simul. Illud *simul* repetitum celeritatem mali obruentis indicat, ideoque oratio est ἀσύνδετος.

Vittas. Ad commiserationem, utpote cui nihil profuerit sacerdotium. *Clamores simul horrendos.* Nam horrenda sane est hæc mortis facies: & illud *horrendos* insigniter diritatem abominandi mali, angoremque reluctantis, sed frustra, Laocoontis exprimit. *Inclusos utero.* Sequentia hæc simpliciter narrantur, & graviter: nihil in his ad ostentationem scholasticæ concinnitatis: nullæ argutiæ.

Non possunt autem de singulis multa dici, quia omnia bona sunt, & exactum judicium poëtæ emendatissimi, & Latinorum omnium principis, facile produnt.

Quæret aliquis fortasse, quæ mea de altero Petronii carmine, quo bellum civile Cæs. & Pompeji descripsit, sententia sit? quamquam multa sunt, quæ me deterrere possint, quo minus eam libere promam, tamen id quoque invidiæ in gratiam studiosæ juventutis admittere non gravabor. Est igitur hoc carmen, me judice, plane declamatorium, & tantum a Lucani, quem figurate perstringit, magnitudine remotum, quantum flammulæ ex stipulis excitatæ ab ardore ac splendore solis, aut torrentes rivuli ab Euphrate, vel Nilo distant. Excutiatur totum carmen; enucleentur singulæ partes: inania omnia, dissoluta, putida deprehendentur: & si quid in eo magnitudinem aliquam resipere videtur, id ipsum ab aliorum imitatione derivatum est. Inventio certe inepta est, & scholastica: & quum Lucanum arguat, quod non per Deorum ministeria, & fabulosum sententiarum tormentum, liberum spiritum præcipitet, ipse vere insanit, dum se furentis animi putat uti vaticinatione. Adverte, quæso, quisquis hæc legis, quam insulse post illam futilem, & ad ostentationem comparatam declamationem in sui seculi luxum, Ditem patrem ex orco evocet, qui Fortunam inepta oratione lacessat. Diti scilicet Romana luxuria curæ est. Hoc Ditem, *& manes credit curare sepultos.* Numquam me legisse memini Plutonem supera curare. Jovem didici, & Deos superos rebus humanis providere. Sed quia Romani tellurem molibus insanis perfodiebant, ideo Fortunæ injungit, ut *mutet pacatum in prælia vultum.* Vides, quam graves caussæ tantarum irarum. Dein, quam stulta ratio, *Jampridem nullo perfundimus ora cruore, Ex quo Syllanus* &c. Ergo pro tellure bibit ipse sanguinem, cum bella geruntur: & Galli, Germanique, & reliqui populi, a Cæsare, aliisque, tanto numero, ac tot bellis cæsi, devenere credo in limbum, seu, ut vocant, purgatorium aliquod, in quo ad tempus substiterint, antequam ad Plutonem pervenirent. Quam vero comis est ille Pluto, qui *tellurem rupto solvit hiatu*, ut Fortunæ dextram porrigat? Apage ineptias. Tandem Discordia venit cantico ferme peracto, & μετὰ τὴν ἑορτὴν, ut Plato ait. Ecce quam belle bonus Petronius Deorum adhibuerit ministerium, ut tam grande carmen absolveret. Sed & dispositio nulla est; nec valet elocutio. Nimirum tam multa inepta, frigida, turgida, insana, puerilia, cum quod ad sensus, tum quod ad ipsam elocutionem reperias, ut me judicii tot eruditorum hominum pudeat pigeatque, qui hæc vel non adverterint, vel non monuerint. Non enim extra sanitatem modo sunt, sed & extra naturam.

COMPARATIO VIRGILII CUM HOMERO.

INvidiam non metuo, Lector, ubi recti bonique sibi conscius animus est, & facti ratio constat. Promisi superius cum Homero me collaturum Virgilium, & cum Sophocle Senecam Tragicum. Quod ad illustrandum

Longinum meum a me aliquando cogitatum & inchoatum fuerat, id nunc judicii tui confirmandi, atque etiam delectandi gratia absolvam. Si quid hic autem inconsultum, & a recta ratione, veritateque alienum, aut judicio minus firmo subnixum protulero, ea me comitate corrige, qua tuo ego vel commodo, vel otio inservio. Ἀπίτω φθόνος: ἀπίτω βασκανία: absit & præconcepta opinio, quæ plerisque solet hominibus imponere. Suscepi ego Græcos tueri, & argumentis, ut mihi quidem videtur, non invalidis, primam eis gloriam asserere, quam nunc inertia seculi Latinis injustissime tribuit. Nec ideo Latinos culpo, carpove; sed alteram illis, non primam palmam tribuo: & in judicio æquissimo ipsos habeo mihi faventes, contra quos pronuntio. Ad hæc, si quemquam veterum Latinorum, Virgilium amo, facioque maximi: & infinitas ei, ut egregiis aliis omnibus Scriptoribus, ago gratias, quod posterorum, adeoque & meæ voluptati, utilitatique, sua impenderit tempora. Tantum abest, ut ex illius, aliusve bene de posteris meriti, vituperio, velut alter Zoilus, memet studeam approbare; & ex aliena contumelia ingenii mihi famam comparare. Infelicis id indolis est, & pravæ: cujusque suspicio multo magis evitanda est, quam illa alicujus ingenii acuminis gloriola appetenda. Quod si cui tamen nec sic satisfaciam, illi utpote molestiori in aurem dicam, quod a Fabio me didicisse memini; *Quicquid libris dedicatur, & in exemplum editur, tersum, ac limatum, & ad legem ac regulam compositum esse oportet; quia venit in manus doctorum, & judices artis habet artifices.*

Duos Virgilius Æneæ suo adversarios dedit, in quibus animi virtutem exerceret, Didonem & Turnum: & Didonem quidem nobis exhibuit e castissima impudicam: contra quam Homerus fecit, qui ex impudica Penelope exemplum omnibus seculis effinxit castitatis. Erat hic locus ingenio; erat & judicio: materia suppeditata perampla, longæque sufficiente disputationi. Sed hac omissa, neglectisque aliis multis, extrema Turni cum ultimis Hectoris Homerici conferantur, ad cujus ille imaginem a Virgilio effictus est. Docere solent in scholis suis Rhetores, eo clariorem fortis viri famam esse, quo majores sint, quos ipse vicerit. Cito gloriam obsolescere in sordidis hostibus: nec bonitatis esse, pessimis esse meliorem.

Vis cursu vincere, pedibusve gloriari?
Tigrin vince, levemque Passerinum.
Non est gloria præterire asellos. Martial.

Servius ad illa Virgilii: sunt mihi bisseptem &c. *Bene*, ait, *etiam laudat istas, ut major sit in Deiopeia pulchritudinis gloria. Laudabilius est enim superare laudatos, ut ipse ad majorem Æneæ gloriam laudat & Turnum.* Habent hæc illi, ut alia omnia ex nostro, quem producturi sumus, Homero: qui, ut Achillis gloriam amplificaret, Hectorem finxit multis partibus non Trojanorum modo, verum etiam, si unum excerpseris Ajacem, Græcorum omnium fuisse fortissimum, pollentemque non tantum corporis robore, sed & animi ingenti magnitudine. Ergo apud Homerum moriturus Hector, a Dea Minerva deceptus, frustratusque falsa sub imagine fratris, & cum adversario nec dis, nec viribus æquis pugnaturus, quid ait? Ἰλ. χ'.

Οὔ σ' ἔτι Πηλέος υἱὲ φοβήσομαι, ὡς τὸ πάρος περ
Τρὶς περὶ ἄστυ μέγα Πριάμου δίον, οὐδέ ποτ' ἔτλην
Μεῖναι ἐπερχόμενον· νῦν αὖ τέ με θυμὸς ἀνῆκε
Στήμεναι ἀντία σεῖο, ἕλοιμί κεν, ἤκεν ἁλοίην.
Ἀλλ' ἄγε δεῦρο θεοὺς ἐπιδώμεθα, τοὶ γὰρ ἄριστοι
Μάρτυροι ἔσσονται, καὶ ἐπίσκοποι ἁρμονιάων.
Οὐ γὰρ ἐγώ σ' ἔκπαγλον ἀεικιῶ, αἴκεν ἐμοὶ Ζεὺς
Δώῃ καμμονίην, σὴν δὲ ψυχὴν ἀφέλωμαι·
Ἀλλ' ἐπεὶ ἄρ κέ σε συλήσω κλυτὰ τεύχεα, Ἀχιλλεῦ,
Νεκρὸν Ἀχαιοῖσιν δώσω πάλιν· ὡς δὲ σὺ ῥέζειν.

Admirabile hic est Poëtæ artificium tacitum in Hectore mortis præsagium exprimentis, cum vincendi spe nihilominus colluctans: ideoque molliores victo conditiones ferente, si forte easdem ipse a victore impetrare posset, quem se fortiorem esse agnoscebat. Unde neque sibi victoriæ laudem, si forsan ea obtingat, sed ipsi Jovi adsignat, qui sæpe victorem perculit ab abjecto. Contra ferox ille, & immitis, atque inexorabilis Achillis animus, sui sibi roboris, ac invictarum virium conscius, amissi Patrocli sui dolore irritatus, ita in iis, quæ sequuntur, elucet, ut videre eum mihi videar non dubia spe, sed certa sibi fiducia victoriam arrogantem, omni acerbitate amariorem spirare cædem, cæsoque hoste in illius cadaver contumeliam. Postquam vero comperta Minervæ fraude Hector sibi instare fatum sensit, num abjecto animo, voceve degeneri salutem petit, aut fugam? minime. Quid igitur?

Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην.
Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Macte hoc animo Hector! Quid tum? lethali vulnere percussus hoc unum precatur, ne ina-

ne inanime corpus ſuum alitibus canibuſve præda fiat, ſed parentibus reddatur ad ſepulturam. Hæ preces ultimæ, & inde mors magno animo invictoque.

In Virgilio omnia comta magis, & omni cultu curaque exornata: grandia tamen, & magnifica, ſplendida, illuſtria, & quamvis laudem vincentia: ſed ad illam Homericorum affectuum veritatem ac δεινότητα non accedentia. Hanc ut quis perfecte ſentiat, animo ſit oportet magno, & ſupra adulatoriam humilitatem, abjectionemque longiſſime evecto, eque ſuo faſtigio fractos depreſſoſque ſervilis ingenii ſpiritus deſpiciente. Nos autem, quod non poſſumus, conamur. Tentemus igitur. Quod Homerum ſuperius feciſſe diximus, idipſum & Virgilium imitatum jam Servius docuit. Quod Achilles Homero, Virgilio eſt Æneas; quod illi Hector, huic Turnus. Agedum conferantur. Ita vero Achilles apud Homerum:

> Μή με, κύον, γούνων γουνάζεο, μηδὲ τοκήων,
> Αἲ γάρ πως αὐτόν με μένος καὶ θυμὸς ἀνείη
> Ὤμ' ἀποταμνόμενον κρέα ἔδμεναι, οἷά μ' ἔοργας.
> Ὡς οὐκ ἔσθ' ὃς σῆς γε κύνας κεφαλῆς ἀπαλάλκοι,
> Οὐδ' εἴ κεν δεκάκις τε, καὶ εἰκοσινήριτ' ἄποινα
> Στήσωσ' ἐνθάδ' ἄγοντες, ὑπόσχωνται δὲ καὶ ἄλλα.

Ingens hæc eſt exaſperati dolore animi acerbitas: & primum, quid iſto convicio, quo *canem* eum compellat, & non modo non ſuo, ſed ne humano quidem dignatur nomine, amarius? dein, quod vel crudas ejus carnes devorare ſe exoptare dicit, niſi animus & ratio obſtaret? Agnoſco in his totum Achillem, ſævum, dolore tantum non inſanientem, omnia humana pacta, ipſamque adeo humanitatem, reſpuentem. Quid Æneas apud Virgilium?

> *Ille oculis poſtquam ſævi monumenta doloris,*
> *Exuviaſque hauſit: furiis accenſus, & ira*
> *Terribilis, Tun' hinc ſpoliis indute meorum*
> *Eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas*
> *Immolat, & pœnam ſcelerato ex ſanguine ſumit.*

Tolle; *furiis accenſus, & ira terribilis*, quæ poëtæ verba ſunt, quæ, obſecro, in illa ſententia furoris ac iræ eſt demonſtratio? *Tun' eripiare mihi?* hæccine verba *furoris* ſunt? Fateor quidem illam nominis Pallantis ingeminationem multum habere acerbitatis, ut eo majore cum dolore Turnus moriatur: adhæc vox *immolat* ipſum tamquam victimam manibus Pallantis inferias mactari indicans, & ipſa ad augendum Turni dolorem non inefficax eſt. Verumtamen longe illa infra iram ſunt, quæ furori ſit proxima. Quod autem *ſcelerati ſanguinis* convicium Turno Æneas ingerit, neſcio an illius id faciat merito. Nil enim in Pallante occidendo niſi hoſtem egerat: nec injuſta Turno belli cauſa. Præterea nec barbarus Turnus Æneæ, ſed ipſe potius Æneas Turno videri barbarus potuit: unde illud.

> ——— *Da ſternere corpus*
> *Semiviri Phrygis, & fœdare in pulvere crines*
> *Vibratos calido ferro, myrrhaque madentes.*

Quæ contra in Hectore diverſa. Barbari enim Græcis omnes exteri. Dein ſceleſta erat, injuſtiſſimaque cauſa Trojanorum raptum Paridis defendentium: tum vero Homericus Achilles pio Ænea multo immanior deſcribitur. Ita ut τὸ ἄλαστε, quo convicio Achilles Hectorem compellat, in Achille ſit tolerabile, præſertim quum multo gravius in cæde Patrocli, amaſii ſui, & contubernalis ipſe læſus eſſet, quam in nuper adſcito belli ſocio Pallante Æneas. Quod ſi igitur leniores Æneæ mores clementiam illam tueantur verborum, ſeu ſententiæ præcedentis, ab iiſdem merito convicium illud eſſe debuiſſe videtur remotiſſimum quod ne ſic quidem ad acerbitatem vocis ἄλαστε accedit, quia non ad ipſum Turnum, ſed ad ejus ſanguinem, velut ad tertiam, & quaſi aliam perſonam appellatio *ſcelerati* dirigitur. At hæc diſſimulari poterant. Poteritne & illa in Turno animi abjectio, qua ſuppliciter ab hoſte vitam petit, eique ſponſa Lavinia, propter quam diuturnum illud, & utrique genti, tum victrici, tum victæ dirum bellum geſtum fuerat, tam æquo animo cedit?

> *Ille humilis, ſupplexque oculos, dextramque precantem*
> *Protendens, equidem merui, nec deprecor, inquit:*
> *Utere ſorte tua. Miſeri te ſi qua parentis*
> *Tangere cura poteſt, oro: fuit & tibi talis*
> *Anchiſes genitor, Dauni miſerere ſenectæ.*
> *Et me, ſeu corpus ſpoliatum lumine mavis,*
> *Redde meis. Viciſti, & victum tendere palmas*
> *Auſonii videre. Tua eſt Lavinia conjux.*
> *Ulterius ne tende odiis.*

Conferamus preces Hectoris:

> Τὸν δ' ὀλιγοδρανέων προσέφη κορυθαίολος Ἕκτωρ.
> Λίσσομ' ὑπὲρ ψυχῆς καὶ γούνων, σῶν τε τοκήων,
> Μή με ἔα παρὰ νηυσὶ κύνας καταδάψαι Ἀχαιῶν,

Ἀλλὰ σὺ μὲν χαλκόν τε ἅλις, χρυσόν τε δέδεξο,
Δῶρα, τά τοι δώσουσι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ.
Σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν, ὄφρα πυρός με
Τρῶες καὶ Τρώων ἄλοχοι λελάχωσι θανόντα.

Amavi ſemper vetus illud, *Nec preces fruſtra perire paſſus eſt:* neque ullius unquam me rei magis pœnitet, pigetque, quam cum meorum hortatibus ad hanc animi parvitatem delabor. Quare in heroibus, quibuſcum ne comparandus quidem ſum, nihil minus quam abjectum animum fero, & in primis mortis metum, quem vel feminæ non nimium timidæ ſæpiſſime vicerunt. Quid vero hic Turnus a Phineo differt, de quo Ovidius:

——— ——— Supplex
Confeſſaſque manus, obliquaque brachia tendens,
Vincis, ait, Perſeu: remove fera monſtra, deæque
Saxificæ vultus, quæcunque ea, tolle Meduſæ.
Tolle, precor. Non nos odium, regnive cupido,
Compulit ad bellum: pro conjuge movimus arma.
Cauſſa fuit meritis melior tua; tempore noſtra.
Non ceſſiſſe piget. Nihil, ô fortiſſime, præter
Hanc animam concede mihi: tua cætera ſunto.

Atqui hunc jure *timidiſſimum* Perſeus appellat, quod animi vitium a Turno & abfuit, & abeſſe debuit quam longiſſime. Objicient aliqui forſan fugam Hectoris, quam & in Turno Virgilius imitatus eſt. Sed

Φεύγουσι γάρ τοι χ' οἱ θρασεῖς, ὅταν πέλας
Ἤδη τὸν ᾅδην εἰσορῶσι τοῦ βίου.

Uti Creon apud Sophoclem loquitur. At vitam rogare plane femineum eſt, atque ipſis etiam, a quibus vel petitur, vel conceditur, exoſum, contemtumque. Sic in Perſeo Paulus Macedonicus inſanum hunc amorem vitæ deriſit: contra in Poro mortem contemnente magnitudinem animi Alexander ſuſpexit, atque adamavit *. Abſoluto hoc Virgilii cum Homero comparationis ſpecimine, quamquam de univerſo utriuſque opere, arteque imitandi Virgiliana, multa, ac fortaſſe non abſurda, dici poſſent, ad alteram promiſſi partem, id eſt ad Senecæ cum Sophocle comparationem, tranſeamus.

COMPARATIO SENECÆ CUM SOPHOCLE

ad Longini Sect. XIII & XIV, de Imitatione.

Dixi ſuperius, in uſum præcipue publicum, & meum, hoc me conſilium ſecutum. Ut id conſtet, nec ſequius quidquam homines eruditi de me poſſint ſuſpicari, ipſiſſimis hanc opellam meam verbis hic inſerere conſtitui, quibus ea commentatiuncula ad illuſtrandam Longini editionem in initio concepta fuit. Ea ita ſe habent. Ad hæc duo capita illuſtranda unus ſufficiet Seneca, qui in Hercule ſuo Oetæo (ſi hæc Senecæ fabula eſt) propoſita ſibi præſtantiſſimorum poëtarum exempla tam nullo judicio imitatus eſt, ut verear, ne, ſi ad legem veritatis animi ſenſum expoſuero, acerbus nimis alienorum ſcriptorum cenſor eſſe videar. Excutienda nihilominus pars quædam hujus erit Tragœdiæ, & oſtendendum, quam caute, preſſeque veterum veſtigia terenda ſint. Apud Sophoclem in Trachiniis, quem maxime ſequitur, præclarum illud eſt Deianiræ ἦθος, dignumque matrona ſancte ac liberaliter educata, ubi Herculem maritum ſuum captivæ Joles, & ad ſe præmiſſæ, amore captum reſciſcit. Audiamus eam ad primum tanti mali nuntium lamentantem:

Οἴμοι, inquit, τάλαινα, ποῦ ποτ' εἰμὶ πράγματος;
Τίν' εἰσδέδεγμαι πημονὴν ὑπόστεγον
Λαθραῖον; Et mox:
Τί χρὴ ποιεῖν, γυναῖκες, ὡς ἐγὼ λόγοις
Τοῖς νῦν ἀροῦσιν ἐκπεπληγμένη κυρῶ;

& quum magno quidem cum animi mœrore, non inſano tamen, ſed quem ratio regeret, e Licha rem omnem exacte intelligere cuperet, quam moderata ac ſapiente cunctantem eum compellat oratione!

Μὴ πρὸς σὺ τοῦ κατ' ἄκρον Οἰταῖον νάπος
Διὸς καταστράπτοντος ἐκκλέψῃς λόγον.
Οὐ γὰρ γυναικὶ τοὺς λόγους ἐρεῖς κακῇ.
Οὐδ' ἥτις οὐ κάτοιδε τ' ἀνθρώπων, ὅτι
Χαίρειν πέφυκεν οὐχὶ τοῖς αὐτοῖς ἀεί.
Ἔρωτι μὲν νῦν ὅστις ἀντανίσταται,
Πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ.
Οὗτος γὰρ ἄρχει καὶ θεῶν, ὅπως θέλει,
Κἀμοῦ γε. πῶς δ' οὐ; χἀτέρας οἵας γ' ἐμοῦ.

Ὡς

* Quam etiam in piſcibus laudavit lib. II Halieut. Oppianus, quum de Delphinis ait:

——— Ἀρετὴ δὲ καὶ ὀλλυμένοισιν ὀπηδεῖ,
Καὶ κράτος· οὐδ' ἤχυναν ἑὸν κλέος οὐδὲ θανόντες.

Ὡς ἔστι τῷ ἐμῷ τ' ἀνδρὶ τῇδε τῇ νόσῳ
Ληφθέντι μεμπτός εἰμι, κάρτα μαίνομαι.
Ἢ τῇδε τῇ γυναικὶ τῇ μεταιτίᾳ
Τοῦ μηδὲν αἰσχροῦ, μηδ' ἐμοὶ κακοῦ τινός.

Et aliquanto poſt:

Τὸ μὴ πυθέσθαι τοῦτο μ' ἀλγύνειεν ἄν.
Τὸ δ' εἰδέναι, τί δεινόν; οὐχὶ χἀτέρας
Πλείστας ἀνὴρ εἷς Ἡρακλῆς ἔγημε δή;
Κοὔπω τις αὐτῶν ἐκ γ' ἐμοῦ λόγον κακὸν
Ἠνέγκατ', οὐδ' ὄνειδος· ἥδε τ' οὐδ' ἂν εἰ
Κάρτ' ἐντακείη τῷ φιλεῖν, ἐπεί σφ' ἐγὼ
Ὤικτειρα δὴ μάλιστα προσβλέψασ', ὅτι
Τὸ κάλλος αὐτῆς τὸν βίον διώλεσε,
Καὶ γῆν πατρῴαν οὐχ ἑκοῦσα δύσμορος
Ἔπερσε, κἀδούλωσεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν
Ῥείτω κατ' οὖρον.

Elucet ex his animus illius patiens injuriarum mariti, verumtamen inſigni dolore percuſſus. Donat indignationem ſuam amori illius, neque in pellicem quoque, licet ante oculos adductam, ſed innoxiam, acerbius invehitur, verum potius infelicis illius fortunam miſeratur: & qualis hic ab incepto perſona proceſſit, talis ſervatur ad imum. Amabat illa Herculem; noverat ejus animum ad voluptates illas procliviorem, ipſa integerrima, mentiſque placidiſſimæ: non ignorabat ſeculi ſui conſuetudinem, qua captivæ in conſortium thori admittebantur, ſine alterutrius probro, aut dedecore. Flagrabat tamen zelotypia, quam neſcio quis non inſulſe amoris filiam notham appellavit. Hinc illa in animo ſollicitudo retinendi maritum, ne in amorem puellæ formoſæ totus propenderet. Hinc miſſa ſtola, & poſt infelicem tentati philtri exitum, illata vis vitæ, & expulſus ferro ſpiritus. Quæ omnia tanto cum decore a Sophocle tractata ſunt, ut melius non poſſint. Præter cetera vero notabile eſt, quod intellecto Neſſi dolo, & Herculis ultima ærumna, non in planctus it, neque in lacrymas, ſed elinguis inducitur: quandoquidem nulla oratio excogitari poteſt, quæ ita affectæ feminæ, aut tanto dolori conveniat. Nam doloris immenſi, præſertim inopinati, magnitudo non admittit verba, ſeu querelas: deinde nihil eſt, quod triſte illud ſemet interficiendi conſilium magis deceat. Ipſa quin etiam natura hoc docet. Hinc & in Antigone, ubi itidem Hæmi mater intellecta indigna filii morte verbum nullum faciens diſcedit, gravius aliquod imminens incommodum chorus auguratur:

Τί τοῦτ' ἂν εἰκάσειας; ἡ γυνὴ πάλιν
Φρούδη, πρὶν εἰπεῖν ἐσθλὸν ἢ κακὸν λόγον.

Et mox:

Ἐμοὶ δ' οὖν ἦτ' ἄγαν σιγὴ βαρὺ
Δοκῶ προσεῖναι, χἠ μάτην πολλὴ βοή.

Præterea, utut diligenter tota examinetur oratio, nihil in ea puerile, nihil frivolum, nihil ineptum, nihil tumidum, nihil non ex ipſa ductum veritate reperietur: omnia denique ſobria, caſta, præclara, & decorum ſervantia. At quam diverſa ſunt illa Senecæ?

Quamcumque partem ſedis ætheree premis,
Conjux Tonantis, mitte in Alcidem feram.
Quæ mihi ſatis ſit: ſi qua fœcundum caput
Palude tota vaſtior ſerpens movet
Ignara vinci: ſi quid exceſſit feras,
Immane, dirum, horribile, quo viſo Hercules
Avertat oculos; hoc ſinu immenſo exeat.
Vel ſi feræ negantur, hanc animam, precor,
Converte in aliquid: quodlibet poſſum malum
Hac mente fieri: commoda effigiem mihi
Parem dolori. Non capit pectus minas.
Quid excutis telluris extremæ ſinus,
Orbemque verſas? quid rogas Ditem mala?
Omnes in iſto pectore invenies feras,
Quas timuit. Odiis accipe hoc telum tuis.
Ego ſum noverca: perdere Alcidem potes.
Profer manus quocunque. Quid ceſſas Dea?
Utere furente. Quod jubes fieri nefas?
Reperi. Quid hæres? ipſa jam ceſſes licet;
Hæc ira ſatis eſt.

Et mox:

Iole meis captiva germanos dabit
Natis? Joviſque fiet e famula nurus?
Num flamma curſus pariter & torrens ferent?
Et urſa pontum ſicca cœruleum bibet?
Non ibo inulta, geſſeris cœlum licet,
Totuſque pacem debeat mundus tibi.
Eſt aliquid hydra potius; iratæ dolor
Nuptæ. Quis ignis tantus in cœlum furit
Ardentis Ætnæ? quidquid eſt victum tibi,
Hic vincet animus. Capta præripiet toros?
Adhuc timebam monſtra. Jam nullum eſt malum.
Ceſſere peſtes. In locum venit fera
Inviſa pellex. Summe protector Deum,
Et clare Titan, Herculis tantum fui
Conjux timentis! vota, quæ ſuperis tuli,
Ceſſere captæ. Pellici felix fui.
Illi meas audiſtis, ô ſuperi, preces:
Incolumis illi remeat. O nulla dolor
Contente pœna, quære ſupplicia horrida,
Incogitata, infanda! Junonem doce,
Quid odia valeant: neſcit iraſci ſatis.
Pro me gerebas bella: propter me vagas
Achelous undas ſanguine infecit ſuo,
Cum lenta ſerpens fieret; in taurum trucem
Nunc flecteret ſerpente depoſita minas,
Et mille in hoſte vinceres uno feras.

Jam

Jam displicemus. Capta prælata est mihi:
Non præferetur. Qui dies thalami ultimus
Nostri est futurus, hic erit vitæ tuæ.
Quid hoc? recedit animus, & ponit minas:
Jam cessit ira; quid miser elangues dolor?
Perdis furorem? conjugis tacitæ fidem
Mihi reddit iterum. Quid vetas flammas ali?
Quid frangis ignes? hunc mihi serva impetum.
Pares eramus. Non erit votis opus.
Aderit noverca, quæ manus nostras regat,
Nec invocata.

Quis hæc non grandia dicat, quis non vere tragica? videamus autem, quid ita nobis in hisce displiceat. Primum mihi non leve id peccatum videtur, quod alienam Deïaniræ neque τὴν πρέπουσαν διάθεσιν dederit, eamque furentem induxerit. Nihil Senecam ut hoc faceret, (quantum conjectura assequi valeo) movit, nisi quod hic affectus plus strepitus habeat, sententias admittat grandiores, & ad ingenium ostentandum illo altero multo aptior sit, atque uberior. Ut demus Senecam, quod intenderit, assecutum, ideone τὸ πρέπον erat contemnendum? atqui id in omni re primarium est. Hoc autem *Poëtæ* fugiendum est, *ut maximum vitium, qui peccat etiam cum probam orationem affingit improbo, stultove sapientis*: multo magis cum contra artem ipsam, ipsamque, si qua in fictis est fabulis, veritatem, imo & contra naturam feminæ sanctæ, integerrimis moribus præditæ, conjugisque sui etiam peccantis amantissimæ, non furorem modo, sed & consilia tribuit tam scelerata, quæ nec ipsi Medeæ condonentur. Nonne legerat illud Horatii præceptum?

Aut famam sequere, aut sibi convenientia finge
Scriptor.

Et quid minus famæ, id est, veterum poëtarum descriptionibus, convenit? quid minus sibi; quam quod primum furentem Deïaniram, & ita furentem, ut cædem conjugis animo agitet; deinde repente unius aut alterius versiculi ope ad amatorias artes, & ad philtra transeuntem, in scenam producat? Quid ad hæc Horatius?

Respicere exemplar vitæ, morumque jubebo
Doctum imitatorem, & veras hinc ducere voces.

Non enim valde illum oblectare poterant *versus inopes rerum, nugæque canoræ.*

Alterum non minus grave peccatum est, quod cum duplex in Sophocle, quod sequi posset, elinguis doloris exemplum exstaret, ipse nihilominus tam longam, tamque ineptam Deïaniræ tribuat orationem: in qua illa aperte profitetur, vim se ipsam sibi allaturam, & ita demum se intro corripit, seque interficit, ac si filius, cui loquitur, quique jam matrem consolari, atque ab hoc immani proposito avocare conatur, prohibere non potuerit. Sed & iterum inducit insanientem, nunc e pœnitentia, ut ante e zelotypia. Occurrunt autem adeo multa, quæ notam effugere non debent, ut ipso numero obruar. Ergo nec de puerilibus Herculis lamentis, nec de illius ineptissima apparitione verbum faciam; sed ad illam primam furentis Deïaniræ revertar orationem, eamque, & alia nonnulla ejusdem monetæ, accuratius aliquanto examinabo. Quantus statim tumor?

Quamcumque partem sedis æthereæ premis
Conjux Tonantis.

quam ineptum, quod sequitur?

——— *mitte in Alcidem feram,*
Quæ mihi satis sit.

quam putida sunt reliqua?

——— *si qua fœcundum caput*
Palude tota vastior serpens movet
Ignara vinci:

& hic inanis tumor epithetorum non sufficiebat. Itaque

——— *si quid excessit feras,*
Immane, dirum, horribile, quo viso Hercules
Avertat oculos, hoc sinu immenso exeat.

quo *sinu immenso* quæso? furentisne Deïaniræ? indene tanta monstra expectanda erant?

Vel si feræ negantur, hanc animam precor
Converte in aliquid: quodlibet possum malum
Hac mente fieri.

Hoc est, quod Longinus alibi monuit, ὀ σμικροῖς μὲν αὐλίσκοισι, φορβειᾶς δ' ἄτερ. Sed nec similis ubique tenor. Itaque statim deficit, & ab illo, *siquid excessit feras*, &c. Decidit ad *aliquid & quodlibet malum.* Quod mox sequitur,

——— *Commoda effigiem mihi*
Parem dolori, non capit pectus minas,

imo nec veram sublimitatem. Tum vero ad hæc,

Quid excutis telluris extremæ sinus,
Orbemque versas? quid rogas Ditem mala?
Omnes in isto pectore invenies feras,
Quas timuit:

audire mihi videor insusurrantem Longinum: οὐχ ὑψηλὰ ταῦτα, ἀλλὰ μετέωρα. Sed quis alias ingenio locus, quis isti sententiolæ?

——— *Quid*

——— *Quid rogas Ditem mala?*

Nonne illa decantatissima Virgiliana sententia erat adumbranda? *Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.* Pergit:

——— *Odiis accipe hoc telum tuis.*

Sed hoc *telum* hic imbelle est. At quantis minis pensabitur!

Ego sum noverca: perdere Alcidem potes.
Profer manus quocunque. Quid cessas Dea?
Utere furente. Quod jubes fieri nefas?
Reperi. Quid hæres? ipsa jam cesses licet,
Hæc ira satis est.

Quid iterum Longinus? multi, inquit, *πολλαχοῦ ἐνθουσιᾶν ἑαυτοῖς δοκοῦντες, οὐ βακχεύουσιν, ἀλλὰ παίζουσιν.* Hoc autem ipsum multo magis in altero morituræ Deïaniræ furore apparebit. Ubi illa furiarum *φαντασία* cum Euripidea conferenda est, de qua Longinus sect. XV. Nequis autem nihil in his esse boni existimet; illa vel Sophocleam non dedeceant Deïaniram:

Jole meis captiva germanos dabit
Natis? Jovisque fiet e famula nurus?

Habes expressam etiam optimæ matronæ convenientem indignationem. Vel e sacris id literis Sara probaverit, quæ nato sibi Isaaco, Ismaelem e famula genitum aspernabatur, neque, ut fortunarum paternarum heres esset, pati poterat. Sed iterum non nimis bona sunt, quæ sequuntur:

Num flamma cursus pariter & torrens ferent?
Et Ursa pontum sicca cæruleum bibet?

Ut de priore versu nihil dicam, quid? feminæ istius temporis tam peritæ astrorum erant? etiam furentes? cur non & Junoni memoriam Calypsus refricuit, ut eo concitatius secum in perniciem Herculis conspiraret? Sed hæc sufficiant, quamquam plura sunt, quæ notam censoriam mereantur. Verum *μηδὲν ἄγαν.* Estque hoc & nunc, & alias pluries repetendum, non hæc a malignitate aliqua, ac libidine aliorum vitia insectandi, sed ab amore remp. literariam juvandi proficisci. Cetera vero, quæ perquam multa sunt e Græco Scriptore expressa, qualis illa Deïaniræ narratio de munere & morte Nessi, & triste fraudis post missam vestem præsagium, nec non Hylli oratio, & quæ id genus alia, eandem quidem curam merentur comparationis, sed quam quisque jam sibi facile præstare possit.

Ad Sect. III Longini, de inani Tumore, & Puerilibus sententiolis.

Accipe, Lector, & hæc paucula, quibus tertio Longini capiti nonnulla lux suppeditatur. Quantus isthic tumor, ubi v. 742 Hyllus in eadem fabula ad Deïaniram?

I, profuge, quære, si quid ulterius patet
Terris, freto, sideribus, Oceano, inferis.
Ultra labores, mater, Alcidæ fuge.

Et statim:

Regna, triumpha, templa Junonis pete.

Mox autem de illo impetu remittit, cum dicit, *Decus illud orbis* &c.

O *mater! abiit.* Non debuerat appellasse matrem, præsertim cum particula *ô*, quæ hic quendam filialem affectum indicat, & in illa ira ac indignatione adesse, aut certe exprimi non debebat. Quanto melius Sophocles, qui in eadem exclamatione iram ostendit?

Ὦ μῆτερ, ὡς ἂν ἐκ τριῶν σ' ἓν εἱλόμην,
Ἢ μηκέτ' εἶναι ζῶσαν, ἢ σεσωσμένην
Ἄλλου κεκλῆσθαι μητέρα, ἢ λῴους φρένας
Τῶν νῦν παρουσῶν τῶνδ' ἀμείψασθαί ποθεν.

Qui hoc fit? dicam. Hæc prima Hylli compellatio est, &, ut res ferebat, plena indignantis ac aversantis tam scelestam, ut putabat, matrem filii: unde & postea illa discedente subjicit:

Ὄγκον γὰρ ἄλλως ὀνόματος τί δεῖ τρέφειν
Μητρῷον, ἥτις μηδὲν ὡς τεκοῦσα δρᾷ;

Illic autem post effusam velut iram ponitur, quæ tam cito non debuit, velut amisso primo ictu aculeo, exstingui. Sed plura sunt ibidem ulcera, quæ tangere nolo, quia hic o cus non est.

Dabo & aliud tumoris minime prætereundi ex eadem fabula exemplum. Deïanira ibid. v. 978.

——— *Si potest letum dare,*
Animose conjux, dexteram exspecto tuam.
Mors differatur: frange, ut insontem Lichan:
Alias in urbes sparge, & ignotum tibi
Emitte in orbem.

Qui potuit Auctor tam monstrosam sententiam animo concipere? itane facile in alium orbem aliquis emitti poterat, ac in subjectum mare? *urbes* autem *aliæ* non sufficiebant: minor scilicet is viribus Herculis jactus erat.

Exempla Puerilium sententiarum.

Hercules apud Senecam,

Unum inter omnes quærit & sequitur Lichan.

Complexus aras ille tremebunda manu
Mortem metu consumsit, & parum sui
Pœnæ reliquit. Dumque tremebundum manu
Tenuit cadàver, Hac manu, hac, inquit, ferar
(O fata!) victus? Herculem perimit Lichas.
Ecce alia clades, Hercules perimit Lichan.

Quis talia fando temperet à lacrymis, sed quos nimius risus excutiat? ô Hercules, Oratorem te quondam finxerunt Galli; hic fies & sophista. O argutias dignas non Seneca tantum, sed & Hercule Philosopho! si per naturam rerum licuisset, ac temporum rationem, ut hæc viventi etiam Herculi Seneca recitare potuisset, quod putas tam bellæ sententiæ præmium tulisset? Non eum, ut Lichan, *cujus truncus in pontum cadit, in saxa cervix: Funus ambobus jacet*: (quod & ipsum ejusdem farinæ est) non *in alias urbes*, aut *in ignotum orbem*, emisisset, ut Deïanira volebat, sed in medias nives Caspias, ubi frigus ajunt esse intensissimum. Quoniam vero fortis ille Stoicus, *complexus ara tremebunda manu mortem metu consumsit, tremebundum manu cadaver* una cum tanta elocutionis inopia dimittatur.

Marsyas apud Ovidium lib. VI metam. cum ei pellis detraheretur, in ipso illo tam immani cruciatu videsis quam ridicule ac pueriliter queratur:

——— *Quid me mihi detrahis, inquit,*
Ah piget! ah! non est, clamabat, tibia tanti.

Mirum, quod non & ipsa tum tibia canentem finxerit Marsyam: adeo ludibundi hæc sunt hominis, *quid me mihi detrahis?* alter vero versus stultæ simplicitatis, si res joci fuisset. Scilicet in re seria, in tanto dolore miserum isthunc Satyrum eo animo fuisse putandum est, quo ille, qui quum ad ignem torreretur, vertendum se judici indicabat, ne semitostas carnes comedere necesse haberet.

Idem eodem libro extremo, ubi de Borea sermo:

Dum volat, inquit, *arserunt agitati fortius ignes.*

Pudet me profecto tam putidi commenti. Nam quod vento, qua ventus est, convenit, id ipsum Boreæ tribuere, qui tum Deus fingitur, & humana affectus animi perturbatione, non ineptientis hominis est, sed amentis. Legerat, ni fallor, apud Lucretium lib. VI:

Fit quoque, ut interdum venti vis missa sine igni
Ignescat tamen in spatio, longoque meatu,
Dum venit, amittens in cursu corpora quædam
Grandia, quæ nequeunt pariter penetrare per auras:
Atque alia ex ipso conradens aëre portat
Parvola, quæ faciunt ignem commista volando.

Sed his ignibus nunc non erat locus, neque ideo, dum volat, Boreas majoribus ardescere flammis debebat, sicut apud Virgilium lib. V. Æn.

Volans liquidis in nubibus arsit arundo.

Quandoquidem amoris ignes ab illis alteris longissime distant, neque amatores motu vel grandia quædam corpora amittunt, vel alia rursus parvula ex aëre corradunt, quo magis inflammentur, majoreque amore bellulas suas amiculas depereant.

Ad Sect. XV Longini, de Visionibus.

Quam pauci sint, qui rerum grandium pondus ac sublimitatem animis capiant, eamque lectoribus, quæ a poëtis & oratoribus in hisce exigitur, animorum perturbationem repræsentent, idem Seneca ostendet, qui in Natur. Quæstionibus quærit, *cum fatalis dies diluvii venerit, quemadmodum magna pars terrarum undis obruatur?* Caput hoc est XXVII lib. III. Arrige aures Pamphile. *Primo immodici imbres cadunt, & sine ullis solibus triste nubilo cælum est; nebulaque continua, & ex humido spissa caligine numquam exsiccantibus ventis. Inde vitium satis, & segetum sine fruge surgentium marcor. Tunc corruptis, quæ seruntur manu, palustris omnibus campis herba succrescit. Mox injuriam & validiora sensere, &c.*

Operæ sane pretium hic fuerit, Ovidium cum Seneca comparare, ubi lib. I Metam. diluvium Deucalioneum describit. Nam ut apud Ovidium quædam ipse Seneca minus granditer concepta castigat: ita & hic quivis etiam minus confirmato judicio præditus facile videat in tanto decidentium imbrium impetu, tantaque copia, quanta universa fatali diluvii die inundabitur tellus, de *nebula continua*, quæ in immensorum imbrium delapsu nulla nec est, nec erit, ne cogitandum quidem fuisse, multo minus de *spissa ex humido caligine*. Jam vero quid abjectius, quid visioni isti de universali mundi diluvio magis contrarium, quam de *vitio & marcore satorum* ac *segetum sine fruge surgentium*: &, ne quid ineptiæ

ineptiæ desit, de *succrescente palustribus campis herba*, loqui? Dî boni! cur ego tam alto, elatoque animo sum, qui mihi tam sæpe nocet? Cur non & ego tam humilia cogito, aut saltem in aliis patior, & fero? *Omnia pontus habet*, & sub tantæ altitudinis ponto, qui cunctos abscondat montes, *palustribus campis herba succrescit*. I, quisquis hæc legis, & fastidium vomitu leva.

Ad Sect. XXX Longini, de verborum Delectu.

Καὶ καταχηλεῖ τοὺς ἀκούοντας, Nemo id melius, nemo efficacius facit Pindaro. Cujus unam alteramve hinc inde delectam particulam excutiemus, ut ex his exemplis, quid sibi in componendo sequendum sit, tirones addiscant. Prima in manus sumatur, quæ Nemeorum prima est *στροφή*.

> *Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ*
> *Κλεινᾶν Συρακοσσᾶν θάλος Ὀρτυγία,*
> *Δέμνιον Ἀρτάμιδος,*
> *Δάλου κασιγνήτα· σέθεν ἁδυεπὴς*
> *Ὕμνος ὁρμᾶται θέμεν*
> *Αἶνον ἀελλοπόδων μέγαν ἵππων,*
> *Ζηνὸς Αἰτναίου χάριν.*

Verba ferme singula excutiemus, ut, quo judicio componentibus ea deligenda sint, ex hoc exemplo cognoscatur. *Ἄμπνευμα*, inquit. Canorum vocabulum ob duas præstantissimas, quas in initio & fine continet vocales. Deinde ipsa trium difficilium pronuntiatu consonantium conjunctio mora temporis vocem grandiorem efficit, quod & Longinus in versu Euripidis c. *περὶ μελῶν ἐπισυνθέσεως*, XXXIX observavit. Ad hæc & *λῆμμα* præclarum est fluvio Alpheo, ut viventi, respirationem tribuens, eleganti sane tralatione, post longum subter mare cursum demum prorumpenti, & quasi fatigato: ad instar equorum, qui post diutinum cursum tandem interposita quiete animam recipiunt. Vicerat autem Chromius, cujus hic *ἐπινίκιον* canit, quadrigis. Ita ut oportunior nulla excogitari metaphora potuerit. *Σεμνὸν*, gravitate ipsa gravius dari nil potest. Et hic vocales nobiles, & inprimis posterior plena dignitatis.

Ἀλφεοῦ, redit in compositione magnifica ad primæ vocalis sonoritatem. Sed hic observabimus *τῆς περιφράσεως* elegantiam ac granditatem: nec non epithetorum *τῆς Ὀρτυγίας* insulæ splendorem. Primum *ἄμπνευμα·* non simplex, sed *σεμνὸν*, scilicet ob Arethusæ virginitatem: neque unius de multis fluvii, *Ἀλφεοῦ*, nobilis Olympicis ludis. Alterum est *Κλεινᾶν*. Repone hic, quod eandem reddet sententiam, *κλυτᾶν*, & consule aures tuas. Ergo de sono verbum amplius non addam. Sed & aptius Syracusis epitheton dari non poterat. De qua Cicero: *Urbem Syracusas maximam esse Græcarum urbium, pulcherrimamque omnium sæpe audistis.*

Θάλος, amœnissimo sensu. Observat alicubi Demetrius Phalereus Sapphonem miram deligendæ venusti, elegantis, ac amœni sensus materiæ, tum huic tractandæ multo adhuc nitidiorum vocabulorum fuisse artificem. *Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν*, inquit, *ἐν τοῖς πράγμασι χάριτες, οἷον νυμφαῖοι κῆποι, ὑμέναιοι, ἔρωτες. ὅλη ἡ Σαπφοῦς ποίησις. τὰ γὰρ τοιαῦτα κἂν ὑπὸ Ἱππώνακτος λέγηται, χαρίεντά ἐστι. καὶ αὐτὸ ἱλαρὸν τὸ πρᾶγμα ἐξ ἑαυτοῦ;* &c. *ὥστε ἡ μὲν τις ἐν πράγματι χάρις ἐστὶ, τὰ δὲ καὶ ἡ λέξις ποιεῖ ἐπιχαριτώτερα, οἷον, ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρηῒς ἀηδὼν Καλὸν ἀείδησιν ἔαρος νέον ἱσταμένοιο. ἐνθαῦτα καὶ ἡ ἀηδὼν χαρίεν ὀρνίθιον. καὶ τὸ ἔαρ φύσει χαρίεν. πολὺ τ' ἐπικεκόσμηται τῇ ἑρμηνείᾳ, καί ἐστι χαριέστερα, τότε χλωρηῒς, καὶ τὸ Πανδαρέου κούρη εἰπεῖν ἐπὶ ὄρνιθος, ἅπερ τοῦ ποιητοῦ ἴδια ἐστι. Θάλος* igitur Ortygiam vocat; qua voce verni temporis amœnitas nobis in memoriam revocatur, & tantum non subjicitur oculis. Estque item illustris translatio.

Ὀρτυγία, de quà Virgilius:

> *Sicanio prætenta sinu jacet insula contra*
> *Plemmyrium undosum: nomen dixere priores*
> *Ortygiam. Alpheum fama est huc Elidis amnem*
> *Occultas egisse vias subter mare: qui nunc*
> *Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis.*

Hic illud mihi potissimum observandum occurrit, divinum Poëtam, cum Chromium Ætnæum laudaturus esset victorem, sed Nemeis; non ab Ætnæ montis ignibus carmen inchoasse, cum quod illius majestate victoris persona inferior esset, tum quod & hoc certamen non tam nobile esset, quam Olympicum, vel Pythium, quoniam ea *duo Cælicolum sunt*, hoc *hominis festum*, ut Ausonius meus ait. Ergo in Hierone & rege, & Olympionica, & Pythionica, elatiore usus est & argumento, & elocutione: in hoc privato vero victore, & nobili quidem certamine, illis prioribus ignobiliore, venustatem quæsivit, multa tamen admixta gravitate, multoque splendore. Confer, si lubet, oden primam cum Olymp. tum Pyth. vel quod erit gratius fortasse, secundam; cujus hoc initium:

Μεγαλοπόλιες ὦ Συρα-
Κόσαι, βαθυπολέμου
Τέμενος Ἄρεος, ἀνδρῶν
Ἵππωντε σιδηροχαρμᾶν
Δαιμόνιαι τροφοί,
Υ̓́μμιν τόδε τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν
Φέρων μέλος ἔρχομαι,
Ἀγγελίαν τετραορίας ἐλελίχθονος.
Εὐάρματος Ἱέρων ἐν ᾇ κρατέων
Τηλαυγέσιν ἀνέδησεν Ὀρ-
Τυγίαν στεφάνοις
Ποταμίας ἕδος Ἀρτάμιδος, &c.

Vides, ut τὸ μεγαλοπόλιες, pro quo hic κλεινᾶν habet, grandius sit: & ut id genus alia omittam, ἕδος illic vocat, gravius aliquanto, quod hic δέμνιον dixit, ἐννοίᾳ, meo quidem judicio χαριεστέρᾳ, verbis utrumque honestis & splendidis.

Δάλου κασιγνήτα. Suavissima rursus atque pulcherrima metaphora ab dulcissimo deducta humanæ necessitudinis vinculo, *Soror Deli:* & quod utraque Artemidi sacra, & quod etiam Delos olim Ortygia appellata est.

Ἀδυεπής. Viden', ut omnia vocabula venustate & gratia floreant? quod elegantius fingi poterat hoc loco epitheton? ἀδυεπής, inquit, ὕμνος· in illa vero, cujus meminimus, ode II Pyth. εὐαχέα βασιλεῦσιν ἐτέλεσσεν ὕμνον quid? sine delectu putas? sine judicio? & od. I Olymp. πολύφατος ὕμνος ἀμφιβάλλεται σοφῶν μητίεσσι, κελαδεῖν Κρόνου παῖδα. Et ode II Olymp. ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι invocantur, ut Deorum, heroum, hominum laudes canant. Temere credo nunc hoc, nunc illoc usus poëta est antitheto. Credon'? imo credat Judæus Apollas, non ego.

Ὁρμᾶται, & hoc plenum efficaciæ vocabulum, & impetui procurrentium equorum conveniens, quorum ὁρμή, sive incitatus ardor eleganter a Virgilio exprimitur:

Non tam præcipites bijugo certamine campum
Corripuere, ruuntque effusi carcere currus.

Θέμεν. Ut stabile quid, & grande.

Αἶνον. Aptissimum & hoc est, ab ἰαίνω derivatum, quod animum delectet & afficiat voluptate, quippe ἥδιστον homini ἄκουσμα, ut Xenophon ait, & nos ad Ciceronis Archiam pluribus ostendimus.

Ἀελλοπόδων. Magnificum epitheton cum similitudine ab rapidis deducta procellis, tum compositione, quæ ὄγκον habet.

Μέγαν. Et hoc post grandiloquum vocabulum collocatum mirifice sententiam attollit, elevatque.

Ζηνὸς Αἰτναίου χάριν. Sublimis simul & blanda ἔννοια. Namque & Ætnæus erat Chromius, & victoria Διὸς ἐν γόνασι κεῖται.

Vides igitur, Lector, verum esse, quod Longinus affirmabat, μεγαλοπρεπῶν ῥημάτων ἐκλογὴν μέγεθος, κάλλος, σαφήνειαν, βάρος, ἰσχὺν, κράτος, καὶ ἔτι τιν' ἄλλα, τοῖς λόγοις παρασκευάζειν? Si minus credis, adverte quæso & hanc nobilem ex Istmiorum od. VI sententiam:

Εἰ γάρ τις ἀνθρώπων δαπάνᾳ τε χαρεὶς
Καὶ πόνῳ πράσσει θεοδμάτους ἀρετάς,
Σύν τε οἱ δαίμων φυτεύει
Δόξαν ἐπήρατον, ἐσχατιαῖς
Ἤδη πρὸς ὄλβου βάλλετ' ἄγκυ-
ραν θεότιμος ἐών.

Nonne omnia verba electa, pulchra, magnifica, sonora? Nonne, ut Longinus ait, θυμαγωγεῖ ταῦτα, καὶ κατακηλεῖ τοὺς ἀκούοντας? observentur in iis hæc velut insignia χαρεὶς, θεοδμάτους, φυτεύει, ἐπήρατον, βάλλετ' ἄγκυραν, θεότιμος, & quod prima specie contemptibile, notabili pollet venustate τὸ ἐών. Ubi accentus cum longitudine ultimæ syllabæ concurrens præclarum sententiæ numerum concinnat: quem tum demum intelliges, si unica demta legeris θεότιμος ὤν: quod exemplum Longini nostri sect. XXXVIII περὶ Συνθέσεως peropportune illustrat. Sed quod nunc propinabo, merum nectar, erit, aut si mavis, Διὸς ἐγκέφαλος.

Φιλόφρον, inquit, od. VIII Pyth. Ἡσυχία,
δίκας ὦ μεγιστόπολι
Θύγατερ, βουλᾶν τε καὶ πολέμων
Ἔχοισα κλαΐδας
Ὑπερτάτας, Πυθιόνικον
Τιμὰν Ἀριστομένει
Δέκευ. τὺ γὰρ τὸ μαλθακὸν ἔρξαι
Τε καὶ παθεῖν ὁμῶς ἐπίστασαι
Καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ.

Tranquillitatem aptissimo epitheto appellat φιλόφρονα, vocat δίκας θυγατέρα, item μεγιστόπολιν, dicit eam βουλᾶν τε καὶ πολέμων ἔχειν κλαΐδας ὑπερτάτας. Quæ omnia & præclaras habent ἐννοίας, & pulchris, ornatis, ac magnificis splendent verbis: sic ut verissimum sit, quod Longinus ait, φῶς εἶναι τῷ ὄντι ἴδιον τοῦ νοῦ τὰ καλὰ ὀνόματα.

Addam & aliud ex alio Poëta non minus elegans Scolion, quod nobis Suidas conservavit. Vas ille potorium alloquitur grandiusculum, Latinis *congium* appellatum, sex continens sextarios, sive heminas XII, verum tam electis verbis, ac tam dulcibus sententiis, ut nec Anacreon quidquam habeat venustius:

nuſtius, attemperata nihilominus huic venuſtati ſingulari quadam quaſi rei ſacræ, ſed Baccho tamen, dignitate, atque magnificentia:

Κεῖσο λάγυνε μεθυσφαλὲς
Αὐτίκα δῶρον, κασιγνήτη
Νεκταρέης κύλικος Βακχείας.
Ὑγρόφθογγε, συνέστιε
Δαιτὸς εἴσης, στειναῦχεν,
Ψήφου συμβολικῆς θύγατερ,
Θνητοῖς αὐτοδίδακτε διήκονε,
Μούσι φιλούντων ἡδίστη,
Δείπνων ὅπλον ἑτοιμότατον.

Et hæ quidem deliciæ ſunt, quas linguæ Græcæ cultoribus benignior Muſa ſuppeditat. Nam in Latinis Poëtis nuſquam quidquam invenias, quod cum hiſce ulla ex parte componi poſſit. Confer Horatii oden XXI, lib. III, ad Amphoram, & me dixiſſe verum ſtatim fatebere.

F I N I S.

VARIÆ LECTIONES

DIONYSII LONGINI CASSII

περὶ ὕψους,

Quas ex tribus Vaticanæ Bibliothecæ Codd. manuſcriptis a ſe, dum Rhetoricæ operam daret, novamque aurei libelli editionem meditaretur, collatas

LAURENTIUS DE ZACCAGNIS

Alter Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus

JACOBO TOLLIO, V. Cl.

Amicitiæ

Et Publicæ utilitatis ergo

D. D.

VA-

VARIÆ LECTIONES DIONYSII LONGINI DE SUBLIMITATE,

Ex Cod. Vaticano n. 285, in quo Galeni quædam continentur, pag. 204.

In Titulo, περὶ ὕψους, sine λόγου, vel λόγων.

SECTIO I.

Συνετάξατο] ἀνετάξατο.

Ποσοῦμιε] πιστοῦμιε. Ita etiam Cod. n. 1417.

Ὡς ἀγνοοῦσιν] deest ὡς.

Εὐεργεσίαν εἶπε] εἶπας. Ita & Cod. n. 1417.

SECTIO II.

Δειλότερα] δηλότερα.

Ἑτέρως ἔχειν] ἔχον. Ita & Cod. n. 1417.

Παροείσαι] ποείσαι.

Ἐπικινδ. αὖ τὰ] αὐτὰ & paulo post non habet οὕτω, adstipulante utrobique prima Dionysii editione prorsus conferenda cum editis.

Ἀνερμάτιστα] ἀχειμάτιστα. Post illa verba μέγιστον μὲν εἶναι prosequitur τὴν ἀγαθῶν ὁ ποιητὴς ἐπὶ τῷ κολύμῳ. Postea confundit Galenum cum Longino, & deinde ad Longinum redit: δεύτερον δὲ καὶ οὐκ ἔλαττον τὸ εὖ διαθέσθαι, ὅπερ οἷς ἂν μη παρῇ συναναιρεῖ καὶ θάτερον· τοῦτ' ἂν καὶ ἐπὶ τῶν λόγων, ὡς ἡ μὲν φύσις τὴν τῆς ἐυτυχίας τάξιν ἐπέχει· ἡ τέχνη δὲ τὴν τῆς ἐυβουλίας. τὸ δὲ κυριώτατόν τε καὶ αὐτὸ τὸ εἶναί τινα τῶν ἐν λόγοις ἐπὶ μόνῃ τῇ φύσει οὐκ ἄλλοθεν ἡμᾶς ἢ παρὰ τῆς τέχνης ἐκμαθεῖν δεῖ· εἰ ταῦθ' ὡς ἔφην ἐπιλογίσαιτο καθ' ἑαυτὸν, ὁ τοῖς χρηστομαθοῦσιν ἐπιτιμῶν οὐκ ἂν ἔτι μοι, δοκῶ περιττὴν καὶ ἄχρηστον τὴν ἐπὶ τῶν προκειμένων κομίσαιτο θεωρίαν. Postea Galenus sequitur de Usu partium, quo utinam omisso, Longinum integrum nobis servasset!

VARIÆ LECTIONES Ex CODICE VATICANO N°. 194.

Codex papyraceus depravatus quammaxime, in multis tamen conveniens cum melioris notæ Codice N°. 1417. quem alterum Codicem voco.

Tit. Διον. Λόγγ. περὶ ὕψους λόγου.

SECTIO I.

PRo Τερεντιανὲ] Φλορεντιανὲ. Ita & alii duo Cod. infra tamen omnes retinent Τερεντιανέ.

Φύσεις περιάγειν] φυ. προάγειν. Ita.

Ὡς πέφυκε] πέφυκας.

Εὐεργεσίαν εἶπε] εἶπας.

Φίλτατον παιδείας] φίλτατε τὸν παιδ. Mox post verbum ἀπήλλαγμαι quædam per errorem amanuensis omisit, quæ postea repetit juxta editos.

Οὐδ'

Οὐδ᾽ ἐκ δυοῖν &c. Usque ad ὁρῶμεν] οὐδ᾽ ἐκ δυεῖν, ῥη δὲ τοῦ ὅλου τῶν λόγων ὕφους τις ἐκφαινομένως ὁρῶμεν. Hæc dum iterato scribit, retinet ἐκ δὲ τοῦ ὅλου, ut in editis.

SECTIO II.

Pro γεν. γάρ φασι] φησι.
Τὸ πεφυκέναι] πεφυκένον.
Φημί, εἰ] φημίαν, εἰ.
Κἀκ παντὸς] κἀμπαντός.
Καιρὸν, ἔτι] ἐστί.
Εάθέντα, οὕτω τὰ μεγάλα] deest οὕτω. Ita & alter Cod. n. 1417.
Ἀστήρικτα] ἀστήρικτα.
Καὶ θάτερον] καὶ θατέρου.
Τοῦτ᾽ ἂν] ἂν.

SECTIO III.

Μάκιστον σέλας] κάκιστον. Ita & alter Cod.
Καταναθρακώσομαι] καταθρακώσομαι.
Κεκράγει] κέκραγα. Ita & alter Cod.
Ὑπονοσεῖ] ὑπονησεῖ.
Ἐν τραγῳδίᾳ πράγμασι ὀγκηρῷ] πράγμασι, uterque Codex. ὀεικηρῷ hic Cod. alter vero habet ὀγκηρῷ & in margine εἰκηρῷ.
Ξέρξης] ἔρξης.
Καί τινα τῶν Καλλισθένους] καί τινα τῶν περσῶν Καλλισθένους.
Φορβείας] φορβειᾶς. Uterque Cod.
Ἀμφικράτους] Ἀφικράτους.
Δυσφυλακτότατον] Puto legendum δυσφυλακτοτάτοις.
Ἀμάρτημα εὐγενὲς] ὅμως ἀμ. εὐγ. ὅμως εὐγ. ἀμ. alter Cod.
Καὶ δήποτε] καὶ μήποτε.
Ἢ δῆλον ὡς] ἢ δῆλον δηλοῖ ὡς.
Πάθος ἄκαιρον] εὔκαιρον.

SECTIO IV.

Νοήσεις ἀεὶ κινεῖν] ὠθήσεις.
Παρέλαβεν ἔτεσι] Uterque Codex non habet ἔτεσι.
Μεσσήνην] μεσσήνον.
Οὐχ ἥκιστα] ἥκοστα.
Ἑρμοκράτην] Ἀνερμοκράτην. Alter Cod. Ἀνερμοκράτητον τὸν. Vide Thucyd. l. 6, p. 206 edit. Hen. Steph.
Διὰ τοῦτ᾽ αὐτὸν Δίων] διὰ τοῦ ταυτὸ δείων.
Καίτοι τί δεῖ] deest τοι. In utroque Codice.
Οὕτως μικροχαρῆ] οὕτω σμικροχαρῆ. Uterque Codex.
Ἢ τῶν χαλκῶν] χαλίνων.
Αὐτοῦς ἡγήσαιο] αὐτά.
} Has duas var. Lectiones alter Cod. habet in margine notatas.

Ἡράκλεις] Ἡράκλης.
Ὀφθαλμοῖς δίοπερ Ὅμηρος τὸν ἰταμὸν] Desunt in utroque Codice δίοπερ Ὅμηρος τὸν.
Ὄμματ᾽ ἔχων φησίν.] ὄμματ᾽ ἔφησεν.
Τί δὲ ὁ τ᾽ ἄλλα θεῖος] τί δὲ ὁ τ᾽ ἀγαθεῖος.
Ἂν τῇ Σπάρτῃ &c.] ἂν τὴν σπάρτην αὐτὴ Σπάρτη ἐὰν ἐν πῖ γῇ. Alter Cod. ἂν τῇ Απάρτῃ τὸ καθ᾽, &c.
Καί τοι γε ἔχει] καὶ τοίγε ἔχειν.
Καλὸν ἀσχημονεῖν] ἀσχήμονον. Hanc etiam lectionem alter Cod. habet in margine.

SECTIO V.

Σχεδὸν] σχεδὴν.
Καὶ τὰ πληθυντικὰ] πληθικά.

SECTIO VI.

Ἐν πρώτοις καθαρὰν] καταρὰ ἂν τοῦ, &c.
Ἡ γὰρ τῶν λόγων κρίσις πολλῆς] ἡ γὰρ τῶν λόγων κρίσις καί τοι τὸ πρᾶγμα δύσληπτον πολλῆς.

SECTIO VII.

Ἀναπτυσσόμενα δὲ ἄλλως] ἀναπιπλόμενα πλυτλόμενα δὲ ἄλλως.
Παράσημα] ἀνάθημα. Uterque Cod.
Infra desunt hæc verba ἀδύνατος ἡ κατεξανάστησις ἰσχυρὰ δὲ ἡ μνήμη καί. Alter Codex tamen habet.
Ἐξ ἀσυμφρόνων] ἐξ ἀσυμφώνων. Uterque Codex.

SECTIO VIII.

Κράτιστον τὸ] τί.
Διαίρεσει] διαρέσει.
Ὡς ἔν τι ταῦτ᾽] ὡς ἐν τῇ ταύτῃ.
Οἱ περιπαθεῖς ἐγκωμιαστικοὶ] οἱ περ. ἐγκωμιαστικὸν ἢ ἔμπαλιν οἱ ἐπαινετικοὶ περιπαθεῖς.
Ὁ Κεκίλιος] deest articulus.
Συντελεῖν] συντεχεῖν.

SECTIO IX.

Εἰ καὶ δωρητὸν] καὶ εἰ δω.
Τίνα φήσει τις] φήσεις.
Ἐν νεκυίᾳ] ἐν τῇ νεκ.
Ὡς ἔχειν δεῖ τὸν αλ.] In utroque Codice deest δεῖ.
Ἐμβριθεῖς] ἐμβελοθεὶς. Ita.
Ἐγὼ μὲν ἠρκέσθην] ἐγὼ μὲν ἀνὴρ κέσθην. Lege, ut in alio Cod. ἐγὼ μὲν ἂν ἠρκέσθην το * τὸ ἐπὶ, &c.
Εἴποι τις] εἰπεῖν τις. Uterque Cod.

Ὅσον,

Ὅσον, & mox ὑψαύχενες] ὅσον. ὑψυχέες. Uterque Cod. & in margine alter Cod. ὕψη ἐπήχεες.

Ὑπερφυᾶ καὶ τὰ] In utroque Cod. non extat καί.

Ἀμφὶ δὲ &c.] ἀμφὶ ἐλημπόν τε ἔδδεισεν δ' ἐπ. Cætera desunt.

Καὶ ἴαχε μὴ οἱ ἔπειτα] καὶ ἴχε μοί οἱ ἔπειτα. Ita. Alter vero Cod. concordat cum editis, nisi quod in margine habet ἴχε.

Πλὴν εἰ μὴ] πλὴν ἄλλως εἰ μή. Uterque Cod.

In versibus Homericis post καὶ ὕλη addit uterque Codex. Καὶ κορυφαὶ, Τρώωντε πόλις, καὶ νῆες Ἀχαιῶν Ποσσὶν, &c.

Pro ἀξίαν ἐγνώρισε] ambo legunt ἐχώρησε.

Νὺξ ἄπειρος] ἄπορος. Uterque Cod.

Οὐ γὰρ ἔτι, &c. Et mox σώζει] ἔστι & σώζειν.

Πολιτικὸν ταῖς τῆς ἀλ.] πολ. καὶ τῆς ἐκ τῆς. Alter Cod. πολυτικὸν καὶ ταῖς ἐκ τῆς.

Ἴδια τέρματα] μέτρα. Uterque Cod.

Ἄσιτον] ἄσιτον ἄδιτον. In alio Cod. supra ἄσιτον scribitur diverso atramento ἄδιτον.

Ἕνεκα] εἵνεκα. Uterque Cod.

Προσιστορείσθω] προσιστορείσθο.

SECTIO X.

Τὸ μὲν γὰρ &c.] ὁ μὲν γὰρ τῇ ἐκλογῇ τὸν ἀκροατὴν τῶν λημμάτων. ὁ δέ. Uterque Codex & prima Dionysii editio, quæ conferri omnino debet cum vulgatis: nam in multis cum Cod. nostris concordat. Sapphus carmina in multis varia sunt.

Alter Codex concordat in omnibus præter quam nota designatis.
* τοι ζάνει
‡ non habet
† φωνὰς
⟊ μὲν
* ὀρῆμ' ἡ ἐπιρομβεῖσι δ' ἄκυε ἔκαδεμ'.
‡ πιδεύκην
† ἐπεὶ καὶ πέν.

Ἐμμένον ἥρως τις ἐναντίος
* τοι ἰζάνει, καὶ πλήσιον
ἀδυφώνυ σᾶς ὑπακύει,
καὶ γελαῖς ἱμεροὲν τὸ μὴ
ἐμὰν καρδίαν ἐν στήθεσιν
‡ ἐποπτόασεν ἐπτόασεν.
ὡς γὰρ σ' ἴδω, βροχέως με
† φονὰς ὐδὲν ἔτ' εἴκει.
ἀλλὰ κὰν ⟊ μὲ γλῶσσαν
ἔαγε λεπτὸν δ' αὐτίκα
χρῷ πῦρ ὑπ. ὀππάτεσσι
δ' ὐδὲν * ὄρημι ἐπιρομβεῦσι δ' ἀκυαὶ ἐκ δὲ με
ἱδρὼς ψυχ. κακχέεται
τρόμος δὲ πᾶσαν ἀγρεῖ
χλ. δὲ ποι. εμ. τεθνάκην
δ' ὀλίγω ‡ πιδεύην φαίνομαι ἀλ. π. τολ. † ἐπεὶ
πένητα.

Pro ἡμετέρῃσιν] ἡμετέρασιν.

Δύστηνοί τινές εἰσιν, ἔχουσιν γὰρ] δυ. τι. εἰσὶν ἔχουσιν, ἥπυ. Videndum an alter Cod. ita legat, ambigo siquidem.

Πλέον ἄνθους ἔχει τὰ λεγ. καὶ ἡδέος] ἄνθος. ita & prima editio. ἡδέως sine καὶ uterque Cod. forte, ἢ δέον.

Εἰπὼν ξυ. αἰδὼ ἐρύκει οὐκοῦν ἀπείργει] εἰπ. ξυ. αἰδὼ ἀπείργει. Ita alter quoque Codex, & prima Longini editio, quæ recte omittit οὐκοῦν ἀπείργει.

Οὐχ ἅπαξ] οὐχ' εἰς ἅπ. Uterque Cod.

Ἐκκαθήραντες] εὐκαθ.

Συνοικοδομούμενα] συνοικονομούμενα. Uterque Cod. & prima editio.

SECTIO XI.

Αὐξήσεων γίνοιντο.] γίνοντο.

Σαφηνείας ἕνεκα] σαφ. αὐτῆς ἕνεκα. Ita etiam prima editio.

SECTIO XII.

Οὐκ ἔψυκται] οὐκ ἔψεκται.

Ἕλλησιν ἐφεῖται] ἐφῆται.

Καίειν τε ἅμα] κίειν τε ἅμ. Initio lacunæ pro ἀποδείκνυσιν uterque Cod. ἀποδει.

SECTIO XIII.

Μὴ καταλιγωρῆσαι] ρεῖν uterque Cod.

Δημιουργημάτων ἀποτύπωσις] ἀποτύπτωσις.

Ἐμβιβάσαι μοι] ἐπακμάσαι μοι. Alter Cod. ἐπακμάσαι μι.

Ὡς ἀνταγωνιστὴς] ὢς αὐταγωνιστής. Uterque Cod.

SECTIO XIV.

Εἰ τύχοι] deest εἰ.

Προσυπογράφοιμεν] φομεν.

Εὐθύνας καὶ μὴ παῖξαι] εὐθύνας πεπαῖχθαι. Uterque Cod.

SECTIO XV.

Πᾶν ἐννόημα] πᾶν τὸ ὁπωσοῦν ἐννόημα. Uterque Cod. at Cod. alter n. 1417 prosequitur, διανοητικὸν λόγου παριστάμενον· ἤδη δὲ ἐπὶ τούτων.

Ἰδίως δ' ἐπὶ τούτων] ἤδε δὲ ἐπὶ τούτων.

Λάθῃ σε οὐδ' ὅτι] ἔτι.

Τοῦτ' ἐπιζητοῦσι τὸ συ[κε.] τοτ' ἐπιζητοῦσι καὶ τὸ συ[κε. Uterque Cod.

Αὐτὸς οὐκ εἶδεν] deest οὐκ in utroque Cod.

Ἀκούσας εἶτα] ἀκούσας τις. Iidem Codd.

Ἐκεῖσ' ἔλα. Τῇ ῥ] ἐλατῆρα. Iidem Codd.

Εἰς μελάνδετον &c.] εἰς μέλαν σε τοῦ κύκλου καὶ θιγγάνον τι χερσὶ ταυρείου φόνου ἄρη τ' ἐννοῶ, καὶ φιλαίματον, &c. Alter Cod. εἰς μέλαν σε τὸ

σε τὸ σάκος ſuperſcripto κα ſuper σα. Καὶ θυγάνον τι. In reliquis cum editis convenit.

Ἀμαλάκτες] ἀλλάκτες. Alter vero Cod. ἀναλείκτες φέροντας.

Τὸ ἀδύνατον] τὸ δυνατὸν. Uterque Cod.

Οὐθεὶς ὅτως ὅτε] deeſt ὅτως.

Διὸ καὶ τὸν τοῦ πείθειν ὅρον ὑπ.] διὸ καὶ τῶν τοῦ πείθων ὅρ' ὑπ.

Μεγαλοφρωσύνης ἢ μιμήσεως] In utroque Cod. deeſt ἢ.

SECTIO XVI.

Ταῦτ' ἂν ὂν] ταυταῖς ἄνιε ὂν. Alter vero Cod. ταυτ' ἂν ὂν, ſuperſcripto αις ſuper ταῦτ'.

Ὀλίγα τούτων] τῶν uterque Cod.

Ἦν ἡ κατὰ] deeſt ἡ.

Ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀρ.] ἐλευθερίας ἀγῶνα ἀρ.

Ὅπως ἡμάρτετε οὐ μιὰ] ἥμαρτε μια. Alter Cod. ἥμαρτε οὐ μιὰ.

Φύσιν μεθιστὰς] μεθαστικῶς. Alter Cod. μέτεσακῶς.

Ἀλγυνεῖ κέαρ] αἰγλυεῖ.

Ἔτι δὲ οὐχὶ] ἔστι.

Φησιν ἐν Μαραθῶνι, &c. Uſque ad καὶ τοὺς εν πλατ.] φησι Μαραθῶνι καὶ τοὺς σαλαμίνι, καὶ ἐπ' αρτεμισίῳ ναυμαχήσαντας, φησι Μαραθῶνι καὶ τοὺς ἐν πλατ. Ita etiam alter Cod. niſi quod ſecundo loco non habet φησι μαραθῶνι.

SECTIO XVII.

In fine ἐν καταλύψει τηρεῖ] ἐν καλύψει. Alter vero Cod. ἐν καταλήψει.

SECTIO XVIII.

Prope primam lacunam, ἀπάγει] ἀπάγον.

SECTIO XIX.

Ἤιομεν, ὡς] ἤλθομεν ὡς.

Δώματα Κίρκης] δωμάτων καλλὰ. Alter Cod. δώματα καλά. Vide Apollonium de ſyntaxi pag. 14.

SECTIO XX.

Ἐπαναφορὰς· ὅταν] ἐπαναφορὰς τῷ χήματι τῷ βλέμματι τῇ φωνῇ· ὅταν uterque Codex.

Ὅταν ἐπὶ κόῤῥης] ὡς δοῦλον. Iidem Codd.

Ἐμβολὴν· ταῦτα] ἐμβολὴν ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόῤῥης φησί· ταῦτα iidem Codd.

Ἐπαγγέλλων] ἀπαγγέλλων.

SECTIO XXI.

In fine, ἀπολύει τοῦ.] ἀπολύειν τοῦ.

SECTIO XXII.

Ξυρὸς γὰρ τῆς ἀκμῆς] deeſt τῆς in utroque Cod.

Ἴωνες, ἢ εἶναι] ἢ pariter deeſt in utroque Cod. alter vero pro ἐλευθέροισι habet ἐλευθέροις.

Δραπέτησι· νῦν &c. Uſque ad ἐνταῦθα ἦν] δραπέτισι νῦν· ὧν· ἡμεῖς ἢ ὦ μὲν βούλησθαι ταλαιπωρίας ἐνδέχεσθαι παραχρῆμα μὲν πόνος ὑμῖν οἷοί τε δὲ ἔσεσθαι ὑπερβαλέσθαι τοὺς πολεμίους. ἐνταῦθ' ἦν. Alter Cod. δρ. νῦν ὧν ἡμεῖς ἢν μὲν βούλησθε ταλαιπωρίαις ἐνδέχεσθαι παραχρῆμα μ. π. ὑ. ε. οἷ. δ. ἔ. ὑπερβαλέσθαι τοὺς πολεμίους. ἐνταυθ' ἦν.

Προσέβαλον γὰρ εὐθὺς &c.] προσεισέβαλεν οὖν ἂν εὐθὺς ἀπὸ τοῦ φόβου ὡς μηδ' ἀρχὴ φθανῶν πρὸς τὸ &c. Alter Cod. προσέβαλον οὖν ἂν εὐθὺς &c. ut ſupra.

SECTIO XXIII.

Διϊστάμενοι κελα] διϊστάμενον κελα.

Αὐτὸ ἐπ' ἄλλων] ἀλλήλων.

Ὑπερκείμενα αὔξησιν] αὔχησιν. Uterque Cod.

Ἐπεί τοι] ἔτι.

SECTIO XXIV.

Τὰ ἐκ τῶν] τὰ ἐκῶντα.

Καὶ δὴ φρυνίχῳ &c.] καὶ δι φρενιχο δ' Μελωσιν. Alter Cod. καὶ δι φρυνίχῳ, &c.

Τὸ γὰρ ἐκ τῶν] τὸ ἐκῶν. Alter Cod. τὸ ἐκ τῶν.

SECTIO XXV.

Διήγησιν ἔτι] ἐστιν. Quæ lectio in alio Cod. margini adſcribitur.

SECTIO XXVI.

Ἀτειρέας] ἀτειρείας. Eadem lectio notatur in margine alterius Cod.

Ἄντεαθ' ἐν] αὐτωθ' ἐν

Ἐσσυμένως] ἐσσομένως. Alter vero Cod. ἐσσυμένος.

Ἄνω ἰόντι καὶ ἔπειτα ἀπίξεαι] ἄνω πλεῦσαι. Alter Cod. ἄνω πλεύσεαι. ἀφίξη uterque Cod.

Ἐμβὰς δυώδεκα ἡμέρας πλεύσεαι καὶ ἔπειτα ἵξεαι] δύο ἡμ. ἥξεις. Alter Cod. εμβ. πλεῦσαι δύο ἡμέρας ἔπειτα ἥξεις εἰς, &c.

Μερόη] μέρον.

Ἐξεγειρόμενος] ἐξεγειρόμενον. Uterque Cod.

SE-

SECTIO XXVII.

Ἐτέρωθι νοήσω] ἐθέλοντα νοήσω. Uterque Cod.
Τὴν δ' ἀπίτομον ἀπ.] δι' ἀπίταμον. Ita. Alter Cod. δ' ἀπείτομον.
Ἑκαταίῳ κήρυξ, &c.] Ἐκταίῳ κῆεξ ταῦτα. Lege, Ἑκαταίῳ Κῆυξ &c. Ceyx nomen proprium. Vide Petr. Victorium in variis Lect.
Δυνατός εἰμι] εἰ μὴ. Uterque Cod.
Ἐξώσετε] πλώσετε. Alter Cod. τρώσετε & ad marg. πλώσετε.
Ἀγχίστροφον παρέστησεν] παρέτηκεν. Forte, παρέθηκεν.
Κεκλεισμένης] κεκλειμένης. Uterque Cod.
Πηνελόπη] πηνελόπην. Uterque Cod.
Ἢ εἰπέμεναι] Iidem Cod. non habent ἤ.
Infra deest κτῆσις Τηλεμάχοιο δαΐφρονος in utroque Codice.

SECTIO XXVIII.

Καὶ μέντοι καὶ ἡ περίφρασις] In utroque Cod. deest καὶ ἡ.
Διστάσειεν] διστάσδειεν.
Ἀλλ' ἡδέως] ἀλλὰ δεῶς.
Εἱμαρμένην] εἱμαρμένης. Mox τετυχηκένον.
Τινὰ τὴν ἐκ τῆς] τινὰ τῇ τὴν ἐκ τῆς. Uterque Codex.

SECTIO XXIX.

Ἐπίκαιρον] ἐπικηρον. Uterque Codex.
Ἀσυμμέτρως] σὺν μέτρων.
Εἰ καί τισιν ἀκαίρως δοκεῖ, ἐν.] κἂν τισιν ἀκαίρως, ἐν. Uterque Codex.
Καὶ εἰ προβατα] ὡσεὶ. Uterque Codex.
Ἄλις] ἄλλις. Ita. Vide an ἄλλοις, quod non puto.
Πεφιλολόγηται] πεφιλολογῆσθαι. Uterque Cod.
Ὅσον ὕψος ἡδονῆς] ὅποσον ἦθος ἡδονῆς. Alter Cod. in margine πόσον ἦθος ἡδ.

SECTIO XXX.

Διέπλυκται] διέσυκται. Alter Cod. διέσυκται. Superscripto πλ.
Καὶ ὡς πᾶσι] καὶ ὥσπερ ὡς πᾶσι. Uterque Codex.
Κατ' ἄκρον] κατάκρον.
Κάλλος, σαφήνειαν] εὐπρέπειαν. Alter Cod. εὐπίνειαν, βάρος. In margine εὐπρέπειαν.
Ἔτι δὲ τ' ἄλλα ἂν ὦσι] ἔστι δὲ τ' ἂν ὦσι. Alter Cod. ἔτι δὲ τ' ἂν ὦσι. Ita.

SECTIO XXXI.

Θρηϊκίης] θρηκίης.
Θεοπόμπου ἐκεῖνο τὸ ἐπαινετὸν διὰ τὸ ἀνάλογον] Θεόπομπου καὶ τὸν ἐπήνετον διὰ τὸν ἐναλλόγον. Alter Cod. θεοπ. καὶ τὸν ἐπήνετον διὰ τὸν ἀναλόγου.
Πράγματα] πράγματι.
Ἐπὶ τοῦ αἰσχροῦ] ἐπὶ τοῦ τὰ αἰσχρὰ.
Μεθ' ἡδονῆς] μεθηνῆς.
Καρτερεύνιος] καρτερότος.
Ἐναργέστατα] ἐνεργέστατα.
Κατέτεμον] κατέτεμον.

SECTIO XXXII.

Ταῦτα μὲν ἀποδέχομαι] ἀποδέχοιμοι. Ita.
Πλῆθος καὶ τόλμην] πλήθους καὶ τόλμης. Uterque Cod.
Κακῶν δέλεαρ] κακόν. Ex Sect. XXXV, in qua amanuensis per errorem posuit nonnulla ad hanc sect. pertinentia.
Ἅμμα δὲ τῶν φλεβῶν, καὶ] ἄναμμα δὲ τῶν φλεβῶν τὴν καρδίαν, καὶ. Alter Cod. ἄναμμα tantum pro ἅμμα.
Οἷον αἷμα μαλακὸν] ὁποῖον μάλαγμα. Uterque Cod.
Ἐν αὐτῇ ἀκμάζῃ, &c.] ζέσῃ πηδῶσα εἰς ὑπ. Alter Cod. pro ἀκμάζῃ habet tantummodo ζέσῃ.
Μαγειρεῖον] μαγεῖον. Quæ sectio habetur etiam in margine alterius Cod.
Μετὰ δὲ ταῦτα usque ad νομὴν δὲ σαρκῶν] μετὰ δὲ ταῦτα σαρξὶ πάντα φύσιν κατεσκίασαν προβολὴν τῶν ἔξωθεν τὴν σάρκα οἷον τὰ πηδήματα προθέμενοι. νομὴν δὲ σαρκῶν. Uterque Cod.
Δεδηλωμένα ὥστε δεῖξαι] In utroque Codice deest ὥστε δεῖξαι. Alter vero Cod. prosequitur, ὡς μεγάλαι τε φύσιν.
Προαγωγὸν ἀεὶ] προαγαγὸν αἰ εἰς. Alter Cod. προαγωγὸν αἰεί.
Ἀπηνεῖς μεταφορὰς] ἀπηνῶ εἰς. Alter Cod. ἀπὴν ἀκωεῖς. Ita. Et in margine ἀπηνῶ.
Ῥᾴδιον συννοεῖν] ἐπινοεῖν. Uterque Cod.
Εἶναι δεῖ δίκην κρατῆρος κεκραμένην] εἶναι δὲ κατὰ κρατῆρος κεκραμένης. Alter Cod. omittit δεῖ tantum.
Ἐπιχειρεῖν] ἐπιχειρῶν. Uterque Cod.
Θεάματα ὁμολ.] θέματα ὁμολ.

SECTIO XXXIII.

Ἆρ' οὐκ ἄξιον &c. usque πότερον] ὅρον καθολικῶς πότερον. Vide an, ἆρ' οὖν ἄξιον &c.
Καί ἐστι] ἐστι. Uterque Cod.
Ὡς αἱ ὑπερβολαὶ μεγέθους φύσει] ὡς αἱ ὑπερμεγέθεις φύσεως. Alter Cod ὡς αἱ μεγέθεις φύσεις.

Ἀναμαρτήτους ὡς usque ad ἀγνοῶ τὸ δεῦ.] ἀναμ. ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ αὐτὸ γίνεσθαι τὸ μέγεθος τῶν ἄκρων ἀνὰ ἐκείνου ἀγνοῶ τὸ δεῦ.

Πτάσμασιν] πταίσμασιν. Uterque Cod.

Ἀπολ. ὁ τῶν ἀργοναυτικῶν ποιητὴς] Ἀπολ. τοῖς ἀργοναύταις ποιηταῖς. Alter Cod. τῆς ἀργοναύταις ποιητοῖς.

Ἀρχίλοχος πο. η. ἀν. παρασύροντας κἀκεῖνα] Ἀρχίλοχον. παρασύροντας. Uterque Codex κἀκείνης. Alter Cod. κἀκείνη. In utroque autem mox deest ὁρμῇ.

SECTIO XXXIV.

Καὶ γὰρ μαλακίζεται ἀφ.] καὶ γὰρ λαλεύματα ἀφ. Alter Cod. κ. γ. λακεύματα ἀφ. Superscripto λ, super κευ.

Δημοσθένης λέγει] λέγεται. Uterque Cod.

Τότε ἠθικὸν] ὅτε.

Εὐπάλαιστον] εὐπάλαιστρον.

Παιδείας εὐστόχου] εὐστόμα.

Οἰκτίσασθαί ποτε] τε.

Ἔτι εὐκαμπὴς] ἔστι, quæ lectio notatur in margine alterius Codicis.

Pro ὅταν δ' ἐγγίζειν usque ad ἀλλ' ἐπειδήπερ] hæc habet, τό γέ τοι περὶ Φρυγίης ἡ ἀθηνόγονου λόγους λογίδιον ἐπιχειρήσας γράφειν ἔτι μᾶλλον ἂν Ὑπερείδην συνέστησεν. ἀλλ' ἐπειδήπερ. Hæc etiam verba reperiuntur in alio Cod. immediate post illa verba πλέον ἀφίσταται. Præterea melius ibi legitur ἡ ἀθηνογόνους.

Ἔνθεν λαβὼν] ἑλὼν, quæ lectio extat etiam in margine alterius Cod.

Συντετελεσμένας] συντελεσμένας. Alter Cod. συντεταλεσμένας.

Ἔνθεν δ' ὁ κύκλον] ἔνθα δὴ κύκλον. Uterque Cod.

Ἐπειδὰν] ἐπειδή. Iidem Cod.

Θεόπεμπτά τινα] θεόπεμπτε δεινά. Alter Cod. θεόπεμπτα δεινά.

SECTIO XXXV.

Λειπόμενος ὁ Λυσίας ὃ πλεῖον] ἀπιστίας ὁ μὲν πλεῖον. Uterque Codex.

Ῥῆνον] ἐρῆνον.

Καὶ τῶν πόλλακις] καί τοι.

Post περὶ ἐάς τε quædam per amanuensis puto errorem desunt. Legit enim περὶ ἐάς τε τοῦ λόγους ἐκείνου καὶ αὐτοῦ, &c.

Ἐκεῖνο ἂν] ἐκεῖν' ἄν. Uterque Cod.

SECTIO XXXVI.

Ὡς εἴ τις] ὡς εἴ γε. Uterque Cod.

Φθόνου παραμναίας] παροίας.

Ἐστ' ἂν] ἔτ' ἄν. Locus iste Cleobulo tribuitur a Laertio in ejus vita.

Ἐπὶ δὲ λόγου τὸ ὑπεραῖρον.] Deest λόγου. Alter vero Cod. legit, ἐπὶ δὲ τοῦ λόγου.

Ὑπεροχὴ πολλὴ] πλὴν. Uterque Cod.

SECTIO XXXVII.

Εἰκόνες ἐκείνῳ] ἐκείνη. Postea amanuensis per errorem subjunxit quædam ad sect. XXXII pertinentia.

Χρὴ τὸ μέχρι] χρὴ τὸ μὴ χρῆ. Ita.

Προοίμιον ἐξέθηκε] προοίμιται ἐξέθηκε.

Ποιεῖ οἵ τε γὰρ Συρακούσιοι] ποιεῖν ὅπερ ὅτε γὰρ Συρακούσιοι.

Καὶ περιμάχητον ἦν τοῖς πολλοῖς] καὶ τοῖς πολλᾶς ἐστιν ὦ περιμάχητον. Melius alter Cod. καὶ τοῖς πολλοῖς ἔτι ἦν περιμ.

Περιμάχητα ἔτι] περιμάχητον.

Ἐν τούτῳ σφέας &c. usque μάχεσθαι πρὸς] τούτων φησὶν ἀλεξαμένους μαχαίρησιν ὅσοις αὐτῶν ἐπὶ ἐτύγχανον περιεοῦσαι καὶ χερσὶ, καὶ στόμασι κατέχυσαν οἱ βάρβαροι. ἐνταῦθ' οἷόν ἐστι τὸ καὶ στόμασι κατέχεσθαι πρὸς. Alter legit τούτῳ ἔτι ἐτυγχ. & μάχεσθαι. In reliquis convenit.

Εὐλόγως] εὐλόγους. Uterque Codex.

Γελοῖον ὥσπερ τὸ ἀγρὸν ἔχ' ἐλάττω γῆν ἐπιστολῆς] γελοῖον ἀγρὸν ἔχ' ἐλάττω γῆν ἔχον γὰρ στολῆς. καὶ γὰρ &c. Alter Cod. γελοῖον ἀγρὸν ἔχα ἐλάττω γῆν. ἔχον γὰρ στολῆς. Nescio an addat λακωνικῆς.

Ἐπειδὰν] ἐπειδή. Uterque Codex.

SECTIO XXXVIII.

In utroque Cod. deest ἐνέργημα.

Πλήρεις ἀποτελεῖ &c.] πλήρεις γκάζει βαίνειν ἐν ῥυθμῷ. Cætera desunt amanuensis, ut arbitror, errore.

Ἄλλοις ὅσοι] ὅση.

Καί τοι τὰ τοιαῦτα εἴδωλα] καί τοι ταῦτα. Alter Cod. καί τοι ταῦτα τά.

Ἀνθρώποις ἐμφύτων] ἐμφυῶς.

Κηλεῖν τε ὁμοῦ πρὸς] καλεῖ τε. Alter Cod. καλλὴν τε ὁμοῦ καὶ πρὸς.

Ἀλλ' ἔοικε] ἀλλὰ καί. Alter Cod. ἀλλ' εἰ καί.

Γε τῷ δοκεῖν] γε τοῦ δέκειν. Alter Cod. γε τοῦ δοκεῖν.

Ἐπιφέρει] ἐπιφέρειν.

Περιστάντα] περιστάντι.

Ὧν ἴσμεν] ὧν ὃς μέν.

Συνιστᾶσιν ἐπεί τοί γε ἐκ τῆς] συνιστάσει τότε ἐπεί τοι ἐκ τῆς. Alter Cod. συνιστᾶσι τότε ἐπεί τοί γε ἐκ τῆς.

Οὐ τὸ αὐτὰ δὲ] deest αὐτό.

SECTIO

SECTIO XXXIX.

Τὰ μεγάλα] μάλα. Ita.
Mox ἄλλο ἄλλῃ] deest ἄλλῃ.
Καὶ ἔτι τῷ δεσμῷ] Deest τῷ in utroque Cod.
Ἁρμόσαι ταῦτα, ὅμως] ταῦτα δ' ὅμως. Uterque Codex.
Ἀρισοφάνης] Ἀρισόφ.
Δεδήλωται μετά γε] δεδήλω τά γε.
Ὅπη τεθῇ] τεθῇς. Alter Cod. ὅποι τεθῇς.
Δῆλον ὅτι τῆς] διότι τῆς.
Μηδ' οἷον ἀποκύλισμα] μηδ' οἷον μὲν ἀποκυλ. Alter Cod. μηδ' οἷον ἀποκυλίσματος sine τι.

SECTIO XL.

Μικροποιὸν] μικρόσει. Alter Cod. μικροποιοῦν.
Σεσοβημένος] σεσοκημένοι.
Τέλεον εἰς ὀρχησικὸν] τελεῖον εἰς ὀρχεσικόν.
Κομψά] λομψεί.
Καὶ ἔτι τούτων] ἔτι.
Ἀφέλκει] ἀφέλει.
Ἐνίοτε προειδότας] προειδοπαίτας. Inferius eadem repetens, προειδοπάσας. Alrer Cod. προειδόντας.
Καταλήξεις] καταλάξεις.
Γόμφοις] γόμφας.

SECTIO XLI.

Ἀκ. δὲ νῦν, μὴ τὰ δεόντως] ακ. δὲ νῦν, μὴ τὰ οὐ δεόντως. Alter Cod. ακ. δὲ νῦν μὲ τὰ δεόντως. Superscripto μη super με.
Ἀπόψυχα γὰρ &c.] ἀπόψυχα. τὰ γὰρ ἄκαιρον μῆκος ἀνακ. Uterque Codex.

SECTIO XLII.

Ἀδοξότερα] ἀδεξότερα.
Καὶ ὁ ἄνεμος] ἀλλ' ὁ.
Βρασσόμενος] δρασσόμενος.
Ἀχαρεῖ] ἀχαρεισί. Mox τὸ δὲ ἀχάρισον.
Ἐπρεσβεύετο] ἐπρεσβεύσετο.
Ἐκ τῆς γῆς] Deest τῆς.
Ἀλουργεῖς. ποικιλταί. λευκαί] ἀλουργῆ. ποικιλτά. λευκά.
Εἶδες ἂν ἐκπεποιημένων] εἶδ' ἂν ἐκπεσονημένους.
Τῶν ἄλλων χρησίμων] τῶν ἄλλων ἁπάντων χρ.
Ὥστε τοὺς προσιόντας] ὥς ποτε.
Ὄχθους εἶναι καὶ λόφους ἀνωθουμένους] ὀχθρεῖναι καὶ λόφους αὐτῷ θεμένους.
Ἐπὶ τὰ ταπ.] εἰς τὰ ταπ.
Καὶ τῇ θαυμασῇ] ἀλλὰ τῇ.
Σκηνῶν τε ὀλοχρ.] σαμνῶν τε ὀλοχρ.
Δὲ ὡς ὀλοχερῶς] δυσολοχερῶς.
Μᾶλλον εἰ πάντα] ἢ εἴπερ πάντων.
Οὕτως] οὔτω.
Τραπεζοκόμων καὶ ὀψοποιῶν ἡδύσματα] τραπεζοκόμων εἰπεῖν καὶ ὀψοποιῶν ὀδύσματα.
Ὄγκου πελτώματα] πελθήματα.
Ὡς σύνην] ὡς συνεκνῶ.
Τοὺς τούτων] τῶν.
Καταισχύνασα] καταχύνασαν.
Ἐπὶ τὰ μικρ.] ἐπίγει. Nescio an subsequatur τά.
Ἀχημόνας] αἰχημόνας.

SECTIO XLIII.

Θαῦμά με ἔχει] Deest με.
Ἐναργεῖς] συνεχεῖς vel συνεχεῖς.
Σπάνιον] σπάνιοι.
Κοσμική τις ἐπέχει] κόμι, τηρὰ πέχει. Ita.
Ἢ νὴ Δία ἔχῃ] ἦν ἡ δ' ἔφη.
Ἐφελκύσαι &c.] ἐπελπίσαι καὶ ἅμα διελθεῖν.
Εἰς οἰκέτην πίπτειν ἔφασκεν] οἰκέτας. ἔφασμεν.
Γλωττόκομα] γλωττοκῶμα.
Post lacunam deest prima vox οἰκουμένης.
Πρὸς τούτοις] τούτων.
Κατὰ κάρα] κατὰ κάρας.
Ἔν τι χωνῶσι] ἐν ἔν τι χωνῶσασι. Ita. (V.C.S.M. ἀνάντι in marg.)
Μηδὲ πέρα φήμης] μηδέτερα.
Ἀλλὰ τοιαύτην] τοιούτων.
Τῶν βίων τὴν] τὴν τῶν βίων.
Κἀνόνητα] καπανητά.
Ἤδη βίους] αἴους. Ita.
Ἀλλότεραι θῆραι] ἀλλοτρείων.
Πρὸς τῆς ἑαυτοῦ ἠνδραποδισμένοι] πρὸς τῆς ἠνδβυποδυσμένοι. Ita.
Κελτὴν τῶν μεγάλων] κελτὴν τῶν μαγάχων ἀμαγάλον. Ita.
Ἀπολελῦσθαι] ἀπολελεῖφθαι.
Μή ποτε τοῖς τοιούτοις] Deest τοῖς.
Ἐπεί τοί γε ἀφεθεῖσαι] ἐπεὶ τόν τε.
Ἐπικαύσειαν τοῖς] ἐπικαύσει αὐτοῖς.
Δαπανῶν ἔφην] Fortasse legendum δαπανῶν ἔφην.
Τήν τε τοῦ ἄλλου] ὅ τήν τε.
Μοῖραν] μοίρας. In fine deest δοκεῖ.

VARIÆ LECTIONES

Ex altero melioris notæ papyraceo

CODICE VATICANO n°. 1417.

Non paucæ hujus Codicis lectiones, quæ cum præcedenti conveniunt, supra suis locis sunt recensitæ.

In titulo addit λόγων colore nigro, cætera rubro.

SECTIO I.

Φίλτατον παιδείας] φίλτατε τὸν παιδείας.

SECTIO II.

Ἔτι δὲ τὴν ἁπλ.] ἔστι.
Τῇ φορᾷ] τῇ φθορᾷ superscriptum.
Δεῖ γὰρ αὐτοῖς] αὐτοῦς superscriptum.
Ad oram Lacunæ habet, ἐνταῦθα λείπει φύλλον ἕν

SECTIO III.

Ὑπὸ περιεργίας] περιεργασίας.
Ἀσχημονοῦσιν. εἰκότως] ἀσχημονοῦσιν εἰκότως.

SECTIO IV.

Τὴν τυραννίδα] τῆς τυραννίδος.
Διὰ τοῦτ' αὐτὸ Δίων] In margine διὰ ταῦτ' αὐτὸν Δίων.
Ἐκείνων γοῦν] μὲν γοῦν.
Ὄμματα μεταστρέψαις] ὄμματα στρέψαις.
Δέλτους θέλειν] θέλων puto legendum.
Μέγειλλε] Μεγείλλη.

SECTIO V.

Καὶ ὑπερβολαὶ καὶ τὰ πληθυντικά] καὶ αἱ μεταβολαί, καὶ ὑπερβολαί, καὶ τὰ πληθικά.

SECTIO VI.

Ἔσται δὲ ὦ φίλε] ἔστι δὲ ὦ φίλος.

SECTIO VII.

Ὑπερβάλλοντα] ὑπερβάλλοντι.
καὶ διὰ μεγαλ.] Deest διά.
Ἔχοντα ἢ πολὺ] ἔχοιτε ταύτην. ἢ πολύ.
Ἀναπλυσσόμενα] ἀναπιπλόμενα, & in margine ἀναπλυτλόμενα.

SECTIO VIII.

Ἀδρεπήβολον] ad marginem ἀδρεπικόν.
Τοῦτ' ἄμφω] ταῦτ'.

SECTIO IX.

Τῆς δὲ ἐκ μὲν] Deest δέ.
Καὶ παντάπασιν] Deest καί.
Ὁ τύπος ἐξειρ.] τόπος.
Ἔτι τοῦ ποιητοῦ] ἔτι καὶ ποι.
Ὡς εἰς τὰ] forte legendum πῶς.
Ζεῦ πατὴρ] πάτερ.
Τοῦ ἥρωος] ἥρως.
Κατὰ τὴν ἀπακμὴν] ἀχμήν. Mox τῷ μεγαλοφυῆ pro τῷ μεγαλοφυεῖ, ut in prima Longini editione.

SECTIO X.

Ἀλογιστεῖ, φρονεῖ] ἀλογιστὶ φρονεῖ.
Παντὶ μὴν] Deest μὴν, ut in prima editione.
Ἀνεμοτρεφὲς] ἀνεμοτροφές.

SECTIO XI.

Ἔμπρακτον αὐτῷ] αὐτῶν.

SECTIO XII.

Φασὶ, λόγος] φασὶ λόγος.
Οὗτος ὁ ὅρος] Deest ὁ.
Desunt hæc verba ἡ δὲ αὔξησις καὶ ἐν πλήθει.
Διόπερ ἐκεῖνο] δι' ὃ κεῖνο.
Μορίων] ὀρίων.
Κατασκευαζόμενον] κατεσκευασμένων.
Ταύτῃ τῆς] ταύτῃ τῇ τῆς.
Ἀμφιλαφὴς ἐμπρησμὸς] ἀμφιλαφής τις ἐμπ.
Ἀνειλεῖται] ἀνελεῖται.
Ἄλλοτε ἄλλως] ἀλλοίως.

SECTIO XIII.

Χεύματί τινι ἀψοφητὶ] τοιούτῳ τινὶ σχήματι ἀψοφητί.

Καὶ

Καὶ τούτου γε] καί γε τούτου.
Ἀναπνέον] ἀναπνεῖν.
Αὐτόθεν καὶ] Deeſt καί.
Ὁμηρικοῦ ἐκείνου] κείνου.

SECTIO XIV.

Διαπονοῦμεν] διαπονῶμεν.
Ψυχῆς ἀτελῆ] ἀτεκῆ.
Ὑστεροφημίας ὅλης] ὅλως.

SECTIO XV.

Εἰδωλοποιΐας] οὕτω γοῦν εἰδωλοποιΐας.
Συνεπτέραται] συνεπτέρωται.
Ὥσπερ οἱ ἑπτὰ] ὥσπερ καὶ ἑπτά.
Ξυνεβάκχευεν] συνεβάκχευεν.
Ποιετικὸν τὸ τοῦ λόγου] Deeſt τὸ.

SECTIO XVI.

Ἐμφερὴς] ἐφ' ἑξῆς.
Τὸ προκείμενον] τὸ περὶ προκ.
Deeſt ἄνδρες ἀθηναῖοι, & καὶ σωτηρίας.
Παρίσασθαι φρονεῖν] φρονῶν.
Καὶ κατὰ ταυτὸν] Deeſt κατά.

SECTIO XVII.

Συμμαχεῖ] συμμαχεῖται.
Πρὸς τυράννους &c.] πρὸς τοὺς τυράννους βασιλέας· ἡγεμόνας· ἐν ὑπερ.
Τὰ τοῦ θυμοῦ] Deeſt τά.
Ὑποδέδυκε] δέδυκε.
Οὐ μὰ] Deeſt οὐ.
Τί τοιοῦτο] Deeſt τοιοῦτο.
Καὶ ἐγγυτέρω] ἀλλὰ καὶ ἐγγυτέρω.

SECTIO XVIII.

Μακεδὼν ἀνὴρ &c.] Μακεδὼν ἀνὴρ καταπολεμῶν τὴν Ἑλλάδα. τέθνηκε Φίλιππος.

SECTIO XIX.

Καὶ τὰ εἰς τὸν] Deeſt τά.
Ἐν τάξει γὰρ] ἐν πᾶσι.

SECTIO XXII.

Ὥσπερ λέγει] Deeſt λέγει.
Ἔχεται ὑμῖν τὰ πράγματα. ὁ δὲ] ἡμῖν.
Ἔτι δὲ μᾶλλον] ἔτι, cui ſuperſcriptum ἐστι.
Καὶ τὰ φύσει] κατὰ φύσει. Ita.
Καὶ ἔτι νὴ διὰ τὸ] καί ἐστιν, ſuperſcripto ἔτι, ἢ διὰ τά.

SECTIO XXIII.

Ἀντιμεταβολαὶ] μεταβολαί.
Ταυτὸν σπέρμα] ταυτὸν τὸ σπέρμα.

SECTIO XXIV.

Ἐπειθ' ἡ πελ.] ἐπειδεὶ, forte ἐπειδή.

SECTIO XXV.

Παίει εἰς τὴν] παίει τῇ μαχαίρᾳ εἰς τήν.

SECTIO XXVI.

Ἄγει, τὴν ἀκοὴν ὄψιν] ἄγει τὴν ἀκοὴν, ὄψιν.
Τὰ πράγματα ἐπ' αὐτῶν] τὰ πρόσωπα ἐπ' αὐτὸν ἴσασιν.

SECTIO XXVII.

Vide Senecæ controv. 5 lib. 2, in Arellio.
Ὃν δ' ἂν ἐγὼν] ὃν δή.
Διαμένειν τῷ γράφοντι] διαμέλλειν.
Τοὺς ἡρακλειδῶν ἀπογόνους] τοὺς ἡρακλείδας ἐπιγόνους.

SECTIO XXVIII.

Ὡς ὑψηλοποιὸν] ὡς οὐχ ὑψηλ.
Ἐμελοποίησε] ἐμελοποιήσας.

SECTIO XXIX.

Καὶ παχύτητος] παχύτατον.

SECTIO XXX.

Δὴ περὶ τοῦ φρασικοῦ] δὴ αὐτοῦ.
Λοιπὰ ἔτι] ἐστι, ſuperſcripto ἔτι.
Πλὴν ἐν μὲν ποιήσει, καὶ] πλὴν ἐν μὲ ποιήσει καί.
*** ὑπτικώταλον &c.] ἰπτικώτατον καὶ γονιμὸν *** τὸ δ' Ἀν.

SECTIO XXXI.

Ἰδιοτεύει τῷ σημαντικῷ] ἰδιοτεύειν τῷ σημαντικῶς.

SECTIO XXXII.

Προπεπτωκότες] προπεπτοκότες. Ita.
Καὶ τὰ σφόδρα] Deeſt τά.
Θείως παρὰ] Θείῳ. Deeſt κατὰ πάντα τὰ μέλη.
Θυμοῦ ἐγέρσει] ἐπεγέρσει.
Αὐτὴν ἐλευθέραν] ἐλευθερίαν.
Ἐκφρασικοὶ] φασικοί. Sic alibi pro φράσις, φάσις, &c.
Ἐγκεχυμένος] ἐκκεχυμένος.

SECTIO

SECTIO XXXIII.

Vide Plinium ep. 26, lib. 9.

Α'ξιον ἔτι] ἐςί.
Διημαρτημένον] διημαρτημένοις.
Κίνδυνος] κινδύνοις.
Τὰ δὲ μεγάλα] τό.
Α'εὶ] αἰεί.
Ε'πειδὰν οἱ μὲν] ἐπειδή.

SECTIO XXXIV.

Μὴ τῷ ἀληθεῖ] Deest τῷ.
Ο'ς γε τῶν] ὥςε τῶν.
Λείπεται, προστεύει] λείπεσθαι, προστεύειν.
Ο' μὲν γὰρ] ὁ μὲν γε superſcripto γάρ.
Πάντα καὶ ἑξῆς] Deeſt καί.
Καὶ καρδίη] Deeſt καί.
Ε'ς ἑαυτὸν] Deeſt ἐς.
Ε'χει καλοῖς] κακοῖς, & in margine καλοῖς.

SECTIO XXXV.

Βίον ὃς πλ.] βίον ὅσον πλ.
Καὶ μέγα ταχέως] καὶ μέγαν, καὶ καλὸν, ταχέως.
Α'λλὰ Νεῖλον] ἀλλὰ τὸν Νεῖλον.

SECTIO XXXVI.

Ε'πειδὰν τὸ μὲν διαπ.] ἐπειδή.

SECTIO XXXVII.

Υ'περβάλλει τὴν λακ.] ὑπερβάλλειν.
Ε'κπαθείας] ἐμπαθείας ſuperſcripto.
In margine hujus ſectionis adnotantur hæc verba, περὶ συνθέσεως.

SECTIO XXXVIII.

Αὐλὸς μόνον ἐπιτίθησι] μὲν πιτίθησι. Ita.
Α'ναγκάζει] ἀναγκάσει.
Τὸ ἡρῷον] In margine τῶν ἡρώων.

SECTIO XXXIX.

Τὰ σώματα] In margine τὰ σύμπαντα.
Οὐδενὶ] ὐδέν.
Καθ' ἑαυτό τι] Deeſt τι.
Γενναῖον τὸ λῆμμα] γυναῖον καὶ τὸ λῆμ.

SECTIO XL.

Συγκείμενα] συγγείμενα.

SECTIO XLI.

Πηροῖ] πληροῖ. Peſſimo ſenſu.

SECTIO XLII.

Βρασομ.] δρασ.
Καὶ ἰδιωτικὸν] V. C. delet καί.
Α'χαρι] ἀχαρισί.
Α'χαρι] ἀχάριςον.
ἐπρεσβεύετο] Correct. ἐπρεσβεύσατο.
Α'λεγεῖς] ἀλεγῆ, & ποικιλται, & λευκά. Ε'τι δὲ κοῖλος.
Ε'κπεποιημένα] ἐκπεπονημένα.
Α'λλων χρησ.] ἄλλων ἁπάντων χρησ.
Τοσαῦτα] τοιαῦτα.
Ω'ςε] In margine ὥσποτε.
Α'ναθεμένες] ἀνταθεμένες.
Ε'πὶ] εἰς in margine.
Καὶ τῇ] ἀλλὰ τῇ μαγειρείᾳ.
Σκηνῶντε] σαμνῶντε in margine.
Τρυφὴν] τροφήν.
Η' πάντα] μᾶλλον ἢ εἴπερ πάντα.
Τραπεζοκόμων] V. C. addit εἰπεῖν.
Υ'ψεσιν ῥυπαρὰ] ὕψεσιν παρά.
Α'ξίας] ἀξίαν.
Περιττώματα] παραθήματα.
Ε'πὶ τὰ] Ε'πείγει τά.

SECTIO XLIII.

Ε'ναργεῖς] ἐντραχεῖς.
Υ'ψηλαί δὲ] ὑψηλαί τε.
Φησὶν ἱκανὴ] ἱκανὴ φήσι. Correct. φησὶ καὶ νὴ in margine.
Ε'φελκύσαι] ἐπελπίσαι.
Διωθεῖν] διελθεῖν.
Οἰκέτην] οἰκέτας.
Καλέμενοι] V. C. addit δέ.
Συνάγει] συνάροι.
Πρὸς τύτοις] Πρὸς τύτυς.
Κατάκαρα] κατάκρας.
Γεννῶσι] γυνῶσα.
Παρανομίαν ἂν] παρανομίας ἄν.
Μηδὲ πέρα] μηδ' ἕτερα.
Τοιαύτην] Τοιύτων.
Τῶν βίων] τὴν τῶν βίων διαφθ.
Α'πολελύσθαι.] ἀπολελεῖσθαι. Correct. ἀπολελεῖφθαι in marg.
Κράτιςον δ' εἴη] Κρατ. εἰκῆ.
Τήν τε] ὁ τήν τε.
Δοκεῖ] delet V. C.

GABRIELIS DE PETRA
ΥΠΟΘΕΣΕΩΝ
Ad ſingulas Sectiones συνόψεις μερικώτεραι.

Ad Sectionem primam.

Hujus libri duæ ſunt partes primariæ, quarum poſterioris & primariæ quot ſint membra præcipua, ex illo, quod ſubjecimus diagrammate cuivis ſit ſatis perſpicuum.

Prioris vero, quæ nihil eſt aliud quam εἰσβολὴ, ut Longini verbo utamur, analyſis, antequam ſingularum, ut propoſitum eſt, ſectionum hypotheſes præmittimus, eſto ejuſmodi. *Εἰσβολῆς τοῦ βιβλίου, hypotheſis eſto.* Libri Cæcilii cenſura, & doctrinæ περὶ ὕψους ὑπόσχεσις, unde duæ illius partes perſpicuæ: ac priorem quidem conſtituit

I. Κρίσις & cenſura libelli, quem ſcripſit Cæcilius περὶ ὕψους: 1. Quod ſit ὅλης ὑποθέσεως ταπεινότερος. 2. Quod non attigerit, quæ ſunt præcipua: unde colligit, non eſſe ergo magnæ utilitatis.

II. Νουθεσία de ſcopo, ad quem ſcriptores collineare decet.

III. Caſtigationis ratio ἀπὸ τῆς ἀτελείας τοῦ βιβλίου repetita & confirmata: quod nempe de duobus, quæ in tradendis artibus requiruntur neceſſario, alterum omiſerit, ac quidem potius, quippe cujus gratia illud prius.

IV. Apologia, ſive potius τῆς ἀκριβοδικαίου κρίσεως, & cenſuræ ſuperioris ἐπιδιόρθωσις καὶ παραμυθία. Verum, inquit, non tam carpendus nobis auctor ille ob ea, quæ deſiderantur in ejus libro, quam laudandus ob iſtam commentationem & ſtudium, juxta illud, *in magnis voluiſſe ſat eſt.* Et, ut infra videbimus, Μεγάλως ἀπολισθαίνειν ἁμάρτημα εὐγενές.

Altera pars præfationis eſt, προέκθεσις doctrinæ, quam illuſtrat cauſa προκαταρκτικὴ, & perſonarum dignitate, quibus vult conſultum maxime hoc ſuo ſcripto, quibus tum ſeipſum, tum maxime ſuum Terentianum κατὰ τὴν ἔννοιαν καὶ μέθοδον λαμπρότητος accenſet. Ὑποσχέσει, ſive προεκθέσει, οἷον αἰτιολογήσας hanc appingit γνώμην, ſive ἀπόφθεγμα, de duobus, quibus proxime ad Deos, ex Demoſthenis ſententia, mortales accedere dicit, beneficentia ſcilicet & veritate.

Antequam vero ad rem aggreditur, προπαρασκευαστικῶς ad id, quod præcipuum eſt, properare ſe profitetur, omiſſa probatione accuratiore duplicis ὑποθέσεως, tamquam προγνώσεως, hoc eſt anticipatæ notionis in mente benevoli & eruditi lectoris, qualem teſtatur fuiſſe ſuum Terentianum. Nempe ita, *ſemper ad eventum feſtinat, & in medias res, non ſecus ac notas, auditorem rapit. Prior* ὑπόθεσις, ὅτι ἀκρότης καὶ ἐξοχή τις ἐστὶ τὰ ὕψη. Altera, ὅτι οἱ ποιητῶν καὶ συγγραφέων μέγιστοι ἐντεῦθεν μόνον ἐπρώτευσαν.

Utriuſque autem κατασκευὴ ab effectis.

Οὐ γὰρ εἰς πειθὼ &c. Quam ſubſequitur ἑρμηνεία & illuſtratio confirmationis, eique ſubjecta τῆς ἑρμηνείας ἐπικατασκευὴ κατὰ σύγκρισιν, eamque duplicem. Prioris ſententia, Nam τὸ πιθανὸν ut plurimum noſtræ eſt poteſtatis: at τὰ ὑπερφυᾶ vim quandam & robur ineluctabile præ ſe ferentia omnem auditorem ſuperant. Altera σύγκρισις. Præterea quoad orationem, in qua τὸ πιθανὸν tantum ſpectatur, tum inventionis dexteritatem & peritiam, tum rerum ordinem & diſpoſitionem, non ex uno aut duobus, ſed ex univerſo demum orationis contextu emergentem, vix animadvertimus. At ſublimitas in tempore & loco uſurpata, ſuas ſtatim vires oſtentat, turbinis aut fulminis inſtar omnia diſturbans, ac tandem τῆς προεκθέσεως συμπέρασμα, Ταῦτα γὰρ οἶμαι.

Ad Sectionem II.

Præmittitur, & ſane recte, hæc in anteceſſum excutienda quæſtio, εἰ ἔστιν ὕψους τις ἢ βάθους τέχνη. Exiſtimant enim aliqui non poſſe ullis artis præceptis τὸ ὕψος comprehendi, nec ulla doctrina parari, quia ſit φύσεως ἐν ἡμῖν οὐ τέχνης ἔργον. Naturæ opera autem ſi quis artis præceptionibus aſtringere voluerit, longe deteriora reddet. Sententia. Eorum quæ a natura proficiſcuntur non eſt ars. Atqui τὸ ὕψος, quod ideo μεγαλοφυὲς dicitur, hoc eſt granditas ſive ſublimitas, a natura eſt, γεννᾶται γὰρ τὰ μεγαλοφυῆ: Ergo, τοῦ ὕψους οὐκ ἔστι τέχνη, ac proinde τὰ μεγαλοφυῆ οὐ διδακτὰ γίνεται.

Hic Syllogiſmus hoc apagogico excipitur. Quorum non eſt ars, eorum nec ulla methodus: ſed contra futilis & temeraria confuſio

erit: Sed, ut isti volunt, eorum, quæ a natura proficiscuntur, nulla est ars: Ergo eorum quæ a natura proficiscuntur nulla methodus, sed temeraria quædam futilitas. Quod absurdum sequeretur necessario, si simpliciter major illa propositio admitteretur. Quare ita constituendum. etsi αὐτόνομον ἡ φύσις, adeoque (ut ad subjectam materiam addicamus, quod γνικώτερον dictum) ἐν τῷ ὕψει, non est tamen existimandum esse ἀμέθοδόν τι, quia majori ex parte videatur φυσικὸν ἔργον τὸ ὕψος. Recte enim conveniunt in unum & amice conjurant φύσις καὶ τέχνη, juxta Agathonis illud, φύσις ἔστερξε τέχνην, καὶ τέχνη φύσιν.

Non vult tamen Longinus naturam cum arte, & artem cum natura confundi, sed tanquam æquissimus judex vir criticus suum cuique κατ' ἀξίαν tribuit, ut sit natura tanquam στοιχεῖον ἀρχέτυπον τῆς γενέσεως τοῦ ὕψους: Ars vero habeat ipsius incrementa, exercitationem certissimam, & usum. Sequitur ἐργασία εἰς κατασκευὴν ἐπιχειρήματος, de necessitudine, quæ intercedit inter utrumque, naturam & artem, ἀπὸ τοῦ ὁμοίου, sive potius nova confirmatio a genere ad speciem, ut sit novum ἐπιχείρημα, quod τὸ εὖ insinuat, Et quemadmodum rursum &c. Quod alterum argumentum, seu similis ἀπόδοσιν, confirmat proverbiali sententia, Δεῖ αὐτοὺς &c. Quasi dicat, non sufficit ad granditatem natura, requiritur enim amplius prudentia & peritia artis, qua ceu stimulo excitetur nimius in illis stupor, in istis vero tanquam fræno temerarius impetus & ἀμαθὴς rudis illa audacia coërceatur, adeo ut ad naturam necesse sit accedere artem. Quam conclusionem σεμνύνας ἐπάγων τὸ τοῦ Δημοσθένους ἀπόφθεγμα pluribus persequitur. Nuda sententia est, tolli naturæ illam δύναμιν, sive διάθεσιν inutilem reddi, si ars ad ipsam non accesserit. Quod fit duobus modis: vel quum nullis artis præceptionibus excitata & adjuta natura tanquam sopita & emortua manet, vel quum cæco impetu quodam abripitur deficiente artis fræno. Hæc videtur esse sententia.

Ad Sectionem III.

Quanquam pleraque hic desiderantur, partim tamen ex præcedentibus, partim ex consequentibus facile colligimus novam hoc loco incipere debere sectionem, in qua περὶ τοῦ ἀπηχοῦς ὄγκου καὶ παιδαριώδους egerit Longinus. Partem exempli granditatis vitiosæ & inanis potius tumoris, qui solo nitatur, feraturque impetu naturæ habemus: quam qui solam sequuntur, τέχνης ἄτερ, Icarum imitantur. Dum enim sublimia nimis petunt, ad vilissima feruntur. Hoc vitio laborasse appositis exemplis docet Leontinum quendam Gorgiam, Callisthenem, Clitarchum, Amphicratem, Hegesiam, & Matridem. Subjungitque admonitionem, ut eo cautius agamus, quo sumus proniores natura ad tumorem ambitiose sectandum, & omnem declinandam humilitatem. Quæ ut eo magis prosit, ostendit, quinam sint vitiosi tumores in oratione. De tribus vitiis in granditate, primum est κακὸς ὄγκος, quo qui laborant, hydropico similes esse dicit.

Alterum vitium superiori contrarium est τὸ μειρακιῶδες. Ejus definitio. Quinam sint obnoxii huic vitio.

Parenthyrsus tertium vitii genus, quod fugiendum est in sublimi oratione. Ejus definitio. Quum affectus, ubi affectibus opus non est, clamose & importune adhibentur. Huc referre possumus illud Horatii, quo hoc quoque vitium carpere visus est,

> *Telephe, vel Peleu, male si mandata loquaris,*
> *Aut dormitabo aut ridebo.*

Ad Sectionem IV.

Frigidæ orationis exempla ex Timæo, Xenophonte, Platone & Herodoto.

Ad Sectionem V.

1. Ejusmodi in oratione vitiorum una causa τὸ καινόσπουδον περὶ τὰς νοήσεις. 2. Ad aliam transitus, indicato fine quorsum hæc omnia, de quibus hactenus, spectant.

Ad Sectionem VI.

Vitia illa evitari non posse docet, nisi vera granditas cognita fuerit. Ejus scientiæ, & judicii accurati comparandi via.

Ad Sectionem VII.

Ὕψους ἴδια & notæ certissimæ omnium. 1. Illud magnum quod non excidit animo, sed firma & indelebili retinetur memoria. 2. Nota, illa vera granditas, quæ per omnia & omnibus placet. Hæc duo τοῦ ὕψους ἀποτελέσματα in auditorum animis.

Ad Sectionem VIII.

Τοῦ ὅλου μερῶν, sive Idearum, quas idem vocat auctor, quibus constat τὸ ὕψος, κατάστασις, & Cæcilii reprehensio, quod in suo tractatu & partium enumeratione, quibus constituitur τὸ ὕψος, τὸ σφοδρὸν πάθος perperam omiserit.

Ad

Ad Sectionem IX.

1. Ad granditatem mature assuefacienda oratorum ingenia, quæ alias naturæ donum. 2. Viri oratoris ne sit φρόνημα ταπεινὸν καὶ ἀγεννὲς, quale servitiorum. Grandia enim verba, cujus graves & ponderosæ fuerint sententiæ, juxta illud Horatii in Arte,

Verbaque pravisam rem non invita sequentur.

3. Ἐννοιῶν ἢ φρονημάτων μεγάλων exempla plura. 4. Homeri Iliadem scribentis & Odysseam concinnantis, adeoque utriusque poëmatis differentia. 5. Digressio ad aniles quasdam Odysseæ fabulas, & cur?

Ad Sectionem X.

Transit ad alia quædam & ipsa ὑψηλοποιὰ, qualia sunt τῶν ἄκρων λημμάτων ἐκλογὴ, καὶ ἡ πρὸς ἄλληλα ἐπισύνθεσις, αὔξησις, χύσις, μίμησις, φαντασία. De quibus singulis suis locis: ac primum de primo hac sectione decima, cujus hæc membra. 1. Ad alia τοῦ ὕψους ποιητικὰ transitus, quorum eandem esse rationem insinuat cum sublimitatis sententiis, quam accidentium cum substantia, vel etiam partium cum toto. 2. Quod primum ad τὸ ὕψος καὶ σφοδρὸν πάθος requiritur, nihil aliud est quam propositionum ex primariis ac summis circumstantiis delectus & coagmentatio. 3. Exemplum luculentum, ejusdemque consideratio. 4. Ejusdem assertionis ἐπανάληψις, de duobus illis, circumstantiarum videlicet præcipuarum delectu, & in unum veluti corpus constructione, cum apotelesmate. 5. Doctrinæ ejusdem illustratio novis exemplis Homeri & aliorum auctorum, idque κατὰ σύγκρισιν. 6. Quæ hic cavenda, futiles nempe circumstantiæ, quæ grandem deformant orationem.

Ad Sectionem XI.

1. Αὐξήσεως descriptio, quando scilicet, re hoc postulante, gravibus graviora semper in periodis, principiis & clausulis multis, donec ad summum quid perventum sit, continua serie advoluta attexuntur. 2. Pro varia materia variæ amplificationes. 3. In solis miserationibus & extenuationibus a sublimitate amplificatio separata, alias vero nunquam deprehenditur. 4. Ad sequentia transitus, ostenso discrimine αὐξήσεως, & doctrinæ proxime in superiori sectione traditæ.

Ad Sectionem XII.

1. Vulgaris definitionis αὐξήσεως refutatio 2. Illius nova definitio, & quid ab argumento & probatione differat. 3. Ciceronis cum Demosthene comparatio. 4. In quibus Demosthenicæ, quæ densior est, & Tullianæ, quæ fusior & copiosior, orationi sit locus.

Ad Sectionem XIII.

1. Platonis locus, in quo μέγεθος διὰ χύσιν. 2. Μίμησις, imitatio præstantissimorum auctorum: quæ sit illius vis similitudine & exemplis confirmat. 3. πρόληψις, qua illorum occupat & refutat sententiam, qui factum istorum tanquam furtum damnarint.

Ad Sectionem XIV.

Doctrinæ continuatio tribus præceptis. Primum: Qui dicturus est, aut scripturus aliquid sublimiori stylo, in Homerum, Platonem, Demosthenem, Thucydidem intueatur, & methodo, quibus verbis iidem illud tractaverint, & expresserint, diligenter observet. II Præceptum: Scribendum, dicendumque tanquam in gravissimorum illorum auctorum comitiis. III: Qui scribit, ne suam ætatem tantum, sed perennem seculorum seriem cogitet, quo se respexisse, votique compotes factos esse splendide gloriantur in suis poëmatibus concinnandis Ovidius, & Horatius: Exegi monumentum ære perennius &c.

Ad Sectionem XV.

1. De Phantasiis tum poëticis tum oratoriis. 2. Definitio γενικωτέρα. 3. Specialior vocabuli acceptio. 4. Inter poëticam & oratoriam discrimen. 5. Poëtica exempla. 6. Oratoria phantasia proprio fine a superiori distincta. 7. Illius vis, exemplum, & quid in probationibus efficiat. 8. Conclusio doctrinæ de particulis τοῦ ὕψους.

Ad Sectionem XVI.

De tertio sublimitatis fonte, hoc est, de figuris, quarum alias sententiæ, alias dictionis, juxta communem Rhetorum sententiam, fecit. Constat porro hæc sectio. 1. Προεκθέσει, qua dicturum se de figuris tantum aliquibus, quæ grandem efficiunt orationem, profitetur. 2. Demosthenici loci δι' ὀμοτικοῦ σχήματος tractati consideratione, ac eorum, quæ in jurejurando usurpando spectanda sunt traditione, ex ejusdem Demosthenis loci observatione.

Ad Sectionem XVII.

1. Figurarum & granditatis conjunctio necessaria. 2. Quod simplex figurarum usurpatio absque granditate odiosa & periculosa, ut contra

contra earum magna vis, si auditorem lateant. 3. Quod fit τῦ ὕψυς beneficio, tanquam jubare splendidissimo ipsarum scintillas obscurantis. 4. Cui illustrandæ & approbandæ doctrinæ inferuit & alterum simile a pictura.

Ad Sectionem XVIII.

1. Πεύσεως καὶ ἐρωτήσεως in oratione vis. 2. Exemplum, ejusdemque ad institutum accommodata consideratio. 3. Cujus generis maxime interrogationes grandem efficiant orationem?

Ad sectionem XIX.

Currentem celerius & concisam orationem efficiunt Asyndeta.

Ad Sectionem XX.

Hactenus de figuris aliquot seorsim. Jam quid conjunctis viribus, & quod dixit Poëta πανσυδὶη ὁρμώμθμαι efficiant, subjecto exemplo ostendit.

Ad Sectionem XXI.

Quæ sit vis τῶν ἀσυνδέτων demonstratio a contrariis, & illustratio ἀπὸ τῦ ὁμοίυ.

Ad Sectionem XXII.

1. Ad aliam figuram ὕψυς ποιητικὴν transitus, τὸ ὑπερβατὸν nempe. 2. Ejus definitio. 3. Definitionis particulæ illius, qua character affectus dicebatur, sententia explicatior. 4. Ejusdem declarationis approbatio ab artis & naturæ consensu. 5. Hyperbati exemplum ex Herodoto. 6. Explicatio. 7. Crebrius Thucydides, parcius Demosthenes utitur. 8. Quid Thucydides frequenti hujus figuræ usu consignificet. 9. Quæ sit vis τῦ ὑπερβατῦ, καθ' ὑπερβατὸν μακρὸν demonstratio.

Ad Sectionem XXIII.

1. Quarumdam eodem pertinentium aliarum figurarum recensio. 2. Quæ sit singularium multitudinem sectantium, 3. Et contra unitatem insinuantium vis in oratione, cum exemplis. 4. Admonitio pro pluralium loco singularium.

Ad Sectionem XXIV.

1. Ἐπανάληψις doctrinæ de singularibus multitudinem significantibus cum exemplis. 2. Cur tum collectiva singularia, tum pluralia unum quid notantia, pariter ad ornatum & vehementiam orationis conferant?

Ad Sectionem XXV.

Præsentis temporis pro præterito usurpatio quid faciat? Exemplum.

Ad Sectionem XXVI.

Personarum commutatio lectorem rebus ipsis, quæ tractantur, admovet, & ut interesse sibi illis videatur, efficit. Exempla ex Herodoto & Homero.

Ad Sectionem XXVII.

1. Τῆς τῶν προσώπων ἀντιμεταθέσεως species, qua fit, ut repente ipse auctor, ἄνευ τῦ προλέγειν πάθος, illius personam induat, de quo verba facit. 2. Quid faciat? 3. Exempla.

Ad Sectionem XXVIII.

1. Periphrasis ὕψυς ποιητικὴ. 2. Quod ex Platone, Xenophonte, & Herodoto desumtis exemplis probatur.

Ad Sectionem XXIX.

1. Non ubique & cuivis sine discrimine περιφράσει locus. 2. Plato ridetur a nonnullis, quod interdum visus sit hanc figuram usurpasse intempestive. 3. Totius hujus tertiæ partis, in qua de figuris aliquot sublimitatis actum, conclusio.

Ad Sectionem XXX.

1. Ad Phrasim transitus. 2. Quid efficiat. 3. Non ubique grandia verba & promiscue usurpanda.

Ad Sectionem XXXI.

1. De Idiotismo, seu vulgarium verborum usu. 2. Anacreontis locus. 3. Theopompi alter, quem simul male a Cæcilio reprehensum ostendit. 4. Tertius Herodoti.

Ad Sectionem XXXII.

1. De plurium translationum in una periodo usurpatione. 2. Demosthenis exemplum. 3. Quæ sint audaciorum translationum lenimenta ex Aristotele & Theophrasto. 4. Sententia Auctoris. 5. Troporum frequens usus in descriptionibus. 6. Exempla Xenophontis ac Platonis. 7. Vitandus abusus, cujus damnatus Plato. 8. Longini ac Cæcilii de Lysia & Platone diversæ sententiæ.

Ad Sectionem XXXIII.

Quæstionis (utrum scilicet interdum errans granditas, an probata & ἀναμάρτητος mediocritas præstet? Hoc est, majoresne an plures numero virtutes primas teneant?) κατάστασις. 2. Ratio quæstionis. 3. Ad λύσιν προπαρασκευὴ, quæ cotinet πρόληψιν contrariæ sententiæ & refutationem. 4. Unde λύσις, majores virtutes pluribus præstare in quovis scripti genere. 5. Quam suam solutionem & sententiam evincit & confirmat quadam oratoriæ communicationis specie, καὶ ἀντίθεσιν καὶ σύγκρισιν diversorum auctorum in suo genere.

Ad Sectionem XXXIV.

Superioris sententiæ confirmatio Hyperidis & Demosthenis comparatione.

Ad Sectionem XXXV.

1. Quid de Platone & Lysia sentiat contra Cæcilium, pronuntiat. 2. Mox τῦ τὰς μείζυς ἀρετὰς ἢ τὰς πλείσυς μᾶλλον θαυμάζεσθαι, adeoque

eoque cur magni illi auctores in ea fuerint ſententia, τὸ διότι humanæ mentis & ingenii excellentiam σεμνοτάτῃ deſcriptione ſubjicit.

Ad Sectionem XXXVI.

1. Ἐπανάληψις τῆς ἀντιθέσεως inſtitutæ comparationis eorum, qui grandem, cum iis, qui mediocrem ſectantur orationem: qua oſtendit, ſemper excellere quamlibet ἀναμαρτήτου πολὺ ὑφεστῶτας τὰς μεγαλοφυεῖς, etiam omnis ævi hominum judicio. Πρόληψις τοῦ ἀντιπίπτοντος, καὶ λύσις per diſtinctionem τῶν ἀνομοίων. Ἐπάνοδος, in qua quod quæſitum ſtatim initio ſectione ſecunda, cum iis, quæ ſupra quærebantur ſectione XXXII, complexus, perfectionem in artis cum natura amice conſpirantis conjunctione poſitam eſſe tandem conſtituit.

Ad Sectionem XXXVII.

1. Poſt bene longam digreſſionem ad τὸ φραστικὸν reditus, de quo quarto ſublimitatis fonte cœpit dicere ſectione XXX, & de metaphora ſectione XXXI, quibus haud ita abſimiles eſſe dicit Parabolas & Iconas. 2. Admonitio de ſervando modo in hyperbolis. 3. Iſocrates reprehenſus. 4. Quæ ſint optimæ hyperbolæ exemplis demonſtratur Thucydidis & Herodoti. 5. Quo pacto incredibiles hyperbolæ non ineptæ interdum videri poſſint.

Ad Sectionem XXXVIII.

1. Quintus fons ſequitur τοῦ ὕψους, apta nempe orationis compoſitio, de qua ad inſtitutum quantum attinet dicere propoſitum καὶ ἀπόδειξιν longioris tractationis, harmoniam ſcilicet perſuadendi & delectandi vim, ſive facultatem tantum non eſſe, ſed admirabile libertatis & affectuum inſtrumentum. 2. Quod argumento (ut dicitur) a minori ad majus probat & illuſtrat, a muſicorum inſtrumentorum concentu ad naturalem illam orationis compoſitionem, cujus longe aliæ vires: ex collatione fit ſatis perſpicuum. Obſerva in compoſitionis natura & viribus deſcribendis compoſitionis exemplum luculentiſſimum. 3. Aliud tamen ſequitur ex Demoſthene: ejuſque conſideratio.

Ad Sectionem XXXIX.

1. Altera compoſitionis ſpecies, non verborum tantum, ſed maxime τῶν μελῶν, membrorum, quibus ὅλον τι συνίσταται in periodo, quæ eſt tanquam corpus ſuis membris τῷ τῆς ἁρμονίας δεσμῷ compactum. 2. Quæ ſit vis ejuſcemodi compoſitionis? nempe ea vis eſt τῆς συνθέσεως, ut auctores, qui ſuapte natura tales non ſunt, grandes efficiat. 3. Quod ſubjectis probat exemplis.

Ad Sectionem XL.

1. Quæ in compoſitione ſublimitati adverſentur, Pyrrichii nempe, Trochæi, Dichorei, brevibus conſtantes ſyllabis dictiones.

Ad Sectionem XLI.

1. Contraria etiam granditati conciſa nimis oratio. 2. Exceptio. De iis, quæ intempeſtivam prolixitatem ſectantur, quid ſentiat Rhetor?

Ad Sectionem XLII.

Granditatem dedecorat & corrumpit verborum exilitas: duplici demonſtratur exemplo, Herodoti uno, altero, eoque longiori, Theopompi.

Ad Sectionem XLIII.

Appendix, in qua excutitur quæſtio illa, qui fieret, ut ætate Longini non tam clari & ſublimes uti antea reperirentur oratores? Reſpondet, primo aliam eſſe Reipub. formam: Democraticam ingeniorum nutricem fuiſſe, quippe ſub qua libertas fuit Eloquentiæ alumna & mater: quæ ratio, quia odioſa, devolutis ad unius arbitrium & imperium rebus, non ſuam, ſed philoſophi cujuſdam ἀνωνύμου, & recentis ex vulgo, fuiſſe dicit: eamque, ut omnem declinet invidiam, refutare voluiſſe videtur, a querula hominum natura, qui ſua ſorte nunquam ſint contenti. Cauſas deinde alias attexit. 1. Ἀπερίοριστον πόλεμον: 2. Avaritiam, deinde luxum: hinc occaſionem arripit in divitias invehendi pluribus: quippe quibus factum, ut cum ipſis hominibus boni quoque mores perierint. Tandem poſt multa concludit, quum ita cupiditatibus mancipati fuerint ſui temporis homines, præclare cum ipſis actum eſſe, quum alterius, atque adeo unius arbitrio ſubjecti fuerint.

GABRIELIS DE PETRA IN DIONYSIUM LONGINUM,

Synoptica PRÆFATIO.

SCRIPSERAT *Cæcilius quidam, haud dubie Siculus ille Rhetor Calactanus, cujus meminerunt Dionysius Halicarnasseus, Quintilianus & Athenæus Δειπνοσοφ. lib. 6, præter alia, libellum de grandi oratione, in quo tractatu quum non uno modo peccasse, pluribus observatis & notatis ejus erroribus, Dionysio Longino Critico, ejusdemque familiari Posthumio Terentiano videretur, quod puta stylo (quippe humili nimis) susceptæ materiæ dignitati non responderet: quod præcipuam de duabus partibus tractationis, sola nempe τοῦ ὕψους descriptione contentus, viam & rationem tantæ facultatis consequendæ neglexisset: quod ne sic quidem in priori illa suæ tractationis parte ea omnia, quæ in constitutionem τοῦ ὕψους veniunt, τὸ πάθος παραλιπὼν recensuisset: quod privato quodam erga Lysiam affectu perperam Platonem ipse postposuisset, atque hujus generis plures alios errores commisisset, operæ pretium factarum se putavit auctor gravissimus, juxtaque non sui tantum Terentiani (cui συνταγμάτιον inscriptum voluit) sed maxime literatorum omnium utilitatis studiosissimus, si in compendium, quæ præcipua sunt in hac doctrina de sublimi oratione, redigerentur. Quocirca præfatus ea, quæ ad scribendum impulissent, ad rem aggressurus, in antecessum vice περὶ παρασκευῆς ad sequentem doctrinam quærit ordine & necessitate adactus, quod nempe, huic dubitationi nisi fuerit satisfactum prius, sequentia non possint subsistere, utrum arte τὸ ὕψος comprehendi possit, quia plane videatur esse a natura? Non it inficias, τὸ ὕψος φύσεως ἔργον τι εἶναι ἐν ἡμῖν, sed tamen illud nihil esse nisi ars ipsa accesserit, quippe qua naturalis illa ad granditatem dispositio excitatur in nobis, aut nimium luxurians ceu fræno intra limites proprios continetur. Hic κατὰ παρέκβασίν τινα ad vitiosos digreditur tumores, τὸ μειρακιῶδες, καὶ παρένθυρσον, quibus frigida redditur oratio: cujus appositis exemplis ad rem ἐπανιὼν notas duas certissimas τοῦ ὕψους præmittit: atque his ita in antecessum prorogatis κατὰ τὴν εὐκρινείας μέθοδον quinque illius partes, sive Ideas enumerat constituitque, 1. Sententiarum amplitudinem & gravitatem? 2. Vehementem, & animos concitantem, qui enthusiasticus dicitur, affectum: 3. Ornamenta hujus Characteris propria: 4. Præstantem phrasin, 5. Denique aptam ad hæc in dignitate & sublimitate positam compositionem: de quibus singulis seorsim dicturum se pollicetur, si modo refutarit errorem Cæcilii ad hanc partitionem, qui existimavit primum & secundum, τὸ ὕψος scilicet & τὸ σφοδρὸν πάθος, idem esse: qua distinctione, quid per utrumque intelligendum sit paucis aperit. Hinc præceptum de mature assuefaciendis ad grandia oratorum ingeniis, & ab humilibus cogitationibus avertendis, grandium postmodum sententiarum nova subjicit exempla, eaque varia. Ex quibus oblata occasione digreditur in comparationem Homeri cum Homero, Homeri, inquam, ingenii viribus florentis, Iliademque scribentis, & Homeri jam senescentis Odysseam suam concinnantis. Hinc prætermisso altero sublimitatis fonte (quod seorsim περὶ τοῦ σφοδροῦ πάθους alio libro scripturus sit, quemadmodum pollicetur & profitetur in fine sect. 11, & ultima hujus libri sub finem) alia quædam ὑψηλοποιὰ investigat, persequiturque, verbi gratia, circunstantiarum delectum, earumdemque in unum veluti corpus, conductionem, cujusmodi sunt quæ rem vel comitantur, vel consequuntur. Signa, τὴν αὔξησιν, cujus crassius descriptæ plures esse species, pro rerum amplificandarum varietate esse monet, ejusdemque veram definitionem & discrimen, quo tum a sublimitate ipsa, tum ab argumentis & probationibus differt, subjicit: quibus omnibus appingit Ciceronis & Demosthenis comparationem, ita ut hunc (Demosthenem inquam) ab Amplitudine & Majestate orationis, illum vero a fusiori & vehementiori oratione amplificationum scilicet, quibus excellit, beneficio commendet. Unde tertiæ virtuti locus in χύσει, qua non tam moveri, quam perfundi & veluti infusione quadam foveri auditorem ipsum asserit: μεγεθύνεσθαι tamen, hoc est, grandescere hac ipsa virtute Orationem exemplo Platonis docet, quam quum ex ipsius & aliorum gravissimorum auctorum lectione intelligamus, & comparemus nobis, hinc fit, ut quartam addat virtutem τὴν μίμησιν, imitationem præstantissimorum quorumque auctorum: qua non aliter affici imitatores ipsos affirmat, quam Tripodi olim admo-*

admotam Pythiam oraculum consulentibus responsa daturam moveri & incitari solitam ex veterum monumentis intelligimus. His adduntur tum imitatorum exempla, tum de vera imitatione aliquot præcepta. Quum vero interiores etiam formarum fictiones, quas phantasias vocant, sint ὑψηγορίας, adeoque τοῦ ἐνθουσιαστικοῦ πάθους, ποιητικώταται; de iis etiam quædam pro compendii ratione tandem dicendum esse censuit, posita generali τῆς φαντασίας definitione, & phantasiæ a phantasia ex diverso fine distinctione, atque utriusque tum poëticæ tum rhetoricæ descriptione & illustratione, ut jam ex his constituere liceat grandem & vehementem orationem vere dici posse, quæ, habito præcipuarum Circunstantiarum in unum veluti corpus coalescentium delectu, amplificatione, præstantissimorum quorumque auctorum imitatione, ac denique μεγάλαις, quas vocant, φαντασίαις perficitur. Quoniam vero τὸ ὕψος sua sibi, quibus circunfulgeat, vendicat ornamenta, hinc τοῖς σχήμασιν utriusque generis, tum διανοίας tum λέξεως, τοῦ ὕψους ποιητικοῖς datus tertius locus. (Secundum enim tenent, ubi τὰ παθητικὰ desiderantur, particulæ superiores ὑψηλοποιοί; de quibus hactenus dictum est) qualia sunt ὅρκος non tantum ἠθικὸς, ἀλλὰ ξένος καὶ ὑπερφυὴς, insolens & magnitudine insigne jusjurandum, Interrogationes, & Percontationes, Asyndeta, Hyperbata, Polyptota, Congeries, Commutationes, Gradationes, Numerorum, Temporumque Enallagæ, Personarum commutationes, loco denique & tempore adhibitæ Periphrases, quæ omnia ex tertio ὑψηγορίας fonte scaturiunt. Quarta caussa & ipsa ποιητικὴ τοῦ ὕψους; his additur γενναία φράσις, id est, genus dicendi exquisitum, positum in duabus partibus, verborum delectu & tropis. Ait ergo rebus magnis exprimendis μεγάλα καὶ σεμνὰ ὀνόματα adhibenda esse. Quoad metaphoras non duabus tribusve tantum locum esse posse in eadem periodo, sed pluribus etiam, ubi nempe, quum affectus torrentis instar aguntur, easque tanquam necessarias simul rapiunt, volvuntque secum magna copia, τὰ πάθη χειμάρρου δίκην ἐλαύνεται, καὶ τὴν πολυπλήθειαν αὐτῶν ὡς ἀναγκαίαν συνεφέλκεται. In genere, tropos in locorum tractationibus & in descriptionibus usurpari percommode illustri Platonis loco & exemplo demonstrat, quorum tamen abusum eo diligentius cavendum esse monet, quod interdum idem Plato nonnullis eo laborare visus sit: ex quo factum, ut Platoni Lysiam præferre voluerit Cæcilius: quam ut non satis idoneam & sufficientem causam refutat Criticus specie quadam λύσεως, quæ dicitur κατ' ἀντιπαράστασιν. Esto, (inquit) peccarit sane interdum Plato, in omnibus alias magnus. Non sequitur tamen inde Lysiæ, qui nunquam erret, postponendum esse, quod majores virtutes pluribus virtutibus præstent in omni scripti genere. Ad quam suæ sententiæ confirmationem progreditur proposita hac quæstione, Utrum præstet oratio sublimis nonnunquam errans, an mediocris, quæ nunquam erret? Respondet, orationis virtutes non ex numero, sed ex præstantia æstimandas esse. Quam suam sententiam astruit & confirmat κατ' ἀνακοίνωσίν τινα, id est, oratoriæ communicationis specie quadam, facta optione diversi generis auctorum, quibus tandem appingit τὸ διότι ab humanæ mentis & ingenii præstantia magnifica descriptione. Unde τὴν ἀντίθεσιν ἐπαναλαβὼν, quid de utroque scriptorum genere sentiendum sit, pronuntiat, ἀναμαρτήτοις quidem & mediocribus auctoribus suam laudem non esse tollendam: at gravissimorum auctorum grande semper sectantium genus dicendi scripta ita suspici, ut una sublimitatis virtute alia vitia sive errata redimi & compensari posse, semperque, προτεύειν istos Heroas, quales Homerus, Demosthenes, Plato etiam, aliquoties lapsos asserat, ac tandem artis cum natura amice conspirantis conjunctionem requirat. Mox κατ' ἐπάνοδον, post bene longam digressionem, ad τὸ φραστικὸν reditus, de quo quarto Sublimitatis fonte dicere cœperat supra sectione XXX, & de Metaphoris XXXII, quibus jam haud ita absimiles esse dicit Parabolas & Iconas, in quibus proinde modum servandum esse censet. Quibus omnibus tandem quinta & ultima pars, eaque τοῦ μεγέθους αἰτία ἡ ἐν ἀξιώματι καὶ διάρσει σύνθεσις adjicitur: cujus quidem admirabili quadam verborum conjunctione descriptæ, accommodate ad institutum vires persequitur & illustrat, quod non sit πειθοῦς μόνον ἀλλὰ καὶ πάθους, hoc est, non ad delectationem modo, sed ad motum quoque animorum valeat: in qua Pyrrhichios, ut & contrarios Trochæos, Dichoræos, & id genus alias brevibus syllabis constantes dictiones, concisam item, hoc est, mutilatam orationem, & exilia verba diligenter cavere jubet. Hic finem facturus περὶ τοῦ κορωνίδα ἐπιτίθεσθαι vice Corollarii quærit, qui fieret ut sua jam ætate non tam præclara, ut antea, vigerent ingenia. Hanc ἀπορίαν ut lubricam & periculosam non suam, sed philosophi cujusdam, ἀνωνύμου tamen, esse dicit, ut prioris solutionis invidiam declinet, quippe quæ non mediocriter Imperatorem offendi posse suspicabatur merito. Causam enim τοσαύτης ἀπορίας μεγάλων φύσεων mutatæ Reipublicæ formæ tribuit, eamque collatione utriusque Democratici & Monarchici status ad institutum accommodata firmat. Quod sub illo, Democratico inquam,

fuerit

fuerit μεγάλων φύσεων ἀγαθὴ τιθηνὸς ἡ ἐλευθερία: *contra, devoluta rerum summa ad unius arbitrium successerit* ἡ δουλεία, *quæ non aliter, quam* τὰ γλωττόκομα πυγμαίων αὐξήσεις κωλύοντα, *oratorum ingenia in custodia contineat, ut jam non oratores, sed adulatores insignes nascantur & emergant: quam tamen solutionem tanquam vulgi, ut minus idoneam caute eludit & elevat in gratiam Aureliani, qui tum rerum potiebatur, a querula hominum natura in præsenti rerum statu nunquam acquiescentium, substitutis aliis causis, avaritia, voluptate, divitiis, fastu, arrogantia, luxu, contumelia, insolentia, negligentia, corruptissimis denique sui temporis moribus: quibus factum, ut amissa libertate unius Imperio Rempublicam subjici e re ipsius fuisse, apposita brevissima ad insequentem, qui non extat hodie,* περὶ τῶν παθητικῶν *libellum* παρασκευῇ *concludat.*

EJUSDEM
ἈΠΟΡΙ'ΑΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙ'ΑΝ
ἐχούσης, Λύσις necessario præmissa.

QUUM videantur duo illi artis dicendi coryphæi (Hermogenem Rhetorem illum præstantissimum, & Dionysium Longinum ξυμπάντων τεχνογράφων κριτικώτατον intelligo) τοῦ μεγέθους (quod Hermogenis verbum) καὶ τοῦ ὕψους ἢ ὑψηγορίας, ἢ μεγαληγορίας, ἢ μεγαλοφυοῦς καὶ ὑπερφυοῦς (quæ sunt Longini vocabula) nominibus idem intelligere: Quæritur, qui fiat, ut idem subjectum tam diversa ratione tractarint? Notum enim τὸ μέγεθος ab Hermogene in suas tributum species, σεμνότητα, τραχύτητα, σφοδρότητα, λαμπρότητα, ἀκμὴν, καὶ περιβολήν: & unicuique speciei sententias & ornamenta propria assignata fuisse, quibus ceu notis & differentiis propriis idea ab idea distinguitur: contra nullam fieri a Longino τοῦ μεγέθους ἢ τοῦ ὕψους specierum mentionem; sed duntaxat quinque, velut quas ille vocat fontium, a quibus omnem orationis granditatem, cujus tandem cunque illa sit speciei, derivat. Verumenimvero tam diversæ ejusdem hypotheseως tractandæ ratio non aliunde orta, quam ex diverso fine proposito utrique auctori. Hermogeni enim artem dicendi perfectissime tradere in animo fuisse nemo nescit: Dionysium contra, neglecto hoc scopo, istius partis Rhetoricæ, seu speciei δεινότητα, & (ut loquuntur) summum tantum apicem sectari. Non enim tyronibus, sed jam in arte exercitatis scribere se profitetur, πολιτικοῖς, δηλονότι, ἀνδράσι, μάλιστα δὲ φιλτάτῳ παιδείας ἐπιστήμονι Terentiano suo. Quocirca in καταστάσει doctrinæ suæ vult προϋποκεῖσθαι ὥσπερ ἔδαφός τι κοινὸν τὴν ἐν τῷ λέγειν δύναμιν ταῖς πέντε τοῦ ὕψους ἰδέαις, ἧς χωρὶς ὅλως οὐδὲν ἐστι γίνεσθαι? Atque eo se collineare profitetur ipse, (quod neglexit Cæcilius) ut doceat, quo pacto nostra ingenia ad aliquantulum Amplitudinis incrementum provehere quisque valeamus, δι' ὅτου τρόπου τὰς ἑαυτῶν φύσεις προάγειν ἰσχύοιμεν ἂν εἰς ποσὴν μεγέθους ἐπίδοσιν. Atque adeo quo pacto grandis fieri possit Orator: quod naturæ vel artis beneficio nobis contingere docet (in utriusque vero conjunctione omnibus contestantibus consummatæ facultatis terminum statuit) duos primos fontes αὐθιγενεῖς a natura, reliquos vero tres ab arte scaturire asserit: a quibus fontibus ita granditatem deducit, ut seorsim etiam aliquid per se possint singuli: ut sola etiam συνθέσει Demosthenem interdum, ferme semper Euripidem μεγεθύνεσθαι, & assurgere, exemplis luculentis demonstret. Et hoc respectu πηγὰς, *fontes*, nominavit: quatenus vero simul vel omnes, vel aliquæ concurrunt, μοίρας συντελούσας εἰς τὸ ὕψος vocavit. τῷ ἁδρεπηβόλῳ περὶ τὰς νοήσεις, σεμνότητος, λαμπρότητος, καὶ περιβολῆς ἐννοίας, ut τῷ σφοδρῷ καὶ ἐνθουσιαστικῷ πάθει τραχύτητος, σφοδρότητος, & id genus alias sententias inclusit. Ad quod duplex φύσεως ἔργον ἐν ἡμῖν refero, quæ de præcipuarum circunstantiarum delectu & coitione in unum veluti corpus, de amplificatione, fusa & copiosa oratione, de imitatione, & phantasiis insuper ὡς ὑψηλοποιοῖς adjiciuntur, quæ continuo deinde traduntur de figuris utriusque generis διανοίας καὶ λέξεως, de phrasi præstanti, de apta verborum membrorumque junctura & compositione, τῇ τέχνῃ, hoc est arti, illa omnia accepta referenda, sub quibus ἐννοιῶν μέθοδον, λέξιν, συνθήκην, ἀνάπαυσιν, ῥυθμὸν necessario comprehendi puto. Atque hoc modo facillime utrumque auctorem conciliari posse constituo: ut videatur se habere Hermogenis Rhetorica ad istam περὶ ὕψους præstantissimam Longini doctrinam, quomodo Analytica priora ad ἀπόδειξιν, hoc est, ut id videatur esse in universa Elocutione τὸ ὕψος, quod in Analyticis ἡ ἀπόδειξις. Χαιρέτω δ' ὅμως ἕκαστος, οἷς ἥδεται.

Totius

Totius Doctrinæ περὶ ὕψους *Diagramma*,

Τὸ ὕψος, *Granditas, cujus fontes V.*

- 1. τὸ περὶ τὰς νοήσεις ἁδρεπήβολον, *hoc est, Sententiarum amplitudo & gravitas.*
- 2. τὸ σφοδρὸν καὶ ἐνθουσιαστικὸν πάθος, *vehemens, & animos concitans, qui enthusiasticus dicitur, affectus. De quo proprio tractatu dicturum se alibi promittit sect. 11, & ultima.*
  - (1 & 2:) μεγάλων ἐννοιῶν καὶ παθητικῶν, *id est, Gravitatis sententiarum & affectuum* ποιητικά.
    - 1. τῶν ἄκρων λημμάτων ἐκλογή, καὶ ἡ πρὸς ἄλληλα ἐπισύνθεσις, *præcipuarum circumstantiarum delectus, earundemque in unum veluti corpus conductio.*
    - 2. ἡ αὔξησις, *amplificatio, cujus*
      - ὅρος γενικώτερος, *definitio generalior.*
      - ἰδικώτερος, *magis propria.*
      - αὐτῆς καὶ πίστεως διαφορά.
    - 3. χύσις, *fusa & copiosa oratio.*
    - 4. ἡ μίμησις, *imitatio, cujus præcepta tria:*
      - 1. *Scripturus aliquid cogitet, & animo fingat, quomodo hoc ipsum Homerus dixisset, idemque Plato aut Demosthenes grande effecissent.*
      - 2. *Hos ipsos, ejusdemque nominis alios sibi auditores & judices proponat heroas.*
      - 3. *Cogitet perennem seculorum seriem.*
    - 5. ἡ φαντασία διττή,
      - ἡ μὲν ῥητορική.
      - ἡ δὲ ποιητική.
- 3. ποιὰ τῶν σχημάτων πλάσις, *id est, ornamenta figurarum hujus characteris propria.* *quorum*
  - τὰ μὲν νοήσεως, ἤτοι διανοίας.
  - τὰ δὲ λέξεως.
- 4. γενναία φράσις, *Præstantissima phrasis, quam efficiunt*
  - ὀνομάτων ἐκλογή, *verborum delectus.*
  - τροπική, ἡ πεποιημένη λέξις.
- 5. ἡ ἐν ἀξιώματι καὶ διάρσει σύνθεσις, *apta & conveniens dignitati & sublimitati structura.*
  - ἡ μὲν λέξεων, ἧς δυνάμεις, *id est, cujus vis Demosthenis exemplo declaratur.*
  - ἡ τῶν μελῶν ἐπισύνθεσις, *apta membrorum structura.*
    - (both:) τῇ συνθέσει, *id est, compositioni & aptæ structuræ* ἐναντία
      - 1. ῥυθμὸς κεκλασμένος, *fractus numerus, cujusmodi sunt Pyrrhichii, Trochæi, & Dichorei.*
      - 2. ἡ ἄγαν τῆς φράσεως συγκοπὴ τὸ μέγεθος πηροῦσα, *nimis concisa & truncata phrasis, granditatem mutilam efficiens.*
      - 3. μικρότης ὀνομάτων, *verborum exilitas.*

D. STEPHANUS A CASTROBELLO,

utroque

θεολογίας καὶ φιλολογίας

Nomine Celebratissimo, ECCLESIÆ LUSTRIACENSIS

Pastori dignissimo,

G A B R I E L. DE P E T R A.

Doctissime Domine, quæ nuper in Ochiano tuo ut ἀκροατὴς, imo κριτὴς, novitii scripti a me rogatus ἐκ φρενῶν μυχοῦ (quod dicitur) hoc est, ex adyto, ut spero, tui pectoris παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα πιστῶς profudisti, vix credas quam virium adspirarint novam & felicem auram. Velim jam animus, jam otium sit dirigendi & corrigendi, quæ ego ad te, (labimur enim, neque ἀδιάπτωτος ἐγὼ, οἷον πάντων ἀντάξιον ἄλλων recognoscenda mitto. Et in his quidem unum, Solutionem nostram ad illam ἀπορίαν, qui factum, ut tam diversa ratione idem subjectum tractasse videantur duo illi artis magistri longe præstantissimi Hermogenes Tarsensis Rhetor, & Dionysius Longinus. Quid etiam sentias de præmissa Synopsi: in qua ut Quintilius nostri ævi pro ingenii tui candore & acumine, deme, adde, muta. Num denique grata & tolerabilis nostra versio. Illa enim (ut in aliis) maxime in hoc scripti genere, quæ tibi proba, nullo seculo improba futura lucem spectare posse puto. Vale, Vir Ornatissime. Ex museo nostro pridie Cal. Jan. quas salutares tibi precor, Anno M. D. C X.

D. GABRIELI de PETRA

Humaniore & Divina litteratura Viro Politissimo,

PROFESSORI apud LAUSANNENSES Græcæ Linguæ meritissimo,

STEPHANUS A CASTROBELLO.

GRata mihi multis nominibus fuit, Vir doctissime & amice dilectissime, tua illa πρόσρησις καὶ προσαγόρευσις. Ac omnium primum gratissimum fuit, quod si non dicis, tu non invitus dici audies, sicut boni omnes, te juxta atque alios Lycei & Scholæ nostræ Lausannensis (semper enim nostram nescio quo modo & jure nostro nomino) indigenas Professores aliquos aliquo prodire loco, & monimentis Præceptores illos olim nostros nominatissimos, (quod & quantum nomen illis invideat nemo,) simul & solidam Principum nostrorum domesticam gloriam, seminarii inquam patrii & patriorum ingeniorum, excolendam nativam felicitatem referre & memorare. Tum res mihi digna illa visa est, te de munere tuo perquam præclare & studiose cogitare. Nihil enim iniquius, (nam etsi ἡλικίᾳ πρεσ-

βύτερον

εὐτερον γνωμολογεῖν ἁρμόττει μᾶλλον, studium fortasse nostrum ætatem supplebit, & meritum) nihil iniquius, inquam, quam munerum sanctitatem & dignitatem aut turpi ignorantia, aut deside & infideli socordia perdere, ac dissimulare. At illud dignius te, nihil humile, sed arduum cogitasse. Quid enim præter ipsam sublimitatem ipso Longino sublimius? qui verbis præcepta, quod vix quisquam cuiquam æquum & facile speret, (nam per se sunt κατακελευόμενα præcepta Rhetorica) æquat, artem professione exæquat, & sese ipse docentem superat? At hactenus, quantum audimus, neque Latine loquitur Longinus tuus, neque explicatus neque illustratus in vulgus prodit sublimitate admirabilis, multiplici difficultate circumvallatus. Nihil restabat ad omnem dignitatem, quam ex Justitiæ, ut lege illa aurea, quæ suum unicuique tribuit, plenissime atque exæquatissime illud καθ' ὅλυ πρέπον servares (nisi vocem indignabitur Philosophus) & ipsam artem τῦ ὕψυς & ejusdem artis Magistrum longe præstantissimum Longinum, ipsum typum atque exemplar sublimis & grandis, si ulla sit, orationis expressissimum, sublimibus & in summa dignitate constitutis viris, iisdemque summe eloquentibus inscriberes, atque ea ratione omnia plenissime ex æquares. Næ tu id fecisti? & omnium quidem calculo verissimo dignissime cum duobus magnis & singularibus invictissimæ Reipublicæ Bernensis luminibus hasce tuas scholas cordate nimis dicasti, nuncupasti, consecrasti: Amplissimo dico & sapientissimo CONS. ALBERTO MANUELI, & ABRAHAMO STURLERO, Quæstori longe clarissimo. Quid enim (bona cum venia & gratia tua hoc dicam, nam sub te dico) majus Berna videt? quid grandius audit ALBERTO CONS. MANUELE? Cum quo cui dubium est, quis seu eloquentiæ granditate, seu morum comitate sit satis comparandus, quam STURLERUS ille Decessoris incomparabilis VINCENTII DACHSELHOFFERI, Fabii alterius Maximi successor dignissimus? Itaque bene a te hic servata omnia: neque enim in his quicquam, aut vix quicquam video, quod ipse quæras & desideres, qui in Synopsi judiciosissimus & κριτικώτατος, in diagrammate διαλεκτικὸς, in versione dictione grandi, spiritu sublimi, lacunis nonnunquam ipsis minimum obvia aut satis proclivi, quamvis fidum vicisti interpretem. Nam siquid in his forte ultra peccatum, quam recte cum tuo Longino ἁμάρτημα εὐφυὲς nominas? ignavis, invidis, ac degeneribus animis animos eripis, bonis atque æmulis facis. Enimvero in horum censu debuisti me potius legere ac numerare & æqua lege mecum agere, quam eo me vocare quo vocas, tui istius scripti κριτὴν minimum ac minime idoneum qui facis, & ἀπορίαν addis: Qui fiat, inquis, ut præstantissimi duo artis Magistri Hermogenes & Longinus unum hoc idemque subjectum tam diversa ratione tractarint? Nam quis te ista melius fecit, aut faciet usquam, cui genius ingenium facit? Nam tu primus ista proponis: atque idem admonet ejus esse, qui bene & docte dubitarit, proxime dubitationem tollere, & rem ipsam docere, & ἐκ τῦ ἀπορεῖν εὐπορεῖν. Age tamen, siquidem ita vis, & jam pridem resides animos, desuetaque Musis hisce pectora in arma vocas, & culpam præstas, & studio peccas, qui mihi plus tribuis, quam ipse aut postulem, aut ipse in me sentiam & agnoscam? Sequamur te, & quod censemus dicamus. Etiam μέγεθος, hoc est grande dicendi genus, σεμνότητι, τραχύτητι, σφοδρότητι, λαμπρότητι, ἀκμῇ, περιβολῇ perfici Hermogenianum est, & Hermogenianum totidem esse species τῦ μεγέθυς, & grandis orationis. Ego vero, ut hoc addam, aut redimam etiam, siquidem ita incidit, ἐν τῷ κάλλει μέγεθος perfici dixerim, etsi genus distinctum facit, sicuti γοργότητα, Hermogenes. Sed movet me res & ratio Philosophi passim scribentis τὸ καλὸν ἐν τῷ μεγέθει καὶ τάξει ἐστί, pulchritudo in magnitudine & ordine sita est. Itaque nullum animal πάμμικρον καλὸν & pulchrum dici potest, sicut neque παμμέγεθες. Et alibi ἐν μεγέθει γὰρ ἡ μεγαλοψυχία, ὥσπερ καὶ τὸ κάλλος ἐν τῷ μεγάλῳ σώματι· οἱ μικροὶ δ' ἀστεῖοι καὶ σύμμετροι, καλοὶ δ' ὔ. Magnanimitas in magnitudine, sicut pulchritudo in magno corpore consistit. Itaque parvi & pusilli homines elegantes & concinni dicuntur, pulchri non item. Idem de Oratione dici par est: Orationem grandem, quæ pulchra esse non potest, si grandis non sit, pulchram esse oportet: ac primum quidem, ut ista principiis repetitis decurram & repræsentem, subjectorum, rerum, & sententiarum majestate & dignitate gravem, σεμνήν: interdum castigatione majoris dignitatis personarum acrem atque asperam, τραχεῖαν: interdum minorum personarum insectatione atque ἐπιφορᾷ, vehementem, σφοδράν: nonnunquam λαμπρὰν ἀνεπαχθεῖ περιαυτολογίᾳ & propriæ virtutis conscientia, & præclare gestorum & meritorum opportuna aut coacta commemoratione, aut communicatione splendidam: tum in his ἀκμαίαν, quasi sole meridiano ferventem, vigentemque: tum περιβεβλημένην, quasi solstitium, longo tractu lucem tenentem. At καλὴν, ne granditate immani inculta atque horrida, monstrosa & Polyphemica sit: tum ne περιβολῇ perpe-

perpetua ſtagnet, nonnunquam concitatam, γοργήν: nec ſemper vaſta ſe mole moventem, caſtigandæ, inquam, moræ, & tarditatis & longi tractus διακοπῇ (διακοπὴ enim incidit & concitat) corrigendi; in ſumma varianda eſt oratio, & κράσει omnium iſtarum idearum attemperanda. Hæc eſt ἀκρόασις Hermogeniana de granditate orationis. At Longinus, jam hic a te audio, iſtas ideas & ſpecies neque nominat neque numerat, ſed duntaxat quinque fontes aperit fuſos atque excurrentes per univerſum ſublime dicendi genus. 1. τὸ περὶ τὰς νοήσεις ἀδρεπήβολον, 2. τὸ σφοδρὸν καὶ ἐνθουσιαστικὸν πάθος, 3. τὰς σχημάτων πλάσεις, 4. γενναίαν φράσιν, 5. & ultimum, τὴν ἐν ἀξιώματι καὶ διάρσει σύνθεσιν. Hic, amice Doctiſſime, digniſſime quæris, quomodo poſſint iſta conſpirare, & συναληθεύειν. De fine reſpondes: cogis deinde iſta, & conducis in unum. Demum comparatione analoga componis. Næ tu doctis, ſi me audis, nedum ſtultis atque otioſe curioſis ſatisfacis. Quid igitur dicam & ſuperaddam, cui quidem tu nihil reliquiſti aliud, quam ut iſta tam feliciter indaganti ac definienti adſtipulari & ſuffragari poſſim? Hoc quidem forte differre γένεσιν, ſeu ortum theoreticum, & χρῆσιν, ſeu ortum practicum, ſive, ſi ita vis, methodum doctrinæ, & methodum πράξεως: ac videri Hermogenem Theoriam in his nude tradere, ſingulas ſpecies perſequi, & ſingularum accuratam anatomen inſtituere: Longinum autem praxim magis premere atque uſurpare, & jam exercitatis politicis ſcribere. Sed dicam, quod vix attenditur, Hermogenem duo præſtitiſſe: Longinum de duobus illis unum ſuo propoſito & conſilio additum uſurpaſſe. Namque Hermogenes ubi omnem docendi doctrinam, & principes formas, earumque ſpecies tradidit: tum idem tractatum περὶ τοῦ πολιτικοῦ λόγου addidit atque ſubjunxit, in quo πολιτικῷ λόγῳ omnis idea expreſſa eſt tanquam ſubjecto: Hoc eſt, hic ubi omnes ideas permixtas μετὰ δεινότητος cernere atque agnoſcere debeas: adeo ut πολιτικὸς λόγος nihil aliud ſit quam craſis & μίξις omnium idearum. Quæ uti optima erit, optimam etiam efficiat rationem politicam. En igitur, quia nulla oratio, de qua loquimur, grandis adeo & ſublimis, uſquam ſolitaria eſt, & tota in toto, & totum, aut σεμνή, aut τραχεῖα, aut σφοδρά, aut λαμπρά, aut ἀκμαία, aut περιβολική, aut καλή, aut γοργή. Iſtæ enim omnes ideæ facile, ut monuimus, μεγέθει cedunt & concedunt. Sed aliquid tandem potius ex hiſce omnibus unum, hoc unum, & illud contraxit & abſtraxit, conſummatum tuus Longinus profert, & πολιτικοῦ λόγου tum ποιήσεως, ſententias ἀδρεπηβόλους, σφοδρὸν καὶ ἐνθουσιαστικὸν πάθος, σχημάτων πλάσεις, γενναίαν φράσιν σύνθεσιν, partes totidem συστατικὰς atque integrantes in genere definit. Ac eadem tamen ſunt iis, quæ per omnes ideas Hermogenianas fuſa ſunt analoga atque antiſtropha. Habes igitur in Longino contractum Hermogenem, & ſummæ, ſi ita dicere liceat, eloquentiæ ſummam habes & poëmaticum & politicum λόγον, & quidem verſantem in genere Deliberativo ἐν τῷ συμβουλευτικῷ: quod genus præter panegyricum etiam, ſeu demonſtrativum, auctore Hermogene, ἀξιωματικόν ἐστι καὶ ἐν τοῖς ποιοῦσι μέγεθος πλεονάζει τύποις μετὰ τῆς οὔσης καὶ φαινομένης δεινότητος. Habes rurſum ſicuti apud Hermogenem corpus Doctrinæ περὶ ὕψους fuſum atque diſperſum: ita apud Longinum preſſius τὴν χεῖρα τῆς ὑψηγορίας πεντεδάκτυλον, διαιρετὴν καὶ συνθετὴν ingenuos quinque ejus fontes. At tu de iſtis, vir Doctiſſime, quos olim jam diu hauſiſti, pene dixi exhauſiſti, bibe largiter, & ſtudioſis propina liberaliter, qui ſublimi ſpiritu magnifica Dei elogia atque eloquia perſonent, & te duce ſublimi feriant ſidera vertice. Vale. Ex Ochiano noſtro XVI Martii, Anno M. DC. XII.

TANAQUILLI FABRI
PRÆFATIO
IN
D. LONGINUM.

Utrum idem argumentum ab Hermogene & Longino tractatum fuerit.

TRia omnino dicendi Genera eſſe, uno fere conſenſu, a doctis hominibus, qui explicandis artibus rhetoricis operam dedere, confirmatum fuiſſe video. Quod eorum primum eſt, id Græci modo Ἰσχνὸν, modo Λιτὸν, Latini nunc Tenue, & Submiſſum, nunc Simplex vocarunt: Cujus Generis exemplar in Latio Lucilius, Phædrus, Terentiuſque, ſi paucula exceperis, in Græcia autem Lyſias, fuiſſe videntur. Alterum apud Latinos Moderatum ſeu Mediocre dicitur, apud Græcos Μέσον: Cui totam fere Homeri Odyſſeam, Iſocrateas orationes, & Ovidianas epiſtolas, quæ in exilio ſcriptæ ſunt, ſubjiciendas putem. Tertium denique Ἁδρὸν, quod ubertatem & copiam notat, interdum Μέγεθος, id eſt magnitudinem, Græci nuncupant: at Romani ſtylum Magnificum & Uberem fere plerumque vocare conſuerunt: in quo T. Livius, Cicero, Demoſthenes, Homerus, Virgilius, & Accius olim, Pacuviuſque regnarunt.

Hæc cum ita ſint, ſæpe exorta quæſtio eſt, Qui fieri potuerit, ut, cum Hermogenes Tarſenſis ille Rhetor, in I ἰδεῶν, & Longinus in hoc AUREOLO libello (ſic enim eum & Muretus & Caſaubonus vocarunt, non peſſimi Veterum æſtimatores,) idem argumentum ſibi explicandum ſumpſerint, illud tamen adeo diſſimili ratione, adeoque diverſa, tractaverint? Mihi ad eam quæſtionem nunc reſpondere viſum eſt, eorumque opinionem examinare, qui τὸ Ἁδρὸν & Μέγεθος Hermogenis idem eſſe ac τὸ Ὕψος ſeu Sublimitatem Longini ſibi perſuaſerunt. Uno verbo dicam, longe alia mihi mens eſt, idque ut apertius cognoſcatur, nil melius factu arbitror, quam ſi & Magnitudinem, & Sublimitatem attentius paulo contemplemur, Lector; quod jam hinc facere incipio.

Primum omnium, ſi quid Magnum eſſe dixeris & Copioſum, non ſtatim idem Sublime aut Summum eſſe dixeris: Magnitudo gradus eſt ad Sublimitatem; Ab illa aſcenſus datur, ab hac non poteſt; cumque poſt Sublimitatem nihil ſit, quo ſe attollat animus, in ea ſiſtat neceſſe eſt: & quidquid ad Summum venit, quo creſcat non habet. Magnitudinem ipſam quaſi corpus, Sublimitatem quaſi animam, ſeu ſpiritum, dicere poſſis. Quanto ſupra vulgarem virtutem Heroica præſtantia ſeſe exerit, tanto & ſupra Magnitudinem evehitur Sublimitas. Magnitudo abſque Sublimitate eſſe poteſt, Sublimitas ſine Magnitudine nunquam erit. Illa quidem mater eſt, & pulcra & nobilis & generoſa, *ſed matre pulcra filia pulcrior*, ſed matre forti filia fortior: illamque poſt ſe tanto relinquit intervallo, quanto tertium Genus cetera relinquebat. Denique Magnitudo mediocritas eſt, ſi cum Sublimitate comparetur. Vin' tu etiam *imaginem* aliquam addi? nam jam tempus eſt, & mutari orationis colorem haud abs re fuerit: mos tibi geretur. Cum igitur Magnitudinem ſeu Ἁδρὸν conſideramus, ſane aliquid egregie præſtans in animo habemus, ſed æquabile tamen, ut Iſtrum, Gangem, Nilum, aut, ſi mavis, late fuſum incendium. At ubi Sublimitatem contemplamur ipſam, tunc *inæquales procellas, irati fremitum maris, & trementes verbere ripas*, ac rapta in terras *præcipiti turbine fulmina cernimus*. Quid, quod illa Ὕψους definitio, quæ apud Longinum eſt, tertio Generi non convenit, quæ tamen utrique communis eſſe debeat, ſi Sublimitatem Rhetoris noſtri eandem eſſe velis cum Magnitudine Hermogenis?

Ea igitur si ita sunt, ut a me posita fuere, (quanquam aliud habeo, uti mox audies, quod rem omnem extra aleam statuat) non satis causæ fuisse video, quamobrem Docti quæstionem illam posuerint. Aliter certe ad eam responderi decebat, quam responsum est. Cum enim utriusque Rhetoris dissimile argumentum esset, fieri haud sane poterat, quin diversa quoque tractatio foret.

Sed ut illud non miror, ita certe aliud est quod quis jure mirari possit: Qui factum fuerit, ut cum jam inde ab antiquissimis Græciæ temporibus tot Viri Docti rhetoricas artes scripserint, Genera causarum partiti sint, præcipua orationis membra, figuras denique ac tropos studiose examinaverint, Sublimitatem, quæ totius artis longe nobilissima pars est, (quanquam plus naturæ debet quam arti) omiserint tamen. Scilicet, mi Lector, idem plane circa Rhetoricam factum est, quod nunc nuper, & sæpe olim, circa artes astronomicas evenit, ut nova sidera, quæ in immensis illis interminatisque cœli spatiis altius vagarentur, post innumerabilem annorum seriem mortalibus oculis se tandem propius admoverint. Cæcilius enim, Rhetor Siculus, qui sub principatu Divi Augusti floruit, primus omnium de Sublimitate scripsit. Qui autem dicent, Cæcilium, cum περὶ Ὕψους ageret, Genus dicendi tertium intellexisse, ii se liberaliter deridendos propinaverint, cum disertissimis verbis scriptum a Longino fuerit, *laudandum esse illum, hujus saltem* ἐπινοίας ἕνεκα [*ob talem inventionem*, aut *cogitationem*:] Si enim de tertio Genere egisset, uti a Longino factum fuisse Docti voluere, quo tandem pacto ob id laudaretur, quod multis ante seculis priores magistri & viderant, & constituerant? Cur illum potius, quam alium quemvis sequeretur Longinus? Quæ una ratio, uti superius paulo innuebam, sine comitatu, ipsa per se sententiam meam, novitate invidiosam, confirmare possit.

Sed quod in illo suo tractatu nihil egerat aliud Cæcilius, quam ut probaret, dari quandam orationis Sublimitatem, ex qua præstantissimis scriptoribus præcipua laus & admirabilitas contigissent, interim viam nullam, *qua ad tam grande secretum perveniretur*, docuerat, quid eum fecisse dicas, Lector? Idem planissime, quod ille faciat, qui homini non cæco solem in cœlo esse probaverit.

At Longinus, qui erecto ingenio esset, & quali eos esse oporteat, qui ad magna nati sint, rem ab illo indicatam splendide aggressus, splendidius expedivit; neque illi in genere Critico *simile aut secundum* quidquam dixeris,

Nam liquidum spisso secrevit ab aere cœlum;
Et, quæ pressa diu massa latuere sub ipsa,
Sidera distincto jussit fervescere cœlo.

Cæcilius, fateor, Ideam Sublimitatis viderat, sed ut confusam caligine lucem;

Et qualem primo qui surgere mense
Aut videt, aut vidisse putat, per lumina lunam.

At Longinus certo plenoque illius intuitu vegetos acresque oculos imbuit. Cæcilio εἴδωλον Veneris apparuerat: Sed hic noster Venerem ipsam *manifesto in lumine vidit,*

——————— *qualisque videri*
Cœlicolis & quanta solet . . . . .

Denique rem antea vagam ac fluitantem retinuit, suisque limitibus ita circumsepsit ac definivit, ut qui tanti magistri præceptis paruerint, iis falsa Sublimitatis species non amplius imponat. Videlicet Ὑψηλὰ & Μετέωρα idem sonare videntur: (nam in utroque *altitudinis* significatio est) sed immane quantum discrepant. Veram cœlestemque Sublimitatem ὕψος nominat, interdum βάθος, seu *profunditatem*, (uti apud Horatium, *ruit profundo Pindarus ore*,) interdum etiam ὑπερφυῆ, interdum aliud; Eamque ita depinxit & expressit, ut illam alteram facile agnoscas, quam ipse per μετέωρα intellexit. Sed, si nondum pernosti satis, oculos advorte, en tibi e pergula *illius effigiem nuper carbone notatam.* [*Enormis est, audax est, temeraria & præceps,*

Tota tumor, tota folles, tota plena inaniis:

Onusta vento navis: nihil in illa solidum, nihil verum: Vastis cerebrosisque epithetis aures quatit, animum ne tangit quidem. Plena minarum, strepitus, boatus, repente deficit: Dumque Periclis fulmina imitari vult, tota in fumum abit: aut, si quid amplius, flammantes stipulas fortiter jaculatur:

Extemplo micat, extemplo vanescit in auras.

Sed, ut ad sententiæ meæ novitatem redeam (nam, ut invidiosior sit, nonnihil subverendum est)

est) quid si ea omnia apud me conquiram, quæ adversus illam parari possunt, ut, ubi a me responsum fuerit, illa quasi præsidio addito tutius iter faciat? Ita certe opus esse videtur, neque mora longa est, & id per humanitatem tuam, Lector, spero, licebit.

I. *Cum Magnificum seu Grande Genus tractat Hermogenes,* μέγεθος *&* τόνον *esse dicit; alibi etiam* ἀξίωμα *&* ὄγκον *(id est* dignitatem *&* gravitatem, *sive* pondus) *illi assignat; Unde effici videtur, ut* τὸ Ὕψος *seu Sublimitas, idem plane sit ac tertium Genus.*

II. *Scribit præterea Halicarnass. (neque enim mihi parcam) Thucydidem esse* ὑψηλὸν; *At Hermogenes, ubi de illo sententiam fert,* μέγεθος *ipsi* σὺν ἀξιώματι *&* ὄγκῳ *tribuit; Quis neget igitur, dixerit quispiam, idem esse Longini Sublimitatem & Magnitudinem Hermogenis?*

III. *Quin & Quintilianus libro* VIII *Institutionem scripsit:* Ex his oritur mira Sublimitas.

IV. *Denique ipsemet Longinus* ὕψος *illud suum alicubi* μέγεθος *planissime vocavit: cui certe in proprio argumento, eaque materia, quam explicavit, quis, paulum modo pudens, fidem deneget?*

Hæc sunt ut opinor, queis, veluti machinis quibusdam, peti, labefactari, atque convelli sententia nostra possit: sed audentem, ait ille, Dii respiciunt.

I. *Hermogenes* μέγεθος *&* τόνον *una simul jungit. fateor; neque id illibenter. Sed quis, modo si sanæ mentis erit, hoc sibi dari postulet, ut magnitudo & tonus (id est, ut ego interpretor,* robusta quædam virium æqualitas & continuus tenor) *idem sint quod* Ὕψος *Dionysii? Dein an unquam probabunt tertium Genus vocari* τόνον? *Sed, quod scio tamen fieri non posse, probent licet; nam, quod jam antea dixi, de tertio Genere non agit Longinus. Urgeri etiam possum; nam &* ἀξίωμα *&* ὄγκον *Magnifico Generi proprie tributum ab Hermogene dicent fuisse. At telum imbelle est; Probari enim oportuerat, orationem omnem, quæ cum dignitate, gravitate, aut pondere conjuncta sit, pro Sublimitate haberi debere.*

II. *Verum Halicarnasseus ille Dionysius, Sublimem esse Thucydidem scripsit; at Thucydidis characteri* ἀξίωμα *&* ὄγκον *assignat Hermogenes, &c. Primum eodem recidit hæc objectio, quo & illa superior; deinde, quid si sibi non constet Halicarnasseus? quid si & perperam judicavit? Nam gravis quidem scriptor est & plenus dignitatis Thucydides: sed perquam pauca vera Sublimitatis exempla in eo esse scimus, & qui eum legerint, numquam aliter sentient. Quanto igitur melius, si, quod alibi fecit,* γοργὸν, τραχὺν, *&* αἰνιγμάτων ἀνάπλεων *vocasset Halicarlicarnasseus, & Gorgiacas illius figuras derisisset? Denique si objectio vera erit, tum hoc quoque verum sit necesse est, ut & Gravitas & Sublimitas idem sint; quod quando erit probetur?*

III. *Sed Quintiliani loco* [ex his oritur mira Sublimitas] *quid fiet? nihil, si Quintilianum nosti satis; Ibi enim rhetor Latinus de tertio Genere non agebat, sed de tropis, quos si quis cum delectu adhibuerit, certissimum est ex iis oriri Sublimitatem, quod & alicubi noster monuit.*

IV. *Postrema omnium machina, & quæ judicium meum vel solo sui aspectu quatere possit, ex Longini ipsius armamentario educta est: negari enim haud possit, quin Longinus* μέγεθος *alicubi pro suo illo* Ὕψος *usurpaverit. Sed hoc argumentum specie probat, re autem ipsa fallit. Nam si, quod uno tantum aut altero loco factum novimus,* μέγεθος *(Magnitudinem) pro* ὕψος *posuit Longinus, an ideo rem ex animi sententia confectam putaveris? aliud profecto expectabam; ostendi enim oportuit, rhetorem nostrum de tertio Genere agentem, sub* ὕψους *nomine illud intellexisse. quod tamen secus reperies: Et quod dixi antea, laudato Cæcilio* ταύτης ἐπινοίας ἕνεκα, *id plane refellit. Videlicet id fecit Longinus, quod Aristoteles, Lucretius, & ii omnes factitarunt,* qui cum res tenues tenui sermone notarent, *pluribus utebantur vocabulis, quo illarum natura facilius explicari, & quasi oculis subjici posset. Itaque* ὕψος *interdum vocavit* ὑπεροχὴν, *interdum* βάθος, *interdum aliud, ut dixi antea. Sed libri ipsius titulus est* περὶ Ὕψους, *& ea vox toto opere passim occurrit; cum* τὸ μέγεθος *uno tantum aut altero loco legatur.*

Hæc habui, quæ ad doctorum hominum quæstionem dicerem: probanda autem an improbanda sint, tum demum plene & cumulate sciemus, mi Lector, cum J. CAPELANO V. ILL., qui in hoc nobilissimæ Critices genere summus est, librata illa fuerint, & examinata. *Vale.*

ALIA TANAQUILLI FABRI DE SUA LONGINI EDITIONE AD LECTOREM

Præfatiuncula.

VErſionem Longini promiſerat Muretus in illis commentariis, quos ipſe in Catullum edidit; Dudithius Vir nobilis & exquiſiti judicii idem in ſeſe receperat, uti in Sylburgiana Halicarnaſſei editione alicubi animadverti; uterque tamen, vel fato, vel iis cauſis, quas divinare haud neceſſe eſt, præpeditus, nihil præſtitit. Sed mox Gabriel a Petra, Pizimentius, & Paganus illam aggreſſi ſunt, verum longe diſſimili eventu: Paganum enim & Pizamentium haud ſane pluris faciendos exiſtimo, quam qui pæne in Latio & Græcia peregrini ſunt. At Gabriel minus profecto infeliciter ſe dedit. Quamobrem ejus interpretationem non ut perfectam quidem, apage, ſed ut eam, quæ paucioribus aliquanto vitiis urgeatur, auctor Bibliopolæ fui ut deſcriberet. Quoniam autem propter characterem, quo utendum fuit, haud fieri poterat, ut, ſine deformitate, Latina Græcis recta fronte compararentur, eam verſionem ad calcem rejici oportere judicavi, decentius fore ratus, donec id quod in Notis pollicitus ſum, præſtare liceat. Editiones, quas ante oculos habui, hæ ſunt: Criſpiniana Franciſci Porti, quæ mera Græca eſt: altera Gabrielis, quæ Græco-Latina eſt; poſt hanc Langbæniana; denique omnium poſtrema & tempore & dignitate Bononienſis. * MS. Codicem nanciſci non potui; quamvis diu multumque amici quæſiverint; neque ego ullos eſſe uſquam arbitror. Itaque nullum mihi ſubſidium niſi a rhetoris noſtri lectione fuit. Sed quanta quamque diligens & accurata illa ſit, tibi probare non ante poſſim, quam ubi notulas meas legeris. Sileo itaque, & tuum de me judicium expecto. Si quid titubatum fuerit, alias emendandi copia erit, ubi, quod nunc deeſt, non deerit. *Vale.*

* Codicem nanciſci &c. *in alia tamen poſt abſolutas jam notulas addita Præfatiuncula, Iſaacum Voſſium Codicem ſuum ſe tranſmiſſurum pollicitum indicat, cum exemplari quodam collatum. Eſtque hic ille ipſe, quem ὁ μακαρίτης Voſſius mihi utendum conceſſit, cum Regiæ Bibliothecæ Pariſinæ MS. ut poſtea ipſe vidi, contulique, comparatus. Mirari vero ſatis nequeo, Codicem hunc amicis Fabri in ceteris alias perquam diligentibus, latere potuiſſe.*

F I N I S.

INDEX

I N D E X

RERUM & VERBORUM.

Major numerus ſectiones, minor numeros marginales, n. notas ſignificat.

A.

D.

Ful-

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Ψιλὸν

T.

Valen-

V.

X.

Z.

F I N I S.

ERRATA GRAVIORA.

Pag. 3. lin. 3. *minus.* lege, *nimis.* p. 37. col. 2. extr. *Lysandri,* l. *Cononis.* p. 66. post notam 67 adde, *FABER.* p. 102. lin. 1. Οἴμηρον. l. Ὅμηρον. p. 104. col. 2. med. *Herodoto.* l. *Thucyde.* p. 108. lin. 5. γέτι. l. γέτοι. p. 113. not. 49. τοιϛτότι. l. τοιϛτονί. p. 138. lin. 11. ἀπολύσει. l. ἀπολύει. p. 142. lin. 8. προσαγρεῦσαι. l. προσαγορεῦσαι. p. 147. lin. 11. *multiplicari, videnturque.* l. *multiplicarique videntur.* p. 155. lin. 2. *de Personarum Comm.* l. *de Personæ in personam aliam Comm.* ibid. l. 19. *incursu.* l. *procursu.* p. 159. l. 8. *An venis.* l. *Anne ades.* p. 170. & 171. pro num. marg. 8, 9, 10. l. 3, 4, 5. p. 178. not. 38. p. 57. l. 97. p. 183. l. 14. *propriora.* l. *propiora.* p. 188. n. 5. ἐγγίσασι, τὰ βήματα. l. ἐγγίσαντα βῆτα. p. 197. sect. 36. l. 3. *hujus quidem.* l. *hujus quidem apud illos.* p. 201. SECTIO XXXVIII. Neglexerunt typothetæ numerum sectionum sequentium mutare: quare in indice sectio hæc cum sect. XXXVII. conjuncta fuit. p. 209. not. 13. συλλαβῶν. l. ἡ τοιάδε τῶν συλλαβῶν. p. 218. l. 6. μαί. l. καί. p. 235. l. 3. & 4. *hac, illud.* l. *illa, hoc.* p. 238. l. 1. χυχαῖς. l. ψυχαῖς. ***Cetera, si qua sunt, Lectoris benivoli diligentia judicioque corrigenda permittuntur.***

ISAACI VOSSII

VARIARUM OBSERVATIONUM LIBER.

LONDINI:
Prostant apud *Robertum Scott* Bibliopolam.
MDCLXXXV.

Is. Vossii Notæ ineditæ in Lucretiū citantr in Not. ad Callim. H. in Cerer. V. 137. p. 174 ed. Ultrj.

De Pöematū cantu & viribus Rythmi, Oxonii, 1673. in 8. sine auth. noīe

Is. Vossii Observat.nes in Caiū Valeriū Catullū, Extant ap. Is. Littlebury, bibl.a Lond.si 1684. in 4. In his Obs. p. 11. scriptū pmittit τεχνολόγα.
& p. 98. Belopoëica, ut in belopoëcis nūc ondimus. Ut & p. 214.
Nalt ad cad. p. 28. vult antiqss. Aegypt: oīa sua sacra à Judæis habuisse.

De Antiquæ Romæ et Aliarum quarumdam Urbium magnitudine.

De

De Sibyllinis aliisque quæ Christi Natalem præcessere oraculis.

XIII. *Vindi-*

Famien Nardin a surpassé tous ceux q depuis 3 siecles avoient traité le même sujet. Eph. Gall. 98 p. 493. in recens. T. IV. Thes. Ant. Rom. a Graevio edit. ubi habes Nard. descript. Romae L. VIII. ex Ital. in Latin. ling. trad. C'est un ouvrage posthume. Nardin est mort en 1661.
Borrichius de antiqua Urbis Romae facie, ap. Graev. T. 4.

ISAACI VOSSII
DE
ANTIQUA URBIS *ROMÆ* MAGNITUDINE.

CAP. I.

De Mensura mœniorum veteris Romæ.

SÆPIUS miratus sum plerosque eos qui de Urbe ROMA & antiquis ejus scripsere mœnibus, adeo ea angusto inclusisse spatio, ut illa nunquam undecim millium ambitum excessisse existiment. Cum enim veteres isti, qui supersunt muri, hanc fere conficiant mensuram, & nusquam hoc tempore alii compareant; rem factam se habere putant si audacter affirment, istam orbis quondam dominam non laxioribus unquam clausam terminatamque fuisse mœnibus. Errorem suum vel exinde cognoscere potuissent quod communi scriptorum consensu constet jam anno urbis conditæ CCXCI murum hujus urbis parem aut etiam aliquanto ampliorem habitum fuisse Atheniensium aut Syracusiorum mœnibus, quæ in ambitu CLXXX. vel etiam ducenta, si aliquos sequamur, continebant stadia, quæ viginti quinque passuum conficiunt millia, vel ut minimum XXII. cum semisse. Nimis autem absurdum fuerit existi-

mare domita poſtmodum tota Italia, Græcia, Africa, Ægypto, Hiſpania & Gallia, toto denique uſque ad Eufratem ſubacto Oriente, & in infinitum propemodum poſt tot triumphos creſcente civitate; adeo nihilominus decreviſſe urbem, ut non niſi quartam partem, ejus quam prius obtinuiſſet areæ, ſuis circumſcriberet mœnibus. Quapropter non inutilem ſpero me præſtiturum operam, ſi quod omnibus urbibus & omnibus ubique contigit rebus publicis, idem quoque Romæ contigiſſe oſtendero, certiſque documentis palam fecero, urbem illam florente populari regimine & libertate integra, non ad eam modo quam diximus, quamque ſuperſtites etiamnum teſtantur muri, verum ad vicies minimum majorem provectam fuiſſe amplitudinem: eandem vero everſa libertate & oppreſſa primum à Sylla & deinceps à Pompeio & Cæſaribus republica, ita paulatim eſſe diminutam, donec tandem in eam, quam Juſtinianei, qui hoc tempore ſuperſunt, declarant muri, deficeret menſuram. Animus non eſt ea hic repetere quæ jam ſæpius ab aliis occupata fuere, nec exponere quibus initiis & progreſſibus urbs & civitas Romana ad tantam provecta ſit magnitudinem. Primum fuiſſe Syllam qui poſt reges produxerit Pomœrium complures ſcribunt. Sed aliud pomœrium, aliud murum ampliare, ut poſtea dicemus. At vero jam diu antea muros urbis prolatos fuiſſe colligo ex Horatio, cum in Arte ſcribit tibias antiquis Romanis admodum fuiſſe ſimplices, minimeque ſpiſſa theatrorum ſedilia, ſed vero

Poſtquam cæpit agros extendere victor, & urbem
Latior amplecti murus, vinoque diurno
Placari Genius feſtis impune diebus,
Acceſſit numeriſque modiſque licentia major.

Cum enim ex Livio lib. vii. conſtet primos ludiones ex Hetruria accitos fuiſſe anno Urbis CCCXC. clarum ſatis ſit de quo tempore hæc Horatii verba intelligenda ſint, ut dubitan-

bitandum minime ſit, quin ſæpius eodem manente pomœrio, urbe tamen & civitate creſcente, creverit etiam murorum ambitus. Ab Auguſto vero aucta fuiſſe conſtat mœnia. Quænam autem & quanta fuerit hæc ampliatio, licet antiqui non prodiderint ſcriptores, ex eo tamen quod murus prior ad centum & octoginta protenderetur ſtadia, & quod aperta eſſet pars urbis ad Campum Martium ſatis veriſimiliter poteſt confici. Antiqua nempe mœnia à decimo viæ Oſtienſis milliari lapide uſque ad Anienem fluvium excurrebant. Quod vero ab Aniene uſque ad Tiberim interjacet ſpatium id ſupplevit Auguſtus. Nondum iſte exſtabat murus cum ſuam Dionyſius Halicarnaſſenſis ederet hiſtoriam; is quippe veteris tantum mentionem fecit muri, qui non excedebat viginti quinque paſſ. millia, ut paulo ante monuimus. Sed vero cum Auguſtus poſt illud tempus, quo iſta ſcribebat Dionyſius, totis XXIV. imperarit annis, manifeſtum eſt, eo demum tempore aucta ab illo fuiſſe mœnia. Ut vero ſciamus tempore Auguſti hoc quod diximus augmentum acceſſiſſe mœnibus Romanis, adſcribam verba Plinii, idque eo lubentius, quod illa non intellecta multis viris doctis & antiquitatum Romanarum ſtudioſis multorum fuerint cauſa errorum, dum ea vel temere corrigunt, vel ineptis interpretamentis in abſurdos conantur abducere ſenſus. Sic itaque ille, lib. iii. cap. v. *Mœnia ejus collegere ambitu imperatoribus Cenſoribuſque Veſpaſianis anno conditæ* DCCCXXVIII. *paſſ.* XXX, *M. Complexa montes ſeptem ipſa dividitur in regiones quatuordecim. Compita earum* CCLXV. *Ejuſdem ſpatii menſura currente à milliario in capite Romani fori conſtituto ad ſingulas portas, quæ ſunt hodie numero triginta ſeptem, ita ut duodecim portæ ſemel numerentur, prætereanturque ex veteribus ſeptem quæ eſſe deſierunt; efficit paſſuum per directum* XXX M. DCCLXV. *Ad extrema vero tectorum cum caſtris prætoriis ab eodem milliario per vicos omnium viarum menſura colligit paulo amplius ſeptuaginta millia paſſuum.* Hæc eſt conſtans


fere veterum librorum ſcriptura niſi quod & in vulgatis, & in longe pluribus manu exaratis codicibus in primo commate non XXX. M. ſed vero XIII. millia & CC inſuper exhibeantur paſſus. Hujus autem varietatis, qualis & in multis quoque aliis occurrit locis, non aliunde petenda eſt cauſa, quam quod tempore Theodoſii & poſtea, non deſuerint complures qui Plinii exemplaria depravarunt & nulla ſcriptoris habita ratione, ſuorum temporum menſuras pro menſuris ſubſtituerunt veteribus. Verum id eſſe ſatis colligas è ſcripto de menſura orbis terræ quod anno XV. regni ſui fieri curavit imperator Theodoſius, quodque in multorum paſſim occurrit Bibliothecis; quia tamen nondum quod ſciam editum, non pigebit ipſa adſcribere verba.

Poſt congregatam Epiſtolam de quæſtionibus decem artis Grammaticæ, cogitavi ut liber de menſura provinciarum orbis terræ ſequeretur, ſecundum illorum auctoritatem, quos ſacratiſſ. Theodoſius imperator ad provincias prædictas menſurandas miſerat. Et juxta Plinii Secundi præclaram auctoritatem ipſarum dimenſionem volo ſupplens oſtendere. Sed duabus cauſis contra temporum rationem ſcripturam miſſorum Theodoſii verbis Plinii Secundi ordine ſcribendi propono, eo quod illi in duodenis noviſſimis verſibus diligentius antiquis feciſſe ſe affirmant, & quod exemplaria codicum naturalis hiſtoriæ Plinii Secundi quæ ſcrutatus fui nimis à ſcriptoribus ultimorum temporum diſſipata prævidi. Sermones quidem prædictorum Miſſorum quia minus vitioſe ſcripti ſunt quantum potuero corrigere curabo. At ubi in libris Plinii Secundi corrupte abſque dubio numeros fieri cognovero, loca eorum vacua interim fore faciam, ut ſi non invenero certa exemplaria, quicunque repererit emendet. Nam ubi dubitavero num certi necne ſint numeri, ſicut certos caraxabo, ut prædictus quiſque veros viderit, veraciter corrigat. Nulli ſtuporem præbere debet quando numerus millium inter Plinium Secundum ac miſſos Imperatoris diſſentit, quoniam illi ſicut prædixi, quod intentius vere hoc opus perfecerunt quam veteres teſtantur.

Non

Non eſt itaque obſcura ratio quamobrem in multis Plinii exemplaribus extrita veteri menſura alius ſubſtitutus ſit numerus continens menſuram murorum quos fecit Juſtinianus, quique hodie etiamnum magna ex parte ſuperſunt. Quod ſi quis dubitet, illum vel ipſe redarguet Plinius, cum ſtatim poſtea modum explicat, quo inita fuerit hæc menſura. Cum enim ut Dionyſius Halicarnaſſenſis ſcribit difficile admodum fuerit mœniorum ambientium Romam colligere menſuram, quod propter ædificia intus & extus cingentia non ubique pateret aditus ad murum, rationem explicat qua mœniorum haberi potuerit longitudo. Dicit itaque ſuo tempore portas Romæ fuiſſe triginta ſeptem, æqualibus intervallis diſtantes à lapide milliario in media urbe conſtituto. Hinc patet mænia illa quæ deſcribit hoc loco Plinius, in ſemicirculum fuiſſe diſpoſita, & eandem prorſus habuiſſe figuram, quam Fabius Pictor antiquæ tribuit civitati ſeu agro Romano, cum eum arcus formam, cujus chorda eſſet Tiberis, reddidiſſe teſtatur. Si exactus iſte fuiſſet ſemicirculus, facilis fuiſſet dimenſio. Dato enim intervallo à milliario ad portas, id eſt, data ſemidiametro, datur quoque ſemicirculus. Sed propter obliquitatem Tiberis non conſtabat quantam partem circuli abſumerent mœnia. Rectam vero diametrum invenire & hoc quoque difficile cum in Transtiberina regione eadem quæ in ipſa Roma occurreret difficultas, quod omnia ædificiis eſſent occupata. Eadem ratio obſtabat, quominus & portarum intervalla cognoſcerentur. Quamvis illæ ut æquali à milliario aureo diſtabant menſura, ita quoque paribus à ſe invicem diſtarent intervallis, quo tamen exactior fiat calculus & minor committatur error, dicit tutiſſimum fuiſſe ut duodecim portæ ſemel ſimulque numerentur per directum, neglectis & præteritis ſeptem antiquis portis milliario vicinioribus, & hac ratione menſores Veſpaſianorum collegiſſe longitudinem muri XXX M. & paſſ. DCCLXV. quem paulo ante triginta millium paſſuum rotundiore dixerat numero. Sit itaque milliarium au-

rcum quod in capite fori Romani prope Tiberim erat positum, A. Ipſe Tiberis BC. Mœnia Romæ qualia ſub Auguſto & Veſpaſiano erant BDEC. In hoc muro notentur



XXXVII. portæ, quæ conficiunt XXXVI. intervalla. Si in exactum ſemicirculum diſpoſita fuiſſent mœnia, haberemus tria æqualia & æquilatera triangula, qualia ſex integer continet circulus, faciliſque omnino fuiſſet dimenſio. Verum quia ut diximus non conſtabat quantam circuli partem mœnia abſolverent, dicit duodecim portas, id eſt, duodecim portarum intervalla, ſimul numerata fuiſſe menſura currente per vicos rectiores, quod eo facilius fieri poterat, quod Auguſtus & Nero vicos qui antea enormes erant, direxerant. Quamvis vero ea dimenſio alibi quoque fieri potuerit, ponamus tamen eam inſtitutam fuiſſe à C verſus E per vicos CFE. Cum vero omnes portæ æqualibus à milliario, id eſt, à centro urbis, abeſſent intervallis, clarum eſt data recta CFE, dari quoque perpendicularem AF & reſiduum ejus

FG &

FG & similiter arcum seu curvaturam muri CGE, quæ cum tertiam longitudinis muri contineret partem, oportet ut fuerit passuum decem millium & insuper CCLV. cum totius muri teste Plinio longitudo fuerit triginta millium & DCCLXV. passuum. Ex hoc porro Plinii loco certo & manifeste cognoscitur mœniorum Romæ amplitudo. Sed & hoc quoque cognoscitur à medio urbis, sive à milliario constituto in capite fori, ad singulas portas intervallum fuisse decem millium passuum, ita ut tota diameter passuum fuerit viginti millium. Hinc quoque patet mœnia Romana ambitu suo non totum implesse & absolvisse semicirculum. Si enim diametrus fuerit viginti millium; necessum est secundum rationes Geometricas, ut dimidius circulus contineat triginta & unum millia & insuper passus $428\frac{4}{7}$. Desunt ergo passus $663\frac{4}{7}$. Tantillo nempe spatio mœnia Romana semicirculo minora fuere. Jam vero si scire velimus utrum hæc Vespasiani jussu facta dimensio recte instituta sit, optime id nostro cognoscere possimus seculo. Quippe cum nulla ædificia & nullæ excelsæ moles facultatem metiendi impediant, & notus sit situs fori Romani in cujus capite prope Tiberim collocatum erat milliarium; ausim promittere futurum ut siquis à foro Romano veluti centro describat semicirculum ad ripas Tiberis decem utrimque distantes passuum millibus, ambitum illum aliquanto minorem inveniat semicirculo, ita ut ad cognoscendam Plinianæ mensuræ veritatem, vel solum hoc sufficiat argumentum.

CAP.

CAP. II.

De triginta ſeptem URBIS ROMÆ portis totidemque viis. De tribubus.

CUM in antiquiore Roma nulla portarum in tractu Tranſtiberino apud ſcriptores occurrat mentio, ſiquidem & nullus præter Sublicium erat pons, qui tamen & ipſe belli tempore diſſolvebatur; minime dubitandum quin triginta ſeptem iſtæ portæ, quas memorat Plinius, omnes in eo, quem hactenus deſcripſimus, fuerint muro, &, niſi fallor, manifeſte id ipſum Plinii indicant verba. Cum ille muro tribuat longitudinem triginta millium & præterea paſſuum DCCLXV. & ex eo quod addit, ſufficere ut duodecim portæ ſemel numerentur, ſatis manifeſte conficitur æqualia fuiſſe portarum intervalla, ita ut inter ſingulas portas ſpatium interceſſerit paſſuum DCCCLIV$\frac{VII}{XII}$. Quæ ſane juſta & legitima eſt menſura. Stultum vero fuerit in ambitu undecim vel tredecim millium tantam portarum multitudinem fingere. Portas quoque triginta ſeptem Romæ fuiſſe affirmat. P. Victor ad finem ſcripti de regionibus urbis. Sed cum Valentiniani tempore compilator iſte vixerit, non potuit ſic ſcripſiſſe aut ſenſiſſe, itaque libenter ab aliquo è Plinio additum exiſtimo. Porro ſi quis numerum portarum quæ in antiquis marmoribus & apud Feſtum & alios memorantur ſimul componat, inveniet verum eſſe quod ſcribit Plinius. Sed & ex viarum numero idem deprehendi poteſt. Siquis enim vel earum ſolum, quarum apud antiquos ſcriptores ſupereſt memoria, ſubducat numerum, plures quam triginta inveniet, neglectis etiam iis, quas in Tranſtiberina conſtat fuiſſe regione.

Sed

Sed & ex tribuum numero facile aliquis colligat quanta olim fuerit Roma, si urbanas cum illis componamus tribubus quæ in agris, id est in suburbiis, habitarent. Sub regibus & postea quamdiu Romana stetit Respublica, nunquam plures quam quatuor tribus fuere urbanæ, quæ Romæ, quatenus septem continetur montibus, fixum haberent domicilium. At vero in agro suburbano primo quidem XVI, dein XXI, mox XXVI, deinceps XXXV, tandem etiam post bellum Marsicum quadraginta quinque numeratæ fuere tribus. Tot & etiam plures fuisse, licet ex antiquis satis colligere possimus monumentis propter antiqui tamen numeri religionem, non plures quam triginta quinque dicebantur. Quamdiu vero hic numerus substitit, usque ad tempora Sullana, omnes istas tribus Romæ habitâsse certis confici potest testimoniis; neque obest quod easdem per totam Italiam dispersas postmodum fuisse constet. Sub Regibus nempe quando ager Romanus nusquam ultra decimum octavum à foro Romano extendebatur lapidem, iste nihilominus sufficiebat ager alendis tam rusticis quam urbanis tribubus. Aucta deinceps republica Romana, cum ex victis aut dedititiis Italiæ populis innumeri civitate donarentur, cresceretque non numerus tantum, sed & amplitudo & frequentia tribuum, nec alendæ tantæ multitudini Romanus sufficeret ager; necessum fuit ut victarum gentium agri aut toti, aut ex parte, victoribus cederent. Suadente itaque utilitate divisi inter victores fuere agri, victique ad augendam civitatem Romanam per tribus fuere dispersi, missis Roma novis colonis, qui & agrorum curam haberent, & simul illos, qui in provinciis remansissent, (si quid forsan rerum novarum molirentur) comprimerent. Hac ratione factum est ut tribus quæ antea Romæ erant, divisæ fuerint, & partim Romæ agitarent, partim vero per provincias dispergerentur. Quamvis autem in provinciis plurimum versarentur, præcipui tamen etiam Romæ suos habebant lares, ad quos comitiorum tempore revertebantur, Hæc

cum multis ſcriptorum teſtimoniis vera eſſe cognoſcamus, non eſt ut dubitemus, quin Romæ omnes quas diximus tribus, præcipuam ſuam habuerint ſedem, & cum in provinciis, coloniis & municipiis, tribuum nomina & ſtationes fuiſſe dicuntur, id ea qua monuimus ratione eſſe accipiendum.

CAP. III.

Qualia fuerint mœnia Romæ antequam à Sylla, vel potius ab Auguſto Cæſare ampliarentur.

UT hæc quæ deſcripſimus, ita quoque antiquiora mœnia non totam ambiiſſe urbem, ſed à parte Hetruriæ Tiberim loco muri fuiſſe habitum, præter multos alios non uno in loco teſtatur Dionyſius Halicarnaſſenſis. Idem lib. VIII. anno urbis conditæ CCXCI. ſcribit iſtoc tempore muros urbis Romæ non fuiſſe majores mœnibus Athenienſium. Conſtat vero illa fuiſſe ſtadiorum CLXXX. aut circiter. Ad itineris diurni longitudinem porrecta fuiſſe teſtatur Ariſtides in Panathenaica. Iter vero unius diei licet non eadem ſemper accipiatur ratione, quippe ſi per multos dies continuandum ſit iter, σταθμοὶ ſeu manſiones viginti ut plurimum paſſuum abſolvuntur millibus, ſed ſi unius diei iter ſeorſim ſpectes, multo patet latius. Itaque Strabo itineri diurno ſtadia adſignat ducenta & quinquaginta & aliquando etiam plura quam trecenta. Procopius cum decem & ducentis id componit ſtadiis. Sed vero Græci antiquiores, ut Herodotus in Melpomene & Dicæarchus & complures alii itineri diurno terreſtri ducenta tribuunt ſtadia, quæ viginti quinque paſſuum conficiunt millia. Qui Syracuſarum mœnibus æqualem faciunt ambitum Athenarum, conſentiunt, quippe & illis CLXXX. ſtadiorum tribuitur ambitus.

Habe-

Habemus itaque antiqui muri Romani longitudinem porrectam ad millia XXII. & passus quingentos, aut etiam millia XXIV, si stadia septem cum semisse, cum singulis componamus passuum millibus. Sed & hoc quoque patet muros à Sulla & postea ab Augusto ampliatos sex millibus & passibus DCCLXV, aut si alterum sequamur calculum octo millibus & passibus CCLXV productiores fuisse istis antiquis.

Unde incœperit & ubi desierit antiquus iste murus, multis dictu admodum videbitur difficile. Cum ne eorum quidem mœniorum quæ construxit Augustus, quæque describit Plinius, ullæ hac tempestate supersint reliquiæ; nemini mirum videri debet, si prisci istius muri nulla hoc tempore compareant vestigia, præsertim cum sua quoque ætate illa inventu difficilia fuisse testetur prædictus Halicarnassensis. Parum hic juvant scriptores antiqui, è quorum silentio satis manifestum veteres Romanos stante libertate & durante Republica non magnam murorum gessisse curam, confisos potius virtute & multitudine civium. Crebra quidem prolati pomærii occurrit mentio, sed nihil hoc ad muros, cum constet non tantum post reges exactos, sed jam quoque antea, crescente civitate crevisse quoque mœnia extra pomœrium, quod septem montium ambitu etiam cum amplissimum esset terminabatur,

Sed vero omnis dubitatio & difficultas cessabit, si Dionysium Halicarnasseum & Plinium sequamur, & veteris istius muri initium promoveamus ad decimum viæ Ostiensis lapidem, unde demum ad CLXXX stadia procurrebat ad Anienem, æquali semper intervallo à milliario distans aureo. Non ulterius procedebat murus tempore Reip. exstructus. Spatium enim quod Anienem & Tiberim interjacet sine mœnibus fuisse tempore Hannibalis & postea, constat ex historia. Alterum vero confirmat Pompeius Festus *Puilia saxa esse ad portam quæ sit secundum Tiberim, ait Fabius Pictor. Quem locum putat Labeo dici, ubi fuerit*

Ficana, via Ostiensi, ad lapidem undecimum. Neque enim proba videtur lectio vulgata. Verum multo magis ipsum hoc confirmat intervallum, si enim murum hunc ab initio undecimi lapidis sive à Ficana, ut habet Festus persequaris usque ad Anienem, habebis stadia CLXXX seu tot quot diximus pass. millia. Quod si isti longitudini adjicias id quod Augustus huic muro addidit, producendo eum ab Aniene iterum ad Tiberim, invenies reliqua quæ supersunt octo passuum millia. Supra enim Fidenas & Crustumerium excurrebant mœnia Augustea. At vero prius aperta erat via ad Campum Martium, nulloque præcingebatur muro. Proposuerat quidem Cæsar obstruere hunc hiatum, sed Augustus demum perfecit. Clarum hinc fit quanto spatio mœnia urbis ampliare voluerit Nero Cæsar, cum in animo habuit ea Hostiam usque producere. Cum enim ad Ficanam murus iste jam antiquitus fuerit promotus, facile colligere possimus illum non magnam admodum rem præstiturum fuisse, si quod voluit perfecisset, & veteres muros Ostiam usque continuasset. Verum si ea tantum parte non autem circumcirca murus fuisset ampliatus, convenientem non habuisset circinationem, ut mirum non sit prætermissum fuisse opus. Sed neque hoc mirum cuiquam debet videri, quod jam sub Regibus & mox postea tanta fuerint Urbis & mœniorum incrementa Ostiam versus, parum tamen crescente urbe ab ea parte qua Anio fluit. Non tantum propter utilitatem ex vicinia maris ut plerunque fieri solet, sed & ratione situs id contigisse, quia nempe planior & ædificationi aptior sit ista agri Romani portio, docent nos Festi schedæ, *Posticum Palatii dicta est ea regio urbis quam Romulus obversam posuit, ea parte, in qua plurimum erat agri Romani ad mare versus & qua mollissime adibatur urbs: cum Etruscorum agrum à Romano Tiberis discluderet, cæteræ vicinæ civitates colles aliquot haberent oppositos.* Perperam vulgo legitur *Pectuscum Palatii*, & alieno prorsus uti multa alia insertum loco. Ab aruspicibus nempe indi-


Tibur.
Anio fluvius.
Lacus Gabinus.
Gabij.
Ad decimum.
Tusculanum Ciceronis.
Murus tempore Reip. exstructus, longus XXII millia, pass. quingentos, complectens portas XXVIII.
Murus Augusti, longus Millia octo, passus 265. portas continens novem.
Nomentum
Aricia.
Bovillæ.
Pons Milvius.
Tiberis fl.
Milliarium aureum.
Pons sublicius.
tractus transtiberinus.
ETRVRIÆ PARS.
Ficana.
Ostia.
5
10
Millia passuum.
Tho: Cross Jun Sculp.

nditum nomen, qui cum cardinem vocarent eam lineam quæ decumanum ad angulos secaret rectos, posticam dicere istam cardinis partem, quæ à centro designationis meridiem spectaret. Posticum itaque Palatii seu postica linea ea erat, quæ à foro Romano Ostiam versus tendit.

CAP. IV.

Occurritur quibusdam argumentis quæ huic tantæ magnitudini adversari videntur.

POmœrium vel ipso attestante vocabulo extra muros & solis Palatini montis radicibus terminatum primitus fuisse uno consensu fatentur plerique. Prolatum deinceps fuisse à Regibus & præcipue Servio Tullio & hoc quoque constat. Ampliatis ab illo & ab aliis postmodum mœnibus, pomœrium jam non tantum extra sed etiam intra muros fuisse & hoc quoque plerique testantur scriptores. Ex iisdem quoque clarum pomœrii terminos nunquam excessisse septem colles: siquidem constat ne Aventinum quidem usque ad tempora Claudii Cæsaris intra pomœrium fuisse. Religione prohibitos ne produceretur pomærium scribit Dionysius Halicarnassensis. Nempe vetabant augures, pontifices & reliqui sacerdotes, quorum intererat ut multa ædificiis vacua in media urbe & Palatino vicina relinquerentur loca, apta captandis auguriis, lustrandis agris & circumeundis muris, exhibendis ludis & spectaculis, ædificandis circis, unde non modicum redundabat emolumentum. Dicitur quidem Sulla protulisse pomœrium, ideoque auxisse pontificum & augurum collegium; sed tamen jus antiqui pomœrii mansisse vel ex eo colligas, quod ne Aventinus quidem collis ejus ætate intra pomœrium fuerit receptus, & quod exteriores muri quos descripsimus ita

ita ædificiis fuerint obruti, ut nullum omnino ibi pomœrium fuisse videatur. Hinc satis ut puto clare conficias, Pontificum & augurum, quorum in potestate erat terminos ponere, prævaluisse autoritatem, idque obtinuisse, ut Roma non mœniorum laxitate, sed pomœrii finibus terminaretur, & ut quidquid extra pomœrium & septem esset colles suburbiis accenseretur. Si sic statuamus, cessabunt omnes fere controversiæ, quæ complures doctos & antiquitatis studiosos hactenus exercuerunt viros, cum vix quidquam in veterum occurrat scriptorum libris, quod non facile hac ratione intelligas.

Quando itaque urbem septem circumscribi & contineri collibus scribunt veteres, hoc de pomœrio, id est, præcipua ejus intelligendum est parte: utpote quæ Palatium & atria comprenderet nobilium. Ut vero ait Ovidius Jovis describens regiam ad exemplum civitatis Romanæ. *Plebs habitat diversa locis*, ita quoque quidquid extra pomœrium esset, extra urbem esse credebatur, nulla habita mœniorum ratione quæ inconspicua erant & ipsis ædificiis depressiora. Inde est quod Aristides in *Orat. de laudibus Romæ*, ne digna quidem ea existimaverit quorum faceret mentionem & neget Romam alia habuisse mœnia, quam Euphratem & Phasin & cæteros Romani imperii terminos. A populo & plebe Romana & insuper ab infinita gentium multitudine habitabatur quidquid esset extra pomœrium. Ibi vivebant omnes orbis Romani populi vicatim divisi, ut idem habet Aristides, ibi totæ nationes simul & confertim habitabant, ut Cappadocum, Scytharum, Ponticorum, & aliarum complures, ut apud Galenum loquitur Polemo. In Transtiberino suburbio agebant Judæi & Ægyptii. Alibi Catti, Germani, Daci & Britanni, denique longe maxima urbis pars erant exteri ut testatur Seneca, & *mundi fæce repleta* ut Lucanus. Innumeræ quoque erant ibi nobilium villæ quæ tamen licet intra mœnia essent, suburbana nihilominus dicebantur.

Ampliandum tamen hoc in loco judicium, ut rem totam conficiamus. Nam si hic subsistamus quid sentiemus de Plinio, qui cum omnium quotquot fuere urbium longe maximam faciat Romam, utpote cui tribuat ambitum majorem LXX. pass. millibus, terminari tamen eam ab Oriente affirmat aggere Tarquinii Superbi sito inter portam Collinam & Esquilinam, ideoque vix duobus pass. millibus distantem à media Roma? Quid item dicemus de Dionysio Halicarnasseo, cum scribit post Reges non ampliatum fuisse Pomœrium, religione non permittente, cum tamen idem anno Urbis CCXCI. mœnia Romæ æquasse aut etiam superasse affirmet muros Athenarum aut Syracusarum? Adeone sui existememus oblitos fuisse utrosque scriptores, ut nescirent quid scriberent? Vulgus tamen antiquariorum sic censent. Sed nos scimus errare eos quam plurimum, cum antiquæ urbis mensuram ex hodiernis conantur colligere reliquiis, & Aggerem Tarquinii, quem hoc in loco memorat Plinius, tam vicinum Aureo fuisse contendunt Milliari, ut non nisi duobus ab eo passuum abfuerit millibus, cum decem minimum abfuisse ex ipso possit confici Plinio. Quærat aliquis, an ergo Tarquinii tempore tanta jam fuerit Roma, ut agger iste adeoque ipsa urbis portæ & muri civitatis totis decem pass. millibus à medio remoti esse potuerint foro? Quamvis ex eo quem adduximus Dionysii loco haud obscure cognoscamus non defuisse olim inter Romanos qui sic crederent, & præsertim inter sacerdotes & augures, quorum intererat rebus & operibus suis religionis ergo majorem quam par sit adscribere vetustatem; licet etiam necesse sit jam tum quoque magnam admodum fuisse Romam, utpote in qua centum & triginta civium numerarentur millia; vix tamen mihi persuaserim aggerem istum Tarquinii, quando primum fuit exstructus, pluribus quam quatuor millibus à primo remotum fuisse Milliario. Sed quomodo inde ad decimum migravit lapidem? Respondeat pro me Livius, qui de pomœrio agens lib. primo sic

ſic ſcribit; *in urbis incremento, ſemper quantum mœnia proceſſura erant, tantum termini conſecrati proferebantur.* Cum vero agger iſte Tarquinii medius eſſet Collinam inter & Eſquilinam portas, neceſſum quoque fuit, ut prolatis mœnibus & portis urbis, ſimul quoque medius produceretur agger ſeu murus. Dixeris hac ratione non eundem fore aggerem. Quidni? præſertim ſi ex iiſdem reædificatus fuerit lapidibus; ut plerunque fieri ſolet, Licet vero id non ſit, nihil tamen obeſt, cum ex augurum & pontificum arbitrio nomina imponerentur, & ſolenne omnibus ſemper ſeculis & locis fuerit, ut ſi quando portæ & mœnia promoventur & ampliantur, antiqua ut plurimum ſerventur nomina. Si exempla petas, & illa quoque accipe. Lucum Camœnarum & Antrum Egeriæ, quod Numa ſolebat frequentare, quamvis verus eorum hoc tempore ignoretur ſitus, illud tamen conſtat haud longe extra portam fuiſſe Capenam, quæ tunc admodum mediæ urbi erat vicina. Creſcente deinceps ſub Conſulibus civitate & promotis ad decimum lapidem mœnibus & portis urbis, ſimul quoque migravit fons & Antrum Egeriæ & Camœnarum Silva ad decimum quintum lapidem. Ariciam quippe omnia hæc fuere tranſlata ad Nemus Dianæ, quod quam latiſſime patebat, adeo ut finitimum eſſet mœnibus & extremis Romæ ſuburbiis. Manium Egerium primum è Romanis ſacerdotibus tractum hunc Nemorenſem Dianæ conſecraſſe conſtat è Feſto. Sed vero Cato Originum II. vocat hunc Bæbium Egerium. Verba ejus hæc ſunt apud Priſcianum, lib. iv. *Lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Bæbius Tuſculanus dedicavit dictator Latinus.* Pari ratione cum multa alia veteris Pomœrii loca, tum quoque Lacus Juturnæ & Clivus Virbii una cum urbis mœnibus fuere prolata. Clivus Virbii erat prius ad quartum lapidem vicinus Eſquiliis vico Patritio & Aggeri antiquo, quæ præcipue loca à tenuioris conditionis hominibus aut etiam à mendicis tenebantur. Iſte Virbii clivus & ipſe quoque ad colles migravit Aricinos,

& factus est statio mendicorum, Judaicorum præcipue. Judæis quippe sacerdotes Luci Nemorensis totum locarant Aricinum saltum, unde Juvenalis & ipsam quoque silvam ejectis Camœnis dicit mendicare. Notanda vero ad hunc Juvenalis locum verba veteris Scholiastæ; *In via Appia ad portam Capenam, id est ad Camœnas. Madidam ideo, quia supra eam aquæductus est, quem nunc appellant Arcum stillantem. Primum enim usque ibidem fuerunt portæ, quæ porta Capena vocabatur* Nempe eo, quo iste interpres scribebat tempore, porta Capena ad illum redierat locum, quo sub primis fuerat regibus, quoque nunc fere visitur. At vero tempore Juvenalis dicit portam istam vicinam fuisse Ariciæ & Luco Camœnarum ad decimum ab urbe remotam lapidem, ut ostendimus, quemadmodum & cæteræ urbis portæ, quæ postmodum diminuta Roma esse desierunt, ita ut sex vel septem in unam coaluerint. Quin & amplius addo, crescente perpetuo pomœrio & mœniorum amplitudine & ipsos quoque crevisse montes & quam latissime finium suorum protulisse terminos. Semper quidem augures & sacrorum antistites voluerunt ut universa Roma septem contineretur montibus; sed redundante civium & incolarum copia, cum pauci isti colles tantam non caperent multitudinem, primo quidem exædificata fuit tota ea planities, quæ ultra Aventinum Ostiam versus jacet. Mox deinceps agri qui longius à flumine absunt & crebris assurgunt collibus & illi quoque inhabitari cœperunt, & urbi accesserunt. Mansit nihilominus antiquæ religionis mos, ut Roma non nisi à septem comprehendi diceretur montibus: singulis quippe montibus augures & Sacerdotes complures adjecere colles, qui velut appendices iisdem accederent; ita ut uno eodemque omnes censerentur nomine. Esquilino itaque monti addiderunt Cispium & Oppium montes, qui utrique complures continebant colles. Idem Cœlio, Quirinali & aliis contigit montibus, ut facile aliquis ex sacris Argeorum colligat libris, quorum fragmenta

menta ſervavit nobis Varro quarto de L L libro. Fruſtra ſunt qui in illis, quæ hoc tempore ſuperſunt mœnibus, tot montium capita ſeu juga invenire conantur aut ex Rufi & Victoris de regionibus urbis libellis priſcam ſatagunt explicare magnitudinem, cum illorum ætate, ne viceſima quidem antiquæ urbis pars ſuperfuerit. Vel ſolæ Eſquiliæ majores erant, quam ſit totum illud, quod hodiernis includitur muris ſpatium. Illud quippe ne totos quidem ſeptem amplectitur colles, cum major horum extra muros exulet portio. Si neglectis amfractibus & laciniis muri ambitum perſequaris, ne integra quidem decem paſſuum conficies millia: imo ne ſeptem quidem ſi omittas eam partem, quæ eſt ad Tiberim, ubi nullus olim murus. Tiberis quippe erat loco muri, ut Dionyſius Halicarnaſſenſis & alii paſſim teſtantur. Tantillo tamen ſpatio complures totam quanta olim fuit includunt Romam, ita ut neceſſe ſit illam nuſquam fuiſſe, cum domus Neronis totam iſtam occuparet aream. Inſtant tamen nonnulli & quia nulla alia murorum hoc tempore ſuperſunt veſtigia præter ea quæ Belliſarius exſtruxiſſe dicitur, ideo etiam Romam laxioribus unquam incluſam fuiſſe negant mœnibus. Verum an ideo Capitolium non fuit, quia nullæ noſtra ætate comparent reliquiæ? Antiqua mœnia qualia ſub primis fuere regibus, una cum ſeptem portis Plinii & Veſpaſiani ſeculo eſſe jam deſierant. Quæ poſtea fabricata fuere vix erant conſpicua tempore Dionyſii Halicarnaſſenſis. Aureliani murus non ſupererat ætate Juſtiniani. Si antiquiora, quæ decem ut oſtendimus à Miliario aureo aberant paſſ. millibus ſcrutari & inquirere velimus mœnia, aperienda eſt tellus ad ſexaginta vel plurium pedum profunditatem, & ſic demum fieri poterit ut & illa & alia muris editiora ædificia in conſpectum veniant. Et nos quoque olim ad quadraginta fere pedes tellurem vidimus ſubrutam ſummaque ibique columnarum vix emergentia conſpeximus capita, ut vel hinc aliquis cognoſcat, quam

frustra illi sint qui antiquam Romam in hodiernæ urbis quærunt superficie. Longo tempore non ædificia tantum, sed & integræ subsidunt urbes, nec quidquam profuere insanæ operum substructiones ut non altius & profundius illa rerum domina terras subierit, quam olim supra fundamenta exstiterit. Non quidem negaverim superesse etiamnum vetusta quædam monumenta supra terram multum eminentia, cujusmodi sunt Pyramides in Ægyto, murus Sinensium, & in ipsa Roma Amphitheatrum, Pantheum, columnæ Trajani & Adriani & alia nonnulla; verum id soli minus cedentis & saxei factum est beneficio & simul quod ipsa olim fundamenta multum supra terram exstarent: nam sane omnium harum molium culmina multo altiora fuisse quam vulgo existimant, certis colligi potest documentis. Septizonii quod Severi esse creditur, ne quarta quidem altitudinis superest portio. Venientibus ex Africa in ipso mari culmen ejus olim conspiciebatur. Septem quippe adsurgebat zonis totidemque columnarum ordinibus invicem sibi superstructis, collium Romæ & simul totidem planetarum præ se ferens imaginem. Ut vero credam etiam Pyramidas depressiores esse quam olim fuerint, facit mensura hodierna, quæ non respondet altitudini aut latitudini antiquæ. De muro Sinico seu potius Serico, licet certi nihil habeam, fieri tamen potest, ut & ille quoque instauratus fuerit sicubi subsideret. Ut ut sit, in vanum laborant, qui antiquæ Bobylonis aut Nini scrutantur reliquias, vix enim aliter fieri potest ut non urbes istæ ducentis aut pluribus infra telluris superficiem depressæ sint pedibus utpote in molli & riguo exstructæ solo. Quotidiana quin etiam docent experimenta quælibet communia quoque ædificia, in quibuslibet fere locis, habita tamen ratione soli & ponderis prementis, seculi spatio minimum uno, aliquando etiam duobus aut tribus pedibus præsertim in molli solo subsidere, & quidem quanto altiora solidiorisque fuerint operis, tanto profundius deprimi,

primi. Tiberim vero fuiſſe terminum Romæ, opus non eſt ut moneamus, cum in eo plerique conveniant antiqui ſcriptores. Quod vero dicunt, niſi tranſtiberina regio accenſeatur Urbi, jam verum non eſſe ut forum Romanum & milliarium aureum fuerit in media Roma & umbilico urbis in eo omnino fugit illos ratio. Oſtendimus mœnia Romana in ſemicirculi formam cinxiſſe urbem: atqui omnes in eo conſentiunt Geometræ, idem eſſe ſemicirculi centrum, quod circuli: cum centrum non tantum dicatur id punctum, quod in medio circuli ſeu figuræ, ſed & quod in ipſo figuræ occurrat ambitu, uti in ſemicirculo; aut etiam quod ſit extra figuram, ſi minor ſemicirculo fuerit ſectio. Quod vero exiſtimant caſtra Prætoria, quorum in ſupra memoratis Plinius meminit verbis, olim in eodem fuiſſe loco ubi nunc viſuntur, id manifeſte vel ex ipſo Plinio falſum eſſe evincitur, cum illa longe extra mœnia in fine collocat ſuburbiorum. Conſtat plura fuiſſe caſtra prætoria, pluribuſque in locis diſperſa, quamvis non ignorem Tiberium Cæſarem prætorianos in una conduxiſſe caſtra. Sero demum ſub iis qui poſtea regnarunt Imperatoribus una cum mœnibus migraſſe ad illum in quo hoc oſtenduntur tempore, clarum fiet ex iis quæ poſtea dicentur.

CAP.

CAP. V.

Quantus fuerit veteris ROMÆ, cum ſuburbiis ambitus.

POSTQUAM mœniorum Romæ amplitudinem expoſuit Plinius, addit quoque menſuram quam totius civitatis computatis quoque ſuburbiis colligat ambitus, neglecta tamen ut ante Transtiberina regione utpote quæ Romæ non accenſebatur. Patet id exinde quod menſuram ineundam eſſe dicat ab eodem milliario, & quidem per vicos, id eſt per directum, nulla habita obliquitatis Tiberis ratione, quippe ſic multo major emergat menſura. Planum eſt itaque ex iis quæ diximus, ſi longitudini mœniorum, addas quoque iſtud ſpatium quod Tiberis alluit, id eſt millia paſſuum viginti, habituros nos ambitum totius urbis millium quinquaginta & præterea paſſuum DCCLXV. Immenſa licet hæc videatur magnitudo, non tamen ſibi conſtabit Plinius cum hoc ipſo in loco ſcribat, *nullius urbis magnitudinem in toto orbe potuiſſe ei comparari.* Ipſe quippe Babylonem ſexaginta millia paſſuum in ambitu habuiſſe affirmat. Itaque ſecundum hanc menſuram area Babylonis exceſſiſſet aream urbis Romanæ tertia ſui parte. Ut itaque Babylonis magnitudinem ſuperet Roma, dicit addenda eſſe ſuburbia & extrema urbis tecta. Conſtat vero illa non tantum uſque ad Oſtiam, verum etiam uſque ad mare excurriſſe. In altera vero parte quæ à mari eſt remotiſſima, ad Nomentum fere producebantur ædificia, In ſpatio intermedio pene ad Tibur, & in via Appia ad Ariciam fere extendebantur ſuburbia. Egreſſis quippe Roma, prima occurrebat Aricia, & qui illic erant, jam non amplius

amplius versabantur Romæ, ut docet Arrianus ad Epictetum. At vero Bovillæ sitæ ad undecimum lapidem, ut habet vetus interpres Persii, suburbium erat Romæ & contiguum mœnibus, quæ decimo ut ostendimus terminabantur lapide. Itaque apud Suetonium corpus Augusti à Nola Campaniæ Bovillas usque portant decuriones. A Bovillis vero equestris ordo suscipit urbique infert. Si itaque statuamus solis quatuor passuum millibus extra mœnia excurrisse suburbia & ponamus calculum, inveniemus eorum ambitum quadraginta quatuor passuum millium. Cui mensuræ si addamus spatium quod ab Ostia ad Nomentum pene protendebatur, id est millia viginti octo, habebimus universum Romæ veteris ambitum millium LXXII, unde manifestum fit recte se habere mensuram Plinianam, cum supra LXX huic adsignat passuum millia.

Si quis itaque componat veteris Romæ aream, additis suburbanis cum area antiquæ Babylonis quam quadratam fuisse constat, inveniet Romam tribus undecimis partibus majorem fuisse Babylone. Sed Plinius suburbana Babylonis, veluti ignota, neglexit. In tanta tamen urbis vastitate nulla hic habetur ratio totius Transtiberinæ regionis, quæ extra urbem censebatur. Domus quippe Neronis, ab ea parte, qua fluebat Tiberis, cingebat & terminabat totam Romam. Ipse itaque Plinius lib. XXXIII. cap. III. postquam de Theatro Pompeii esset locutus, addit; *Et quota pars ea apparatus fuit aureæ domus ambientis urbem?* & iterum Lib. XXXVI. cap. XV. *Bis vidimus urbem totam cingi domibus principum Caii & Neronis, & hujus quidem, nequid deesset, aurea.* Noti sunt versiculi;

Roma domus fiet. Veios migrate Quirites,
Si non & Veios occupat ista domus.

In latitudinem domus hæc producebatur usque ad Esquilias. Plures porticus triplices milliarias, id est singulas mille

mille passuum continebat. Cætera vide apud Suetonium. Facile inde conficias, nullam, ne in tota quidem Europa, esse tam amplam civitatem, quam fuerit domus ista Neronis.

Multum vero amplitudini Romæ accedet si & Transtiberinum quoque huic subjungamus tractum. Non ille longum tantum Janiculi comprehendebat jugum & vicinos huic colles, sed, si nonullis credendum Ocriculum usque, ad intervallum nempe XXXVI mill, pass. in via Flaminia Romana excurrebant ædificia. Verum cum nullum idoneum satis hujus rei hactenus invenerim testem, aliis hoc libenter investigandum relinquam. Interim habitatissimam fuisse hanc viam nemo prudens negaverit, cum constet triumphantes hac urbem ingredi solitos, unde & triumphalis dicta, & totam Romam in hac videndam se obtulisse ut canit Martialis. Nec sane post Appiam viarum reginam, ullam aliam Flaminia illustriorem fuisse viam, immensa rudera & perpetui viarum satis ostendunt aggeres; præsertim si quis terram subruat.

Omnibus tamen his merito quis objiciat, cum constet Augustum urbem in quatuordecim divisisse regiones & totidem quoque agnoscat Plinius, fieri non posse ut Tiberis fuerit Romæ terminus, cum decima quarta regio à plerisque trans Tiberim statuatur. Verum ego audacter vel ex sola hac Plinii descriptione ausim affirmare nullam Augusti vel Plinii ætate XIV urbis regionum fuisse trans Tiberim. Quod si quis alium quoque petat testem, audiat Tacitum Annal. XV, ubi agit de incendio Neronis; *Quippe in regiones quatuordecim Roma dividitur: quarum quatuor integræ manebant, tres solo tenus dejectæ: septem reliquis pauca tectorum vestigia supererant lacera & semiusta.* Si enim ætate Neronis XIV, urbis regio non fuit cis Tiberim, putidum sane fuisset monere eam intactam ab igne perstitisse.

In

In marmore Capitolino quo recenſentur vici quinque Urbis regionum, reliquarum enim regionum deſcriptiones in eo non comparent, memoratur etiam regio urbis decima quarta, ſed non additur eam fuiſſe Tranſtiberinam. Occurrit in hoc lapide vicus januclenſis, quod omnino accipiendum videtur de vico XIV regionis Ciſtiberinæ, à qua per pontem januclenſem, via patebat ad Janiculum. Onufrius Panuinus omnes vicos qui in hoc marmore recenſentur tranſtulit in ſcriptum P. Victoris de regionibus urbis, invitis, ut puto, antiquis libris, in quibus nulla vicorum comparent nomina. Qua quidem in re miror ejus imprudentiam, quod nulla cæterarum urbis regionum habita ratione, quinque tantum regionum vicus inſeruerit. Potuiſſet enim eadem licentia ex Sexti Rufi, de eodem argumento ſcripto, plurum quoque regionum vicos ſupplere. Fruſtra itaque ex Victore aliquis conficiat vicos qui in lapide Capitolino decimæ quartæ urbis regioni adſcribuntur fuiſſe trans Tiberim, cum conſtet totum Tranſtiberinum tractum tempore Trajani fuiſſe extra urbem. Ne Severi quidem Cæſaris tempore eum urbi accenſum fuiſſe inde exiſtimo, quod Paulus Juriſconſultus ubi agit de Præfecto Vigilum ſcribat, ſeptem cohortes opportunis locis conſtitutas fuiſſe, ita ut binas regiones Urbis unaquæque cohors tueatur, præpoſitis eis Tribunis. Neque enim veriſimile uni Tribuno ſeu Libertino, ut habet Dio, commiſſas fuiſſe excubias in Cis & Tranſtiberina regione. Quis autem primus fuerit qui pomœrium Romæ ultra Tiberim produxerit an Aurelianus an alius, certo affirmare non poſſum. Alii judicent.

Cap. VI.

Quando Roma fuerit maxima & hominum in Roma multitudo.

Ut ex censibus institutis & conditis lustris certissimum crescentis Reipublicæ potest haberi argumentum, ita contra eorum neglectum & supinas curas certissimum decrescentis aut fatiscentis Reip. fuisse indicium, de eo dubitare nos non permittunt scriptores antiqui. Ut itaque sciamus quibus gradibus urbs & civitas Romana ad tantam provecta sit magnitudinem, dicendum nonnihil de censibus.

Primum lustrum institutum fuisse constat regnante Servio Tullio. Idem quoque alia instituit lustra in quibus censa dicuntur civium millia LXXX & LXXXIV.

Anno Urbis conditæ CCXLV	Censa fuere civium millia CXXX.
A. U. C. CCLVI.	Censa fuere millia civium CL & insuper DCC.
A. U. C. CCLX.	Propter intestinas discordias & seditiones & insuper bella externa, reperta fuere non plura civium millia quam centum & Decem.
A. U. C. CCLXXIX.	Censa fuere millia centum & triginta.

A. U. C.

A. U. C. CCLXXXVIII.	Censa vivium capita centum quatuor & viginti, & insuper ducenta quindecim, præter orbos orbasque, ut habet Livius.
A. U. C. CCXCIV.	Censa fuere civium millia CXXXII.&insuper CCCCXIX.
A. U. C. CCCLXI.	Censa CLII millia & DLXXX.
A. U. C. CCCCX.	Censa millia CLX.
A. U. C. CDXXXV.	Millia CCL.
A. U. C. CDLIX.	Millia CCLXII.
A. U. C. CDLXXII.	Millia CCLXXVIII & ccxxII.
A. U. C. CDLXXVIII.	Post pulsum Italia Pyrrhum, censa fuere millia civium ccLxxI & ccxxIV, unde apparet bello hoc Epirotico multos fuisse absumptos cives.
A. U. C. CDLXXXVIII.	Millia ccxcII, & ccxxIV.
A. U. C. DI.	Censa millia ccxcvII & insuper ccxxVII.
A. U. C. DVI.	Censa millia ccLI & ccxxII. Unde apparet quam multi primi belli Punici tempore terra marique perierint.
A. U. C. DXII.	Censa millia ccLx.
A. U. C. DXXXVIII.	Censa millia ccLxx & ccxIII.
A. U. C. DXLIV.	Censa fuere tantum civium millia cxxxVII & CVIII. Unde colligas dimidiam Romanæ civitatis partem secundo bello Punico pene fuisse absorptam.
A. U. C. DXLIX.	Convocatis undique civibus censa fuere Romæ millia ccxv.
A. U. C. DLIX.	Censa milla ccxLIII. DCCIV.
A. U. C. DLXIV.	Censa millia ccLVIII.cccxxVIII
A. U. C. DLXXIV.	Censa millia ccLXXIII.ccxLIV.

A.U.C. DLXXIX.	Censa millia CCLXIX. XV.
A.U.C. DLXXXIV.	Censa millia CCCXII. DCCCCV.
A.U.C. DLXXXIX.	Censa millia CCCXXVII.XXII.
A.U.C. DXCIV.	Censa millia CCCXXVIII.CCCXIV.
A.U.C. DXCIX.	Censa millia CCCXXIV.
A.U.C. DCVI.	Censa millia CCCXXII.
A.U.C. DCXI.	Censa millia CCCXXVIII.IDXLII
A.U.C. DCXVII.	Censa millia CCCXXIII.
A.U.C. DCXXII.	Censa millia CCCLXVII.DCCCCXIII.
A.U.C. DCXXVIII.	Censa millia CCCXC. DCCXXXV.
A.U.C. DCXXXVIII.	Censa millia CCCXCIV. CCCXXVI.
A.U.C. DCLXVII.	Censa miillia CCCCLXIV. uti habet Eusebii Chronicon, quamvis exemplaria nonnulla manu exarata ampliorem exhibeant numerum, nempe CCCCLXXXIII.

Hic ultimus & maximus liberæ etiamnum Reipublicæ fuit census, siquidem oppressa Republica primum quidem tyrannide Syllæ, deinceps Pompeii, & demum Cæsaris, multum diminuta est Roma, & quamvis in censu habito Anno Urbis DCLXXXIII censita fuerint DCCCC civium millia, uti habent pleraque Livianæ epitomes scripta exemplaria, & confirmatur à Phlegonte Tralliano, ipsa tamen hæc civium multitudo signum pereuntis potius quam crescentis fuit Reipublicæ. Antea pauci admodum civitate Romana donabantur, vixque ullis nisi Romæ domicilium habentibus honor iste concedebatur: siquidem ut in duabus aut pluribus urbibus jure civitatis aliquis frueretur stante republica non permittebant Romanæ leges. At vero post Syllæ dominatum plerique fere Italiæ populi jus civitatis obtinuere, ita ut vere dici possit Romam decrevisse crescente post Syllam civium numero. Non quidem negaverim post bellum Mithridaticum & denuo tempore Augusti frequentiorem forsan fuisse Romam hominibus, quam

unquam alias, non tamen civibus aut inquilinis, ſed ſervis & advenis undique ex toto imperio confluentibus & jus Romanorum civium occupantibus. Poſt bellum civile quantum diminutus fuerit Romæ civium numerus, manifeſte docent epitome Liviana & Plutarchus cum aſſirmant, non niſi centum quinquaginta civium millia fuiſſa reperta. Scio quidem ſagaciſſimum Lipſium adducere locum ex Suetonio & Dione unde adſtruere conatur numerum civium poſt bellum civile non fuiſſe diminutum, & erraſſe utrumque ſcriptorem; ſed vero illos alter maniſeſtior Dionis tuetur locus, qui eodem XLIII. occurrit libro, cum dicit Cæſarem poſt peractum bellum civile, promiſiſſe prœmia illis qui plures procreaſſent liberos, propterea quod bellis civilibus vehementer eſſet exhauſta urbis frequentia, idque non tantum è cenſu, cui ipſe præerat, ſed & ipſis quoque oculis & conſpectu civitatis potuiſſe deprehendi. Ἐπειδή τε δεινὴ ὀλιγανθρωπία διὰ τὸ τῶν ἀπολωλότων πλῆθος, ὥς ἔκ τε τῶν ἀπογραφῶν, (καὶ γὰρ ἐκείνας τά τε ἄλλα ὥσπερ τις τιμητὴς ἐπόιησε,) καὶ ἐκ τῆς ὄψεως αὐτῆς ἠλέγχετο, ἦν· πολυπαιδίας ἆθλα ἐπέθηκεν. Aliter itaque accipiendus Suetonii locus de cenſu vel potius recenſu Cæſaris, ſic nempe, quod cum ex nongentis civium millibus qui ante bellum civile numerabantur, ſupereſſent etiamnum trecenta & viginti ſupra trecenta millia qui publico frumento alerentur, adflicta & diminuta Republica & exhauſto ærario numerum iſtum retraxerit Cæſar ad centum & quinquaginta millia: ſed verius forſan credamus totum hoc fuiſſe tantùm prætextum & commentum Cæſaris ad cælandam civium paucitatem. Neque enim fallit Livii epitome; in qua legas lib. CXV. *Recenſum egit, quo cenſa ſunt civium capita centum quinquaginta millia,* nec ſollicitandus hic locus cum in hac lectione omnes conſpirent libri veteres.

Quod vero luſtra attinet quæ inſtituit & condidit Auguſtus, in quibus cenſita fuere ſupra quadragies centena civium Romanorum capita, illa ad rem nihil faciunt, cum non

non urbis, ſed Romani imperii magnitudinem oſtendant. Stante Republica Romæ tantum cenſus fuit habitus. Primus fuit Auguſtus qui in provinciis cenſum inſtituit. Illum auxit Claudius, ſub quo Tacitus numerata fuiſſe ſcribit ſexagies novies centena ſexaginta quatuor civium millia. Et hic maximus civium Romanorum eſſet cenſus niſi longe illo majorem deſcriberet Euſebius in Chronicis, cum dicit Auguſtum cum Tiberio cenſum Romæ agitaſſe in quo inventa fuerint ſupra nonagies ſexcenta & ſeptuaginta hominum millia, ſic enim in optimis & antiquiſſimis ſcriptum invenio libris: Verum de hoc amplius deliberandum cenſeo. Si verus ſit hic numerus & cenſus hic non civium ſed hominum fuerit, opportet ut numerus incolarum Romæ ſub Auguſto minor multo fuerit quam tempore Reipublicæ, ut ex iis quæ mox dicentur patebit.

Quod ſi de civibus Romanis intellexit, peccavit dupliciter, tum quod cenſum qui per totum imperium fuit inſtitutus Romæ habitum dicat, tum quoque in numero, qui vel ipſo teſte Auguſto in lapide quo geſta ejus continentur, ne dimidiam quidam partem hujus multitudinis exequat. Quamvis autem lapidis hujus auctoritas, alio non egeat teſtimonio, illud tamen poſſit exhibere Suidas, cum in voce Αὔγουστος, affirmat hoc regnante in imperio Romano cenſa fuiſſe undecim millia & ſeptendecim ſupra quadragies centena hominum millia, ſive ut ipſe loquitur, myriades CCCCX, & inſuper MXI. Miror itaque hunc Suidæ locum qui unice confirmatur Ancyrano marmore, ſollicitari à Lipſio & aliis viris doctis. Ne quis autem errorem literis numeralibus ſubeſſe exiſtimet, apponam integra verba prout in libris ſcriptis integris vocabulis concipiuntur. Αὔγουστος Καῖσαρ δόξαν αὐτῷ πάντας τοὺς οἰκήτορας τῶν Ῥωμαίων κατὰ πρόσωπον ἀριθμεῖν, βουλόμενος γνῶναι πόσον ἐστὶ πλῆθος, καὶ εὑρίσκονται οἱ τὴν Ῥωμαίων οἰκοῦντες τετρακόσιαι δέκα μυριάδες, καὶ χίλιοι δεκαεπτὰ ἄνδρες.

Ut

Ut vero ad Eusebium redeam, quamvis manifestum sit illum errasse, non tamen è nihilo ortum existimo hunc errorem. Nempe ultimum lustrum quod sub Vespasiano conditum est, quodque Censorinus affirmat fuisse LXXV, confudit cum postremo lustro Augusti. Omninoque rationi consentaneum est, ut si Tiberii tempore in imperio Romano numerata fuerint septuagies fere centena civium millia, liberalitate vel potius avaritia Vespasiani & Titi, numerus ille auctus fuerit ad nonagies sexcentena & septuaginta millia. Clarum est itaque civium qui Romæ versarentur nullam apud scriptores occurrere mentionem post recensum Cæsaris quo redacti fuere ad centum quinquaginta millium summam. An sub Augusto & qui subsecuti sunt Cæsaribus, creverit horum numerus, non constat, & verisimile non crevisse, cum civitatis jus ad victas transierit gentes, qui victores suos postmodum premerent.

Si itaque inquiramus tempus quo florentissima & maxima fuerit civitas Romana, non male hoc ut existimo, referemus ad illos annos qui proxime dictaturam Syllæ præcesserunt, quando & maximus legitimorum civium fuit numerus, & integra etiamnum fuit libertas. Primus enim qui Rempublicam perdidit fuit Sylla utpote qui non ex populi & senatus, sed ex suo arbitrio consules & magistratus creant, qui nunquam nisi multis lictoribus & satellitibus stipatus in publicum prodierit, qui tribunorum plebis potestatem, facem ut ipse putabat seditionum, sed simul Reipublicæ animam penitus sustulerit.

Quamvis enim Senatorum potentia & multitudine etiam ante Syllam gravaretur Respublica, supererat nihilominus libertas, cum quot Senatorum, totidem quoque Equitum in judicando numerentur suffragia. Quin & C. Gracchum constat legem tulisse de duplicando equestri ordine, & ut trecentis senatoribus, sexcenti equites admiscerentur, ut nempe hac ratione ordo equestris præva

leret

leret Senatui. Post Sullam vero omnia hæc adeo immutata fuere, ut nulla plebis in comitiis habita fuerit ratio. Quod autem L. Cottam & Pompeium, licet postea pœnitentem, tribunitiam potestatem in integrum quodammodo restituisse scripserint nonnulli, fuit id quidem, sed ad breve tempus & nomine tenus, nec quidquam profuit Reipublicæ, cum ad Senatum penitus translata fuerit tribunitia potestas, severissimeque observaretur, nequis Eques aut Plebeus crearetur tribunus plebis. Senatoribus tantum honor iste concedebatur, solusque fuit Augustus qui etiam equestris ordinis viris tribunatum petere permiserit. Sub sequentibus vero Cæsaribus notum est nullos fuisse Tribunos, præterquam ipsos Cæsares.

At vero si magnitudinem Romæ non civium numero, sed laxitate mœniorum metiri velimus, nullum est dubium quin sub Augusto longe fuerit maxima. Is quippe mœnia antiqua ad triginta ut ostendimus passuum millia produxit, unde & Quirini & Romuli conditoris urbis retulit cognomen. Itaque Manilius Lib. IV. ubi de libra agit, de illo sic scribit.

Qua genitus Cæsarque meus hanc condidit urbem.

Sic enim habet optimus meus liber, longe Gemblacensi præstantior. Sed & Latinus Pacatus in Panegyrico Theodosii Augustum mœnibus ornasse Romam testatur.

Incolarum quod attinet numerum, illum admodum difficile fuerit investigare, cum nullus eorum habitus unquam fuerit census, neque constet quando horum numerus fuerit maximus, num ante Syllam, aut post bellum Mithridaticum, an vero tempore Augusti, quando Roma victarum gentium facta est colonia. Interim minime dubitandum existimo, quin numerus eorum longe fuerit major, ac sit ille quem subduxerit Lipsius, & vel solos servos numerum quem ille posuerit superasse. Athenis quando viginti

viginti civium numerabantur millia, simul quoque numerata fuere quater centena servorum millia. Si ad eundum calculum revoces civium legitimorum numerum qui Romæ domicilium habuere, qui utique non pauciores fuere quadringentis millibus, habebis octuagies centena millia, ita ut hac ratione plures Romæ servi fuerint, quam ullum hoc tempore Europæ regnum contineat homines.

Sed ex ipsa urbis Romanæ area, certius aliquanto de hominum multitudine haberi possit argumentum. Quanta ea fuerit ex iis quæ antea diximus satis potest colligi. Componamus hanc aream cum areis duarum maximarum orbis Christiani civitatium Londinensi nempe & Parisiorum urbe. Si mensores non fallunt, duæ istæ civitates simul junctæ aream insident quæ fere leucam conficiat Germanicam, sive sedecim millia passuum quadrata. Atqui area urbis Romanæ additis suburbiis octodecies majus continebat spatium. Quod si tractum Transtiberinum addamus, plus quam vicies major fuit Romæ area, ac sit illa quam prædictæ duæ impleant civitates. Antiquam vero Romam minus olim habitatam fuisse ac istæ sint urbes, nemo ut opinor existimet, cum constet longe altiores & plurium contignationum fuisse domos, quam nostra fieri soleant ætate. Quo autem pares tanto ferendo essent oneri, ex cæsis parietes struebantur lapidibus. Lateritii enim operis parietes in urbe fieri lex vetabat, ut lib. II. cap. VIII. docet Vitruvius, hanc etiam addens causam; *In ea autem majestate urbis & civium infinita frequentia, innumerabiles habitationes opus fuit explicare. Ergo cum recipere non posset area plana tantam multitudinem in urbe, ad auxilium altitudinis ædificiorum res ipsa coegit devenire. Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitiis altitudines exstructæ contignationibus crebris coaxatæ, & cœnaculorum summas utilitates perficiunt & despectationes. Ergo menianis & contignationibus variis alto spatio multiplicatis, populus Romanus egregias habet sine impeditione habitationes.* Istam

tamen sublimitatem coercuit Augustus & postea Nero, modum ædificiorum statuentes LXX pedum altitudinem.

Jam vero, siquis non plebis & vulgi sequatur judicium, sed consulat cordatos & qui de rebus bene judicant, inveniet eos fere in eo conspirare, ut existiment numerum incolarum in utrisque urbibus Parisiorum nempe & Londinensi, non excedere sexties centena hominum millia. Quod si quis non contentus hoc numero plures existimet, frequentiorem quoquo efficiet Romam. Posito itaque hoc calculo habebis centies & quadragies centena hominum millia, sive ut vulgo loquuntur quatuordecim milliones, quantam multitudinem ne tria quidem amplissima orbis Christiani possint conferre regna, ut ex iis quæ postmodum dicentur fiet manifestum.

Ephem: Gall. 98. p. 494. in recens.e Thesauri Antiq: Graevii, Tom. IV. ou il y a une dissert: d'J. Voss. ou il soutient des opinions & paradoxes incroyables, comme qnd il dit qu'il y avoit autrefois dans Rome un plus grand nombre d'esclaves, qu'il n'y a maintenant d'hommes dans aucun royaume de l'Europe.

CAP. VII.

Quomodo urbs & civitas & mœnia Romana paulatim decreverint.

DIspersa ut diximus per totum imperium civitate Romana non est ut quisquam miretur ipsam paulatim periisse Romam; verum ut sub Regibus & Monarchis omnia ad speciem crescunt & ampla magis & magnifica videntur, ita quoque sub Augusto major visa est Roma, aucto in infinitum pene civium, inquilinorum, & hominum ab exteris gentibus advenientium numero, introductis prætorianis & cætera domus Cæsareæ pompa, instauratis in Augustiorem modum templis & ædificiis publicis, ampliatis denique civitatis mœnibus. Plus etiamnum ornatus ab illis qui subsecuti sunt accessit Cæsaribus, siquidem constat ex incendio Neronis pulchriorem prodiisse Romam. Omnia tamen hæc ornamenta vix

quid

quidquam aliud præstitere, nisi ut citius periret Roma. Recte itaque scriptor ille, qui sub Trajano floruit, senectam Romæ inchoat ab Augusto, optimo alias principe si triumviratus auferas annos.

Quod autem putant plerique sub Aureliano Cæsare majorem fuisse Romam quam unquam alias, id tantum abest ut verum sit, ut ne dimidiam quidem antiquæ magnitudinis partem Aureliani tempestate superfuisse existimem, & ne quartam aut sextam forsan incolarum partem. Laxis quidem ille & firmis muris Romam cinxisse dicitur, sed nimium laxando & ampliando mœnia, sæpe perire civitates, crebris satis constat experimentis. Vopiscus quinquaginta fere passuum millia in circuitu habuisse scribit, quæ tamen non ipsum, sed Probum perfecisse affirmat Zozimus. Idem addit mœnibus antea caruisse Romam: Quod licet de Transstiberina accipi possit regione, quæ mœnibus carebat, utpote deficientibus jamdudum antiquis istis structis ab Anco Martio, malo tamen de tota accipi Roma, idque eo libentius quod jam tempore Dionysii Halicarnassensis mœnia Romana fuerint admodum observatu difficilia. Inde est quod Aristides, ut diximus, credidit Romam carere mœnibus. Sic quoque Cairum Ægyptiam & multas alias urbes mœnibus carere putant complures, quod illa lateant urbanis undique obruta ædificiis. Si Aureliani tempore existiterunt, qualiacunque demum illa fuerint quæ Plinii ætate etiamnum supererant mœnia, & murus ductus fuit ab ea parte qua fluit Tiberis, jam habemus quinquaginta pass. millia, & plura si obliquitatem Tiberis persequamur. Sed vero muri isti antiqui non supererant ut puto tempore Aureliani absorpti proculdubio ab aliis ædificiis urbanis. Constat præterea hoc regnante tractum Transtiberinum Urbi fuisse accensum. Quod si sit, oportet ampliores quinquaginta passuum millibus fuerint isti muri, omnino itaque alia & prorsus nova, sed angustiora, existimo ea fuisse mœnia, quæ instituit Aurelianus & perfecit Probus. Ponamus quadraginta octo

aut novem fuiſſe paſſ. millium. Attamen de hac quoque menſura tria cum dimidio auferenda ſunt paſſ. millia, illo ſiquidem tempore decima ſexta ſui parte decreverant millia paſſuum, ut non niſi quadraginta quinque ut plurimum relinquantur millia. Hanc veram mœniorum Aureliani exiſtimo fuiſſe menſuram, quam ſiquis cum antiquiore conferat Roma, non niſi dimidium priſtinæ laxitatis inveniet, & minus etiamnum, ſi mœnia iſtæc fuerint laciniofa, & non ad normam directa.

Poſt abſolutos à Probo Imperatore muros uſque ad conditam Conſtantinopolin, interceſſere anni plus minus quinquaginta. Breve quidem hoc ſpacium, ſed ſi afflictiſſimam Romani populi ſpectes conditionem, vix ulla infeliciora invenias tempora. Nihil tamen æque perdidit Romam, quam Conſtantinopolis. Si vis ſcire quantum ea damni intulerit, ſpectes magnitudinem ejus, quæ utique è ruinis veteris ſuſcitata fuit urbis ut non immerito dixeris, non à Barbaris, ſed prius à Conſtantino everſam fuiſſe Romam. Quantum autem poſtmodum decreverit Roma, id demum patuit octoginta annis poſt conditam Conſtantinopolin, quando nempe urbe à Gothis capta menſus eſt ejus mœnia Ammon Geometra & reperit ea in ambitu habuiſſe millia paſſ. XXI, uti teſtatur Olympiodorus apud Photium. Hujus menſuræ ſi colligas aream, & componas cum capacitate murorum Aureliani, invenies ne quintam quidem laxitatis continuiſſe partem.

Denique everſis ſæpe & demum ſub Juſtiniano reparatis à Belliſario urbis muris, rediere tandem ad eam menſuram qua ſub primis quoque fuere regibus, vix ſolum cingentes pomerium, & ne undecim quidem paſſuum millia ambitu ſuo abſolventes. Ipſam vero hodiernam ſi ſpectes Romam, illa fere tota Campo ſubſidet Martio, & ne ducenteſimam quidem urbis antiquæ continet partem, ut mirer non defuiſſe complures noſtro hoc ſeculo doctos viros, qui eam cum antiqua auſi fuerint comparare Roma.

De

De mœniorum & urbis Romanæ magnitudine hæc dicta sufficiant, unde quis facile conficiat, recte se habere locum Plinii, minimeque audiendos esse istos, qui eum quid scriberet nescisse existimant. Merito hoc convitio notassent Plinium, si quemadmodum ipsi volunt scripsisset, & ad amplificandam supra omnes alias quæ unquam fuere urbes Romæ magnitudinem, mœnia ejus descripsisset & tredecim tantum iis adsignasset millia. Non effugit multorum ineptam reprehensionem Lipsius, quod X X I I passuum millium longitudinem mœnibus Romæ adscripserit, ac si nimia ea fuisset mensura. Sed profecto ne sic quidem culpa vacasset Plinius, quem utique latere non potuit excessisse hanc mensuram Carthaginis, Antiochiæ, Seleuciæ, aliarumque urbium & præcipue Babylonis muros, quos ipse in ambitu sexaginta millia passuum habuisse scribit. Verum ut sciamus rectene se habeat hæc mensura, & ut comparatio inter Romam & Babylonem possit institui, non intempestivum erit, si & de Babylone pauca dicamus.

CAP. VIII.

De magnitudine Babylonis & Nini.

IN colligenda mœniorum Babylonis amplitudine Herodotum secutus est Plinius, cum L X passuum millia eam in ambitu habere scribit, utpote quæ conveniant cum C C C C L X X X stadiis. Ut itaque majorem Babylone faceret Romam, necesse habuit addere suburbia: verum hac ratione in censum quoque venire debuissent Babylonis suburbia, quibus non caruisse satis ex iis que supersunt Berosi colligi potest fragmentis. Quod si Ctesiæ & Clitarcho oculatis testibus maluisset credere Plinius, quorum prior C C C L X alter C C C L X V, aut etiam

etiam Straboni, qui CCCLXXX ſtadiorum ambitum ei adſignarunt; jam confeciſſet majorem Romæ quam Babylonis ambitum, etiam abſque ſuburbiis. Dion Caſſius medium videtur voluiſſe ferire inter Herodotum & Cteſiam, cum cccc ſtadiorum ambitum tribuit Babyloni.

Si quæras quænam tantæ fuerit cauſa diſcrepantiæ, non puto me falli ſi dixero Herodotum & complures alios confudiſſe Ninum & Babylonem urbes. Ambitum enim Nini urbis, quæ eſt Ninevi in ſacris literis, fuiſſe ſtadiorum CCCCLXXX ſeu ſexaginta millium, ex Cteſia docet Diodorus Siculus. Longior erat quam latior, utpote cujus mœnia centum & quinquaginta in directam longitudinem, in latitudinem vero nonaginta colligerent ſtadia. Græci plerique in eo conveniunt, ut affirment eam longe majorem fuiſſe Babylone. Sed & ſacræ conveniunt literæ cum trium dierum iter huic adſignant, dummodo de ambitu intelligas.

Confuſionis cauſam hanc eſſe exiſtimo, quod diruta à Nabuchodoſoro & Cyaxare urbe Nino, cum complures Græci nullam aliam Aſſyriæ noſſent metropolin, præter Babylonem, credentes Ninum non urbis, ſed Regis eſſe nomen, ſimul quoque crediderint non poſſe urbem Nini, niſi de Babylone accipi. Conſtat vero ex ſacris literis, non Ninum, ſed Aſſurem condidiſſe hanc urbem. Non male itaque Scaliger nullum hoc nomine Regem fuiſſe pertendit, nec Ninum, ſed Aſſurem Semiramidis fuiſſe maritum. Quod ſi Aſſur non viri, ſed gentis in S. Literis ſit nomen, eodem res recidit, nam certe Nineve domum ſeu habitaculum ſignificat, quomodo & veteres expoſuere Hebræi. Hinc itaque rumor de condita à Semiramide Babylone, quo nomine Græcos ſugillavit Beroſus. Ipſa quinetiam Semiramis in baſi ſuæ ſtatuæ, non Babylonis, ſed Nini ſe vocat reginam, Ἐγὼ Νίνου βασιλεύουσα. Cætera vide apud Poliænum lib. VIII. Græculi & hæc quoque verba, non de urbe, ſed rege Nino accepere, ac ſi illa merito imperitaſſet, & hinc niſi fallor

nata

nata fabella de occiſo à Semiramide Nino. Miror virum doctum, qui eruditas in hunc ſcriptorem dedit obſervationes, legendum exiſtimaſſe μετ' Νίνον. Porro quo minus ſuſpecta cuiquam eſſe debeat hæc inſcriptio, facit teſtimonium Iſidori Characeni, Scriptoris fide digniſſimi, utpote nati in Suſiana ad ſinum Perſicum, eadem qua Dionyſius ὁ περιηγητὴς urbe, & ejuſdem fere ætatis, cum ſub Tiberio & poſtea floruerit. Is quippe ſuo etiamnum tempore hanc Semiramidis ſtatuam ſuperfuiſſe ſcribit. Verba ejus ex veteri libro integriora quam vulgo legantur, non pigebit adſcribere. Sic itaq; ille in Σταθμοῖς Παρθικοῖς. Ὄρος ὃ καλεῖται Ζάγρος, ὅπερ ὁρίζει τὴν Χαλωνῖτιν χώραν, καὶ τὴν τῶν Μήδων. Ἐντεῦθεν Μηδία ἥτις κατέχει σχοίνους κβ΄. ἡ ἀρχὴ αὐτῆς καὶ χώρα Κάρινα. ἐν ᾗ κῶμαι ε΄, ἐν αἷς σταθμὸς, πόλις δὲ οὐδεμία. Ἐντεῦθεν Καμβαδηνὴ ἥτις κατέχει σχοίνους λα΄. ἐν ᾗ κῶμαι ε΄, ἐν αἷς σταθμὸς, πόλις δὲ Βάπτανα ἐπ᾽ ὄρους κειμένη ἔνθα Σεμιράμιδος ἄγαλμα καὶ στήλη.

Veterum Græcorum errorem ſecutus eſt etiam Suidas, cum Ninum urbem à Semiramide Babylonem cognominatam fuiſſe ſcribit. Hinc quoque factum ut Ninum ad Euphratem ſitam fuiſſe ſcripſerint nonnulli, quem in errorem etiam Diodorum Siculum impegiſſe miror. In eo certe minime ſecutus eſt Cteſiam, cui optime notus fuit Nini ſitus.

Quod autem Ninum alii ad Tigrim, alii vero ad Lycum amnem collocarunt, in eo nullum eſt diſſidium, utrique verum dixerunt, cum totum illud ſpatium quod à Tigri ad Lycum extenditur occuparit hæc civitas. A nullo certius peti poſſit verus Nini ſitus, quam à Ptolemæo, qui eam ponit ad Tigrim, quinquaginta circiter paſſuum millibus ab eo loco, ubi Tigri miſcetur Lycus. Verum idem cum obliquitatem Luci non ſignaverit, contentus fontes indicaſſe & præterea locum ubi amnis hic Tigri miſcetur, certo ex illo haberi non poteſt, quanta fuerit Nini cum ſuburbiis longitudo. Si amnis hic recto potius quam tortuoſo incedat tramite, habebimus intervallum inter duo hæc flumina

quadra-

quadraginta aut ut plurimum quadraginta quinque millium passuum. Non est autem insolens ut magnarum urbium suburbia, ad æquale, aut etiam in longius excurrant spatium, quam sint illa, quæ muris includuntur spatia. Cum autem Ninus intra muros longa fuerit centum & quinquaginta stadia, & sita fuerit inter Tigrim & Lycum, non est incredibile suburbia ejus non attigisse tantum utrumque flumen sed & excessisse. Quod si non hac ratione ejus spectemus longitudinem, sed potius illam ad ripas Tigris porrectam fuisse existimemus usque ad confluentem Tigris & Lyci, ad spatium millium quinquaginta, uti ponit Ptolemæus, habebis & sic quoque trium dierum iter, nec opus erit verba Prophetæ ad urbis restringere ambitum. Sic quoque verum erit quod scribit Aristoteles in Politicis capta Babylone fuisse quosdam in remotissima civitatis parte, qui non nisi post tertium diem captos se esse censerint. Nempe & ille Babylonem pro Nino accepit.

Quod itaque ambitum Babylonis attinet, clarum est Plinium dum Herodotum sequitur errasse, & mensuram mœniorum Nini, non Babylonis posuisse. De Ctesiæ vero & Clitarchi mensura minime dubitandum existimo. Verum illud non constat an tempore Ctesiæ aut etiam Alexandri tantæ ac prius magnitudinis fuerit Babylon, ac ne illud quidem ausim præstare, sub Nabuchodonosoro majorem quam alias fuisse. Dicitur quidem ille ampliasse Babylonis mœnia, sed cum pluribus urbs illa quam bis mille ante hunc floruerit annis, quis vadem se sistat vergente ad finem hoc regno idem non illic contigisse quod Romæ factum fuisse diximus sub Cæsaribus, qui decrescente perpetuo urbe & imperio, semper tamen amplificatores videri & dici voluerunt?

Verum ut ad Plinium redeam, si ille contentus ea quam Ctesias mœnibus Babylonis tribuit mensura, ad hanc urbis suæ expendisset magnitudinem; utique deprehendisset

Romam

Romam etiam intra mœnia ſexta fere ſui parte exceſſiſſe amplitudinem Babylonis.

At vero ſi Nini urbis aream mœnibus incluſam componamus cum area Romæ, & ipſa mœnibus & Tiberi incluſa, inveniemus illam fuiſſe talium partium XI $\frac{\text{I}}{\text{IV}}$, qualium Roma fuit VIII. Tanto itaque major Roma fuit Ninus urbs. Quod ſi ſuburbia ejus, æqualia fuiſſe ſuburbiis ponamus Romanis; non errabimus, ut opinor, etiamſi Ninum tertia minimum ſui parte Roma majorem fuiſſe exiſtimemus.

CAP. IX.

De Thebis Ægyptiis.

INter magnas urbes omnino numerandæ ſunt Thebæ Egyptiæ, centum memorabiles portis & habitatæ à ſeptingentis ætatis militaris millibus, ut refert Tacitus, aut etiam pluribus, utpote cum decies centena armatorum millia ex hac aliquando prodiiſſe & Strabo & complures alii tradiderint. Porrectam fuiſſe ad longitudinem quadringentorum & viginti ſtadiorum ſcribit Euſtathius. Verum ex illis quæ olim ad Melam monuimus, ſatis poteſt colligi, non levem ſuboriri difficultatem ex eo, quod & Herodotus & Ariſtoteles affirment, totam olim Ægyptum Thebarum fuiſſe cenſitam nomine. Favent huic ſententiæ ſacræ literæ, cum Dioſpolin ſeu Thebas non tantam aquis Nili cingi, ſed & mare munimenti loco habere teſtantur: neque enim de ſola Thebarum urbe tam longe à mari remota commode hæc accipi poſſint. Tot tantiſque teſtibus libens aſſurgo, idque eo magis, quod & Ægypti nomen ſic accipi debeat. Totam licet ſpectes Ægyptum, illa nihil aliud eſt quam Nilus, non Homero tantum, ſed & re ipſa auctore.

Ægyptus enim non latius patet, quam quatenus excurrit & inundat Nilus, ut docet Herodotus. Recte itaque Strabo, ἡ ποταμία μόνον ἐστὶν Αἴγυπτος ἡ ἑκατέρωθεν ἐσχάτη τοῦ Νείλου. Itaque longæ fasciæ sepulchrali κειρίᾳ σμηχομδύῃ ἐπὶ μῆκος eam comparat, utpote cujus limites non excedant inundationem Nili nec pateant ultra trecenta stadia. Verum non exinde conficias Homerum errasse, cum centum huic urbi tribuit portas, aut alios, cum quadringenta & plura eam in longitudine habuisse scribunt stadia. Thebarum nempe eadem fuit conditio atque Alexandriæ,quæ ut totam Mareotida suburbiis suis implevit, ita hæc quoque omnia Thebaidis oppida velut totidem vicos aut suburbia suo complectebatur nomine. Nec dubitandum quin antiquitus antequam Nilus in Mœridem & Mariam paludes distractus efflueret, utraque hujus fluminis ripa adeo frequentibus fuerit exculta ædificiis, ut pleraque oppida velut unam continuam efficerent civitatem.

CAP. X.

De Alexandria & Carthagine.

ADdamus duas alias Alexandriam & Carthaginem Romanæ civitatis æmulas urbes. Si Alexandrinæ urbis ambitum consideremus, digna utique non erat, quæ hoc loco recenseatur. Ejus quippe mœnia nunquam excessere mensuram ab Alexandro conditore constitutam, stadia nempe CXX seu quindecim passuum millia, quod ipsum tamen spatium angustius reddebant hinc mare inde Mareotis palus mediam urbem influentes, ita ut ea parte non nisi septem vel octo stadiis pateret in latitudine, ut habet Strabo, vel ut plurimum decem, ut scribit Josephus, cum in longitudinem usque ad triginta expanderetur stadia. Quod forma ejus mœniorum ad alia-

aliarum urbium non fuerit exacta normam sed angulosa admodum, utpote quam chlamydi Macedonicæ similem fuisse constat, utique mirum videri non debet, quod in ejus describendo ambitu à se invicem discesserint scriptores. Verum illud miror Agrippam apud Josephum in ea quam ad Judæos habuit concione, ut magnitudinem Alexandriæ ostendat, hanc ipsam fere quam Strabo & alii mœniorum posuisse mensuram, nulla prorsus facta suburbiorum mentione, è quibus tamen præcipue & fere solis immensa urbis hujus æstimanda erat amplitudo. Ut itaque cognoscamus quanta fuere Alexandriæ suburbia, hoc primo monendum, littus quod Canopicum dicebatur à Canopo oppido, hodie Bechur vel Albecura dicto, per spatium centum & viginti stadiorum, in ea enim mensura exacte conveniunt Strabo & Ptolemæus, totum istud continuis habitatum fuisse ædificiis, cognoscitur non tantum ex Strabone & aliis, sed & ex immensis quæ hoc quoque tempore supersunt ruinis universum hoc intervallum sine intermissione occupantibus. In hoc tractu erat Nicopolis suburbium triginta ut Strabo scribit ab urbe distans stadiis, seu potius, ut Josephus habet, viginti, intercedente hippodromo & pluribus aliis ædificiis, quorum etiamnum supersunt rudera, sed præcipue Nicopolis, quam ipsa Alexandria non minorem fuisse affirmat Strabo. Sed & ipsam quoque illam famosam fossam, quæ ab Alexandria & Mareoti usque ad Canopum extendebatur habitatam fuisse & quidem magnis vicis docet Strabo. Taceo jam reliqua suburbia, & illa presertim, quæ ultra fossam per quam Mareotis palus in mare effluebat, in littore olim fuere Libyco. Hactenus ea tantum recensuimus, quæ è mari sese spectanda offerebant, unde tamen satis colligas Alexandriæ longitudinem, utpote quæ in littore ad centum & quinquaginta minimum porrecta fuerit stadia.

Videamus nunc urbis hujus profunditatem, quem memorat Adrianus Cæsar in Epistola ad Servianum. Illam

ut habeamus, dico addendam esse paludem Mareotidem, & quidem totam, si Straboni credere velimus. Is quippe cum trecentorum fere stadiorum longitudinem huic tribuat, latitudinem vero centum & quinquaginta, omnia tamen circumcirca pulcre habitata fuisse affirmat, ἐ τῷ κύκλῳ πάντα οἰκέμενα καλῶς. Itaque & Athenæus & Athanasius & Theodoretus & complures alii paludem hanc non vicinam huic urbi, sed in ipsa Alexandria fuisse scribunt; & cognominem paludi Maream, olim magnam urbem, postea magnum Alexandriæ factum fuisse vicum. Sed quid facias Plinio, qui ex Claudio Cæsare prodit paludis hujus trajectum XXX, ambitum vero CD passuum Millium? Cum in hac mensura meliora conveniant exemplaria, non est ut vitio laborare numeros existimemus. Dubium omne tollunt sequentia verba, in quibus etiam major huic paludi tribuitur mensura; *Alii schœnos in longitudinem patere* XL *faciunt, schœnumque stadia triginta, ita fieri longitudinis* CL *mill. pass. tantundem & latitudinis.* Quantumvis hos numeros in angustum redigas, habebis tamen ambitum majorem quadringentis & XXIV pass. millibus, quæ profecto immensa est mensura præ illa Straboniana. Quid item sentias de Palladio in Lausiacis ubi describit iter ad montem Nitriæ, & paludi huic adsignat LXX mill. pass. trajectum, quem se sesquidiei navigatione confecisse testatur? Hæc & similia cum legunt semidocti rident & exsibilant veterum scriptorum inconstantiam & simplicitatem, ac stoliditatem vocant quidquid ipsi non intelligunt. Sciant itaque isti, omnes recte sensisse & scripsisse, nullamque hic subesse hallucinationem. Ut enim antiquam & naturalem, quam Strabo describit, palus hæc conservaret mensuram; aut ut ad vicies, imo & tricies majorem excresceret amplitudinem, totum hoc ex arbitrio & voluntate populi pendebat Alexandrini, dummodo Nili non deesset beneficium. Cum enim non solum per fossam Canopicam, sed & per plurimas alias ex altiori & superiori Ægypto aqua

Nili

Nili in hanc deflueret paludem, ut cum alii, tum præcipue Strabo & Palladius docent; ratio exigit ut pro mensura incrementi Niliaci plus etiam minusve inundarentur & pinguescerent arenosi & deserti alias exterioris Libyæ agri. Ex immensa porro paludis hujus magnitudine satis quoque intelligimus, fiere aliter vix potuisse, quin & Mœris quoque palus pars fieret Mareotidis. Nec aquarum obstat libramentum, effodiebatur enim tellus in usum aggerum, unde demum duplex oriebatur compendium, hac enim ratione non tantum quaquaversum admittebatur aqua, sed admissa etiam in editioribus agris detinebatur quamdiutissime. Ex eadem quoque egesta terra oppidorum & vicorum struebantur fundamenta ut quemadmodum passim alibi in Ægypto supra aquas exstarent. Decem aut plures maximos vicos in Mareotide fuisse scribit Athanasius, tam vicinos urbi, ut non Alexandrini nomi, sed ipsius Alexandriæ partes esse dicerentur, ideoque æque ac Nicopolis, Eleusin, Necropolis ac cætera Alexandriæ suburbia carebant Episcopis, at per Presbyteros regebantur. Itaque Ischyram qui unius ex istis decem vicis se Episcopum gerebat, negat Athanasius fuisse Episcopum. Quod autem in Notitia Mareotis recenseatur Episcopatus, id de altera intelligendum Mareotide, quæ erat longe ultra hanc paludem, vicina fonti Solis & Hammoniacæ regioni. Nisi potius inde id factum existimemus, quod Mareotis oppidum ademptum Alexandrinis attributum fuerit præfecturæ Libycæ & hac ratione factus fuerit Episcopatus. Vide legem Justiniani de Alexandrinis. Sex porro integros menses aqua hujus paludis catarractis detinebatur ab Alexandrinis, & cum ex profunda Ægypto, ut eam vocat Josephus, per hunc lacum primo Alexandriam, deinde Romam deportabantur præcedentis anni messes, reconditæ hactenus in insulis & horreis circumcirca paludem sitis.

Ut olim ita quoque hoc tempore palus hæc undique cingitur palmis. Nunc latronum domicilium, olim vero

accolæ

accolæ erant Judæi. De illis præcipue intelligenda sunt verba Philonis Judæi, cum scribit decies centena Judæorum fuisse millia qui Alexandriam & Ægyptum inhabitarent. Jam à temporibus Alexandri jus civitatis æquale cum Macedonibus acceperant. Postquam Nilus per multos alveos in siticulosam & incultam fuit derivatus Libyam, regioque illa habitabilis esse cœpit; illi primi fuere qui vacantes occupavere agros. Hinc factum existimo ut regio hæc dicta fuerit Palæstina Libyca. Colligo id ex Vopisco in vita Aureliani, cum scribit currum ejus triumphalem præcessisse ducentas diversas feras mansuetas è Libyca Palæstina. Quam autem habitatus fuerit hic tractus vel exinde colligas, quod ex eo tempore Mareotis pro tota accepta fuerit Ægypto, ac si universa Ægypti opulentia una cum flumine in illam transisset, frustra indignantibus Ægyptiis, quorum regio exhausta maxima fluminis parte adeo reddita est sicca, ut Nilum non nisi duobus hoc tempore in mare exire ostiis affirment complures, cum ne conspicua quidem sint reliqua, quorundam vero ne locus quidem compareat.

Non autem solas paludis hujus oras occupavere Judæi, sed & interiores vicinæ quoque Libyæ partes & præcipue montem Nitriæ contingentem, ut diximus, hunc lacum, implevisse monasteriis & cœnobiis anachoretarum clare ostendit idem Philo. Nitriotas vocat Ptolemæus, nec dubitandum quin omnes isti fuerint Judæi. Sive prædicatione Evangelistæ Marci & discipulorum ejus, ut Eusebius & alii scripsere, sive sponte sua sola miraculorum Christi fama facti fuerint Christiani, non jam quæro; illud constat, æque eos ac alios Essenos magna ex parte jam à principio Christianam suscepisse religionem. Si quis enim Philonis & Paladii de hoc monte conferat verba, certo certius inveniet illum ipsum Nitriæ montem, quem Judæorum tenuere monachi, Christianos postmodo tenuisse monachos. Cum vero absurdum sit existimare, Judæos ex antiquis

antiquis ſuis ſedibus expulſos fuiſſe à Chriſtianis, ſupereſt ut credamus Judæos iſtos monachos ad Chriſti tranſiſſe caſtra, quemadmodum optime obſervatum Thomæ Brunoni, admirandæ doctrinæ viro, de cujus inſignibus erga me meritis alibi dabitur dicendi locus.

Quod autem viri docti obſervant Eſſenos Paleſtinæ non in omnibus conveniſſe cum Therapeutis ſeu Eſſenis Ægyptiis, nihil ad rem facit, cum & qui Judæis in monte Nitriæ ſucceſſere Chriſtiani monachi diverſas habuerint πολιτείας, in quibus unuſquiſque ſuo viveret more, ut monet Palladius. Sufficit quod vitæ ſanctioris gratia fuerint eremi incolæ, unde eos comparat Joſephus iſtis Dacis ſeu Getis, quos ipſe πολιστὰς, Strabo κτιστὰς nominat. Apud Joſephum non recte πλείστοις legitur pro πολισταῖς. Sed & apud Euſtathium ad β. ἰλ. ubi interpretatur Ἀθήνας εὔκτιμένον πτολίεθρον cum πολιστὰς dicit eſſe κτιστὰς, male depravata hæc vox in πολεμιστάς. Dicebantur vero κτισταὶ & πολισταὶ quod monaſteria & domicilia in ſolitariis ædificarent locis eſſentque velut conditores eremi. Hinc apud Athanaſium in vita S. Antonii legas, ἡ ἔρημος ἐπολίσθη ὑπὸ μοναχῶν. Et ſane urbes potius quam monaſteria dici poterant iſta habitacula, cum in quibuſdam octo vel etiam decem nonnunquam monachorum reperirentur millia. Copioſi inter illos erant piſtores, coqui, lanii, zythi ſeu cereviſiæ Ægyptiacæ coctores, & ne vinarii quidem ac placentarii deerant, præſertim illis qui in magnis viverent monaſteriis, quique commodis eſſent moribus. Nam ſi qui moroſi & ad vitam civilem minus apti viderentur, illi ſegregati à reliquis in tuguriis agitabant. Nihil denique inter urbes & monaſteria erat diſcriminis, niſi quod in his viri à mulieribus ſeorſim viverent.

Iſtos porro Judæorum ſeu monachos ſeu tharapeutas vicinam quoque impleviſſe Ammoniacam ex eo colligo, quod & eam quoque tenuerint Chriſtianorum monachi, quorum examina diſperſa fuiſſe per totam Libyam proprie

dictam,

dictam, ut eam vocat Ptolomæus, docet Palladius in historia Lausiaca, digna quæ aliquando integra in lucem prodeat, vix enim pars dimidia vulgo prostat.

Miratur Strabo quod cum tantam auctoritatem Jovis Ammonis olim habuerint oracula, suo tamen tempore cessarent, plusque Sibyllinis quam istis tribuerent Romani; sed profecto postquam Judæi facti fuere Ammoniacæ domini, neutiquam mirum debet videri siluisse Ammonem & successisse Sibyllina, id est Judaica oracula.

Nec tamen existimandum in ista Judæorum conversione omnia tam pacate fuisse gesta, ut non etiam inter hos & novitios Christianos gravissimæ orirentur contentiones, quin potius illud ipsum quod decimo septimo Trajani anno Andreas quidam gessit bellum, hac ipsa credo de causa fuisse susceptum. Ut sic sentiam facit præcipue Eusebius initio lib. IV. hist. Eccl. ubi bellum istud à Judæis suscitatum fuisse scribit contra cohabitatores Græcos, sive συνοίκους Ἕλληνας. Cum enim Alexandria, & huic annexa Libya proprie dicta à solis teneretur Macedonibus & Judæis, neque enim ullæ aliæ gentes jure civitatis fruebantur, planum est illos quos Græcos fuisse scribit Eusebius fuisse Judæos, qui expulsi ab aliis Judæis Alexandriam se contulerunt, Hieronymus sic vertit; *Judæi qui in Libya erant, adversum cohabitatores suos alienigenas dimicant. Similiter in Ægypto & Alexandria. Apud Cyrenen quoque & in Thebaide magna seditione contendunt. Verum Gentilium pars superat in Alexandria.* Recte quidem si per cohabitatores alienigenas intelligas Judæos qui relicto Judaismo facti essent Christiani, quales solent Judæi appellare alienigenas. Profecto non potuerunt Judæi nisi cum his bellum gerere, cum soli, ut diximus, Judæi, totum illum Libyæ tenerent tractum. Orosius vertit *incolas*. Hæsitant quoque hodierni interpretes, quia nempe ignorant Judæos Alexandriæ & in subjecta huic Ægypto & Libya habitantes pro Græcis fuisse habitos, & jam ab Alexandri temporibus concessum fuisse

iis,

Hoangtio tertio Sinarum regi adſcribunt Sinæ, quando ad trecentos & plures annos hominum patebat vita. Iſtac jam tempeſtate, ut apud Chaldæos & Ægyptios, ad ſummum pene artes & ſcientiæ provectæ fuere culmen. Noſtro tamen ſeculo non deſunt, qui humani generis infantiam ad iſtæc referunt tempora, & ſeneſcente mundo contendunt prodiiſſe demum viros, quibus ingenii conceſſa fuerit maturitas. Adſtruendæ huic ſententiæ eo fere utuntur argumento, quod uſum acus magneticæ, nitrati pulveris & tormentorum bellicorum, artem typographicam & complura alia, ultimis demum his ſeculis reperta eſſe affirment. Verum quo jure hæc dicantur, ex iis quæ poſtea referemus, palam fient. Nunc ad Sinarum revertamur ſcientias.

In cognitione herbarum & quas ſingulæ vires habeant & poteſtates, quantos fecerint progreſſus licet infiniti eorum teſtentur libri jam à multis ſeculis conſcripti & typis mandati, additis etiam figuris ad unguem expreſſis, multo tamen magis ipſa teſtatur praxis, cum nulli mortales earum beneficio felicius ſingulis occurrant morbis, & quidem breviori ſpatio quam apud nos fieri ſoleat, non diffitentibus id ipſum pleriſque iis, qui eorum perluſtrarunt terras.

Nec minus miranda eſt eorum Chirurgia quam longa ſeculorum aſſecuti ſunt experientia, præſertim in perforandis omnibus & ipſo quoque cerebro, trajecto per totum caput acu metallica cubitali aut etiam longiori, quales ſæpe vidimus, vel mitigantes vel penitus hac ratione tollentes dolorem quo humana inquietantur corpora.

Quod autem dicunt Seras nulla omnino ex urinis ſumere prognoſtica, id licet verum eſſe admittamus, parum tamen refert, cum multo certiora ex pulſuum doctrina habeant prognoſtica.

Sed & hoc quoque objiciunt, quod in nullis quantumvis acutis & periculoſis morbis & doloribus utantur phlebotomia. Sed vero ſi ipſos audiamus Seras, illi negant prodeſſe ſectionem venæ, & compeſcendum eſſe potius refrigeran-

tibus

tibus remediis affirmant bullientem ſanguinem quàm detrahendum. Quamvis enim in corpore humano quotidiano ex alimento ſanguis ſuccedat ſanguini, poſteriorem tamen ſemper deteriorem eſſe priori, utpote qui magis ſit naturalis & ætate ipſa melior evadat ſi legitime conſervetur. Si olla nimium ferveat, non effundendum eſſe juſculum, ſed auferendum ignem. Si denique in vaſis vino plenis, detracto veteri novum ſemper ſuperinſundatur vinum, fieri deterius vinum. His quidem & pluribus aliis perſuaſi rationibus negant Seres minuendum eſſe nativum ſanguinem, cujus redundantiam refrigerantibus cibis & potionibus & ſubtractione alimenti curandam eſſe exiſtimant.

Chemiam jam à bis mille annis apud Seras in uſu fuiſſe conſtat. Quod ſi ipſos audiamus Chemicos, illi jam à ſexcentis ſupra quater mille annis ejus arceſſunt antiquitatem; nec aliunde primorum hominum longævitatem quam hujus ſcientiæ beneficio proveniſſe affirmant. Doctiores tamen Medici id genus hominum cum omnibus ſuis figmentis arcanis, in apertam non audentibus prodire lucem, ſtrenue contemnunt. Nuſquam plures invenias Chemicos quam apud Seras, non divitias tantum, ſed & immortalitatem quoque promittentes, eaque aliis liberaliter ſpondentes, quæ ſibi ipſis præſtare nequeunt.

Quod ſi cæteras excutere velimus artes & ſcientias, veluti mechanicam, architecturam, muſicam, opificia manuum & artes populares, cæteraque vel communi vitæ vel voluptati inſervientia opera; utique etiam in his tanto cæteris mortalibus feliciores inveniemus Seras, quanto illi diuturna & perenni literarum conſervatione cæteris præſtant gentibus.

Infiniti fuerit laboris ea percurrere quæ ab iis mechanicæ ſcientia perficiuntur artificia. Nulla eſt machina attollendis & promovendis quibuſvis magnis apta oneribus, quæ Chriſtianis nota ſit, quæ non à bis aut ter mille annis ipſis non ſit notiſſima. Ne quidem trochlea aut Archimedia

helice

helice ad ſublevandas carent aquas. Iidem vero plurimas alias habent potentias mechanicas, quarum rationes prorſus Chriſtianis ſunt ignotæ; ut cum magna quævis onera abſque vectibus & trochleis ſola funium adminiſtratione in ſublime tollunt; cum magna navigia abſque remis aut velis, ſolo paxilli beneficio carinæ affixi celerrime promovent; cum ſola bacillorum veſtibus appoſitorum ope vicem trochlearum ſupplent. Verum cum de his & aliis ſeorſim agamus, plura non addemus.

De Architectonica opus non eſt ut quidquam dicamus, cum ipſa ſatis loquantur opera. Si Babylonis mœnia, Ægyptias Pyramides & Amphitheatrum Romanum conferamus cum muro jam à mille nongentis annis exſtructo & ad mille minimum Paſſ. M. porrecto, meras agemus nugas. Taceo jam turres ex murra ſeu porcellana fabricatas ad mille & plurium pedum altitudinem, & pontem ex ſolidiſſimo marmore æſtuario marino oppoſitum & ad quatuor paſſ. millia porrectum, & alium pontem uno tantum quadringentorum pedum fornice ſuffultum, & infinita alia opera. Ut de Serum architectura bene judicare poſſimus, non privata, ſed publica ſpectanda ſunt ædificia. Attamen etiam privatorum domos & ſtructuras elegantia ſuperare ædes Europæas, plerique qui viderunt teſtantur.

Muſicam antiquam, velut artem deperditam, multum deplorant Seres, nec magni faciunt illam quæ hoc tempore ſupereſt. Credibile eſt jacturam iſtam non aliunde provenisse, quam ex mutatione ſermonis & linguæ, quæ apud Seras æque atque apud nos fluxa eſt & inſtabilis. Idem Græcis eveniſſe alibi oſtendimus. Illæ ipſæ tamen quæ ſuperſunt reliquiæ ſufficiunt ut etiam hac parte principem inter alias gentes teneant locum. Tibiarum cantu longe ſuperant Europæos, apud quos nullæ hoc tempore bonæ reperiuntur tibiæ; neque enim bonæ ſunt ullæ, niſi quæ ex cannis ſeu arundinibus conſtruuntur, cum illæ quæ dolantur, quod inequalibus procedant fibris, raucum, imper-

fectum

fectum, & in amœnum prorſus fundant ſonum. Quamvis vero innumera apud eos reperiantur inſtrumenta, quæ vel digitis pulſantur, vel flatu reguntur, præcipue tamen commendatur organum minutum, cannis inſtructum, & humano ſpiritu animatum; quod qui audierunt, non dubitant omnibus hodiernis præferre inſtrumentis.

Quod autem de pictura Sinenſium non bene ſentiant nonnulli, perſuaſi imaginibus pyxidum & vaſorum quæ ad nos deferuntur: id perinde eſt ac ſiquis ex figlinis patinis aut ruſticorum utenſilibus, iiſque quas continent figuris, argumentum ſumat quantum in hac arte valeant Europæi. Ut ſuccedat hoc ratiocinium, imagines figulorum & opificum Sinenſium, cum noſtrorum figulorum conferendæ & comparandæ ſunt imaginibus. Id ſi fiat & tum quoque noſtra de rebus noſtris evaneſcet exiſtimatio. Licet non optimæ ſint imagines quæ ad nos perveniant, utpote quas à piſcatoribus vel ruſticis Chriſtiani ſolent redimere, vidi tamen tam exacte delineatas, ut artis gnari eas mirarentur, & non niſi magno licitarent pretio. Cum vero inquiunt umbris fere carere Serum picturas, carpunt quod laudare debuerant. Parce admodum ſunt illi in exprimendis umbris, & quidem quanto meliores ſunt picturæ, tanto minus umbrantur; in quo longe peritiores ſunt noſtri orbis pictoribus, qui non niſi additis denſis umbris partes magis exſtantes norunt repræſentare. Qua quidem in re nec naturæ, nec Optices obſervant leges; illæ nempe docent, ſi quod corpus æquali fere lumine aſpergatur, ita ut nullæ conſpicuæ ſint umbræ, partes magis vicinas aut exſtantes, diſtinctioribus lineamentis, recedentes vero & remotiores minus diſtincte eſſe exhibendas. Hanc ſiquis in pingendo obſervet rationem, erit pictura naturæ æmula, & etiam abſque umbris conſpicuis magis exſtantes apparebunt partes.

In ſtatuaria arte quantum excellant, documento eſſe poſſint ingentes Coloſſi, quorum artificium non ſine ſtupore multi admirantur, præſertim ſi antiquitus fuerint

conſtructi.

conſtructi. Ut enim apud nos, ita quoque apud Seres lapſu temporum diminuta eſt artium dignitas & ſcientia.

De opificiis & artibus manuariis nihil dicemus, cum illa ipſa quæ ad nos quotannis deferuntur opera, ſatis oſtendant quantum etiam hac in parte cæteris ſint præſtantiores gentibus. Quod ſiquis dubitet & ipſis quoque diffidat oculis, credat ſaltem iis qui illorum adierunt terras, & magno ſuo cum damno Europæas intulerunt merces, quæ collatæ cum Sericis textis & artificiis meræ viſæ ſunt ſordes, & mendicorum ſupellectiles; cum vix aliquid Europa poſſit largiri, quod non melius, elegantius, ornatius & copioſius in ampliſſimo hoc conficiatur aut proveniat regno.

Quod ſi ad eas deſcendamus artes & ſcientias, quæ voluptati inſerviunt, qualis eſt hiſtrionica & pantomimica, etiam hac in parte præſtantiores eſſe cæteris gentibus plerique illi qui interſuerunt eorum ludis unanimiter teſtantur, præſertim ſi qui linguæ & ſermonis illorum non fuere imperiti. Nulla apud eos celebrantur convivia quin adſint ſcenici, qui quamcunque placuerit repræſentent actionem. Quin & ſolo nutu & geſtibus, etiam abſque ſermone, omnia tam feliciter peragunt ut à quibuſvis intelligantur, ut videri poſſint nihilo antiquis inferiores pantomimis & forſan meliores, ſi tantundem juris & auctoritatis Sinicæ illis permitterent leges, quantum Romanæ; cum conſtet eos ſub vitioſis Imperatoribus Romam rexiſſe, quod haud facile conceſſerint Seres.

Magnetis uſum, quatenus is Septentriones oſtendit, & illum quoque à Seribus reliquæ acceperunt gentes, cum conſtet jam à bis mille & octingentis fere annis illos exploratam habuiſſe iſtam hujus lapidis virtutem. Ante quingentos fere annos in navigationibus eo utebantur Saraceni, ut teſtatur Jacobus de Vitriaco, edocti proculdubio à Sinis Taprobanam adeuntibus. Ab his ante tria fere ſecula accepere Chriſtiani. Quod autem nonnulli exiſtimant, antiquo huic invento plurima acceſſiſſe Seribus ignota, id quo fundamento

fundamento affirment, necdum conſtat, cum certum ſit declinationes magneticas Saracenis notas fuiſſe, & una cum ipſo magnetis in navigationibus uſu Chriſtianis fuiſſe traditas. Quouſque in ſcientia magnetica progreſſi ſint Seres, tum demum ſciemus quando ſcripta & illorum de hoc lapide obſervationes Chriſtianis innoteſcent.

Ars typographica mille & quingentis fere annis apud illos eſt antiquior quam apud Chriſtianos. Qui vero exiſtimant etiam in hoc artificio ſuperiores eſſe Europæos, iſti, ut in cæteris, ita quoque in hoc plurimum falluntur. Seres non uti apud nos fieri ſolet ſingulos ſuos characteres ſeparatis exprimunt formis, hoc enim apud illos commode fieri non poſſit, propter immenſam characterum multitudinem, ſed ſingulas pagellas ſingulis inſculpunt tabellis ligneis, haud multum abſimili ratione ac apud nos imagines æri aut ligno inſculpuntur, quæ poſtea committuntur prælo. Hoc pacto efficiunt ut vili pretio, minimo labore, & breviſſimo tempore, quorumvis librorum editionem abſolvant. Nullam unquam jacturam faciunt typographi, ſi quidem non multa, uti nos, ſimul excudunt exemplaria, ſed ſi emptor acceſſerit, ſumptis tabellis, iiſque atramento ſuo librario tinctis, & interpoſita ſingulis tabellis chartæ faſcia, centum vel plures aliquando pedes longa, unius vel duarum horarum ſpatio perficiunt editionem voluminis, quod exemptis tabellis ita complanatas habet oras, quantum vix habeant noſtri qui cultris circumciduntur libri. Si quis modum quem Chriſtiani in excudendis hactenus tenent obſervet libris, ille non laborioſus tantum, ſed & adeo fortunæ obnoxius, ut ſæpe nimiis impenſis omnium bonorum jacturam faciant typographi, cum vana ſpe, inanibus promiſſis & ſtultis confiſi rerum æſtimatoribus, non venales in lucem protrudunt libros, & ludibrium pro lucro referunt. Non defuere itaque complures qui facilem & compendioſam in arte typographica Sinenſium rationem imitari fuerint conati; ſed tamen ſive atramenti ſive chartæ minus bibulæ

culpa, ſive alia de cauſa, fruſtra omnes fuere hactenus; quid in poſterum fiet, tempus docebit.

Longum nimis fuerit cæteras Serum ſeu Sinenſium, ut vulgo nominantur, artes & ſcientias commemorare, quarum tamen minima pars Chriſtianis innotuit. Sed hæc ſufficiunt ut ſciamus quid perennis literarum uſus & perpetuus antiquorum librorum intellectus præſtare valeat. Non eſt ut exiſtimemus naturam magis benevolam Seribus præſtantius illis ingenium aut aptiorem aliis gentibus ad addiſcendas artes conceſſiſſe indolem; literis & nunquam interrupto earum uſui adſcribendum eſt quod illi rerum peritia cæteris antiſtent mortalibus. Si Græcis & Latinis debeatur literis ut in Chriſtiano orbe ad majus culmen provectæ ſint ſcientiæ quam alibi, æquum omnino eſt ut hac in parte cedamus Sinenſibus, utpote quorum longe antiquior ſit literatura. Quàm illa vetuſta ſit docent illorum annales, &, illis etiam tacentibus, ipſa artium multitudo & præſtantia ſatis declarat. Nec tamen negaverim in quibuſdam Matheſeos partibus & præſertim Aſtronomia aliquid ſcire Chriſtianos, quod minus exacte ſciunt Sinenſes. Nempe cum hæc ſcientia omnium apud nos ſit antiquiſſima, utpote quam à Chaldæis & Ægyptiis Græci acceperint, mirum videri non debet, ſi hac in parte plus quam aliæ gentes excellant Chriſtiani. Sola hac ſcientia ſuffulti, nomen & famam inter Sinenſes obtinuerunt Chriſtiani, tranſlatis præſertim Euclidis & Archimedis libris, qui mirum in modum placuere Sinenſibus. Præcipue tamen inclaruere accuratiore Eclipſium calculo, Chaldæorum & Babyloniorum olim invento, ſed per Ptolemæum nobis tradito. Et ſane niſi Ptolemæi magna ſupereſſet Syntaxis, quam vulgo Almageſtum vocant; nullus vel Arabum vel Chriſtianorum exacte Eclipſium momenta ſciret ſubducere. Itaque hac in parte fortuna plus favit Europæis, quam Sinenſibus, quorum libri continentes hiſtoriam, matheſin, aſtronomiam, muſicam, & complures alias ſcientias, exceptis tamen iis qui ad agriculturam,

culturam, & rem medicam pertinerent, combusti fuere jam ante mille & nongentos annos, jussu regis Chingi, multis quidem aliis celebrati operibus, & præsertim constructione vasti istius muri, cujus fama totum implevit terrarum orbem; sed tamen nimia laborantis ambitione, utpote qui non pateretur aliorum qui præcessissent regum & præstantium virorum, vel facta vel scripta superesse, ut nempe deleta illorum memoria, suorum tantum facinorum ad posteritatem transmitteret gloriam, unusque esset pro omnibus. Vivit etiamnum & nunquam in animis Sinarum extinguetur fatalis iste tot ingeniis & laboribus ignis, adeoque magnum & funestum ipsis videtur hoc librorum fuisse incendium, ut ne in futura quidem mundi conflagratione tantum opum periturum existiment.

Pulveris nitrati & tormentorum majorum & minorum, quibus vulgo utimur, inventum qui Christianis adscribunt, & illi quoque plurimum falluntur; cum constet jam à mille & sexcentis pene annis, omnia hæc Sinensibus fuisse cognitissima. Reperiri apud eos tormenta exquisitissimi operis, jam ante octo vel plura secula fabricata certum est; & ne cui mirum hoc videatur, etiam apud Siamenses, qui artem hanc à Seribus acceperunt, vidisse se affirmat Tabernerius testis certissimus, ante quinque vel sex secula constructa tormenta. Idem etiam affirmat nitratum quem vocant pulverem, multo apud illos præstantiorem confici, quam apud Christianos. In Artificiis quæ pulveris hujus beneficio ab iis peraguntur quantum excellant, norunt omnes qui viderunt, unanimiter affirmantes nullius esse momenti quæ à Christianis eduntur spectacula, si cum mirandis Sinensium conferantur operibus, utpote qui longo & perenni exercitio tantum in hac arte profecerint, ut quibus voluerint coloribus tingendo flammas, & quascunque placuerit inducendo formas & figuras, quascunque etiam in nudo aere sciant repræsentare picturas. Non tantum hujus pulveris in omnibus suis bellis prodigunt Europæi, quantum Sinenses in

ludicris istis spectaculis. Quatenus tamen pulvis iste nitratus bellicis inservit usibus, certum est hac in parte cedere Europæis, qui in rebus bellicis longe sunt superiores Sinensibus. In postremo hoc quod cum Scythis gessere bello, in explodendis & regendis tormentis Christianorum adjutos fuisse constat opera. Jactant tamen illi etiam hac peritia olim se excelluisse. Verumne sit istud, necne, nondum constat. Interim ut non magnifice de bellica hujus gentis virtute sentiamus, hoc dixisse sufficiat, nullos mortales à militia æque semper abhorruisse ac Sinenses. Ad custodiam prodigiosi istius muri qui totum à Septentrione cingit regnum, constat decies centena militum millia jam à bis fere annorum millibus fuisse destinata, sed non nisi vilissimi & culpæ alicui obnoxii ad hanc stationem relegabantur, cum nihil contemtius habeant militia. Ipsi otio & voluptatibus dediti, unum id semper sectati sunt, ut & longa & simul jucunda, sibi contingat vita. Nec tamen, quod alibi fere solet fieri, exitio ipsis fuere voluptates; quin potius otia eorum laudabilia & ut plurimum literata fuere, & voluptates istiusmodi, ut ad conservandam potius quam perdendam eorum facerent rempublicam. Soli illi inter omnes fuere mortales, qui pluribus quam quatuor annorum millibus regnum & rempublicam suam sine armis in summa pace & tranquillitate conservaverunt, ut merito omnium hominum beatissimos dixeris, utpote qui inter perpetua gaudia & voluptates majorem & tutiorem sibi parare potuerint felicitatem, quam ulla alia gens bellis etiam ex voto succedentibus. Quamdiu reliquo humano generi ignoti fuere Seres tamdiu etiam fuere felices. Cum enim sine invidia magna non possit subsistere magna felicitas, ideo omnibus seculis infesti fuere hospitibus, non admittentes ullos advenas, aut si admitterent, omnem prorsus redeundi spem præripientes. Ut vero nihil est in rebus mortalium sempiternum, ita quoque hoc regnum sensit senectutis mala. Quintum jam incipit fluere seculum, ex quo Tartari intestinis hoc regno

laborante

laborante diſcordiis, ſuperato muro, totam pene occuparunt Serum ditionem. Tum demum Aſiaticis & Europæis innotuit regni hujus conditio & incredibilis opulentia. Ante quadraginta fere annos denuo ingreſſi, totum hoc invaſerunt & occuparunt imperium, quod etiamnum tenent, tandiu forſan illic regnaturi, donec ipſi deliciis Serum fracti imbelles fiant, & Seres ærumnis oppreſſi & fatigati, militares aſſumant animos. Ex hodierna tamen Serum conditione non eſt ut regnum hoc poſt quatuor annorum millium felicitatem, miſerum eſſe dicamus: ſed miſeri & infelices illi dicendi ſunt cives, quorum ſors naſcendi non in florentia ſed in calamitoſa incidit tempora.

Hæc de Seribus ſeu Sinenſibus, ut vulgo appellantur, & antiqua eorum literatura, quantumvis breviter dicta, ſufficere nihilominus exiſtimo, ut cognoſcamus gentem hanc artium & ſcientiarum præſtantia, tanto cæteris eſſe præferendam gentibus, quanto apud illos vetuſtior ſit perpetuus & nunquam interruptus literarum uſus, ſine quo pereunt artes priuſquam aliquam attingant dignitatem. Exemplo ſint plerique alii univerſi orbis populi, nulla artium aut ſcientiarum inſtructi peritia, quam non aut à Sinis, aut à Græcis acceperint. Qui itaque noſtro hoc ſeculo, miſſa Græca & Latina Literatura, vernaculas ſuas mox perituras obtrudunt & commendant linguas, illi unum hoc affectare videntur, & omnes perdant literas, ſublatoque inſtrumento per quod propagentur ſcientiæ, ad priſtinam genus humanum redeat ſimplicitatem, nec quidquam in poſterum ſciamus, niſi quod ſubitus & naturalis nobis ſuggeſſerit inſtinctus.

CAP.

CAP. XV.

De Origine & Progressu Pulveris Bellici apud Europæos.

QUam antiquus ſit pulveris bellici apud Seras uſus, diximus præcedenti capite; ſupereſt ut videamus quam ille inter Europæas ſit vetuſtus gentes. Ante quatuor fere ſecula primum hunc innotuiſſe exiſtimant plerique, nec deſunt qui Rogerio Baconi aut neſcio quibus aliis inventum hoc ineptiſſime tribuant. Quod in cæteris artibus, id ipſum quoque hîc obſervandum, ut non uni adſcribamus, id quod infinitis debetur millibus. Nulla eſt ars, nulla ſcientia & auſim dicere nullum inventum, quod totum uni acceptum feramus homini, imo ne uni quidem populo aut ſeculo. Cum tam late pateant artes & ſcientiæ quam ipſa rerum pateat natura, illa vero complectatur omne id quod videmus & quod non videmus; non eſt ut exiſtimemus illam unquam uni mortali vel populo vel ſeculo totam ſe revelaſſe, cum ne quidem omnium ætatum & gentium ſimul conjunctæ obſervationes vel minimam naturæ explicent partem,cum nulla ſit proportio finiti ad infinitum. Rerum illa parens, vel ſibi ſoli, vel ſublimioribus quam humana fert conditio arcana ſua reſervat intellectibus. Avida tamen gloriæ mortalitas hanc ſemper ſcrutatur, & ſi propriis nequeant emergere inventis, inſidiantur alienis; & ſi pudor & conſcientia vetent ut ea ſibi tribuant, libenter tamen iſta ſuæ adſcribunt ætati, & præſertim iis inter quos naſcuntur, ut laudando ſuos & ipſi viciſſim laudentur, & cum meritis non poſſint, hac ſaltem ratione inclareſcant. Si quis omnes, quæ ſuperſunt, percurrat artes & ſcientias, inveniet eas minutis

minutis ortas principiis, ſed perpetua temporum & ſeculorum ſucceſſione, adjuvantibus etiam multis populis, auctas quidem, ſed ita pedetentim, ut fere illorum qui eas auxere lateant nomina, vel quod augmenta iſtæc ad comparandam nominis æternitatem, non eſſent ſatis illuſtria, vel nimium multis id quod paucis & aliquando etiam uni debebatur, ſibi vindicantibus.

Quod in cæteris artibus, idem quoque in bellico ſeu nitrato evenit igne, cujus ut ortus ita quoque progreſſus ignorantur auctores. Certum eſt tamen illum ante mille quingentos extitiſſe annos, nec dubito quin etiam multo ſit antiquior, licet ars emittendi quam longiſſime hujus beneficio lapides aut glandes ferreas eſſet etiamnum ignota. Sed neque ut nunc, ita quoque olim eadem ſemper fuit compoſitionis ratio. Ex iis qui ſuperſunt primus, niſi fallor, qui hujus conficiendi rationem tradidit, is eſt Julius Africanus ſeptimo Ceſtorum libro. Verba ejus, quia ſcriptor iſte nondum lucem aſpexit, non pigebit adſcribere. Sic itaque ille prædicti libri capite 45. Αὐτόματον πῦρ σκευάζεται οὕτως. Θείου ἀπύρου, ἁλὸς ὀρυκτοῦ, κονίας κεραυνίου λίθου πυρίτου ἴσα λειοῦνται ἐν θυίᾳ μελαίνῃ μεσουρανοῦντος ἡλίου· μίγνυταί τε συκαμίνου μελαίνης ὀπὸς καὶ ἀσφάλτου Ζακυνθίης ὑγρᾶς καὶ αὐτορρύτου ἑκάστου ἴσον ὡς λιγνυῶδες γενέσθαι. εἶτα προσβάλλεται ἀσφάλτου τιτάνου παντελῶς ὀλίγον. ἐπιμελῶς δὲ δεῖ τρίβειν μεσουρανοῦντος ἡλίου. καὶ φυλάσσειν τὸ πρόσωπον, αἰφνίδιον γὰρ ἀναφθήσεται· ἀφθεῖσαν δὲ χρὴ πωμάσαι χαλκῷ τινι ἀγγείῳ πρὸς τὸ ἕτοιμον οὕτως ἔχειν εἰς πυξίδα καὶ μηκέτι δεικνυῶσαι τῷ λόγῳ ἡλίῳ, ἀλλ' ἐν ἑσπέρᾳ. Tria nempe præcipua, è quibus conficiebatur hic pulvis, ſunt ſulphur vivum, nitrum ſeu ſal foſſilis, & lapis Ceraunius, omnia mortario piſta & in minutiſſimum pulverem redacta. Ceraunius ſeu Pyrites erat loco carbonum, nec deſunt hodie qui illo ipſo lapide vicem carbonum ſupplere fuerint conati, quo ſucceſſu neſcio. Quod vero adderetur ſuccus Sycamini nigræ & bitumen Zacynthium & alia, ideo fiebat ut pertinacior & diuturnior excitaretur flamma.

flamma. Si quidem cum ad ſola facienda incendia iſtoc uterentur pulvere, longe alia ejus ratio eſſe debebat ac hodierni quo exploduntur tormenta, qui & ipſe celerrimam quidem, ſed tamen brevi ceſſantem exigit accenſionem. Clarum eſt itaque ignem nitratum notum fuiſſe jam ante mille & quingentos fere annos. Cum conſtet Africanum longævum fuiſſe & Ceſtorum libros abſolviſſe diu antequam ſuam ederet Chronographiam, ut alibi oſtendimus. Et tamen cum Africanus non fuerit pulveris hujus inventor, credibile eſt longe illo eſſe antiquiorem.

Similis videtur fuiſſe compoſitio ignis iſtius artificialis quem vaſis fictilibus incluſum in munimenta & portas hoſtium è machinis explodebant Reges Perſarum, ut è Cteſia teſtatur Ælianus lib. 5. c. 3. Longe enim veriſimilius illum è naphtha ſeu bitumine liquido admixto nitro fuiſſe compoſitum, quam ut vermibus ſeu anguibus Indi fluminis hunc acceptum feramus. Nempe ut nunc, ita quoque olim uſitatum, ut quæcunque arcana quæque ſibi ſolis nota eſſe cupiunt homines, ea omnia fabulis involvant.

Totis tribus poſt Africanum ſeculis, eorum qui ſuperſunt ſcriptorum nemo quod ſciam ignis hujus nitrati fecit mentionem. Quanta eſſet ejus potentia, id demum ſub Anaſtaſio patuit Dyrrachano, utpote qui claſſem Vitaliani Gothi ignis hujus combuſſerit beneficio. Neque enim credendum Zonaræ aut aliis qui claſſem iſtam Gothicam ope ſpeculorum comburentium conſtructorum à Proclo Philoſopho incenſam fuiſſe ſcribunt. Quantumvis enim multa & bene conſtructa conferas ſpecula, nunquam tamen iſtiuſmodi efficias incendium. Verba ipſa in vita Anaſtaſii hæc ſunt; Ἐφ' οὗ Βιτάλιος ὁ Θρᾷξ ἀντάρας καὶ παραλαβὼν τὴν Θρᾴκην ἅμα Σκυθίᾳ καὶ Μυσίᾳ, ἦλθεν ἕως τοῦ ἀνάπλου περιδόσπων. Ἀλλὰ ναυμαχήσαντος αὐτοῦ Μαρίνου μετὰ θείου ἀπύρου, ὃν κατεσκεύασε Πρόκλος ὁ φιλόσοφος, κατέφλεξε τὰς ναῦς τῶν βαρβάρων Οὔννων καὶ Γότθων καὶ Βουλγάρων καὶ τοῦ λοιποῦ στρατοῦ ἐν τῷ ῥεύματι. Ὁ δὲ Βιταλιανὸς ἔφυγεν μετὰ τῶν ἀπολειφθέντων

ὀλίγων

ὀλίγων δὲ πῦρ ἐν τῷ οὐρανῷ ἐφάνη. Rectius Chronicon meum vetus, quod igni ſulphureo totum hoc adſcribit. Idem quoque teſtatur Joannes Mallela in Chronico & ipſo inedito, ſed quod nunc non ſit ad manum. Occultabant nempe Græci artem componendi hujus ignis, ut poſtea dicamus, ideoque factum hoc ſpeculis adſcripſere comburentibus.

Artem emittendi nitratum hunc pulverem ex Siphonibus ſeu tubis æneis aut ferreis Græci referunt ad annum Chriſti DCLV vel paulo antea. Imperante Conſtantino Bogonato dicunt fuiſſe Callinicum quendam Ægyptium, Heliopolitanum, qui relicta ea urbe Conſtantinopolim profugus, conficiendi hujus pulveris rationem primus Chriſtianis tradiderit. Quod autem nonnulli ex Syria eum adveniſſe ſcribunt, id perinde eſt, cum conſtet Nomum Heliopolitanum Syriæ fuiſſe attributum, illo præſertim ſeculo, ut locum non habeat altera Syriaca Heliopolis, hac enim ratione Ægyptius non fuiſſet iſte Callinicus. Recte vero profugum vocant, à Saracenis quippe tum tenebatur Ægyptus. Nec dubitandum quin ab his artem hanc hauſerit Callinicus: Sed neque de eo dubitandum, quin à Sinenſibus tormentorum uſum acceperint Saraceni. Crebræ tum Sinenſium erant navigationes, nec Taprobanam tantum, ſed & Arabicum Sinum claſſibus adibant, necdum cum exteris gentibus vetito commercio, ut docent illorum hiſtoriæ. Quantum autem hoc commentum profuerit Saracenis tot regiones ſubactæ, & tot terra marique de Chriſtianis partæ ſatis teſtantur victoriæ. Subſtitere tamen nonnihil illorum progreſſus, poſtquam Callinicus eandem artem docuit Chriſtianos. Nec tamen ille, ut nonnulli volunt, cenſendus ignis hujus inventor, ſed propagator potius; cum ignis iſtius nitrati uſus longe, ut diximus, ſit antiquior; ſed cum per illum modus explodendi ignem hunc è tubis æneis primum Chriſtianis innotuerit, utique eſt veriſimile cum longa ætate artes perficiantur, rationem componendi & conficiendi hujus ignis, quo aptior ad explodenda cum fragore tormenta

N redderetur,

redderetur, plurimum fuisse immutatam. Necdum tamen istac tempestate notum erat lapides seu globos ferreos aut plumbeos in hostes jaculari. Habebant quidem majora tormenta seu Siphonas, queis proris navium aptabant ad inferenda incendia, & præterea minores quas χειροσίφωνας seu manuarias appellabant Siphonas, haud absimiles hodiernis muschettis quas in faciem hostium explodebant, sed nulla usquam mentio occurrit globorum seu glandium, quibus bella hac tempestate peraguntur, quæque sero demum innotuerunt, ut mox dicemus; Dempto incendio terrorem potius quam perniciem bellica ista commenta hostibus inferebant. Sed vero cum ignis iste multum contineret pinguis humoris, utpote naphta liquida & plurimo constans bitumine, multo acriora edebat incendia quam faciat pulvis hodiernus, etiam post explosionem flammam quam diutissime conservans, & ipsos quoque armatos, & demum quidquid attingeret penitus comburens. Hinc est quod Græci ignem hunc humidum seu ὑγρὸν πῦρ vel etiam marinum appellarunt. Latini vero ignem Græcum vocarunt, ac si à Græcis primum esset repertus. Constantinus Porphyrogennetus in scripto de administrando imperio, cum cap. 48. Callinico Ægyptio acceptum ferat hoc beneficium, idem tamen cap. 12. Constantino Magno inventum hoc adscribit: cui scilicet id revelatum fuerit ab Angelo, addens illum usum hujus ignis solis indulsisse Romanis, nec permisisse ut hic alibi quam apud solos conficeretur Byzantinos, pœnamque statuisse gravissimam omnibus iis qui ignem hunc ad Barbaros deferrent, aut artem conficiendi illos docerent.

Leo Imperator in Tacticis & Constantinus Porphyrogennetus in Naumachicis hactenus ineditis & complures alii, ignis hujus per Siphones tam manuarios quam majores emissi & tonitruo similem facientis fragorem sæpe faciunt mentionem, sed de lapidibus seu globis metallicis simul explosis altum omnino apud omnes silentium.

Ne

Ne illo quidem bello quod Ludovicus Sanctus cum Ægyptiis ante quadringentes & . . . . gessit annos usitatum id fuisse certo colligas ex Jonvillio oculato teste, qui solo hoc factitio igne è machinis emisso superatos à Saracenis fuisse docet Christianos. Ejus de hoc bello siquis legat Commentarios, haud facile ullum nostro hoc seculo inveniat exemplum, in quo tantundem bellicum potuisse ostendat pulverem, atque istoc tempore incendiarius potuerit ignis, etiam nullis armatus globis. Nec dubitandum quin naphtha & bitumen copiose in Syria proveniens ad artificiosos istiusmodi parandos plurimum profuerint ignes, quibus cum destituantur Christani,utpote qui naphtha penitus careant, altero vero non nisi adulterino utuntur, mirum videri non debet si in perniciosis istiusmodi commensis longe inferiores Asiaticis sint populis. Qui id quod vulgo petroleum dicitur idem esse existimant ac sit naphtha, illis ego tum credam, ubi parem hujus virtutem esse ostenderint. Naphtha in ipsis quoque ubi oritur ardet fontibus, nec tantum aspectu ignium, sed & solaribus percussa radiis flammam concipit. Provenit illa non tantum in campo Babylonio, sed & in stagno Comagenes, de quo vide Plinium lib. II. cap.104. De hoc quoque vel limo vel maltha vel naphtha intelligendus est Tibulli locus in Panegyrico Messalæ;

*Ardet Arecc*is aut unda Cyrestia campis.*

Areca est Comagenes oppidum haud procul Euphrate, Ἄρηκα Ptolomeo, nisi malis Ἀράκη, ut habent libri manu exarati. Erech vel Arach Genes. 10. 10. Hinc Areccæi campi longe lateque extensi, utpote cum etiam Edessa Arech fuerit dicta. Cyrestia vel Cyristia unda est stagnum Samosatenum, quod dicto loco describit Plinius. Quia vero in confinio Comagenes & Cirestidis situm fuit hoc stagnum, ideo à Tibullo unda Cyristia appellatur. Probum vero Cyristis, Cyristia & Cyristica per simplicem scævam caninam, nomen siquidem ei à Cyro oppido, cujus olim

 Theodo-

Theodoretus fuit Episcopus, quem ideo Cyresticum vocat Anastasius in Hexaemero. Male & contra veterum librorum fidem hunc Tibulli versum emendare conati sunt viri docti. *Perhospita* eo quo ipsi volunt sensu, ne Latinum quidem. Cum vero pleraque antiqua exemplaria exhibeant *Carystia*, omnino vera est ea quam redidimus scriptura.

Quis vero inter Christianos fuerit, qui globis ferreis, plumbeis vel etiam lapideis bellicam hanc machinam primus armarit ignoratur, hoc tamen constat nondum quatuor effluxisse secula, ex quo usitatum id esse cœperit. Antiquior jam non succurrit Froissarto, cujus hæc sunt verba ad annum . . . . *Ils firent ouvrer une bombarde merveilleusement grande, laquelle avoit cinquante pieds de long, & gettoit pierres grandes, grosses, & pesans marveilleusement: & quant cette bombarbe decliquoit, on loyoit bien de cinq lieves loing par jour & de dix par nuit, & menoit si grand noise au decliquer, quil sembloit que tous les diables denfer fussent au chemin.* Prodigiosa forsan hujus bombardæ miraberis magnitudinem, utpote quadruplo fere longiorem quam hodiernæ esse soleant, sed tamen verum est tales olim construi solitas, & in antiquis armentariis reperiuntur etiamnum quæ triginta & plurium pedum longitudinem exæquent. Et sane pulveris nitrati ratio istam exigebat mensuram; cum enim parciores longe eo essent seculo in admiscendo nitro, tarde admodum pulvis accendebatur, ac ut totus accenderetur & violenter globum protruderet, necessum erat ut tam longi canales fierent. An vero tam longa tormenta ex uno continuo fuerint constructa canali, ideo aliquis merito dubitet, quod in picturis istius seculi complures compareant circuli ferrei diversis locis ambientes & continentes machinam, unde non male colligere possimus immensas istas machinas ex pluribus simul coagmentatis fabricatas fuisse partibus. Sed neque tantam ac hodierna tormenta requirebant soliditatem. Cum enim ab imbecilliori pulvere nullum immineret rupturæ periculum, ideo longe tenuiori constue-

conſtruebantur metallo. Hinc eſt quod apud Monſtreletum etiam juſtæ magnitudinis tormenta ſeu Rabodequini, ut ab ipſo vocantur, ab uno protrahantur equo. Nec tamen virtus par etiam hodiernis deerat tormentis, ſi quidem & illo tempore à majoribus machinis ſternebantur urbium muri, & excuſſi globi æquale ac nunc percurrebant ſpatium, uti ex illis quæ iſtac tempeſtate facta fuere conſtat experimentis. Chalcondulas etiam menſionem facit tormenti quod ad ſeptuaginta ſtadia globum exploderet, quod tamen vix credibile videatur, cum ex hodiernis tormentis excuſſi globi ne dimidium quidem percurrant ſpatium, licet non deſint qui Venetos in munimento Inſulæ Corcyræ habuiſſe tormentum affirment, quo globi ad tota ſex paſſuum millia exploderentur. Quis primus Chriſtianos pulverem iſtum nitratum in grana cogere docuerit, nec hoc quoque ab ullo annotatum fuiſſe invenio. Illud quidem conſtat ex quo commentum hoc innotuit, adauctam fuiſſe plurimum pulveris hujus efficaciam, cœpiſſeque ex eo tempore breviora & contractiora conſtrui tormenta, cum magiſtra rerum experientia docuerit obeſſe longitudinem, & quanto efficacior fiat pulvis, totuſque citius accendatur, tanto etiam breviora eſſe debeant tormenta, cujus rei rationem alibi expoſuimus. Propter periculum tamen rupturæ aut potius propter nimias expenſas in explodendis majoribus tormentis vulgo non utuntur pulvere granato. Noſtro hoc tempore intra quatuordecim pedes maximorum tormentorum conſiſtit longitudo, quæ ad quinquaginta etiam olim excreſcebant pedes, ut paulo ante monuimus. Verum hoc compendium illud habet incommodi, quod licet tanto breviora, majoris tamen ſint ponderis, quam quæ duplo & forſan triplo olim eſſent longiora, cum efficacior pulvis & flamma longe ſolidiorem qua contineatur requirat machinam Sinæ à quibus bellicæ hujus machinæ fabricam reliquæ acceperunt gentes, brevioribus etiamnum utuntur tormentis propter majorem nitrati pulveris virtutem. Qui

corum.

eorum viderunt machinas unanimiter teſtantur eas eſſe exquiſitiſſimi operis. Pulverem non in grana,ſed in oblongas formant virgulas, longeque eſt præſtantior eo quo Chriſtiani utuntur. Idem de Tunchinis & Siamenſibus teſtatur Tabernerius. Attamen,ut diximus, licet primi pulveris hujus inventores, eo tamen, ſi bella gerenda ſint, uti fere neſciunt Sinæ, aut certe ante bellum Tartaricum uti neſciebant, cum nulli mortales æque à bellis abhorreant, & in longa pace & literatis otiis totam ſuam collocent felicitatem. Neceſſitate tamen urgente etiam ipſi hoc tempore arma tractare didicerunt, nec opus habent Chriſtianis Magiſtris in explodendis aut dirigendis quibuſvis tormentis bellicis, cum quam feliciter hæc ab illis tractentur, magno ſuo malo experti ſint Batavi in expugnatione Inſulæ Formoſæ. Nulla ſunt tela artificialia quibus ad evertendas urbes, ſubruendos muros & deturbandos à mœnibus utuntur Europæi, quæ non peritis hoc tempore à Sinis fabricentur, ut merito aliquis dixerit, quanto olim pacis artibus præſtantiores, tanto nunc in militia cæteris eſſe nequiores gentibus. Nihil tamen Sinis ſuum prodeſt ingenium, cum quaſcunque comminiſcuntur artes, illico etiam illis, ſub quorum jugo jam gemunt, innoteſcant Barbaris, qui longe felicius quam ipſi, commentis iſtis utuntur, & Sinas artibus premunt Sinicis. Quod omnium ſeculorum experientia docuit, etiam illic verum eſſe cognoſcimus. Boreales nempe populi cultu & ſagacitate multum cedunt Auſtralibus, animo vero & promptitudine ad audiendum quidlibet longe præſtant. Quod ſi diſciplina acceſſerit militaris, cui addiſcendæ ſufficit illorum intellectus, felicius aliis iſtis arma tractant, ipſaque illis barbaries ad debellandos quoſvis adverſarios telum eſt potentiſſimum, Secus id ſe habet in iſtis populis, qui ſub molliori agitant cœlo. Magis illi ſe circumſpiciunt, nec libenter cum Borealibus bello jam aſſuetis ſe committunt, niſi præclara aliqua affulſerit occaſio,qua certam ſibi audeant promittere victoriam.

DE

DE
Triremium & Liburnicarum
CONSTRUCTIONE.

VErba Vitruvii lib. I. cap. II. hæc ſunt; *Symmetria eſt ex ipſius operis membris conveniens conſenſus, ex partibuſque ſeparatis, ad univerſæ figuræ ſpeciem, ratæ partis reſponſus : ut in hominis corpore è cubito, pede, palmo, digito, cæteriſque articulis ſymmetros eſt eurythmiæ qualitas, ſic & in operum perfectionibus.* Sic fere libri veteres, & recte. Quæ deinceps ſequuntur, ita ſunt reformanda; *Et primum in ædibus ſacris, aut è columnarum craſſitudinibus, autè triglypho, aut etiam è batere baliſtæ, foramine quod Græci* περίτρητον *vocant : navibus interſcalmio, quod* εἰρεσία *dicitur.* Βατὴρ in baliſta, quemadmodum eſt in lyra, eſt χορδότονον, ſeu capitulum quo nervi ſeu chordæ intenduntur. Ex *dipheiaca*, quomodo Turnebus in ſuo reperit libro, vel *iphesiaca*, ut nos in optimo honoratiſſimi viri Joannis Cottoni codice ſcriptum invenimus, fecimus εἰρεσία. Vulgo repoſuerunt διπεχαϊκή, quam vocem merito explodit idem Turnebus in advers, lib. XXV. cap. XII. Omnino abſurdus fuiſſet vitruvius, ſi poſito in omnibus navibus æquali interſcalmio duorum cubitorum, voluiſſet exinde navium colligere magnitudinem.

Non recte itaque viri docti interſcalmium interpretantur ſpatium quod duos remos ſeu duo remigum intercedit columbaria, illud quippe non majus in magnis, quam in minutis navigiis; ſed vero interſcalmium ſeu εἰρεσία, eſt ſpatium

ſpatium quod ſcalmum & remotiſſimum à ſcalmo interjacet remigem, ſive ut clarius & ſignantius loquar, quantum eſt τὸ ἔννηον κώπης, ut habet Heſychius, portio nempe remi maximi intra navem, tantum quoque eſt interſcalmium, unde tuto ſatis navium colligi poſſit magnitudo.

Quia hoc ſpatium, licet non totum, ut mox dicemus, occupant remiges, ideo εἰρεσίαν Græci dixere.

Adeo vero bene hæc ſibi conſtat ratio, ut ſiquis noſtra quoque ætate hanc teneat, nunquam peccaturus ſit in exigenda navium quæ remis aguntur magnitudine. Toto mari Mediterraneo hæc ſervatur proportio, ut data εἰρεσίας ſeu remigii latitudine, detur quoque non latitudo tantum & longitudo totius navis, ſed & omnium neceſſariarum navis partium proportio, & ipſorum quoque menſura remorum.

Ut vero cognoſcamus veterum triremes ſeu plurium ordinum naves eadem conſtructas fuiſſe lege, ac noſtri temporis conſtruantur Liburnicæ, quas vulgo Galeas appellant, cognoſcitur ex menſura quæ plane eadem eſt, utpote cum longitudo ſepties major aut aliquanto amplior fuerit latitudine.


Navem quam deſcribit Lucianus, quæ quartam longitudinis partem latitudine occupabat, illa ad rem non facit, cum oneraria fuerit & ſolis ageretur velis, planeque hodiernis ſimilis onerariis, utpote quarum longitudinis quartam partem ut plurimum conſtituat latitudo.

Ne in triremibus ſeu longis navigiis tanta pro latitudine officeret longitudo, eadem ac nunc ratione utrinque procurrentibus in mare extra navem fulciebantur cataſtromatis, id eſt tranſtris ſeu tabulatis firmiter latera navis continentibus, & ſimul utilitati remigum inſervientibus, qui tanto facilius regunt remos, quanto remotior eſt ſcalmus.

Veniamus

Veniamus nunc ad remos & oſtendamus, quæ interſcalmii, eandem quoque remorum eſſe rationem, & dato remo, dari quoque magnitudinem & conditionem totius navigii, Nauticæ periti libenter, ut puto, hæc admittent. Eſt quidem verum magna quoque navigia minutis poſſe moveri remis, & quidem celerrime, ut ex iis quæ poſtmodum dicentur clarum fiet, ſed vero ut magni & enormes remi minutis aptentur navigiis, utique id fieri non poteſt. Expendamus itaque remorum naturam & conſtitutionem, quæ noſtro hoc obſervatur ſeculo, ut videamus ecquid exinde antiquarum navium ſtructuræ lucis conferre poſſimus.

Licet ut olim ita quoque nunc pro diverſa Liburnicarum menſura, diverſa quoque ſit remorum longitudo, ſemper tamen hæc fere ſervatur proportio, ut ſi qua Liburnica nonaginta quinque ſit cubitos longa, lata vero duodecim ſemis, huic adſignentur remi cubitorum XXIV $\frac{I}{IV}$. In remorum vero ſtructura, hanc fere legem & menſuram obſervant. Sit remus A B longus cubitos 24$\frac{1}{4}$ vel ut vulgo lo-



quuntur habeat palmas majores 48$\frac{1}{2}$. Intervallum ab A ad D, quod totum eſt intra navem, à medio nempe foro uſque ad navis coſtas eſt palmorum undecim, deſtinatum quinque remigibus & aliquando ſex. Quod à D uſque ad ſcalmum C excurrit ſpatium palmorum 4$\frac{1}{2}$, vacuum eſt remigibus, cum experientia & ipſa doceant natura, nihil prodeſſe remiges ſi nimium ſcalmo ſint vicini. Quod à ſcalmo uſque ad B ſupereſt remi, eſt palmorum nauticorum 31. Ad manubria ſeu capulos craſſus eſt in diametro digitos 9. Ab D vero uſque ad ſcalmum C paulatim fit craſſior, ita ut prope ſcalmum habeat 14 digitos in dia-

metro, in ipſo ſcalmo digitos 9. Extra ſcalmum vero non plus quam quatuor digitos in diametro habet, ſervatque aliquandiu iſtam rotunditatem, donec tandem in palmulam exeat & ipſam novem latam digitis.

Hanc in conſtruendis remis tenent proportionem omnes fere Mediterranei maris accolæ, & ſiquis ad libellam hanc exigat rationem, inveniet tantam ſingularum partium convenientiam, ut ſine errore vix aliter conſtrui poſſint, neceſſeque ſit ut vel frangantur, vel minime remigio fiant idonei.

Veniamus nunc ad Ptolomæi Philopatoris quadraginta ordinum omnium quotquot in hiſtoriis memorantur longe maximam navem. Quoniam ut cæterarum partium, ita quoque menſuram remorum reliquit nobis Athenæus, cum ſcribit maximos thranitarum remos fuiſſe cubitorum 38, ſive pedum 57.

Componamus hos remos cum remis hodiernis, & videamus quantæ molis ſinguli remi eſſe debuerint. Primo quidem illud conſtat, ſi quæ ſit longitudinis ad longitudinem, eadem quoque inſtituatur craſſitudinis ad craſſitudinem ratio, habituros nos remum prorſus ſimilem hodierno quoad proportionem, verum non ejuſdem roboris, rumpetur quippe pars mari imminens prope ſcalmum.

Hoc ſic colligi poteſt. Cum in omni remigio tertia plus minus pars remi ſit intra ſcalmum, adeoque in hac menſura conveniant plerique nauticæ periti, ut raro vel unicum aberrent palmum, æquum eſt ut eandem quoque menſuram obſervatam fuiſſe credamus in iſtis triginta octo cubitorum remis, ita ut 38 pedibus ultra ſcalmum porrigerentur. Cum vero in illo quem deſcripſimus hodierno remo qui palmis 31 extra navem procurrit minimum tribuantur unciæ vel polices tres in diametro prope ſcalmum, quærendum quanta iſtic fuerit menſura majoris remi. Sic itaque inſtituatur calculus; triginta & unum novem unciarum palmi, dant tres uncias in diametro, quantum dabunt pedes

triginta

triginta octo. Verum cum in minori remo duo palmi prope ſcalmum inter navis coſtas intercipiantur, ubi nullum eſt rupturæ periculum quod ibi remus ſit craſſior, auferendi de hoc majori remo duo pedes, ita ut ſuperſint pedes 36 ſeu palmi 48. Fiet itaque ut ſi 31 palmi dent uncias 3 diametri, ex 48 palmis emergant unciæ $4\frac{20}{31}$.

Verum non ſufficit hæc menſura, quominus remus ad ſcalmum non rumpatur. Licet enim trabes & quælibet longa corpora inæqualis magnitudinis ſimilem inter ſe habeant proportionem, rumpi tamem majora niſi triplicatam habeant rationem, ſcite oſtendit Galilæus ſecundo de motu dialogo. Ut itaque recte inſtituatur calculus, ſic pergendum. Tres unciæ dant $4\frac{20}{31}$ quantum dabunt $4\frac{20}{31}$. Habebimus $7\frac{186}{961}$. Tot ergo uncias in diametro habere debet remus triginta ſex pedibus extra ſcalmum prominens, minus enim ſi habuerit, non ſe ſuſtinebit, nec flagellando mari ſufficiet.

Ea parte qua ſedebant remiges ſervata eadem proportione craſſitudo remi in diametro minimum eſſe debuit unciarum quindecim, ſive pedis unius & quadrantis. Ne tamen tantæ molis noceret enormitas, quoque magis idonei eſſent in adducendo & intorquendo, notandum multum ab hac menſura auferendum, ſi quidem plumbum manubriis additum habuiſſe teſtatur Athenæus, & hac ratione redditum fuiſſe æquilibrium & factos tractabiles. Scalmos ſupremorum remigum in iſtac Philopatoris navi minus decem pedibus à ſuperficie maris abfuiſſe, Id ſic confici poteſt. Nullum bene conſtat remigium, ſi intervallum quod eſt à navi uſque ad locum quo extremæ remorum palmulæ aquas feriunt, ad intervallum quo diſtant ſcalmi ab aqua, minimum non habeat ſeſquitertiam proportionem. Remi vero ſuperiores in navi Philopatoris exſtabant extra ſcalmum totis triginta ſex pedibus: ſi itaque ratione exigente ponamus illos cum dimitterentur propter obliquitatem uno pede minus abfuiſſe à perpendiculo ſummorum

 ſcalmorum,

ſcalmorum, jam juſtum habebimus intervallum. Verum hac ratione fiet ut ſcalmi ſuperiores novem tantum pedibus à mari abſuerint, quod geometriæ gnari facile intelligent.

Videamus nunc quo pacto iſtæc quater mille remigum navis ad quadraginta potuerit excreſcere ordines. Animus non eſt ea jam expendere quæ complures viri docti in Gallia & alibi de hac ſcripſere materia. Verum quidem eſt illud quod monent remigum ordines per obliquos gradus fuiſſe diſpoſitos, cum antiqua monimenta clare id ipſum evincant, ſed cum præcipuus in eo conſiſtat nodus, quo pacto in multorum ordinum navigiis ſuperiores remi ab uno moveri & regi potuerint, negant quippe plurium remigum ad eundem remum conceſſum; non explicant ſed augent difficultatem, præſertim cum hoc quoque addant, non magnam remi partem ab ipſa navi fuiſſe interceptam. Scio quidem nulla eſſe tam magna pondera quæ non virtute mechanica ab uno quoque moveri poſſint homine, ſed & hoc quoque novi, quanto majora ſint pondera, tanto tardius moveri, & ſemel mota tardius inhiberi. Atqui inutiles ſunt remi, ſi non celerrime percutiant, & celerrime reducantur. Nihil hic proſunt mechanicæ potentiæ, cum æterna maneat lex, ut ſi ab uno moveantur, quæ à decem debeant moveri hominibus, moveantur quidem, ſed decuplo tardius, neque enim natura falli ſe patitur per compendia.

Ut autem ſciamus quam multa incommoda & quæ prorſus fieri nequeant conſequantur eorum opinionem, qui tantos remos ſingulis hominibus regendos committunt; videamus quantæ molis hac ratione ſuperiores hujus navis remi eſſe debuerit. Inter ſingulos remigum ordines, cubiti minimum interceſſiſſe volunt ſpatium. Quadraginta ergo ordines dabunt quadraginta cubitos. Cum vero illi conſtituant pedes ſexaginta, palam eſt remos iſtos non potuiſſe ſuperficiem aquæ attingere, cum quinquaginta ſeptem pedum longitudinem eos non exceſſiſſe conſtet ex Athenæo.

Ut

Ut autem juſtæ fiant menſuræ, non debuiſſent aquam modo attingere, ſed ad iſtam ſexaginta pedum à mari diſtantiam habere proportionem ſeſquitertiam, & longitudinem centum & octoginta pedum & quidem extra ſcalmum. Craſſitudo eorum minima prope ſcalmum eſſe debuiſſet quindecim fere pedum in diametro. Pars vero remi intra ſcalmos, longitudinem exigit nonaginta pedum. Quod ſi iſtam manubrii longitudinem craſſitudine compenſare velimus, nunquam tamen efficiemus, ut non plus quam mille remigum ſpatium, vel ſolum remi unius abſorpſerit manubrium.

Veniamus nunc ad remiges & videamus quo ordine, quibus intervallis & ipſi & ipſorum remi, juga & ſedilia collocata & diſpoſita fuerint. Antiqua numiſmata in quibus crebræ triremium & Liburnicarum viſuntur imagines parum hic juvant, cum in illis propter anguſtiam loci, non niſi unicus expreſſus ſit remorum ordo. In nummo tamen Gordiani Cæſaris, cujus ectypum tranſmiſſum ſibi ab ampliſſimo D. Carcavi oſtendit mihi præſtantiſſimus D. Jo. Marſhamus duo comparent ordines. Figuram libet apponere.

At vero in columna Trajani & aliis marmoribus tres remorum obliquo ordine ſurgentium apparent gradus. Hoc argumento ductus Palmerius aliique viri docti, exiſtimarunt antiquas plurium ordinum triremes & ipſam quoque Philopatoris navem, eadem ratione ad quadraginta remorum excreviſſe ordines, unde quam multa, quæ fieri nequeant, conſequantur, jam ante monuimus. Ego vero nullas unquam naves fuiſſe exiſtimo, quæ plures quam ſeptem remorum habuerint ordines. Sic quoque ſenſiſſe videtur Pollux, cujus verba, quæ vulgo male ſe habent, ad fidem optimi noſtri libri emendata non pigebit adſcribere. Ἡ δὲ παρὰ τοὺς θρανίτας ὁδὸς, πάροδος, παράθρανος· ὑπὸ δὲ τὴν στερεὰν ἑκατέρωθεν παρατεινόμενοι τόποι, πρῶτος καὶ δεύτερος ὁ καὶ θαλάμιος· ἑπτὰ δ' ἐνίοτε ἀνίσταται ἡ τριήρης, ὧν ἕκαστος κατὰ τάξιν καλεῖται πρῶτος βόλος καὶ δεύτερος καὶ ἐφεξῆς.

Ut vero cognoſcamus ne immenſam quidem illam Philopatoris molem pluribus quam ſeptem inſtructam fuiſſe remorum ordinibus, pauca de diverſis remigum dicemus intervallis.

In hodiernis itaque Liburnicis ſcalmi & remigum juga, ſi quando minimum tribus, cum vero plurimum, quatuor à ſe invicem diſtant pedibus. Ferdinandus tamen Oliverius Luſitanus, vir nauticæ peritiſſimus, affirmat ſufficere unam goam, ſeu pedes duos cum ſemiſſe, quantum nempe remigis corpus & extenta brachia & crura ſibi vindicant. Quamvis enim inſtante portiſculo & fervente lato, ut vocant, remigio, remus & corpus remigis duplum percurrant ſpatium, & plus quam quinque pedum intercipiant intervallum; nihil tamen hoc officit, cum & procumbentes in priori, & decumbentes in ſequenti jugo remiges hoc concedant ſpatium. Quia tamen nimiam remigum conſtipationem viroſus pœdor & ſepe peſtis conſequitur, prudentibus ſemper placuit trierarchis, ut non quidem ipſa juga, ſed quod inter ſingula juga intercedit ſpatium, majus aliquanto habeat laxamentum.

In antiquis vero triremibus non eadem ſemper ratione conſideranda ſunt remigum intervalla. Nam ſi in directum & ad perpendiculum ſibi invicem imminerent remi, ſufficiebat ſpatium trium pedum aut etiam duorum ſemis, quo remiges à remigibus diſtinguerentur. At vero ſi obliquo clivo remorum ſurgerent ordines, ſeptem minimum pedibus ejuſdem ordinis remiges à ſe invicem aberant. Fieri hoc non potuit in octere Pontica, quam deſcribit Memnon, in cujus ſingulis ordinibus centum fuiſſe affirmat remiges. Nam ſi illis intervallum ſeptem pedum tribuas, habebis navem longam pedibus ſeptingentis etiam abſque prora & puppi, latam vero pedes plus minus centum, neque enim alias mari ferendo fuiſſet idonea. Clare hinc conficias unico tantum navem hanc inſtructam fuiſſe remorum ordine & ſingulis remis octonos adſidiſſe remiges. Aut ſi tres remo-


rum

rum fuere ordines, ita eos numerandos esse, ut primum ordinem constituat remus thalamiticus; secundum, tertium & quartum ordinem zygitarum remus; reliquos quatuor remus thranitarum. Sic quoque immensæ propemodum magnitudinis habebis navem, non tamen longiorem trecentis & quinquaginta pedibus, & forsan trecentorum tantum, si actiori aliquanto quam trium pedum intervallo remiges constrinxeris.

Nec tamen propterea opus fuit, ut remiges magno supra verticem distarent spatio, cum in tam vasta navi & quadraginta fere pedes lata, satis fuerit loci, ut sine fori dispendio vel hac vel simili ratione collocari remiges potuerint.

At vero in Philopatoris navi, fieri non potuit ut talis remorum fuerit collocatio. Nam si trium tantummodo pedum ejusdem ordinis remos intercessisset spatium τὸ ἔγκωπον, sive pars remis destinata non nisi centum in tanta navi occupasset cubitos, vacuumque remis reliquum centum octoginta cubitorum fuisset spatium. Atqui in omnibus navigiis quæ remis aguntur, plus quam tres quartæ partes à remigibus tenentur, in hac vero Philopatoris navi sextam tantum longitudinis partem remis fuisse vacuam sic conficio. Ex Athenæo constat quinquaginta tantum remiges in singulis sedisse ordinibus. Inde facile colligas remiges istos per obliqua parallelogramma fuisse dispositos. Monuimus vero supremos remorum scalmos non plus quam novem à superficie maris abfuisse pedibus. Quæritur jam cujus formæ & longitudinis ista fuerint parallelogramma. Si brevia nimis fuisse existimemus, pauciores habebimus remorum ordines, & multa relinquentur loca vacua: si vero admodum fiant longa, tanto erunt angustiora remigum intervalla, quanto longiora fiant parallelogramma, fietque ut remi in scamna & scabella remigum impingant. Ut itaque justam habeamus mensuram, sit in figura sequenti A B spatium novem pedum. Videamus quot sedilia nautica locus iste capiat. In hodiurnis Liburnicis singulis sedibus vulgo

tribuunt


A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
P

tribuunt altitudinem pedis & dextantis, ſive unciarum XXII. Altius enim ſi ſedeant remiges, ſtant potius quam ſedent, & laborioſe ſurgunt, ſi depreſſiora fuerint ſedilia. Et nos iſtam ſequamur menſuram, ſed ea ratione, ut ſcabella, quibus ſuperiorum remigum innituntur pedes, quatuor unciis ſint depreſſiora ſedilibus, ita ut intervallum altitudinis inter ſingula ſedilia ſit unius cubiti, ſpatiumque novem pedum ſex contineat ſedilia.

Promoveantur jam in directum ſedilia eatenus donec ſecundi jugi remex ſedens in E planta pedis ſui contingat ſcabellum ſubjectum ſedili inferioris remigis ad D, & ſimiliter remex occupans ſedile F, contingat ſcabellum ſuppactum ſedili E, & ſic porro in G, H, I.

Satis hinc colligas in hac obliqua remigum callocatione juſtum quod ſingula juga intercedere debeat intervallum duorum eſſe pedum & trientis, ita ut ſpatium D K, quod baſin parallelogrammi conſtituit, ſeptem minimum abſumat pedes. Idem tamen ſic quoque efficias, ſedili remigis vulgo tribuitur latitudo ſemipedis; cui ſi addas ſpatium ſcabelli, habebis pedem integrum. Remus fervente remigio ad tres excurrit cubitos in directum. Remigis pectus novem occupat uncias, & totidem ſuperioris remigis genua ultra ſedile prominentia, quæ ſimul juncta pedes conficiunt ſeptem.

Sed & ipſe remorum motus manifeſte evincit, non poſſe iſtos arctiori quam iſtoc includi ſpatio. Verum cum haud parva occurrat difficultas in explicanda ratione, qua tot remorum ordines ſubſiſtere potuerint, adeoque non defuerint jam à ducentis pene annis, qui fabuloſum eſſe exiſtimarint, quidquid veteres de multiplici iſtoc remorum ſive obliquo, ſive erecto conſurgentium providere ordine; non inutilem, ut ſpero, præſtabimus operam, ſi curſus & recurſus remorum in ſingulis perſequamur ordinibus, ut perſpecto & ſublato eo, in quem multi impegere ſcopulo, commoda triremibus ſuccedat navigatio.

In eo itaque quod hic exhibemus diagrammate inferioris ordinis remex reclinatus sedens in κ promoveat remum à pectore α versus β. Moveatur deinceps à β versus γ, ubi mare subeat, cujus superficiem ponamus esse B C. Uno nempe cubito, aut si mavis duobus pedibus, depressius est mare scalmo inferioris remigis. A γ deinceps reducatur remus ad α. Planum est spatium hoc abunde sufficere ad pulsandum fortiter mare.

Secundi ordinis remex sedens in L promoveat remum à δ versus ε, & inde usque ad ς, ubi demum remus subibit mare. Et hic quoque in reducendo ad pectus remo, ictum potest infligere sufficientem.

At vero tertii ordinis remex sedens in M, & ducens remum à ζ versus η, & inde ad θ, ubi demum remus ad justam mensuram subibit mare, & ipse quoque validum satis in reducendo remo à θ versus ζ infliget ictum.

Quartus autem remex sedens in N; est fere inutilis, cum immersio remi, nisi simul subsequatur ictus, retardet potius quam promoveat navem. Planum quippe est, cum remus ducitur ab ι ad κ, & inde adscendat ad λ, ubi demum subibit aquas, non posse, quando ab λ ad ι revertitur, ullam fieri percussionem commodam.


Quintus remex sedens in o, cum promovet remum ab μ ad ν, prorsus erit damnosus. Quippe si promoveat & attollat remum usque ad ξ, ubi demum occurret mari, ictum infliget aversum, & tam in promovendo, quam reducendo remo, retardabit navigium.

Si quis superiores persequatur remiges, tanto semper major occurret difficultas, & absurditas, quanto quis altius faciat ascendere summum remi manubrium. Itaque miror Palmerii & aliorum imprudentiam existimantium quadraginta ordinum, qua ipsi voluere ratione, posse subsistere remigium, cum à tertio remige omnes prorsus fiant inutiles & retardent potius quam promoveant cursum navigii. Nec quidquam proficiunt, cum non magnam

remi

remi portionem intra ſcalmos exſtitiſſe affirmant, nam ne ſic quidem tollitur difficultas, & creſcit abſurditas cum tantas trabes ab uno regi potuiſſe contendunt homine, cum ne minuti quidem, ſi cum his comparentur, Liburnicarum remi, quidquam proſint, ſi unum tantummodo habeant rectorem, etiamſi duodecim à ſcalmo remotus ſedeat pedibus. Quod ſi idem non niſi uno à ſcalmo abeſſe fingatur pede duodecima tantum ipſi ſupererit potentiæ pars, ac vix latum unguem promovebit remum, cum ſit æterna lex ſtaticæ, ut unus homo viginti à ſcalmo remotus pedibus tantundem habeat potentiæ ac habeant viginti homines, qui uno tantum à ſcalmo abſint pede.

Cum itaque tot & tanta in aliorum paſſim occurrant ſcriptis non incommoda tantum, ſed & quæ talia ſint, ut prorſus fieri nequeant ipſa reclamante natura, noſtram nunc porponamus ſententiam, qua omnibus iſtis difficultatibus ex equo ſatisfiat. Sic ergo ſentio. Inferioribus tantum remis ſingulos aſſidiſſe remiges, cæterorum vero ordinum remos, quanto altiores eſſent, quantoque longius diſtarent à ſcalmis, tanto quoque pro ratione longitudinis à pluribus adminiſtratos fuiſſe rectoribus.Gradus & ordines decem, quindecim, viginti, triginta & quadraginta remigum, quos memorant veteres, non quærendos eſſe in totidem remorum ordinibus, ſed præcipue in ipſis remigum jugis ſeu ſedilibus, ad quæ per gradus aſcendebatur. Non enim ut fere ſemper fieri ſolet vulgo, mari parallela fuere remigum ſedilia, ſed ad legem fere tabulatorum navis depreſſiora prope ſcalmos, elevatiora vero in media fuere navi, ita ut qui in eodem jugo, medio eſſent propinqui foro, integro cubito eminerent, ſupra eos qui ſcalmis eſſent vicini. Hæc ſi admittantur, quod ſane æquum puto, omnia fluent feliciter nec quidquam ſupererit incommodi. Ut hoc planum fiat reſumamus præcedens Schema, ſed ad hanc legem reformatum, ut remigum ſedilia paulatim aſſurgant. Sit itaque ſuperficies maris C C. Scalmi primi remorum ordinis ſint ad B B, &


A
B
C
6
5
4
3
2
1
6
5
4
3
2
1
A
B
C

ſic porro uſque ad A A ubi ſunt ſcalmi ſexti remorum ordinis diſtantes à ſuperficie maris pedibus novem, ſinguli quippe ſcalmorum ordines ſingulis diſtant cubitis. Sit itaque inferior ſcalmus ad B, à quo abſit ſedile inferioris remigis pedibus quatuor, totidemq; unciis ipſo ſcalmo altius, ſingulis quippe pedibus, ſingulæ addendæ ſunt unciæ. Si itaque ab hoc remige, ſive Thalamita, ducatur remus ab α ad β, & inde aſcendat ad γ; ſufficienter aquam ſubibit.

Secundi ordinis remex ſupremus remotus à ſcalmo pedibus ſeptem, totidemque unciis ſupra ſcalmum elevato inſidens ſedili, movebit remum per δ, ε, ζ.

Tertius remex decem unciis elevatior ſuo ſcalmo, & remotus ab eodem pedibus decem, cum ducit remum deſcribet triangulum quale eſt θ, κ, ι.

Similiter quarti ordinis ſupremus remex uncia & integro pede altior ſedens ſuo ſcalmo, à quo remotus eſt pedibus tredecim, promovebit remum ab μ ad ν, & inde ad ξ, ubi ſufficienter mergitur.

Quinti ordinis, remex ſupremus, ſedecim pedibus remotus à ſcalmo, totidemque unciis altius habens ſedile, cum ducit remum ab o ad ξ, & inde ad π, & ipſe poteſt promovere navigium, reducendo fortiter remum à π ad o.

Sed & omnium quotquot ſub tranſtris agunt altiſſimi ſexti ordinis remiges, & ipſi quoque promovent navem. Horum ſupremus & proximus medio foro, remotus à ſcalmo pedibus novemdecim, totidemque unciis illo altius habens ſedile, commodius etiamnum quam quinti jugi remiges, quo velit poteſt ducere remum, cum nulla occurrant ſcabella & ſedilia, quæ curſum remi impediant, quem libere à quocunque quod contingere poſſit puncto, in altitudine ρ conſtituto, poteſt reducere.

Ex hoc porro & ex ſuperiori diagrammate manifeſte ſatis conficitur, remorum in continua ſerie ſurgentium ordines, vix poſſe ultra ſextum produci ordinem, non tantum quod

remigum

remigium ſit inutile, ſi à puncto quod vertici imminet, aut huic vicinum ſit, adducendi ſint remi; ſed & quod ipſa natura non permittat, ut remi ad majorem excreſcant longitudinem, & etiamſi permittat, regendo tamen non ſint futuri idonei.

Ut vero ſciamus quot juga, & quot in ſingulis jugis ſederint remiges, redeamus ad maximos remos, quorum longitudinem quinquaginta ſeptem pedum fuiſſe conſtat. Cum in omni remigio inter nauticæ peritos fere conveniat, ut tertia pars remi faciat interſcalmium, & nos hanc ſequamur legem & ponamus à ſcalmo uſque ad ſummum remi capulum interceſſiſſe ſpatium pedum novemdecim. Sed cum ſcalmi nomine vulgo cenſeatur tota coſtarum & tedæ latitudo, quæ in tanta navi minimum duorum eſſe debuit pedum, rectius integrum addemus cubitum, incipiendo ab epiſcalmio, puncto nempe ubi fit decuſſatio.

Quæramus nunc quanta pars interſcalmii remigum fuerit vacua. Vulgo in Liburnicis ſeu Galeis, ſi interſcalmium fuerit ſeptemdecim ſpithamarum, decem cedunt ad capiendos quinque remiges, reliquum ſeptem ſynthamarum ſpatium vacat, cum experientia docuerit vanum eſſe remigum laborem, ſi nimium fuerint vicini ſcalmis. Olim in navigiis quæ uno tantum remorum eſſent inſtructæ ordine, eandem olim obſervatam fuiſſe legem ex Heſychio colligo. Ubi enim interpretatur Homericum iſtud Ἐφ' ἑπταπόδην, tranſtrum nempe, ſeu jugum ſeu ſcabellum ſeptem pedum, quod ſufficeret quinque remigibus, hoc quoque addit ἑπτὰ ἐπὶ δώδεκα, quia jugum ſeptem pedum requirit interſcalmium pedum duodecim. Septem vero ſpithamæ, ſeu ut vulgo loquuntur palmi majores, tribus tantum unciis excedunt pedes quinque.


Cum vero in tam vaſtis remis ratio exigat majus intervallum, ponamus non quinque pedum, ſed quinque cubitorum fuiſſe ſpatium, quod infimos ejuſdem jugi remiges & epiſcalmia intercederet. Id ſi fiat ſupererunt pedes

duodecim ſemis, quod ſpatium decem continebit remiges, cum unicuique ſufficiant unciæ quindecim. Nimis longe à vero receſſit vir doctus cum ad explicanda & contrahenda brachia unicuique remigi vix duos ſufficere credit cubitos. In hodiernis Liburnicis cum laxe ſedent, unum quiſque remex occupat cubitum, ſed vero ſæpiſſime quindecim tantum uncias. Hanc nempe methodum obſervant remiges, ut dum unus ſublatis ſuperne cubitis, alius iiſdem dimiſſis brachia expandant & colligant. Multo etiamnum id commodius fit, quando ſedilia per gradus creſcunt. Seſquiunciæ enim diſcrimen multam confert facilitatem, ut alter alterius brachia vel ſubeat, vel ſuperet. Qui enim ſic jugati ſedent, attollunt brachium qua inferior aſſidet remex, dum alterum ſuperiori ſubmittunt remigi.

Siquis tamen majus aliquanto ſpatium ſingulis velit largiri remigibus, auferendum de vacante quod diximus intervallo, manente interim decem remigum numero, totidemque ſedilibus, ipſa mole & longitudine remi exigente hunc numerum.

In inferioribus quinque jugis non multum difficultatis, cum & remorum decreſcens proportio & ſedilium in unitatem deſinens ratio, numerum quoque remigum prodat manifeſte. Quo autem pacto diſpoſita fuere juga, ſchema quod addidimus declarabit. Priſmata adjecta ſingulis jugis, ne in tanta declivitate incommode ſedeant remiges, ſingula notant ſedilia. Inferior ordo unum tantum continet remigem, ſecundus duos, tertius quatuor, ſequens ſex, quintus octo, ſextus & ſupremus eorum, qui ſub tranſtris ſint, decem ut diximus exhibet remiges, ita ut in univerſum ſex iſtæc juga triginta & unum contineant ordines. Spatium vero ſub jugis, ſignatum litera A, deſtinatum fuiſſe diverſorum manſionibus & recondendo cibo nautico docet Athenæus; Καὶ χωρὶς ὑπὸ τὰ ζυγὰ πλῆθος ἀνθρώπων ἑτέρων ἐπισιτισμοῦ οὐκ ὀλίγον.

Cum


A

Cum vero non ad perpendiculum, ſed gradatim ſurgerent remigum juga, duplicemque hac ratione haberent obliquitatem, alteram ad longitudinem, alteram ad latitudinem navis porrectam; non obſcurum ſimilia quoque fuiſſe illa quæ juga ſuſtinerent tigna, decuſſata nempe, clathrata & introrſum vergentia.

Aliquid tamen inter juga & iſtæc tigna relictum fuiſſe exiſtimo ſpatii, per quod τοιχάρχαις, id eſt remigum in ſingulis lateribus ſedentium præfectis aditus ad juga pateret. Nec metuendum ne hac ratione medius navis forus nimis fiat anguſtus. Cum enim inter ſupremos remiges ſpatium pedum novemdecim ſuperſit, etiamſi duos cubitos tribuamus tignis utrinque ſuſtinentibus juga, & totidem obliquo τοιχάρχων adſignemus meatui, ſupererunt nihilominus pedes tredecim, quæ latitudo ſufficit, cum navis hæc tres foros habuerit, fueritque τριπάροδος, mediuſque forus viliorum tantum hominum uſibus fuerit deſtinatus.

Veniamus nunc ad ſeptimum remorum ordinem & ad illos qui ſupra tranſtra verſabantur remiges. Quamvis horum videri poſſit altior fuiſſe locus, quam illorum qui inferiores eſſent tranſtris, aliter tamen id ſeſe habet, cum ſexti & ſeptimi ordinis remi æqualiter à mari abfuerint, & utrorumque ſcalmi ejuſdem fuerint altitudinis. Ut hoc clarius intelligamus dicendum nonnihil de tranſtris & cataſtromate.

Tranſtra itaque ſunt tigna navium quæ à pariete in parietem porriguntur, ut interpretantur grammatici. Græcis θρᾶνος vel θρῆνυς, quod Heſychio eſt ἡ ἐν τῷ μέσῳ πλοίου σανὶς ἀπὸ τοίχου εἰς τοῖχον. In primitiva tamen ſignificatione tranſtra ſuperiorum remigum dicta fuere ſedilia, cum inferiorum quæ minus erant alta ζυγὰ vel juga dicerentur. Græci θράνους vocant ab inuſitato θρᾶν, ita ut θρᾶνος, θρῆνυς & θρόνος, ejuſdem videantur eſſe originis, Hinc θρανίζειν & θρανίσαι & ejecta more uſitato ſibilante litera, θρανίται. Hinc quoque θρανιστρον, unde tranſtrum. pro

Q ſede

ſede ſublimiore. Quia vero iſta navium tigna & ſcabelli vicem præſtarent, & ſimul ſedem remigum ſuperſtructam haberent, hinc factum ut ipſa quoque tigna θρᾶνοι & tranſtra fuerint appellata. Tranſiit dein ad cæteros quoque architectos vocabulum, nam & ſuperiora tigna quæ ædificia continerent tranſtra à Latinis dicta fuiſſe & à Græcis θράνυς, docent Vitruvius & Pollux.

Servata itaque iſtac vocis acceptione tranſtra dicantur ea tigna, quæ non tantum à pariete ad parietem, ſed & longe extra navem utrinque procurrunt, quæque non tantum remigibus uſui ſint, quo longius abſint à ſcalmis, ſed & omninò neceſſaria ad continendam & roborandam navium longarum infirmitatem. Cum enim triremes & longæ naves vix ſeptimam & aliquando octavam tantum latæ fuerint longitudinis partem, qui fieri poſſit ut vel minimis pares fuerint tempeſtatibus, ſi eas hoc fulcro & munimento caruiſſe fingamus? Flumina & ſtagnantes ſemper aquæ iſtiuſmodi aliquando patiuntur navigia; ſed vero nemo prudens infirmis adeo lateribus præditas naves mari commiſerit, frangendas & lacerandas ad primam pelagi ſeditionem. Quamvis autem in antiquis nummis & marmoribus propter aſpectum adverſum non ſemper compareant iſtæ prominentiæ, comparent tamen in pluribus, & ſiquis vel primam quam Bayſius exhibuit conſulat figuram, deſinet dubitare, utpote in qua etiam cantherii ſeu mutuli projecturam iſtam ſuſtinentes manifeſte viſantur. Idem quoque colligi poteſt ex navi quam Archimedes conſtruxit, in qua ſtruppos & remorum ſcalmos convenienti ſpatio extra navis latera remotos fuiſſe teſtatur Athenæus; Ὑπῆρχον δὲ καὶ τῶν τοίχων ἑκατέρωθεν πρόποι περεσωσμένοι διάστημα σύμμετρον ἔχοντες & clarius poſtea; Ἄτλαντές τε περιέτρεχον τὴν ναῦν ἐκτὸς ἑξαπήχεις, οἳ τοὺς ὄγκους ὑπειλήφεισαν τοὺς ἀνωτάτω καὶ τὸ τρίγλυφον, πάντες ἐν διαστήματι βεβῶτες. Ut autem nunc, ita quoque olim prominens iſtud tabulatum prout vel proræ vel puppi eſſet vicinum alias aliaſque habuit appellationes. Vulgo quod puppi

vicinum

vicinum eſt jugum puppis, quod proræ, jugum proræ ſeu rembatam vocant Itali, Olim vero prominentes ad proram partes dictas fuiſſe maxillas ſeu alas teſtatur Pollux; τὰ δὲ παρειὰς τὰ ἑκατέρωθεν καλοῦνται παρειαὶ καὶ πτερά. Quæ ad puppim vero περίτονα. Τὰ δὲ περὶ τὴν πρύμναν προὔχοντα ξύλα περίτονα καλεῖται. Hyginus in Aſtronomico ubi de Argo agit vocat rejectum, quod non erat mutandum. Architectis enim rejectus idem eſt quod projectus, projectura ſeu projectio, idemque omnino quod protectum, ſuggrunda, ἐκθέτης, ἐξώστης ſeu Menianum.

Extrema vero hujus projecturæ tigna velut aures prominentia dicebantur quoque ἐπωτίδες, quas ad puppim collocat Demetrius cubicularius, addens illis affixa fuiſſe gubernacula, quod nempe ipſa ſic jubente ratione, iſtic eſſent ſcalmi ſeu fulcimenta gubernaculorum. Thucydides tamen & vetuſtiores Græci longe illo certiores teſtes, epotidas ad proram collocant. Sed nihil obſtat quo minus utrumque verum ſit, & utraſque eas partes quæ vulgo dicuntur *giogo di proda* & *giogo di poppe*, dictas fuiſſe epotidas, ita tamen ut in potiori ſignificatu reſtrictum fuerit hoc vocabulum ad ſola ea tigna, quæ ad παρεξειρεσίαν prope ancoras prominerent. Ut enim nunc, ita quoque olim ex firmiſſimo & ſolidiſſimo tigna hæc conſtruebantur ligno. Itaque jubet Theophraſtus Hiſt. Plant. lib. V. cap. VIII. ut epotides & chelyſma, quod vulgo appellant *il ſperone*, fabricentur è fraxino, moro aut ulmo; τὸ δὲ χέλυσμα καὶ τὰς ἐπωτίδας μελίας καὶ συκαμίνου καὶ πτελέας· ἰσχυρὰ γὰρ δεῖ ταῦτ' εἶναι. Ea vero ratione firmas eſſe oportebat epotidas, ne remi detergerentur. In conflictibus enim, ut complura docent exempla, quatuor præcipue erant loca in quæ roſtra dirigebantur. Si enim naves eſſent ἀμφίπρωροι & adverſis concurrerent frontibus, duæ præcipue ad proram impetebantur epotides, ut nempe iis confractis & deterſis ſcalmis ceſſaret remigium: vel ſi circumveniretur navis, impetus à tergo in illas fiebat epotidas, quibus affixa erant gubernacula, ut & hac ratione deter-

detergerentur remi & inutile rederetur navigium. Si quis veterum conſulat ſcriptorum loca, vix unquam alias triremium partes impetitas fuiſſe inveniet, niſi eas quas diximus, qua nempe ancoræ extarent, vel qua eſſent gubernacula. Itaque & apud Polybium lib. XVI, ubi vulgo legitur ὑπὸ τὰ βίαχα, omnino ſcribendum eſt ὑπὸ τὸν οἴακα. Porro hoc detergendi remos artificio hodiernæ diſtituuntur actuariæ, utpote quæ roſtris omnino careant.

Quod autem cataſtroma, σανίδωμα ſeu tabulatum attinet, id non una eademque ſemper accipitur ratione. Illud quidem conſtat tranſtris incubuiſſe tabulatum. Verum iſtud tabulatum non tota occupabat tranſtra, ſed media pars patebat, quam propterea ἀσάνιδον vocatam fuiſſe teſtatur Pollux, licet inepte vulgo legatur ἀσάνδιον. Idem quoque docet Demetrius Cubicularius; τὸ δὲ μέσον τῆς πρύμνης καὶ νεὼς μέχρι τῆς πρώρας ἀσάνιδον· τὰ δὲ ἑκατέρωθεν τῶν τοίχων κατάστεγα, κατάστρωμα λέγεται καὶ θρᾶνος καὶ σανιδώματα. Minime itaque dubitandum, quin in omnibus triremibus & actuariis mediæ ſemper partes fuerint apertæ. Ipſa quinetiam hoc exigit neceſſitas, neque enim fieri poſſit ut inopia reſpirationis non ſuffocetur tanta remigum multitudo, ſi perpetuo tecta tabulato delituiſſet in tenebris. Non autem ſolum tecta erat ea tranſtrorum pars quæ navi continebatur, ſed & longe extra navem uſque ad thranitarum ſcalmos excurrebant utrinque tabulata, incumbentia mutulis in quæ deſinebant tranſtra. Quod autem Thucydides pleraſque naves longas ante bella Perſica caruiſſe affirmat cataſtromate, id intelligendum de ea cataſtromatis parte quæ navi includebatur. Nam certe ne antiquiſſimas quidem Græcorum naves tranſtris & tabulato extra navem procurrente fuiſſe deſtitutas, vel ipſe ſatis docet Homerus. Sed & Eratoſthenes & alii recte Argo navi tribuunt cataſtroma. Nec ſane abſque eo conſtare poſſit longarum navium remigium. Itaque cum negat Thucydides cataſtromatis antiquas Græcorum naves fuiſſe tectas, id ita accipiendum, ac

ſi

ſi dixiſſet, non conſtratas, ſed apertas fuiſſe omnes, quemadmodum ſunt hodiernæ Liburnicæ, ſeu galeæ, quæ licet & ipſæ ſint apertæ, habent tamen exterius cataſtroma, in cujus extrema projectura conſiſtunt milites, quemadmodum & olim. Ipſa hoc ſatis declarant Thucydidis verba, cum ſcribit ὅπω διὰ πάσης εἶχον κατεστρωμένα. Et ſane ne piſcatorii quidem lembi, ſi pluribus eſſent inſtructi remigibus, carebant cataſtromatis, uti ex Alciphronis conſtat epiſtolis.


Tranſtris & coſtis navium conſerti erant mutili uſque ad ſcalmos porrecti. Ipſos autem mutulos ſuſtinebant atlantes ſeu telamones, quemadmodum in navi Hieronis affirmat Athenæus, addens eos fuiſſe ſex cubitorum, à ſummis videlicet ſcalmis uſque ad mare totum remigii ſpatium occupantes. Telamonum autem ſeu atlantum eadem eſt ratio, ac Cariatidum, erant enim ſtatuæ virorum ſeu mulierum, columnarum loco ſuſtinentium mutulos & coronas. Idem vero notat ἄτλας & τλάμων, pro quo telamonem dixere Latini, accipiunturque hæc vocabula pro quibuſvis ἀχθοφόροις & qualibet re onus aliquod ſuſtinente, ſive ſit homo, ſive animal, ſeu quodcunque aliud. Telamonis ſeu atlantis figuram exhibet Polletus in antiquitatibus Nemauſenſibus, quamvis ipſe perperam de mimo acceperit, quorum tamen non eſt munus onera geſtare. Caryatidis ſtatuam memini me olim vidiſſe inter marmora Arundelliana, mulieris nempe ſtolatæ, manibus poſt occiput reductis,& elevatis cubitis & ſubmiſſo nonnihil capite ſuſtinentis pondus. Architecti hodierni manibus brachiiſque demiſſis effingunt Caryatidas, quod tamen minime eſt concinnum.

Iſtiuſmodi tamen ſignis quo minus inſtructæ eſſe potuerint Philopatoris & Hieronis naves hæc obſtat ratio, quod ſcalmi non niſi duorum pedum & trientis à ſe invicem abfuerint intervallo, à quo auferendum illud, quod motu ſuo remi deſcribunt ſpatium, hoc vero licet prope ſcalmos ſit

exiguum,

exiguum, est tamen istiusmodi, ut vix quindecim unciarum relinquat locum telamonibus, qui pro ratione altitudinis plus quam duos pedes latitudinis exigunt: unde manifeste conficitur, non fuisse signa perfecta, sed mixti generis, quemadmodum hermæ, & qualia in antiquis marmoribus sæpe occurrunt, capite quidem humano & sublatis cubitis sustinentia mutulos, sed in quadratam desinentia columellam, superne latiorem quam ad imum scapum & mari vicinum fulcimentum. Istiusmodi porro telamones Thucydides vocat ἀντηρίδας cum lib. VII. dicit Syracusanos naves suas ita fabricasse, ut breves quidem, sed ideo firmiores haberent proras; epotidas vero construisse crassas & solidas, eoque fortiores quod & intra & extra costas navium suppactæ illis essent sex cubitorum anterides, ejusdem nempe mensuræ atque fuere telamones seu anterides in ea de qua diximus Hieronis navi; καὶ τὰς πρῴρας τῶν νεῶν ξυντεμόντες ἐς ἔλασσον, στεριφωτέρας ἐποίησαν, καὶ τὰς ἐπωτίδας ἐπέθεσαν ταῖς πρῴραις παχείας, καὶ ἀντηρίδας ἀπ' αὐτῶν ὑπέτειναν πρὸς τοὺς τείχους ὡς ἐπὶ ἓξ πήχεις ἐντός τε καὶ ἔξωθεν. Imprimis vero notandus est hic locus, quod & ex eo clare satis confici possit, thraniticorum remorum scalmos nunquam plus novem pedibus absuisse ab aquæ superficie, & plerasque plurium remorum ordinibus instructas naves in hac convenisse mensura.

Redeamus nunc ad thranitarum remos, quorum ut diximus scalmi non erant altiores, quam fuere supremorum zygitarum scalmi. Sedebant nempe thranitæ in catastromate, non supra, sed ad latus potius superiorum zygitarum. Si enim transtra AB in medio patentia, nempe à C usque D. Catastroma seu pars transtrorum tabulis utrinque constrata à D usque ad E & à C usque ad F protendebatur. Scalmus superioris zygitarum remi ad A & B. Scalmi thranitarum remi ad F & E, æquali à maris superficie intervallo distantes ac superiorum zygitarum scalmi. Sed & summa manubria remi zygitarum in G, H, & thrani-


F
M
I
C
G
O
Q
H
P
D
K
B
L
E

thranitarum in I, K, æquali à mari aberant ſpatio, pedibus nempe tredecim ſemis. Eadem eſt ratio ſedilium ſubjectorum remo thranitico à K ad L & ab I ad M. Sed & quæ uſque ad ſcalmos ſuperſunt vacantia remigibus ſpatia cubitorum quinque ſeu pedum ſeptem ſemis, & illa quoque fuere æqualia.

Cum itaque ejuſdem molis & magnitudinis fuerint remi ſuperiorum zygitarum & thranitarum, ſupereſt ut totidem quoque his aſſidiſſe credamus remiges. Monuimus vero ſex remorum ordines, triginta & unum continuiſſe remigum ordines, incipiendo ab infimo thalamita, uſque ad ſupremum zygitam. Si ergo parem thranitarum addamus numerum habebimus in ſeptem jugis quadraginta & unum remiges, per gradus in totidem aſſurgentes ordines.

Jam vero cum ex Athenæo conſtet quinquaginta remos in porrectum habuiſſe iſtam Philopatoris navem, altitudo vero ſeptem fuerit remorum; clarum eſt trecentos & quinquaginta in unoquoque latere remos fuiſſe, ita ut ſeptingentorum navis hæc fuerit remorum. Sed vero cum ſeptem remorum juga, continuerint gradus, ſedilia & remiges quadraginta & unum, & hoc quoque patet in unoquoque latere fuiſſe remiges bis mille & quinquaginta, ita ut totum remigium fuerit centum ſupra quater mille remigum. Rotundo tamen numero dicta fuit τετ]αρακοντήρης ſeu quadarginta ordinum navis, cum unum & quadraginta contineret ordines. Hoc confirmat Athenæus, cum plures quam quater mille in ea fuiſſe ſcribit remiges.

Tranſtra quod attinet, inter quæ movebantur ſuperiorum zygitarum remi, illa ſeptem à ſe invicem abfuiſſe pedibus, ex iis quæ jam diximus, ſatis, ut puto manifeſte poteſt colligi. Monuimus quoque ſpatia ſubjecta remigibus in O & P, deſtinata fuiſſe cibo nautico & multis aliis uſibus. Forum medium, ad quod per multos deſcendebatur gradus, quemadmodum & in navi Hieronis, eſt Q. Reliqui duo fori, cujus partem occupabant thranitæ protendebantur à ſcal-

à ſcalmis thranitarum, uſque ad navis coſtas. Quia tamen propter occurſum thraniticorum remorum incommodus iſtic eſſet tranſitus, alii utrinque ſuperſtruebantur fori, quorum licet non meminerit Athenæus, meminit tamen Plutarchus in vita Demetrii, cum diſtinguit cataſtroma à foris, & dicit tria fere armatorum militum millia collocata fuiſſe ἐπὶ τε τῶν παρόδων καὶ τοῦ καταστρώματος. Superiores hos foros Græci antiquiores appellarunt ἐπωτιδας, recentiores καταπατητὸν, quod militum & tranſeuntium eſſent velut ſolum, pari ratione ac πέλμα vocabatur ea cataſtromatis pars, in qua inferiores conſiſtebant milites.

Quam autem alte navis hæc mare ſubierit licet certo affirmari non poſſit, minimum tamen ad viginti pedes infra maris ſuperficiem fuiſſe depreſſam ex eo confici poteſt, quod utique profundius aquam ſubierit, quam Hieronis navis, longe illa minor, quam tamen non capiebat portus Syracuſanorum, magnarum alias navium capax. Reliqua quæ ad hujus navis pertinent deſcriptionem, ex Athenæo per me licet ut unuſquiſpue pro ſuo colligat captu, nobis enim ea dixiſſe ſufficiat, quæ ad cognoſcendos remigum ordines præcipue faciunt, unde & quid de omninm triremium & plurium ordinum remigio ſentiendum ſit certius aliquid in poſterum ſtatuere poſſimus. Quia tamen non deſunt viri docti, qui non obſtante ea quæ conſequitur abſurditate, ſi tantæ molis remos ſingulis regendos permittamus remigibus; mordicus nihilominus ſuam tuentur ſententiam; operæ pretium fuerit eorum excutere argumenta & videre ecquid iis ſubſit ſolidi.

Quod itaque urgent thraniticos remos à ſingulis rectos fuiſſe thranitis, ideoque majus meruiſſe ſtipendium quam thalamitas, qui brevioribus utebântur remis, in eo omnino fallit illos ratio. Non enim ideo major thranitarum erat merces, quod graviores tractarent remos, hunc enim laborem plures inter ſeſe partiebantur; ſed quod in reducendo ſupra caput remo ſurgere cogerentur, & non ſedentes

tantum,ſed & ſtantes remigarent; quod non faciebant thalamitæ, qui ſedilibus ſuis ſemper erant affixi. Quamvis itaque plures eundem ducerent remum, quia tamen laborioſius erat eorum remigium, ideo ὀρθιοκῶποι dicti. Heſychius; Ὀρθιοκώπους, ἐξορθουμένους ἐν τῷ ἐρέσσειν ἐπιπόνως. Pari ratione & νόμος ὄρθιος ἐπίπονος dicitur quod à ſtantibus ſublatiſſima caneretur voce.

Cum vero negant apud ullum veterem ſcriptorem occurrere mentionem remorum, qui à pluribus ducerentur remigibus; & tum quoque non recte ſentiunt. Fefellit nempe eos quod neſcierint vocem remi apud Græcos & Latinos, non tantum accipi pro inſtrumento, quod tractant remiges, ſed quemadmodum navigium & pro navi & pro ipſa ſumitur navigatione, ita quoque remos poni non tantùm pro remigio, ſed & pro ipſis remigibus. Itaque apud Ciceronem V. in Verrem cum dicit Syracuſanos piratarum multitndinem conjeciſſe ex ipſo navigio, *quod erat factum ſex remorum numero*, vix aliter interpretari poſſis, quam de ſex remigum ad eundem remum ſedentium ordine. Cum enim myoparones & cætera navigia piratica fuerint humilia & prorſus ſimilia hodiernis galeis, abſurdum omnino fuerit de ſex remorum ordinibus in altum creſcentibus locum hunc exponere, neque enim ſolent ad pompam ſuas exſtruere naves piratæ. Quod ſi ſex tantum navem hanc inſtructam fuiſſe credamus remis, multo etiamnum hoc abſurdius, & inde paucitatem potius quam multitudinem piratarum collegiſſent Syracuſani. Supereſt itaque ut de ſex remigibus eundem regentibus remum locum hunc intelligamus. Quod ſiquis miretur ſex remorum à Cicerone dici navigium quod ſex remigum contineret ordines, idem & jam miretur licet, quod triremis & quadriremis & plurium ordinum naves, nomen à totidem acceperint remis.

Hujus porro vocabuli in hoc ſignificatu ignoratio, fecit quoque ut non intelligatur locus Manilii lib. V, cum dicit illum qui ſub Delphino naſcatur fore natatorem inſignem, futu-

futurumque ut ſit *Portuno remus in ipſo.* Quemadmodum vero hoc loco remum poſuit pro remige, ita libro primo remigem poſuit pro remigio, *& vagus in cæcum penetravit remige Pontum.* Sic enim habent optima exemplaria, quæ perperam mutata ſunt à viris doctis. Recte itaque in optimis gloſſis legas; *Remix,* κωπηλασία. Eadem quoque ratione accipienda ſunt alia quæ apud ſcriptores paſſim occurrunt loca, uti cum apud Livium lib. XXXIII memoratur navis Philippi regis, *quam ſedecim verſus remorum agebant.* Cum enim natura, ut jam oſtendimus, non patiatur ut tot remorum verſus, vel obliquo, vel erecto ordine invicem ſibi ſuperſtruantur, clarum eſt & hic quoque remos poni pro remigibus, & proinde locum hunc ita accipiendum, ac ſi dixiſſet, remos ſexdecim continuiſſe verſus ſeu ordines, cum vocibus iſtis promiſcue utantur ſcriptores. Quandoquidem in magnis navibus plures ſemper ſunt remiges, quam rêmi credibile eſt navem hanc non niſi quatuor habuiſſe remorum ordines, ita ut inferiores remi unum, ſecundi tres, tertii quinque,ſupremi ſeptem habuerint remiges. Verum hæc incerta.

Locus Flori ubi dicit Antonii naves à Senis ad novenos excreviſſe remorum ordines, eadem accipiendus eſt ratione, ut nempe per ordines remorum notentur ordines remigum, remis vel ſingulis, vel pluribus aſſidentium. Ut enim novem remorum fiat ſuperſtructio, id fieri non poteſt, & licet fingamus fieri poſſe, inutilis tamen futurus eſt tantus apparatus. Non me fugit ita interpretatos eſſe viros doctos locum Pauſaniæ in Atticis, cum ſcribit nullum ſe majus vidiſſe navigium eo quod eſſet in Delo, utpote quod à cataſtromate ad novem porrigeretur remiges, τὸ δὲ ἐν Δήλῳ πλοῖον οὐδένα πω νικῆσαν οἶδα, καθῆκον εἰς ἐννέα ἐρέτας ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων. Sed qui altitudines metiuntur, non à ſummo, ſed ab imo incipiunt. Itaque reponendum cenſeo ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων. Superiores nempe thranitarum remi novum continebant remiges. Hic eſt ſecundum Vitruvium

legitimus modus colligendi menſuram navium, ex numero enim remigum qui ſuperiores regerent remos, cognoſcitur quoque menſura interſcalmii. Ejuſdem itaque menſuræ Deliacum iſtud poſſit videri navigium, ac maximæ in claſſe Antonii fuere naves, ſi verum ſit ſuperiores remos novem fuiſſe ordinum. Plutarchus tamen & Dion etiam decem ordinum naves Antonium habuiſſe ſcribunt. Verum cum non conſtet quanta fuerit remorum longitudo in his navibus, unde ipſarum menſuram & numerum remigum poſſimus colligere, intempeſtivum quoque eſt velle divinare, quot in his navibus fuerint remorum ordines, & quot ſingulis remis aſſiderint remiges. Certius aliquid poſſimus affirmare de navibus Cæſaris Auguſti, quæ aut omnes, aut certe pars major fuere Liburnicæ, quarum minimi remi erant trium, maximi ſex ordinum. Ut vero hæc planiora fiant, non inutile erit, ſi de Liburnicarum ſtructura nonnihil dicamus.

Licet antiquiſſimis temporibus ejuſdem fere ac Liburnicæ conditionis conſtructæ fuerint naves, ſiquidem myoparones & cætera piratica navigia quoad remigium prorſus his fuere ſimilia, niſi quod bello minus eſſent idonea, utpote aperta & roſtris ut plurimum deſtituta; ignotum tamen fere fuit Liburnicarum nomen uſque ad Auguſtum Cæſarem, à cujus demum temporibus propter inſignem bello Actiaco navatam operam, tantam obtinuere claritatem, ut præter Liburnicas vix alias bellicis uſibus deſtinatas fuiſſe communi omnium fere ſcriptorum conſtet ſuffragio.

Fabricam earum multum à triremibus diſcrepaſſe docet Suidas. Nempe cum pluribus triremes aſſurgerent remis, quorum alii aliis eſſent altiores; & experientia nihilominus doceret iſtam remorum altitudinem haud parum officere celeritati navium, ſimulque obſervarent, quanto vicinius mari eſſet remigium, tanto velocius moveri navigia: illud jam olim commenti ſunt, ut miſſis pluribus iſtis thalamitarum, zygitarum & thranitarum ordinibus, ad unum eundemque remiges omnes redigerentur.

gerentur remum, illum quidem longe majorem, quam ſint remi inferiorum ordinum in triremibus, ſed longe minorem remo thranitarum, qui ut plurimum ſtantes remigabant. Verum hæc de illis Liburnicis accipi velim, quas Vegetius idoneæ vocat menſuræ, quarum remi à tribus, quatuor aut quinque agebantur remigibus, quales hoc quoque tempore juſtæ menſuræ vocantur Liburnicæ. Nam quod minutas attinet, quarum remi à ſingulis pulſabantur remigibus, aut etiam illas, quæ plures quam quinos in ſingulis remis haberent ordines; quantæ menſuræ remos habuerint, vel ipſe remigum ſatis poſſit docere numerus. Cum vero omnium Liburnicarum, quotquot unquam exſtructæ ſunt, aut etiam exſtrui poſſint, maxima fuerit illa Caligulæ, quam ideo δεκήρη vocat Suetonius, quod in ſingulis remis denos haberet remigum ordines, neceſſum eſt ut ejuſdem illi atque in navi Philopatoris fuerint magnitudinis. Pro ratione Liburnicarum, quæ multum deſcrepat ab illa triremium, inſtructa fuit hæc navis remis octoginta ab uno quoque latere, remigibus vero in univerſum mille ſexcentis. Illa tamen remorum & remigum paucitas, ſi cum Philopatoris nave comparetur; nihil obeſt quo minus etiam celerius moveri potuerit illa altera, neque enim quicquam magis obeſt navium progreſſui, quam altitudo remigii, cum non poſſit valida fieri percuſſio, quando alte ſupra caput elevantur remi.

Liburnica etiam fuit illa Caii principis quinqueremis quam memorat Plinius ubi de echeneide agit, quam quadringintos dicit habuiſſe remiges. Quadraginta nempe in unoquoque latere erant remi, & ſinguli à quinis regebantur remigibus.

Quod autem hæc Liburnica porrectius habuerit remigium, quam hoc tempore ſoleant habere Galeaſſæ, ſeu conſtratæ Liburnæ, quæ quamvis ſex aut etiam plures ad ſingulos remos habeant remigum ordines, non pluribus tamen quam triginta utrinque inſtructæ ſunt remis; inde apparet

vel

vel multo latiorem in hac navi fuiſſe medium forum, vel juga remigum multo fuiſſe arctiori compreſſa ſpatio, quam noſtra ætate fieri ſoleat. Ego utrumque verum eſſe exiſtimo.

Quas vero Vegetius deſcribit Liburnicas, illas fuiſſe uno remorum inſtructas ordine, ſed tamen plures habuiſſe remigum gradus eundem ducentium remum, id vel exinde confici poteſt, quod jamdiu ante Vegetii ætatem uſus & fabrica triremium ceſſarit. Zozimus enim fere æqualis Vegetio, cum hic ſub Valentiano, alter vero ſub Theodoſio juniore floruerit, affirmat jam à longo tempore deſiiſſe uſum triremium, neſcirique earum fabricam, licet eam tradidiſſet Polybius. Verba ejus hæc ſunt lib. V. Δοκοῦσι δέ πως τὰ πλοῖα ταῦτα ταχυναυτεῖσθαι πεντηκοντόρων οὐχ ἧττον, καὶ πολὺ τῶν τριηρικῶν ἐλαττούμενα, πλείστοις ἔτεσι τῆς τούτων ἐκλιπούσης δημιουργίας, εἰ καὶ Πολύβιος ὁ συγγραφεὺς ἐκτίθεσθαί πως ἔδοξε τῶν ἑξηρικῶν πλοίων τὰ μέτρα. Addit Vegetius Romanos artem texendi Liburnicas accepiſſe à Jadertinis Liburnis. Quod eo magis notandum, quod ab iiſdem Jadertinis conſtruendarum harum navium rationem dedicerint quoque Veneti. Quam crebra cum Jadertinis geſſerint bella, notum eſt ex eorum hiſtoriis. Nec Adriatico tantum, ſed & toto Mediterraneo mari quaſi per continuam ſucceſſionem manſit illa Liburnicarum fabrica qualis ſub Cæſare & Auguſto maxime commendata fuit. Florentibus vero Venetorum rebus quantæ fuerint horum Liburnicæ ſeu galeæ, ut vulgo vocantur, vel exinde conjicias, quod in illorum commentariis nauticis memorentur etiam naves quæ à mille aggerentur remigibus. Sed & conſtratæ & caſtellis erant munitæ. Harum veſtigia in hodiernis etiamnum ſuperſunt Galeaſſis, quæ & ipſæ conſtratæ ſunt & caſtella ſuſtinent lignea, ut minime dubitandum, quin ut Galea eſt Liburnica aperta, ita Galeaſſa tecta & conſtrata ſit Liburnica. Itaque miror Photium Venetos appellaſſe κονδοστόλους, acſi claſſes ipſorum contitiſſent ex gondolis, omnium fere navigi-

navigiorum minutiſſimis. Verba ejus in Lexico hæc ſunt; Βενετικὸς ἄγρας γρῖπος, ἀφυκτοπραγόπτης πευχηνόθριξ, κονδόσολος, ὀλιγάλυθος, ἀπλησίαστος χριστιανοῖς, οὐκ ἔχων βάσιν ἐν γῇ διάγειν, ἀλλ' οἰκῶν ἐν βορβόρῳ θαλάσσης· ἐκεῖσε κακῶς τὸν βίον ἔχεις.

Quod autem Zozimus, in iis quæ paulo ante adduximus verbis, ſcribit Liburnicas celeritate ceſſiſſe triremibus, in eo omnino falli eum certo ſcimus. Fuere & in Antonii claſſe triremes, ſed omnium ſcriptorum conſenſu ſola Liburnicarum celeritate victoriam retulit Auguſtus. Itaque recte de iis Suidas τὸ τάχος αὐτῶν ἄπιστον. Nullum apud antiquos vel triremis vel cujuſcunque navigii habemus exemplum, quod velis remiſque & ſtridentibus ſimul à puppi impulſum ventis, plus quam mille ducenta uno die confecerit ſtadia. Et tamen cum hoc affirmat Ariſtides, de Liburnica poſſit videri locutus. Artemidorus ſummam navis celeritatem vocat, ſi diei ſpatio nongenta abſolvat ſtadia. Antiquiores Græci longe etiamnum minus dixere. At vero multo velocius noſtræ ætatis aguntur Liburnicæ, quæ ſpatio unius diei mille & quadringenta percurrunt ſtadia. Sæpe contingit ut Neapolitano portu ſolventes Liburnicæ octodecim vel etiam ſeptendecim horarum ſpatio Panormam adeant. Quin & unico die confeciſſe totum iſtud, quod Genuam & Maſſiliam interjacet, mare, à fide dignis accepi. Verum potuit adjumento eſſe qui à Genua in Galliam tendentibus favet plerunque æſtus, quem licet non magnum hoc loco, libens tamen excluſerim, cum ſciam æſtus beneficio etiam in hoc noſtro Thameſi duabus horis triginta paſſuum millia minutis confici actuariis, & plura etiamnum ſicubi æſtus ſit faventior. Ut itaque comparatio poſſit inſtitui inter ſummam Liburnicarum & triremium antiquarum celeritatem, inquirendum eſt, quantus ſit aut fuerit in mari tranquillo ad ſingulos remorum motus utrarumque progreſſus.

In

In hodiernis Liburnicis cum inſtante portiſculo maxime fervet latum ut vocant remigium, ad ſingulos remorum ductus præterit Liburnica ſeptem remigum juga, ſive ut vulgo loquuntur *ſette bancate*, id eſt ſeptem remigum ſedilia. Cum vero remigum juga diſtent ſpithamis quinque ſemis, ſive pedibus quatuor & ſeſquiuncia, clarum eſt hodiernas Liburnicas ad ſingulos remorum miſſus progredi pedes viginti octo & uncias decem ſemis.

Triremium vero maximus erat progreſſus cum celeuſtes vel portiſculus indiceret πίτυλον, ſeu remigium ἐφ' ἕνδεκα κώπας. Hujus celeuſmatis non uno loco apud Grammaticos fit mentio. Deſumptum nempe ex illo Ariſtophanis in equitibus; Ἄιρεσθ' αὐτοῦ πολὺ τό ῥόθιον, παραπέμψατ' ἐφ' ἕνδεκα κώπαις. Cum pitylus ederetur naves dicebantur ῥοθιάζειν. Unde idem Ariſtophanes in Babyloniis apud Suidam; Ναῦς ὅταν ἐκ πιτύλων ῥοθιάζει σώφρονι κόσμῳ. Eſt vero pitylus ſputum ſeu ſpuma maris quæ ex vehementi remorum percuſſione oritur, tranſlate vero pro ipſo ſono, quem iſta facit percuſſio. Inde eſt quod in Argo Navi apud Hyginum in Mythologicis Hercules & Idas ad pitylum ſediſſe dicuntur, qui velut robuſtiores, cæteros in edendo pitylo præirent. Porro ex hoc celeuſmate cum portiſculus imperaret remigium undecim remorum, apparet quantum in ſingulis remorum miſſibus profecerint triremes. Cum enim ex iis quæ jam diximus ſatis niſi fallor clare colligi poſſit, in triremium & plurium remorum oblique ſurgentium ordinibus ſpatium quod ſingulos intercederet remos fuerit pedum duorum & unciarum quatuor; hoc quoque conficitur, undecim remorum intervallum, addito etiam ſpatio quod undecimum & duodecimum remum interjacet, continere pedes viginti quinque & uncias octo. Atqui Liburnicæ, ut diximus, conficiunt pedes viginti octo & uncias decem ſemis. Tanto ergo Liburnicæ celerius moventur triremibus.

Multum

Multum ab hac celeritate abſunt naves onerariæ ſeu rotundæ, quæ vento & ſolis promoventur velis, quarum maximam celeritatem, ſi exigas ad celeritatem actuariarum, quæ & velis & remis ſimul aguntur, invenies eas tertia fere parte tardius moveri. Quotidianis experimentis conſtat nullam onerariam vento quantumvis favente tantumdem proficere, quantum actuariæ vel ſolo remigio. Quin & ceſſante remigio, ſolo ventorum beneficio celerius moveri actuarias ſeu Liburnicas, quam quaſcunque rotundas ſeu onerarias naves, & hoc quoque conſtat. Cauſa non aliunde petenda, quam ex earum conſtructione & fabrica, cum certum ſit naves longiores ſemper eſſe velociores minus longis, ſi nullum ſubſit vitium quod earum retardet curſum. Atqui naves, quæ remis aguntur, omiſſo cataſtromate & habita tantum longitudinis ratione ejus partis, quæ infra ſuperficiem maris eſt depreſſa, tertia minimum parte longiores ſunt onerariis, ita ut quam longitudinis ad longitudinem, eandem quoque celeritatis ad celeritatem habeant rationem.

Nec exiſtimandum onerarias antiquorum pigriores fuiſſe hodiernis. Si enim exempla diurni earum progreſſus conferamus cum ſpatiis quæ noſtri ſeculi conficiunt onerariæ, æqualia & ſimilia prorſus fuiſſe inveniemus, dummodo æſtum excipias, qui, ut diximus, ad partes vocandus non eſt, cum ſæpe contingat ut in oceano naves vento & æſtu fervente plus quam quinquaginta leucas ſeu ducenta paſſuum millia diei noctiſque conficiant ſpatio, cum tamen in maribus ubi nullus ſit æſtus raro ſex paſſuum millia ſingulis percurrant horis. Quandoquidem vero tam in onerariis quam actuariis experientia docuerit alias aliis velocius moveri, multique cauſas quamobrem id fiat ſedulo admodum inquirere fuerint conati, & ipſi quoque naupegi, ſi ingenui ſint, ſuam hac in parte palam agnoſcant ignorantiam, non erit forſan inutile, noſtros quoque hic interponere ſenſus, & pro captu breviter declarare, quid demum illud ſit, quod

vel inhibeat, vel acceleret navium curſum. Licet vero plura ſint quæ ad velocem navigiorum motum multum conferant, nam & velorum & mali, & antennarum & denique ſuburræ collocatio & diſpoſitio, haud parum ad ταχυπλοΐαν faciunt; prætermiſſis tamen acceſſoriis omnibus, ſolum proræ, puppis, carinæ & inferioris alvei perſequemur formam, quatenus hæc omnia efficiunt, ut vel tardius vel celerius moveantur naves.

Primo itaque obſervandum, quomodo fiat quod cum à quiete incipiat motus omnium corporum, eaque ſemel mota ex lege naturæ ſemper debeant accelerari, ſi nullum aliud occurrat corpus quod motum vel ſiſtat vel retardet; in navibus tamen contrarium contingat, utpote quæ è portu aut ſtatione ſolventes, brevi ſupremum celeritatis ſuæ gradum acquirant, ad quem cum pervenere, non amplius accelerantur, ſed eodem vento & æſtu urgente, eandem quoque motus menſuram obſervant. Hujus rei cauſam ut habeamus, notandum, naves quando ſunt in ſtatione, altius aquam ſubire, quam cum moventur, & quidem quanto velocius moventur, tanto altius ſupra aquas exſtare. Neceſſario hoc ipſum contingere, dum obſtantes fluctus eluctari conantur, quilibet facile intelligit. Sed vero quanto altius ſurgunt, tanto quoque vehementius relabi & profundius aquam ſubire, ac propterea retardari, & hoc quoque neceſſum eſt. Hæc retardatio quamvis in omnibus ſit conſpicua, crebrior tamen & manifeſtior in brevioribus quam longis apparet navigiis. Quanto enim brevior eſt navis, tanto ſæpius mergitur & retardatur, quod ſecus ſe habet in longis navibus, quæ prolixiores tractus antequam deprimantur abſolvunt. Vel ſolis id planum fiet oculis, ſiquis illam, quam curſu ſuo, quum ſubinde attollitur & deprimitur prora, perſequatur lineam, iſta quippe talis eſt in brevioribus navigiis.



At


At vero in longioribus navigiis hujuſmodi lineam deſcribit prora;



Facile hinc conficias propter crebriores in longiori linea proræ depreſſiones, tardius multo procedere breviores quam longas naves, quæ plures uno eodemque tractu ſecant undas, cum aliæ ad ſingulas impingant, attollantur ac dein deprimantur.

Quod autem nonnunquam contingit ut brevioris carinæ naves prævertant longiores, id vel vitio longarum, vel convenienti aliarum tribuendum eſt fabricæ. Tum vero commodam navis habebit fabricam, ſi tacite & ſine ſtrepitu undas ſuperlabitur. Nam ſi contingat ut prora vehementer ab undis verberetur, & multas excitet ſpumas, certum eſt vel ob hoc ipſum tardius moveri navem, eadem prorſus ratione qua videmus globos ferreos ſeu plumbeos è tormentis exploſos, tanto longius ferri, quanto minori ſtrepitu aërem permeant. Idem in ſagittis aliiſque projectitiis licet obſervare corporibus.

Ut vero naves molliter unde ſecent, id præcipue proræ efficit conſtructio. Si enim illa brevis ſit & pene ad perpendiculum aſſurgat, ita ut recta & adverſa fronte excipiat æquor, tarde omnino & pigre movebitur navis. Longa vero prora & oblique mari imminens, celeriorem faciet progreſſum, & quidem notandum quanto ea fuerit longior, tanto velocius ferri navigium. Si itaque navium proræ ita fuerint conformatæ ut in A B, ſegniter moventur. Si vero talis fuerit conſtructio ut in B C, celeriorem habebunt curſum. Celerrimum vero ſi qualem B D oſtendit linea ſtructuram habuerint.



Plurimum vero confert ad celeritatem ut linea B D non protuberet, ſed introrſum vergat; hac enim ratione fiet, ut pauciores prora propellat aquas & ut obſtantes & relabentes undæ non retardent nec valide percutiant navigium, ſed placide & ſine multa ſpuma ſubterlabantur.

Si qua itaque navis, licet brevior ſit, iſtiuſmodi habuerit ſtructuram, fieri poteſt, ut longiores celeritate ſuperet, præſertim ſi recentis fuerit fabricæ, & alteræ vetuſtiores. Plerunque enim fieri ſolet, ut vetuſtate labefactentur navium carinæ, & ut prora & puppis prius elevatæ, paulatim collabantur & ſubſidant, ita ut carina à prora ad puppem, in rectam propemodum extendantur lineam. Hoc autem ſi quando contingit, magnam celeritatis partem amittunt naves; ſi enim prora & puppis non ſint elevatæ, nec inter ſuperficiem aquæ & ſummitatem proræ juſtum ſatis jactationi & oſcillationi navis relinquatur ſpatium, prora nimis alte deprimetur, & non tantum retardabit curſum, ſed & ipſum ſæpe ſubmerget navigium, cum crebris experimentis conſtet, naves plurimas & præſertim longas in magnis tempeſtatibus, prora alte ſublata eademque mox relabente aquis obrutas & abſorptas periiſſe. Huic tamen incommodo puto poſſe ſuccurri, ſi naves fiant ὀπισθοβαρεῖς, tranſlata nempe ad puppem majori ſaburræ portione, ut prora levior facta altius adſurgat, & minus periclitetur navis.

Certum tamen eſt longas iſtiuſmodi proras ut ad velocitatem navium plurimum conferunt, ita quoque firmitati eorum plurimum obeſſe. Experti id jam olim fuere Athenienſes in fatali contra Syracuſanos conflictu. Quippe cum

cum celeritatis & agilitatis præcipuam haberent curam, pleraſque ſuas triremes longis inſtruxerant proris. Breves vero erant Syracuſanorum proræ, & ideo firmiores, & hac ratione confertim pugnando nec aperiendo latera eluſiſſe agilitatem navium Atticarum fuſe ſatis docet Thucydides. Sed cum alia celeritatis, alia vero roboris & ad bellicos uſus aptitudinis ſit ratio, hoc dixiſſe ſufficiat, multorum ſeculorum experientia conſtare, quanto curviores ſint carinæ & quanto longiori ſpatio ſupra aquæ ſuperficiem promineant prora & puppis, majuſque oſcillationi navium relinquatur ſpatium; tanto velocius ferri navigia.

Noſtra tamen tempeſtate non obſervatur hæc regula, ſiquidem ad commodam navigationem utile eſſe exiſtimant, ut puppis profundius aliquanto quam prora deprimatur. Ideo nempe hoc fit, ut gubernaculum tanto fortius ab undis adfligatur, quanto profundius aquas ſubit. Verum ſæpe contingit ut ne ſic quidem gubernaculo obediant naves, & licet obediant, eo ipſo tamen quod naves fiant ὀπισθοβαρεῖς, tardius moventur. Minus patiebantur id incommodi antiquorum navigia, utpote quorum gubernacula, vel ad epotidas, vel aliquanto propiora extremæ erant puppi, uti videre eſt in nummis & antiquis monumentis, & quemadmodum in tectis etiamnum fit Liburnicis, quas galeaceas appellant. Quod ſi quatuor eſſent gubernacula, non tamen ſimul iis utebantur, ſed duobus puppi vicinis naves regebantur ſi mare eſſet tranquillum: quod ſi puppis tempeſtate ſurſum & deorſum jactaretur, omiſſis longioribus altioris puppis gubernaculis, iis ſolis utebantur, quæ ad epotidas eſſent, quemadmodum Chabriam feciſſe docet Polyænus.


Quatuor gubernacula quæ in navibus διπρῴροις & διπρύμνοις, ſeu ἀμφιπρῴροις & ἀμφιπρύμνοις erant, illa huc non faciunt, cum unuſquiſque facile intelligat, ſi prora puppis fiat, & contra puppis vicem præſtet proræ, neceſſario guber-

gubernaculorum loca permutari, prout vel ad proram vel puppem moveatur navigium.

Cæterum si commodissimus gubernaculis eligendus sit locus, non dubitandum quin is futurus sit ille, qui remotior aliquanto est ab extrema puppi, quam qui nimium huic sit vicinus. Hodiernæ onerariæ in magnis tempestatibus non obsequuntur gubernaculis, sæpe æstuum ferventium violentia impingunt in scopulos & importuosa littora, quod tamen rarius fiat, si aptiori loco apposita habuerint gubernacula.

Ut vero cognoscamus quisnam collocandis gubernaculis sit commodissimus locus, quærendum ad quam navis partem maximus sit aquarum allapsus. Illum non fieri ad mediam puppem, ubi vulgo ponuntur gubernacula, id sic confici potest. Cum moventur navigia propelluntur & ad proram coacervantur aquæ. Illæ vero cumulatæ procedente perpetuo navigio relabuntur in locum suum, id est in cavitatem quam navis alveus suo efficit transitu. Quamvis vero etiam pone & à lateribus ad replendam istam cavitatem aquæ accurrant, ut in scripto de motu marium olim monuimus, à nulla tamen parte majori defluant impetu, quam à prora, ubi est maximus aquarum cumulus. Cum vero omnia descendentia quamdiu descendunt accelerentur, clarum est aquas ad utrumque navigii latus à prora puppem versus delabentes maximam habere celeritatem, non ad mediam puppem, quam aquæ pone effluentes præcipue replent, sed potius istic, ubi incipit curvatura puppis. Sit enim ea parte, qua maris superficie ambitur navis circumferentia, quam πλοῦν seu πλέυσιν Græci vocant, istiusmodi ut in sequenti figura.

A sit



A ſit prora, B puppis. Aquæ itaque motu navis congeſtæ & coacervatæ ad proram A, primo quidem ſegnius defluunt ad utrunque navis latus C C, deſcenſu vero ipſo augent celeritatem, donec perveniant ad D D, ubi intenſiſſimus eſt aquarum lapſus. Inde repulſæ occurſu aquarum pone relabentium declinant ad E E, ubi demum ſiſtuntur & locum dant aquis à tergo & utroque latere venientibus. Sed vero conſtat gubernacula non ab inſequentibus, ſed ab affluentibus à prora regi undis, unde planum fit aptius collocari ad D D, quam ad B, quo vix attingunt ſubterlabentes undæ, cum ad D D maxima fiat percuſſio & ſufficiens ad regendam totam navem, quæ quanto longior eſt tanto facilius regitur, & quanto velocius procedit tanto magis obſequitur gubernaculis, & hinc eſt quod longæ naves facilius & citius convertantur & circumagantur, quam minus longæ, & quod minutæ etiam cymbæ, majori egeant gubernaculo, quam quævis maximæ naves, cum enim non alte aquam ſubeant, nec multas propellant undas, utique etiam imbecillis eſt aquarum relabentium affluxus, quapropter regi vix poſſunt, niſi enorme habeant gubernaculum.

Quod vero dixi etiam mali collocationem nonnihil conferre ad celeritatem navigii, id exinde fit, quod cum malus vectis habeat rationem, ſi is admodum fuerit altus, & ventus ſumma impleat vela, contingat ut nimia fiat oſcillatio, & prora profunde nimium aquas ſubeat. Huic incommo-

do

do nonnulli hoc seculo à Sinensibus edocti occurrunt, malum non ad perpendiculum erigendo, sed efficiendo ut ille nonnihil puppim versus inclinatus assurgat. Verum præter deformitatem aspectus, inutile quidam existimant hoc commentum. Multo enim commodius inquiunt vitiohui coccurritur transferendo saburram,qua effici potest,ut quodcunque voluerimus navis habeat libramentum. Sed multa sæpe id ipsum fieri prohibent,& sæpe interclusus est ad saburram aditus.

De triremibus, Liburnicis & causa celeritatis navium, hactenus dicta sufficiant. De partibus & appellationibus antiquarum navium & præsertim Græcarum earumque structura & symmetria multa dicenda supersunt, sed ea alteri loco reservamus, quando & Sericarum seu Sinicarum navium rationes & fabricam persequemur. Ut in cæteris artibus ita quoque in naupegicis gens ista omnes quam longissime post se relinquit mortales. Si copiam & abundantiam spectes, plures apud Seras, quam in toto reliquo terrarum orbe invenias naves. Si molem & magnitudinem quæras, vel in uno flumine centena numeres navigiorum millia majora quibusvis Gallorum & Venetorum Liburnicis. Elegantiam & pulchritudinem vel inde conjicias quod intus & foris auro picturata & splendidissimo Sinico incrustata sint glutine. Sive remis, sive velis agantur, tanta est eorum velocitas, ut nulla cum iis nostri orbis contendant navigia. Licet ut plurimum unico, eoque arundineo instructa sint velo, majoris tamen illud utilitatis, longeque tutius, felicius & celerius eo navigant, ac fiat illis navibus, quæ tanto velorum instructæ sunt impedimento potius quam apparatu. In erigendo seu dimittendo velo nullus labor, nulla oritur molestia, cum totum sua sponte compositum & complicatum momento descendat, ita ut à perplexis & sibi mutuo implicitis rudentibus & nauticis funibus nullum unquam immineat periculum, cum malo tanquam cardini affixum velum quovis girgillo sit versatilius, & unico fune omnia peragantur. Robore & firmitate

ſtructuræ quantum noſtri cœli præſtent navibus vel inde colligas, quod non tormentorum tantum ictibus, ſed & quibuſvis impune reſiſtant tempeſtatibus; & quidem quod magis mirere, quanto magis vetuſteſcunt, tanto plus acquirunt firmitatis. Ideo nempe hoc accidit, quod cum inſtaurantur naves, novo integumento noviſque tædis totas ſoleant præcingere, quas deinceps albo bitumine, galagalam ipſi vocant, perungunt. Adeo autem ſæpe hoc iteratur, ut reperiantur naves quæ ſex vel ſeptem habeant præcinctiones, & hac ratione ad aliquot etiam ſeculorum eas conſervant perennitatem. Ut tam annoſam attingant ætatem multum quoque id quod dixi confert bitumen, utpote quod admixto plumbo & ſcobe ærea eademque quam diutiſſime macerata & ſubacta efficiunt ut naves ſpeculi inſtar reluceant, & nullum fere vel cariem vel putrefactionem ſentiant. Ut plurimum tamen in bellicis præſertim navibus, bituminatio hæc ſola calce & arvina ſeu pinguedine perficitur balenarum, quæ compoſitio brevi areſcit & ferream ſub aquis induit duritiem & omnem prorſus arcet verminationem. Cum autem novæ præcinctiones ſeu nova fiunt operimenta, abraſo veteri novum inducunt bitumen, punctionibus prius crebres veteres perforantes tabulas, ut bitumen firmius hæreat, cui deinceps novam præcinctionem eadem ratione bituminatam è tenuibus aptant tabulis. Si enim non ſint tenues & plures quam quatuor vel quinque fiant præcinctiones, nimio laborant pondere & ſegniores ad progreſſum redduntur naves. Verum & huic incommodo, non tantum ampliatione veli, ſed & multis etiam aliis occurrunt modis.

In tractandis quoque remis, longe aliis præſtantiores ſunt gentibus, cum continua & nunquam interrupta tot millium annorum experientia artes teneant penitus Europæis ignotas. Quædam apud illos naves quantumvis magnæ unico & ſemper ſub aquis latente aguntur remo, & quidem tanta

 cele-

celeritate, ut plura quam centum passuum millia singulis absolvant diebus. Illa vero navigia quæ pluribus instructa sunt remigibus, octogenis puta vel centenis, raro siquidem, nisi in magnis admodum navibus plures numerantur, licet brevioribus longe, quam vulgo apud Europæos fieri soleat, utantur remis, & singulis remis singuli adstent remiges, nihilo tamen segnius moventur, quam velocissimæ maris Mediterranei cursoriæ & aliquando velocius. Et tamen nullam interioris alvei partem occupant remiges, cum fori sint extra navem, in quibus & nautæ & qui remos tractant citra vectorum versantur incommodum. Mediam navem occupant atrium, & varia circumcirca cœnacula, cubicula, popinæ, loca histrionibus & symphoniacis destinata, omnia specularibus instructa fenestris, delibuta auro & pulcherrimis undique distincta coloribus, tanta denique & tam multiplici figurarum ornata varietate, ut nulla quantumvis diuturna contemplatio afferat fastidium & fatigentur prius oculi, quam satientur. Verum non desunt nonnulli, qui utut ingenium, industriam & scientiam Sinis concedant in parandis iis quæ ad voluptates & pacati regiminis utilitatem pertinent; nescire tamen eos inquiunt idoneas bellicis usibus fabricare naves. Sed qui sic sentiunt, committant se cum iis Sinis, qui insulam Formosam Batavis eripuere, aggrediantur si audeant eorum classes. De absentibus & longe dissitis, audacter & confidenter loqui pluribus solemne est: iidem vero si coram fuerint, vix jam quisquam mutire audeat. Batavi quidem, qui apud Indos versantur, quique hujus gentis in præliis navalibus virtutem magno suo cum damno sunt experti, non dubitant licet inviti, navigandi & artium nauticarum peritia Sinas omnibus aliis præponere. Nec aliter sentiunt Lusitani, qui florentibus etiam rebus suis, nunquam tamen classes suas ausi fuere cum Sinensium ut vocant commitere Juncis. Illud quoque observandum in navibus Sinicis,

quod

quod quamvis rimoſæ fiant & multas admiſerint aquas, non tamen mergantur; cum ab uno homine ſedente, & tympanum coſtis navium appoſitum calcante, ſpatio unius horæ plus aquæ extrudatur, quam in noſtris navibus etiam complures integro exhauriant die. Verum hæc pluribus alibi perſequemur, hæc in anteceſſum de Sericis ſeu Sinicis navibus dicta ſufficiant.

DE EMENDATIONE LONGITUDINUM.

Quamvis ad cognitionem longitudinis terrarum & locorum in hoc noſtro orbe, certius utiliuſque nihil videatur iis obſervationibus, quæ ex ſiderum & præſertim lunæ derivantur defectibus; hactenus tamen adeo infeliciter res ea ſucceſſit, ut auſim dicere, in deſcribendo terrarum orbe à nullis majores tenebras & errores fuiſſe propagatos, atque ab iis, qui eclipſium variis in locis obſervatarum habita ſolum ratione, geographiam reformare fuere conati. In cœlo & ſideribus nulla eſt culpa, certum ordinem & ſtatos illa obſervant curſus: verum ipſi obſervatores non carent culpa cum nulla habita refractionis ratione & neglecta prima & dilutiore, mediam ſeu interiorem tantum perſequatur umbram. Id enim ſi non ſit, unde quæſo iſta non diſcrepantia modo, ſed & præpoſterus ordo & confuſio, ut everſo ſitu, quæ ad ortum ſunt loca in occaſum ſolis ab illis promoveantur? Fruſtra vero ſunt cum iſtiuſmodi errores in vicinis tantum contingere exiſtimant locis, nam ſi magna intervalla ad eorum obſervationes expendantur, creſcente intervallo creſcunt quoque errores & adeo quidem ut extremæ Aſiæ partes minimum viginti gradibus, à nonnullis vero pluribus quam viginti quinque integris maximi circuli gradibus viciniores ſtatuantur, ac verus terrarum ſitus permittat.

Quod

Quod si per plura & breviora intervalla eclipseon differentiæ observentur, major etiamnum erit terrarum locorumque contractio. Hoc ut planum fiat incipiamus à mari Mediterraneo & videamus quanta sui parte diminuta sit hujus mensura solo fere eclipseon argumento. Hujus itaque ut cognoscamus longitudinem, exponemus prius rationem qua illam investigarit Strabo. Is itaque lib. 11. ut conficeret mare Mediterraneum ab intimo sinu Issico, usque ad columnas Herculis, addita ea Hispaniæ portione, quæ ab hoc freto, usque ad sacrum procurrit promontorium, continere tres fere stadiorum myriades, in subducendo hoc numero hunc tenuit modum.

A sinu Issico usque ad Rhodum stadiorum millia quinque.

A Rhodo ad Salmonium orientale Cretæ promontorium, stadia mille.

Ipsa Cretæ longitudo inter ortum & occasum duo stadiorum millia.

A Criu Metopo occiduo Cretæ promontorio ad Pachynum Siciliæ stadiorum millia quatuor & quingenta.

A Pachyno usque ad fretum Siculum minimum mille stadia.

A freto Siculo ad fretum Herculeum stadiorum millia tredecim.

Hinc ad Sacrum promontorium stadiorum millia tria.

A tribus itaque stadiorum myriadibus, ut vult Strabo, desunt tantum stadia quingenta. Quod si auferas spatium extra Columnas Herculis, supererunt vicies sex stadiorum millia & quingenta. Verum de hac quoque summa auferenda sunt stadia mille propter obliquitatem quæ est inter Pachynum promontorium & fretum Siculum, quæ nihil facit ad longitudinem maris Mediterranei, Sed & in mensura Cretæ, cum longitudinem ejus facit duorum minimum millium stadiorum, à vero aberrasse visus est iis Græcis,

qui

qui post eum floruerunt, quique reliqua admittentes. Cretæ mensuram ad mille quingenta stadia unanimi consensu reducendam esse existimarunt. Hos itaque si sequamur, supererit maris Mediterranei longitudo maxima vicies quinque stadiorum millium.

Rectiore via procedit Ptolemæi supputatio. Is vero lib. I cap. ita singula subducit intervalla.

A Calpe ad Carilin Sardiniæ partes seu gradus XXV.
Hinc ad Lilybæum Siciliæ partes IV cum dimidia.
Hinc ad Pachynum promontorium partes III.
Inde ad Tænaron Laconicam partes X.
Hinc ad Rhodum partes VIII cum una quarta.
Unde ad Issum partes XI cum una quarta.

Habemus hic gradus seu partes LXII. Cum vero in parallelo Rhodi, id est in gradu latitudinis XXXV & XXXVI, unicuique gradui adsignet stadia quadringenta, clarum est inter Calpem seu fretum Herculeum, usque ad Issum intercedere stadiorum XXIV millia & octingentorum intervallum, quæ mensura ducentis tantum stadiis contractior est ea, quam prius subduximus.

Veniamus nunc ad eos Græcos qui proxime elapsis floruerunt temporibus, & ad Venetos, & ipsos jam à multis seculis diligentissimos maris Mediterranei scrutatores. Licet in utrorumque Portolanis, sic enim vocantur libri qui descriptionem hujus maris continent, aliqua etiam occurrat differentia; adeo tamen ea est levis, ut merito aliquis miretur, tanta cum cura & diligentia singulorum portuum situm, naturam, intervalla, per singula ventorum momenta acus magneticæ beneficio explorata fuisse, ut facile aliquis perspiciat, non nisi plurium seculorum experientia & infinitorum nautarum labore tantam rem perfici potuisse. Venetorum quidem ephemerides aliquot nauticæ, florente etiamnum republica scriptæ, in lucem jam olim prodiere. Prodiit quoque non ita pridem portolanus Græcobarbaro sermone conscriptus. Sed exactior & copiosior est alter

manu-

manu exaratus, ante trecentos circiter annos compilatus; qui accuratiſſimam maris Mediterranei & Ponti Euxini continet deſcriptionem. Millibus paſſuum illi omnia expediunt intervalla, de quorum menſura mox dicemus. Prius ipſa ſubducamus intervalla, in quibus omnes fere iſti conveniunt Portolani. Incipiamus itaque ab Alexandretta ſive intimo ſinus Iſſici receſſu.

Ab Alexandretta ad promontorium Cypri orientale quod Sanƈti Andreæ dicitur millia CXXV

Longitudo Cypri à promontorio S. Andreæ, ad promontorium S. Epiphanii millia CCXX

A promontorio S. Epiphanii ad Samonium orientale Cretæ promontorium millia CCCCL

A Samonio promontorio ad inſulam Gozo, olim Caudum vel Caudam diƈtam, non reƈte enim Κλαῦδος in Ptolemæo, aut Κλαύδη in Aƈtis Apoſtolorum vocatur, millia CC

A Gozo ad Melitam millia DCC

A Melita ad fretum Herculis ſive os maris Mediterranei millia MCCCCLXV

Habes hic ſummam centum & ſexaginta millium ſupra ter mille. Supereſt ut videamus quænam milliarium in iſtis Portolanis ſit menſura. Notum quidem ſecundum exaƈtiſſimum Polybii calculum, quem & Strabo & Ptolemæus & plerique fere veteres ſunt ſecuti, mille paſſus convenire cum oƈto ſtadiis & duobus plethris, id eſt triente ſtadii, ita ut unum circuli maximi gradum, quingenta ſtadia, ſexaginta vero paſſuum conficiant millia. Sed vero medii ævi Græcis placuit mille paſſus componere cum ſeptem ſtadiis & ſemiſſe. Quod vero mirum auƈta hac ratione ſtadiorum menſura, diminuta tamen fuere milliaria, adeo ut quatuor paſſuum millibus antiquis, tribuantur hoc tempore quinque hodierna, aut etiam quinque ſemis, ita ut LXXV, aut etiam LXXXII½ milliaria uni à nautis Mediterranii maris adſignentur gradui. At vero ſiquis Portolanos, qua Græca,

eos diligentius perlegat, tanto manifeſtius perſpiciet, unicuique gradui centum in illis convenire milliaria. Cum ubique id pateat, minime opus eſt exemplis. Siquis tamen petat, ſufficiat uno & altero id declaraſſe. Dicunt Samonio Cretæ promontorio adſitam inſulam Chriſtianam vulgo vocatam, item promontorium occidentale Cypri, quod S. Epiphanii appellatur, & præterea Alexandriam Ægypti exactum conſtituere triangulum, cujus unumquodque crus ſit 450 milliarium. Item Rhodum ab eadem Alexandria diſtare ſcribunt quadringentis & ſexaginta millibus. Cum notæ ſint latitudines & intervalla horum locorum, non opus eſt pluribus. Siquis tamen dubitet, excutiat omnes iſtos portolanos, & inveniet trecenta & plura occurrere loca, etiam in iiſdem ſita meridianis, ubi unicuique gradui centum adſignantur millia.

Omnes vero Portolani, licet ad unquem fere conveniant, aliquam tamen in illis olim obſervatam fuiſſe differentiam exinde colligo, quod in quibuſdam poſt millium numerum annotatum inveniam alium locupletiorem aliquanto numerum ex aliis deſumptum Portolanis. Tabulæ quoque nauticæ, quibus omnes hoc tempore utuntur gentes in menſura non conveniunt cum ſuis Portolanis, ſiquidem quingentas & quinquaginta ut minimum leucas Germanicas, quarum quindecim unum conſtituunt gradum, maximæ maris Mediterranei longitudini adſcribunt. Peritiores quoque Venetorum & Maſſilienſium nautæ menſuræ huic ſubſcribunt, cum ter mille quingenta vel ſexcenta milliaria quarum centena unum conficiunt gradum, mare iſtud patere affirmant.

Si itaque hodiernam & à pleriſque jam à quatuor ſeculis probatam ſequamur menſuram erit mare Mediterraneum plusquam quarta parte contractius, quam Ptolemæus poſuerit, utpote qui 744 leucas huic adſignarit, cum hoc tempore non ultra quingentas & quadraginta patere credatur.

U Noſtra

Nostra tamen ætate clarissimus Gassendus eclipsium ratione motus trientem de hac quoque mensura libenter elisisset, si nautæ permisissent. Illi quippe à Peirescio consulti de intervallo quod Alexandriam & Massiliam interjacet, cum respondissent esse illud bis mille & septingentorum millium, ille plurimum eos errare & tertiam partem auferendam esse contendebat. Illi tamen instabant dicentes, non posse nisi quingenta forsan abradi millia, quia nempe in omnibus Portolanis & mappis nauticis intervallum inter Alexandriam & Massiliam ponitur esse millium 2200. Notandum enim nautas, licet sacra ipsis sit Portolanorum auctoritas, in longitudine tamen exigenda ab illis discedere. Sic quod Cyprum & Venetias interjacet spatio ipsi tribuunt millia 2200, cum tamen in omnibus Portolanis & tabulis nauticis tantum numerentur 1800.

Ratio vero quam subjicit in metiendo Melitæ, Cretæ, & Cypri intervallo, non succedit, cum apud omnes nautas in confesso sit fieri id, non propter breviora intervalla, ut ipse putat, sed propter acus nauticæ à borea in occasum declinationem, quæ cum omnino in hoc tractu sit manifesta navigantibus, negari non debuit.

Antequam vero quid de vera seu maxime probabili maris Mediterranei longitudine sentiendum sit exponamus, operæ pretium fuerit inquirere, quando, & à quibus, & qua de causa factum sit, ut relictis omnibus Græcis & Latinis scriptoribus, & antiquis mensuris, vastus ille maris tractus mediocribus adeo includi cœperit terminis.

Tempus quod attinet ex quo communi quasi omnium maris Medirerranei accolarum consensu, in eam, qua hodie depingitur, mare istud commutatum in plerisque tabulis compareat figuram, annos excedit trecentos. Christophorus de Bondelmontibus Florentinus in suis maris Mediterranei tabulis ante ducentos & sexaginta delineatis annos, eandem quæ in hodiernis nauticis conspicitur mappis, exhibuit formam & mensuram. Sed illo antiquiores sunt

Portolani

Portolani Græcobarbari & Italici nonnulli, tribus seculis vetustiores. Verum & Chrysococcas, qui anti annos 336 illustrium urbium catalogum conscripsit, hanc secutus est mensuram, ut mox docebimus.

Primi vero qui Mediterraneum mare arctis adeo constrinxere terminis, utique isti fuere Arabes. Ut in cæteris artibus & scientiis, ita quoque in descriptione orbis terræ solos illa tempestate pleræque gentes sequebantur Arabas. Barbari quippe & indocti erant tunc fere omnes Christiani, vixque quisquam Latine, nedum Græce erat peritus. Arabum vero ubique florebant studia, non in Asia tantum & Ægypto, sed & in Mauritania, Hispaniaque. Nemo inter Latinos doctus habebatur, nisi qui medicinam secundum præcepta Arabum exerceret. Nulla vel philosophia, vel mathesis, vel astronomia, vel denique geographia admittebatur, præter eam quæ ex Arabum hauriretur placitis. Huc accedebat odium Græcorum, utpote qui nullum vel Papam, vel Imperatorem agnoscerent Romanum, præter Patriarcham & Imperatorem Constantinopolitanum. Auctum fuit istud odium belli præcipue sacri tempore, prætextu passagii, ut vulgo loquebantur, debilitato & fracto imperio Byzantino, & capta Constantinopoli primo quidem à Latinis, mox deinceps à Turcis. Maluerunt itaque ea tempestate Astronomica & Medica Græcorum scripta, male ab Arabibus versa, & pejus etiamnum Latine reddita, à Saracenis quam ab ipsis accipere Græcis. Aristotelem non suo, sed Averrois ore loquentem audire, nullas denique Græcorum artes & scientias, non Mauris potius & Judæis, quam ipsis debere Græcis. Capta Constantinopoli & everso Orientali imperio, tum demum admissæ à Latinis Græcæ fuere literæ, multis Græcorum profugis fame & necessitate compulsis Latinæ se subjicientibus Ecclesiæ, & quos prius, jam à septem integris seculis, ne pro legitimis quidem Romæ agnoscere voluerant episcopis, iisdem illis tunc etiam primatum supra omnes deferentibus Patriarchas. Plerique tamen

illi Græci qui ſub ſub Turcarum vivunt tyrannide, ſi illos excipias qui Latinos ſequuntur ritus, antiquum ſervant morem, & quantumvis miſeri, honorifice tamen de Papa Romana ſentire & loqui ſe exiſtimant, ſi quando illum patriarcharum ſuorum appellant fratrem. Quamvis rebellandi poteſtas & occaſio hoc præſertim non deſint tempore, patienter tamen jugum ferunt, metuentes ut pejor quam nunc ſit ipſorum fiat conditio. Niſi enim Pontificis Romani in omnes eccleſias auctoritatem admittant, Turcis potius quam ſibi adjumento fore exiſtimant omnes huic obnoxios Occidentis reges & principes, neceſſaturos priuſquam ad aſperiorem etiam quam prius redeant ſervitutem. Verum hæc obiter, perſequamur nunc inſtitutum.

Iſtam quam diximus maris Mediterranei dimenſionem, quam omnes noſtri ſeculi ſequuntur gentes, ab Arabibus promanaſſe, manifeſte patet ex Geographo, qui Nubienſis vulgo dicitur, quique quinque eſt vetuſtior ſeculis. Is enim in principio operis longitudinem hujus maris, quod Damaſcenum ipſe vocat, à freto Gaditano uſque ad Syriam ſcribit eſſe leucarum Arabicarum MCXXXVI, id eſt leucarum Germanicarum 511$\frac{1}{3}$. Addito vero eo ſpatio, quod ſupereſt uſque ad Alexandrettam vicinam Antiochiæ, jam dicit climatis quarti parte prima mare iſtud patere XXXVI curſus, curſui vero aſſignat centum milliaria, ſive 33$\frac{1}{3}$ leucas Arabicas. Si ſummas componas habebis leucas Germanicas 540, in qua menſura ſcriptor iſte convenit exactiſſime cum tabulis marinis, quibus omnes hoc tempore utuntur nautæ.

Quamvis vero Nubienſis iſte alias quoque enumerat menſuras, ipſe tamen toto hoc opere eorum ſequitur ſententiam, qui centum millia paſſuum, ſive 33$\frac{1}{3}$ leucas Arabicas uni tribuunt gradui circuli maximi, quæ menſura cum nunquam vel Græcis vel Latinis fuerit uſitata, patet & hac quoque in parte Portolanorum compilatores menſuram ſecutos eſſe Arabicam.

Quod

Quod autem alii Arabes quinquaginta ſex tantum millia ſingulis adſignent gradibus, exinde nihil aliud confici poteſt niſi quod ut apud Europæos, ita quoque apud Aſiaticos terra marique variaſſe menſurarum rationes. Sufficit oſtendiſſe, iſtis, quibus in mari Mediterraneo navigantes etiamnum utuntur milliaribus, illa ipſa jam ante quinque ſecula uſurpata fuiſſe Arabibus.

Ut vero clarius pateſcat in Mediterranei maris menſura cæteros fere Arabes conſpirare cum Nubienſi, hoc dixiſſe ſufficiat, præcipuos niſi fallor convenire in ea quam diximus longitudine. Itaque Alexandriam collocant in gradu longitudinis quinquageſimo primo, decem nempe integris gradibus cum ſemiſſe occidentaliorem quam Ptolemæus fecerit. Chryſococces qui Arabas eſt ſecutus quinquaginta addit ſcrupulos, ita ut hac quoque ratione maneat differentia novem graduum & 40 ſcrup.

Neque eſt ut quiſquam exiſtimet ab eo longius in Occidentem removeri primum meridianum, quippe & hic, quemadmodum & Ptolemæus, Os freti Gaditani, ſeu Calpen montem ponit in longitudine grad. $7\frac{1}{2}$. Cordubam vero in longitudine grad. 8. ſcrup. 40.

At vero cum idem Chryſococces Antiochiæ vicinæ ſinui Iſſico tribuat longitudinem grad. 61—30, nimium poſuit pro ratione intervalli ab Alexandria. Unde apparet ſi numerus iſte recte ſe habeat, illum alios ſecutum fuiſſe Arabas, qui inter Ptolemæum, & iſtos qui contractiorem facerent Mediterranei maris longitudinem, mediam voluerunt inſiſtere viam.

Veniamus nunc ad cauſam, qua præcipue impulſi Arabes, mare iſtud tam arctis conſtrinxere limitibus, & à Ptolemæo, cujus magna ſemper apud illos fuit exiſtimatio & auctoritas, tam longe receſſerint. Præclaram illos navaſſe operam in reducendis & dirigendis intervallis ad ſingula ventorum momenta, non eſt ut dubitemus, cum à ſex plus minus ſeculis uſum acus magneticæ à Sinenſibus acceperint,

diuque

diuque ante Christianos nauticas pyxides in triginta duas diviserint partes. Quæ felicitas cum Græcis & Latinis non contigerit, mirum videri non debet, si hodierni ut cum vulgo loquar Portolani, Arabum mensuras & directiones continentes, aliquando sint exactiores antiquis. Neque enim Arabibus, præsertim antequam Turcis miscerentur, in explorandis terrarum mariumque intervallis defuit diligentia. Late dominabantur non in Asia modo & Ægypto, sed & in Hispania & universa quæ interjacet Africæ ora. Quamvis vero ut cæterarum terrarum, ita quoq; totum Africæ tractum qui à Syria & Ægypto, usque ad Atlanticum protenditur pelagus, permensi sint diligentissime, progressu tamen temporis factum est, ut non satis fidentes itineribus, cœlo petenda esse existimarint longitudinum momenta. Ut itaque & nunc complures, ita quoque & illi ex defectuum lunarium dissitis in locis apparitionibus & horarum exinde prodeuntium numero & momentis, longitudinum intervalla metienda esse censuerunt. Hac ratione factum est ut mare Mediterraneum plus quarta sui parte fuerit multatum. Verum quam fallaces ad longitudines determinandas sint eclipseon observationes, ex iis quæ postea dicentur satis fiet manifestum.

Ut itaque verum maris Mediterranei habeamus longitudinem, non acquiescendum iis quos diximus portolanis, aut quotquot illos sequuntur nautis: Licet laudanda sit illorum opera quod singulorum locorum intervalla & aspectus ad quascunque ventorum plagas tanta cum cura & diligentia annotarint, errorem tamen iis subesse, vel ipse terrarum, quibus hoc mare cingitur, situs & mensura possit evincere, præsertim in ea parte quæ est ultra fretum Siculum; Propter contractiores enim mensuras adeo mutilata in plerisque marinis tabulis terrarum adsitarum adparet facies, ut Cyprus, Creta, Peloponnesus, Asia minor, & oppositæ oræ Africanæ integra tertia & aliquando majori etiam longitudinis parte mulctatæ conspiciantur. Hinc factum ut in

plerisque

plerisque nauticis maris Mediterranei tabulis, longitudinis non apponantur gradus, quo nempe minus hæc terrarum adpareat deformatio, quæ alias nimis foret conspicua, præsertim in ea parte qua in Orientem excurrunt.

Ut autem vera huic mari reddatur facies, præcipuos aliquot hic annotabimus errores, qui in plerisque Portolanis & nauticis comparent tabulis.

Cypro cujus longitudini Portolani tribuunt CXXXIII pass. M, vera reddenda est mensura, quæ est ut Veneti plerique affirmant, ducentorum millium pass. sive ut ipsi incolæ, CCX.

Cretæ vera longitudo minimum est ducentorum & sedecim millium P. Ipsi Cretenses etiam hoc seculo plura aliquanto numerant millia. Et sane constat hanc Cypro esse longiorem. At vero in Portolanis non nisi CXXXII insulæ huic tribuuntur millia.

Aucta & emendata hac ratione insularum Cretæ & Cypri longitudine, jam quoq; subsistet nautarum sententia, affirmantium Cretæ orientale, Cypri occiduum promunctoria, & præterea Alexandriam Ægypti. parili inter se distare intervallo, & perfectum constituere triangulum. Quod autem in Ptolemæi positione id non usque adeo verum sit, ejus rei hæc est causa. Erravit nempe ille in eo, quod Byzantii meridianum nimis removerit à meridiano Alexandriæ, utpote quos quatuor gradibus cum semisse distare crediderit, cum tamen vel nihil vel parum admodum à se invicem absint isti meridiani. Ex portolanis enim constat Hellespontum & Bosporum Thracium directionem suam habere, non inter Aquilonem & Libonotum, ut Ptolemæus voluit, sed inter Africam & Cæciam, seu potius ut nautæ Itali loquuntur, inter Græco Levante, & ponente Libeccio: ita ut tota ea quæ intercedit Thraciæ portio Asiæ quasi incumbat, & Propontis vix dimidiam habeat latitudinem, quam Ptolemæus huic adsignet. Unde necessario sequitur meridianum Byzantii multo esse viciniorum Alexandrino, quam

quam ipſe poſuerit. Nec defuiſſe inter veteres qui eidem hæc loca meridiano ſubeſſe crediderint, patet cum ex aliis tum ex Strabone, utpote qui Alexandriam, Rhodum, Byzantium & oſtia Boryſthenis ſub eodem collocant meridiano.

Aucta hac ratione Cypri & Cretæ longitudine, ſatis quoque manifeſte confici poteſt, quanto in errore verſentur, qui maris Ægei & Aſiæ minoris longitudinem, adeo in arctum contrahunt, ut inter Tænaron Laconicæ promontorium vulgo Matapan dictum, & Iſſum vulgo Ajaſſo nuncupatam, non plura qnam ſexcenta & octoginta paſſuum numerent millia, cum tamen ſi non plura quam mille, ut Strabo, vel nongenta ſeptuaginta quinque ut Ptolemæus, plura tamen quam nongenta intercedant paſſ. millia.

Obſtant quoque menſuræ terreſtres, quæ non permittunt ut totus ille Aſiæ minoris tractus, qui à Cnido, uſque ad intimum ſinus Iſſici excurrit receſſum, tam iniquo includatur ſpatio. Si portolanos & marinas ſequamur mappas, non plura in illis huic intervallo adſignata inveniemus paſſuum millia quam CCCCXLVIII, quibus tuto poſſis addere, ducenta & quinquaginta millia. Nam ab Epheſo quæ multo eſt vicinior quam Cnidus, ad Iſſum recto itinere numerantur ab Artemidoro ſexcenta quinquaginta octo paſſ. millia, Itaque ſpatium quod interjacet Epheſum & Antiochiam, quæ bidui itinere abeſt ab Iſſo ſeu Alexandria κατ' Ἴσσον, confici ſcribit Euagrius diebus triginta, idque ab expedito viatore, ſiquidem illi quem diximus numero, plura quam centum paſſuum in itinerariis adduntur millia, nempe propter viarum difficultatem & obliquitatem. Nec longius ab Iſſo abeſt Byzantium quam Epheſus, ſi anfractus itineris auferas & verum Byzantio ſitum reddas, in quo ut diximus peccavit Ptolemæus. In itinerario Romano, quod Antonini eſſe creditur intervallo inter Byzantium & Antiochiam tribuuntur in melioribus libris millia paſſ. DCCLXXVI, ſtationes XXXVI ſed propter montium obſtacula

obſtacula obliquato nonnihil itinere. Si auferas intervallum, quod Iſſum & Antiochiam interjacet, & obliquos tramites pari ratione in rectam redigas viam, habebis totidem fere ſtationes & paſſuum millia ac ſint inter Epheſum & intimum ſinus Iſſici receſſum.

Perſequamur nunc eam quam ingreſſi ſumus viam & videamus quanto intervallo diſtet Byzantium ſeu Conſtantinopolis à Dyrrachio, ſeu huic vicina Apollonia, ab utraque enim per viam Egnatium iter eſt Conſtantinopolin. In itinerario Romano inter Dyrrachium & Byzantium numerantur ſtationes triginta ſex, paſſuum vero millia DCCLIV. Alio vero itinere quo ab Aulona per Apolloniam aditur Byzantium continentur millia DCCLVI, ſtationes vero triginta. A Turcis qui laxioribus utuntur ſtationibus conficitur hoc ſpatium diebus XXIV. Si itaque itinerario Romano credendum, cujus omnes menſuræ probe ſatis conveniunt, tantundem fere itineris eſt à Byzantio ſeu Epheſo ad Iſſum tendentibus, quantum ſit intervallum inter Dyrrachium & Byzantium, cum ea quam retulimus Artemidori menſura non niſi duobus aut quatuor paſſuum millibus excedat alteram. Attamen via Egnatia licet non multum ſinuoſa & per paſſuum millia quam exactiſſime digeſta, adeo tamen non fuit recta, quin aliqua ſui parte multanda ſit, ſi rectitudine in iſtam velimus ad normam exigeret. Itaque Strabo lib. VII. cum ſcribit viam hanc extendi ab Apollonia uſque ad Hebrum & Cypſelam oppidum, tribuit ei longitudinem millium paſſ. DXXXV, ſive ſtadiorum quatuor millium & CCCLVIII, ſecundum Polybii calculum. Atqui in itinerario Romano digeſto ad lapides milliarios ab Apollonia ad Cypſelam numerantur millia DLXXXII, quæ menſura quadraginta ſeptem paſſ. millibus longior eſt Straboniana. In ea vero menſura quæ à Cypſela ad Byzantium ſupereſt, numerantur in eodem itinerario millia CLXXIV, cum tamen via recta non plura quam centum viginti ab aliis numerentur millia. At

vero Ptolemæus, ac si mensura Strabonis nimia esset; adeo decurtavit hæc intervalla ut inter Apolloniam & Cypsellam non reliquerit majus spatium CCCLXXI pass. millibus. Cypsellam quippe octo gradibus & quatuordecim sexagesimis orientaliorem posuit Apollonia. Differentiam vero latitudinis facit gradus unius cum semisse: quæ mensura in istoc parallelo in millia pass. resoluta, non plura quam diximus dabunt millia.

Licet reprehensione dignus videatur Ptolemæus, quod contra omnium veterum sententiam viam Egnatiam tanta sui parte truncarit, quia tamen non defuere qui etiam Ptolemæum nimiam Macedoniæ Thraciæque existimarunt tribuere longitudinem, transeamus ad aliud argumentum unde clare cognoscamus utri rectius senserint.

Alexandriam Ægypti & Pataram Lyciæ sub eodem sitas esse meridiano constat non ex Ptolemæo modo, sed & plerisque portolanis, cum recta inter boream & austrum eas distare affirmant. Byzantium eidem subesse meridiano, multis jam olim persuasum ut ex Strabone patet. Et sane qui sic credidere, multo melius sensere quam Ptolemæus, qui Alexandriam quatuor gradibus cum semisse orientaliorem facit Byzantio. Sed vero de errore Ptolemæi in positione Byzantii, jam antea egimus. Chrysococcas, qui ex Arabum sententia contracto mari Mediterraneo tabulas Ptolemæi emendare conatus est, duorum graduum differentiam facit. Siquidem Constantinopoli longitudinem tribuit graduum 49. scr. 50. Alexandriæ vero 51. 50. Siquis mensuras Portolanorum diligenter persequatur & mappas consulat nauticas, tantundem inveniet.

Videamus nunc quem Libyæ locum secet meridianus Apolloniæ, à qua incipit via Egnatia. Si eundem sequamur Ptolemæum, inveniemus illum meridianum, qui transit urbem Apolloniam, transire quoque Syrtim majorem, & quidem inter vicum Oesporis dictum & Pontiam insulam, ita ut hæc quindecim scrupulis sit orientalior, ille vero quinque scrup. occidentalior.

Quia

Quia vero planum esse videatur, si quod duos istos interjacet meridianos spatium, mutilatum aut ampliatum fuerit à Ptolemæo in climate Apolloniæ & Byzantii, sequi etiam ut idem factum sit in omnibus aliis locis duos istos interjacentibus meridianos, idcirco persequemur intervalla quæ, à parallelo Alexandriæ occidentem versus usque ad meridianum Apolloniæ intercedunt, unde quid de hac re sentiendum sit colligere possimus.

Primo itaque explicemus intervallum ab Alexandria ad Cyrenam & Ptolemaida celebrem Cyrenarum urbem. Itenerarium Romanum vulgo Antonini dictum, à Cyrena ad Rhacotin Alexandriæ suburbium numerat millia pass. CCCCLXIV, à Ptolemaide vero ad Rhacotin millia passuum IↃXLIX. Ptolemæus inter Alexandriam & Ptolemaida ponit differentiam graduum undecim, & scrup. 24. Hoc intervallum si redigas ad mensuram graduum paralleli Alexandrini habebis millia pass. 586$\frac{2}{5}$. De hoc eodem intervallo loquitur Procopius lib. V de ædificiis, cum Pentapolin viginti dierum itinere abesse ab Alexandria scribit, totidem nempe stationibus ac numerantur in itinerario Romano. Cum vero iter diei Procopius stadiis ducentis & decem includat, habebimus & hic millia pass. quingenta & sexaginta.

Sed cum nulli diligentius singula Africæ spatia sint scrutati quam Arabes, illo præsertim tempore quo Hispania potiebantur, literæque inter eos florebant; videamus & horum quoque de hoc intervallo sententiam. Audiamus ergo Geographum Nubiensem, qui ut puto feliciter rem conficiet. Is igitur parte tertia climatis tertii describens iter à Syrtibus Alexandriam, dicit Barcam oppidum interjacere, à qua absit Alexandria stationibus XXI, pass. vero millibus quingentis & quinquaginta. Singulas deinceps stationes & intervalla singula enumerat, non per ambages, sed via recta per solitudines & arenas Marmaricæ. Sed observandum culpa librariorum vel interpretis unam

 excidisse

excidisse stationem, cujus intervallum fuerit XXVI mill. pass. Alias enim viginti tantum essent stationes & mill. pass. ICXXIV, contra mentem scriptoris.

Oppidi vero Barcæ situm ut cognoscamus hoc dixisse sufficiat, illam non esse eandem ac sit Ptolemais, ut Strabo & Plinius voluere, sed Mediterraneam, ut recte habet Ptolemæus.

Antiquissimam esse urbem patet non pluribus tantum apud Herodotum locis, sed & exinde, quod ab ea nomen Barcæi acceperint, qui primi artem aurigandi Cyrenæos docuerunt. Exhausta longo tempore vicinitate Ptolemaidis, translatis eo cum omnibus suis aquis cætero quoque urbis splendore. Verum everso aquæductu, desolata postmodum Ptolemais, & tunc iterum habitari cœpit Barca. Quamvis autem aquæductum hunc instaurarit Justinianus, fuit id ad breve tempus, cum jam à multis seculis magna ista olim Ptolemais in solitudinem abierit, & paucis solum nota nautis nomine Tolomettæ. Barca vero notissima Mauris & Ægyptiis, cum per hanc communis utrorumque pateat transitus. Ab hoc itaque oppido totus ille tractus qui Syrtim majorem & Ægyptum interjacet Barca appellatur. Sed revertamur ad istud quod instituimus iter.

Cum itaque notus sit ex Ptolemæo & Nubiensi geographo situs Barcæ, superest ut videamus, quam parva in tam vasto intervallo inter illos quos diximus scriptores occurrat differentia. Ptolemæo Barcæ meridianus distat orientem versus scrupulis novem à meridiano Ptolemaidis. Si redigas in passus, habebis millia septem cum duabus quintis, hoc est passus fere 7715.

Aufer hos numeros ab intervallo quod diximus secundum Ptolemæum intercedere inter Alexandriam & Ptolemaida nempe $586\frac{3}{7}$ & supererunt $578\frac{4}{7}$. Intervallum itaque inter Alexandriam & Barcam Ptolemæo est passuum 715 supra millia DLXXVIII.

Nubiensis

Nubienſis vero Geographus intervallum inter Barcam & Alexandriam facit mill. paſs. D L. At vero millia paſſuum Arabica decimaquinta ſui parte excedunt Romana, ſiquidem unicuique gradui adſignant non LX, ſed LVI. paſſ. mill. Secundum horum calculum habebis millia paſſ. $589\frac{4}{7}$.

Differentia itaque inter Arabes & Ptolemæum eſt millium paſſuum $10\frac{5}{7}$. Sed ſi illos ſequaris Arabes qui ſingulis gradibus adſcribunt millia paſſ. $56\frac{2}{3}$ invenies menſuram haud multo tribus paſſ. millibus majorem Ptolemaica.

Si jam eundem hunc perſequaris parallelum à Barca uſque ad littus Syrtis majoris & inde porro uſque ad locum ubi parallelus iſte ſecatur à meridiano Apolloniæ invenies paſſ. mill. $213\frac{3}{7}$ quæ ſi jungas cum $578\frac{4}{7}$ paſſ. millibus, quibus diſtat Barca ab Alexandria conficies ſummam DCCLXXXXII paſſ. millium. Et tantum quidem eſt intervallum quo in parrallelo Alexandrino diſtat meridianus Alexandrinus à meridiano Apolloniæ.

A Parallelo Alexandrino aſcendamus ad parallelum Apolloniæ. Si illum perſequamur in orientem tendentes, donec Alexandrino occurramus meridiano, ſecundum poſitionem Ptolemæi, non prius illum habebimus, quam Cromnam attingamus, utpote quam eidem, quo Alexandriam, ſubdat meridiano, quod tamen fieri omnino non poteſt, cum Cromna & tota illa ora Ponto adſita Euxino multò longius in Orientem ſit abducenda. Patet hoc exinde quod Strabo, cui in rebus patriis præcipue credendum eſt, non uno in loco affirmet & doceat Amiſum eidem ſubeſſe meridiano, ac ſit is qui per intimum ſinus Iſſici tranſeat receſſum, quod longe aliter ſe habet in tabulis Ptolemæi, in quibus meridianus Iſſi diſtat ab Amiſo gradibus quatuor & quinque ſexageſimis. Error iſte non aliunde promanavit, quam quod Macedoniam & Thraciam, qua-

tenus

tenus inter ortum & occasum jacent, arcto nimis incluserit spatio & Propontidis situm & directionem non bene expresserit, ut Jam antea monuimus. Ipsa locorum in Thracia & opposito Asiæ littore constipatio & confusio manifeste vitium ostendunt.

At vero si Strabonis & illorum sequaris sententiam qui Byzantium & Alexandriam sub eodem collocant meridiano, omnia recte se habebunt. Ut totam rem conficiamus, colligamus intervallum quod in parallelis Apolloniæ & Byzantii intermeridianus Apolloniatem & Byzantinum intercipitur, pari ratione ac in Alexandrino parallelo spatium quod hos duos meridianos intercedit subduximus. Id si fecerimus habebimus DCLXXXXIII pass. millia. Cum enim gradus in parallelo Apolloniæ minus, in Byzantino vero plus una quarta decrescant, non multum aberrabimus si medium teneamus & unicuique gradui quadraginta quinque tribuamus sexagesimas, & sic illum quem diximus conficiemus numerum. Quod si magis geometrice per rationem triangulorum sphæricorum inquiramus excessum lateris majoris, non tamen integra septingenta habebimus pass. millia, cum ad conficiendam hanc summam tria fere passuum desiderentur millia.

Ex iis quæ hactenus diximus satis est manifectum Ptolemæi rationes & mensuras optime se habere in Ægyptio, Marmarico & Cyrenaico littore, sed vero plurimum peccasse in Macedoniæ, Thraciæ & Propontidis situ, rectiusque de intervallo quo distat Apollonia à Byzantio sensisse Strabonem, & cum alios tum quoque Plinium cum Dyrrachium à Byzantio septingentis & undecim pass. millibus abesse affirmat.

Fusius aliquanto & forte ad fastidium usque prosecuti hæc sumus; sed tamen cum terrarum mariumque longitudo & situs absque his cognosci non possit, necessario dicenda fuere. Revertamur nunc ad institutum & ut totius maris Mediterranei longitudinem habeamus persequamur litus

Libycum,

Libycum, unde præcipue maris hujus petenda eſt menſura. Quamvis ex iis quæ hactenus diximus clare ſatis confici poſſit plurimum peccaſſe eos qui maris Mediterranei longitudinem tam arctis incluſerint terminis, quo tamen manifeſtius horum cognoſcatur error hoc dixiſſe ſufficiat, ut in præcedentibus quæ attulimus intervallis ita quoque in illis quæ Syrtin majorem & fretum Gaditanum interjacent ſpatiis, convenire fere Græcos, Romanos & Arabes, qui omnes cura & impenſis principum, magiſtratuum & calipharum totum Africæ dimenſi ſunt litus, nec obliquorum tantum, ſed & rectorum itinerum menſuras diligenter annotarunt. Itaq; & in Syrtis majoris ambitu & trajectu conveniunt inter ſe itineraria Romana, Geographus Nubienſis, Ptolemæus, Plinius & Procopius, niſi quod in Plinio juſto amplior occurrat numerus, in Procopio vero mille ſtadiis contractior, utrunque culpa librariorum. Sed & in menſura totius tractus qui à Gadibus uſque ad terminos Tripolitanæ provinciæ, cui Procopius nonaginta dierum iter adſignat, ſatis bene conveniunt omnes, ut nequeam ſatis mirari Geographum Nubienſem, quod tam arcto ſpatio mare incluſerit Mediteraneum, cum tamen terreſtres apud illum menſuræ tertia fere parte ſint ampliores. Si mutilanda ſit maris longitudo, mutilanda etiam fuerat terrarum adjacentium menſura.

Quod autem idem Nubienſis refert Marabutenſes quoſdam quadraginta & uno diebus à Cairo Segelmeſſam uſque penetraſſe; nullum exin argumentum duci poſſit. Qui camelis in Libya iter faciunt aliquando centum & plura paſſ. millia ſingulis abſolvunt diebus, ut Leo Afer teſtis affirmat certiſſimus. Cum vero ſecundum iſtum Nubienſem inter Cairum ſeu Alexandriam & Segelmeſſam bis mille minimum intercedant milliaria; clarum eſt iſtos Marabutenſes quinquaginta fere paſſ. millia ſingulis abſolviſſe diebus ſeu ſtationibus.

Licet multa ſuperſint, quibus ea, quæ de maris Mediterranei longitudine hactenus à nobis dicta ſunt confirmare

poſſimus,

poſſimus, ſiquis tamen ea perpendat, plura ut exiſtimo non deſiderabit, cum undique terrarum circumjacentium menſuræ, non patiantur mare hoc ad iſtas redigi anguſtias, quas ſolo eclipſeon argumento induxere Arabes, nec tamen omnes, cum etiam inter illos non defuerint, qui relictis obſervationibus lunaribus non recte inſtitutis Ptolemaicas amplexi ſint menſuras.

Ut vero cognoſcamus non in Europa modo, ſed & ubique fere & præcipue in Aſiæ longe diſſitæ partibus magno veritatis & geographiæ damno adeo mutilatum eſſe terrarum ſitum, ut Aſiam in Aſia fruſtra quæras; operæpretium fuerit in orientem excurrere, & videre quam longe in ortum ſe explicet Aſia, & aperire cauſas quibus contigerit ut nobiliſſima pars orbis in pleriſque hodiernis tabulis adeo truncata ſit, ut ampliſſima etiam regna vix dimidiam magnitudinis ſuæ portionem obtineant, quædam vero omnino non compareant.

Admiſſis ergo iis quas Ptolemæus poſuit menſuris, iſtinc unde deſivimus incipiamus. Ab Iſſi itaque ſinu & ab Alexandretta vulgo dicta per Aleppum ſive Berœam tritiſſima eſt quæ Babylonem ducit via. Conficitur ea diebus novemdecim, vel ut plurimum viginti. In longitudine Babylonis, quæ eſt LXXIX graduum, conveniunt Græci & Arabes, cum eam decem fere gradibus Iſſo ſeu Alexandretta orientaliorem faciunt. Nam quod Arabum nonnulli Babyloni tribuunt longitudinem LXX vel paulo plus, id inde factum, quod de menſura maris Mediterranei decem fere gradus amputarunt, ut jam ante oſtendimus.

A Babylone ſeu Bagdado in ortum tendentibus quindecim dierum iter eſt Spahanum uſque. Perſæ huic tribuunt longitudinem grad. 86. ſcr. 40. Ptolemæo eſt Aſpadana adſignans ei longitudinem 86 graduum, latitudinem 33—10. Unde apparet errare eos, qui recens eſſe exiſtimant hoc vocabulum. Nugantur quoque plurimum cum civitatem hanc cum Hecatompylo confundunt, quæ quam

longiſſime

longiſſime hinc abeſt. Chryſococes Spahano, ſeu ut ipſe habet Ἰσφαὰν tribuit longitudinem grad. 77. 20. contractiorem de qua diximus Arabum ſecutus menſuram, quæ tamen manifeſte vitioſa eſt, & magnorum multis cauſa fuit errorum, ut cum Schiras ſeu Perſepolin in 78 longitudinis collocant gradu & ipſa occidentaliorem faciunt Babylone. Quapropter qui Ulugbegi, Abulfedæ & aliorum Arabum & Perſarum legunt libros, caveant ne à duplici iſtac menſura fallantur, quam non à propriore primi meridiani poſitione, ut vulgo exiſtimant; ſed à diminuta maris Mediterranei longitudine proveniſſe oſtendimus.

A Spahano pergamus ad Indos & primo ad Candahar, cui Abulfeda adſignat longitudinem Grad. 97. ſcr. 40. Latitudinem gr. 33. Sed rectius Perſæ, qui iſtam contractiorem maris Mediterranei non admittunt menſuram, eam collocant in longitudine grad. 106. Et hanc poſitionem eſſe veriorem exinde patet, quod inter Spahanum & Candahar interſint paraſangæ 292, quæ menſura cum 1095 paſſuum millibus convenit. Verum hujus urbis nomen eſt Scandar, quomodo Perſæ & Arabes Alexandrum vocant; ut videri poſſit eadem eſſe, ac ſit Alexandria in Ariis, quam Ptolemæus collocat in 110 longitudinis, 36 vero latitud. gradu, utrinque nimis excurrente menſura. Minus recte de ea accipias Alexandria quæ eſt in Arachoſiis, utpote quam à Candahar diſtinguat Alpherganus. De ſitu autem Candahar nequis dubitet facit Ulugbegi & aliorum auctoritas, cum affirmant eam diſtare ab Alexandria Ægypti gradibus 45, ſcr. 46. Hinc facile colligas, quam late Perſarum pateat ditio, utpote quæ à Babylone uſque ad Candahar ad mille trecenta & decem paſſuum millia in orientem excurrat. In iis tamen quæ vulgo proſtant chorographicis tabulis videre eſt Perſarum terras ad multo etiam majorem porrigi amplitudinem. Fateor ſed pudendo plane errore, cum complura etiam maxima Indorum regna Perſici regni terminis includant. Inde nempe hoc factum, quod Perſicæ

ditionis terminum Indum fluvium esse crediderint. Illum vero adeo longe in ortum promoverunt, ut in media demum compareat India, & in Cambajensi exeat sinu, cum in sinu Canthino, vulgo dicto Golfo di Jaquetta, ostia ejus collocanda sint, ita ut quadringentis minimum pass. millibus remotior sit Indus, quam situs ejus postulet; reliqua vero Indorum ditio ita contracta sit, ut in plerisque hodiernis mappis, vix tertiam amplitudinis suæ partem obtineat. Ut vero cognoscamus quantum sit magni Indorum regis imperium, & quam longe in ortum porrigatur persequamur iter & videamus quantum spatii intercedat inter Candahar & ostia Gangis.

A. Candahar itaque ad Cabul numerant Indi Cossos 110. A Cabul ad Lahor cossos 244. A Lahor ad Deli cossos 191. A Deli ad Agram cossos 68. Simul conficiunt cossos 613. Sed vero brevior & rectior est via, quæ per Multan civitatem ducit Agram, quæ continet cossos 525. Cum vero singuli cossi duo minimum conficiunt passuum millia, habemus via pene recta mille & quinquaginta pass. millia.

Ab Agra vero ad Dacam sitam ad maxime orientale Gangis ostium haud procul à mari, numerant Indi cossos 492. Si utramque summam componas habebis cossos 1017. seu millia passuum 2034. Ulterius tamen producendum hoc Gangis ostium nempe usque ad Bander oppidum & fluvium Caor vel aliquanto etiam longius: id si feceris habebis intervallum à Candahar, usque ad remotissimum Gangis ostium MMC circiter pass. millium.

Si emendata locorum Indiæ latitudine, in qua non fere quam veteres peccarunt hodierni etiam scriptores, solam longitudinem & intervalla spectemus, prorsus cum hac quam dedimus mensura convenit Ptolemæus. Si enim hac ratione summam colligas, habebis millia passuum MMCXXXI. Quod si relicta Ptolemaica latitudine spatium à Candahar, id est Alexandria in Ariis, usque ad remotissimum Gangis ostium

ostium per rationem triangulorum sphæricorum exactius subducas, invenies pass. millia MMCCLXXXVIII. Nec multum auferendum erit de hac mensura, si cum Bartoso ultimum Gangis ostium continues usque ad Chatigam, ubi demum eluctatus omnes insulas apertum flumen hoc aspicit mare.

Verum alia quoque, & quidem multum rectiore via Indici imperii magnitudinem exploremus. Conveniunt omnes Indi inter ostia Gangis & Indi fluminis intercedere minimum cossos mille sive bis mille passuum millia. Indi occidentale ostium collocat Ptolemæus in gradu longitudinis 110. scr. 20. Persæ tamen & Arabes huic adsignant longitudinem grad. 102. aut non multo plus, persuasi nempe eclipseon argumento. Longius tamen ostium hoc Indi abesse tam terrestria quam marina convincunt intervalla. Promontorio Carpellæ, quod vulgo dicitur Cabo de Jasque Persæ adscribunt longitudinem 94 graduum, ita ut octo graduum inter hoc promontorium & Indi proximum ostium differentia relinquatur. At vero cum alii Lusitani, tum præcipue Barros, intervallum hoc faciunt leucarum Hispanicarum 200, quæ in hoc parallelo conficiunt gradus pene tredecim. In antecedentibus etiam nonnihil peccatum. Retenta itaque Ptolemaica mensura, de qua quid sentiendum sit postea dicemus, si calculum ineamus intervalli inter occidentale Indi ostium & orientale Gangis, cui tribuit longitudinem graduum 148. cum semisse, habebimus millia passuum 2118. Quod si ab orientali Indi fluminis ostio mensuram colligas, habebis pass. millia 1956, ita ut & sic quoque 2000 pass. conficias millia, si quidem constat cossum Indorum aliquantum excedere duo passuum millia.

Ex his facile aliquis conficiat, ut nunc, ita quoque olim terrarum suarum mensuras Indos collegisse, & Ptolemæum longe rectius partium Orientis longitudines posuisse, quam vulgo fiat. In latitudine locorum & præsertim litorum

forma plurimum peccaſſe, negare minime debet. Dum diſcrepantes ſequitur ſententias eaſdem urbes diverſis poſuit locis, longitudine quidem quam latitudine rectius obſervata, ut cum Caſpiriorum civitatem vulgo Cachemire dictam, ſub Caſpiræ & paulo poſt ſub Gagaſmiræ nomine recenſet. Agræ hoc tempore Indorum primariæ urbis, quam ipſe Agaram nominat, longitudinem ſatis bene expreſſit, verum in latitudine tribus fere gradibus aberravit. Situm quoque Gangis fluvii rectius multo deſcripſit, quam vulgo fiat, cum ejus fontes tam longe ab Indi fontibus removent. Hinc factum ut in pleriſque fere hodiernis Geographicis tabulis vix aliquid intervalli inter Seras & Gangem relinquatur, cum tamen ampliſſima intercedant regna, quibus in hodiernis mappis vix tantum ſupereſt ſpatii, ut vel ſola notentur nomina. Quamvis enim Ganges innumeris & multum inter ſe diſſitis oriatur fontibus, nulli tamen ejus fontes aut nulla flumina quæ huic miſcentur adeo ſunt orientalia, ut inter illa & terminos Serum, quos vulgo Sinas vocant, immenſus non intercedat terrarum tractus. Flumen Peguanum quod & Martabanum appellant, licet propter infinitas inſulas intimum ſinus Gangetici obſidentes receſſum, communia cum Gange oſtia habere à nonnullis creditum fuerit; abeſt tamen ab eo quam plurimum, longiſſimeque diſſitis oritur fontibus. Vulgo exiſtimant oriri ex lacu Chiamay, quod æque verum eſt ac ſiquis dicat Rhodanum oriri ex lacu Lemanno. Illud conſtat, Martabanum fluvium non ut Ganges à Chauro in Eurum, ſed à borea fere in auſtrum profluere. Inter Gangem & Martabanum flumen quod ad mare eſt ſpatium intercipitur fere à magna parte regni Bengalæ & regno Aracan. Ultra Martabanum flumen & regnum Aracan auſtrum verſus eſt regnum Pachou, Ptolemæo Beſynga vulgo Pegu dictum. Hoc quidem regnum non admodum late patet, ſiquidem à gradu latitudinis 14.20, non ultra gradum latitud. 18. porrigitur, ejus tamen rex ſuperiore ſeculo adeo fuit potens, ut

ut duodecim alia regna imperio ſuo adjecerit, & excepto regno Aracan ſibi ſubjecerit quidquid terrarum ultra Martabanum flumen ad boream jacet, ad plura quam quingenta paſſ. millia. Adempta quoque Sinis ea provincia quæ Junnan dicitur, per quam fluit Martabanus. In exercitu ejus numerata fuiſſe duodecies centena hominum millia prodidere Patres Societatis Jeſu, qui illo tempore in hoc regno verſabantur. Didacus Couto numerum iſtum auget ad vicies centena millia & inſuper decies mille elephantos, quæ tamen ſumma omnem ſuperat fidem. Interim frequentiam hominum in iſtoc terrarum tractu, vel inde facile conjicias, quod in ſolo regno Peguano, licet nuſquam ducentis & viginti paſſ. millibus latius pateat, ante famoſam tamen peſtem quæ circa finem ſuperioris ſeculi regnum hoc pene in ſolitudinem redegit, ſeptem ſupra ducentas numeratæ fuerint urbes, præter infinitos pagos & vicos. Cæterarum regionum opes & magnitudinem memorare non eſt hujus loci; hoc dixiſſe ſufficiat, in illarum menſura & longitudine explicanda, plus peccari quam uſquam fere alibi terrarum. Peninſula illa, cujus cervix à Martabano fluvio & regno Pegu, ad regnum Gannan & Couchinchinam excurrit, vulgo adeo iniquis includitur terminis, ut vix quartam magnitudinis ſuæ partem obtineat. Si vulgaribus credamus tabulis, non ſufficit illa ut vel ſolam Siamenſis regis ditionem contineat, qui non minus terrarum poſſidet, quam ſit tota Hiſpania. Sunt tamen in hac peninſula etiam alia regna & alii populi, qui ſi non tantundem potentiæ & ſplendoris, non multo anguſtioribus tamen ac Siamenſes continentur terminis, qualis eſt rex Cambodiæ & Champæ & magna pars populi qui Loos vel Laos dicuntur, ut de regno Gannan, Cochincinæ & aliis taceam. Verum cum omnium harum gentium adeo confuſi ſint termini, ut certas iis menſuras adſignare non poſſimus, rectius ad Sinas nos conferemus, ut per illos quantum à nobis abſint ultima Orientis cognoſcamus; cum ſi

ullis

ullis mortalibus, certe Sinis in suis rebus credendum sit quam maxime. Ut tamen illos attingamus, & priores mensuras cum Sinensium conjungamus mensuris, haud parva occurrit difficultas, cum non satis exploratum sit intervallum, quod Sinas, seu potius Seras ab Indis distinguit. Multi quidem è Patribus Societatis Jesu ab Agra, aut à Casmir Sinas petierunt, sed via montosa & per anfractus, ut neminem hactenus invenerim qui certi aliquid de hoc intervallo ausus fuerit affirmare. Incertiora etiamnum omnia fient, si Moscovitarum sequamur itineraria, & aliquid ex illis concludere velimus. Arabibus quidem in terrarum suarum descriptione multum tribuo, sed in remotioribus si illis credamus, erit ut regnum Tebet occidentalius fiat omnibus Indorum terris. Tanta præterea diversitas in illorum occurrit scriptis, ut aliquando totis viginti, nonnunquam vero pluribus inter se diffideant gradibus, ut cum Cambalek, hoc tempore Pequinum dictam, alii in 124, quidam in 144, nonnulli ut Chrysococes in 148 demum collocant longitudinis gradu. Nempe quanto longius in Orientem recedunt terræ, tanto plus de longitudine auferunt. Mare Mediterraneum decem gradibus contractius fecisse superius ostendimus. De mari Caspio tertiam fere partem abstulerunt. At vero ultimas Asiæ partes pluribus quam viginti & aliquando etiam totis triginta multarunt gradibus. Non aliunde quam ex eclipseon male instituta observatione ista terrarum & marium contigit mutilatio. Verum quæ ex eclipsibus petuntur rationes, quam multis sint obnoxiæ erroribus, ex iis quæ postea dicentur satis fiet manifestum. Nunc ad institutum revertamur.

Ut itaque feliciter nobis succedat iter, tutissimum fuerit tritam maxime insistire viam, & hic quoque ducem sequi Ptolemæum. Ex omnibus illis qui vel olim, vel hoc tempore ex India ad Sericam, vulgo Cathayam & pejus Sinam appellatam peregrinantur, illos constat ut plurimum ex regno Casmiræ deflexo fere ad aquilonem itinere eatenus

progredi,

progredi, donec tranſito regno minoris Tebet, perveniant ad regnum & civitatem Kasgar vel Kacheger dictam. Ad hanc civitatem omnes gentes & omnes Caravanæ ex Indis, ex Tartaris & aliunde venientes confluunt. Arabes tribuunt huic urbi latitudinem graduum 44, Chryſococes 40. 30 Ptolemæus 43. Neque enim dubitandum, quin hæc ſit illa ipſa ſtatio, ad quam dicit convenire omnes, qui ad Seras proficiſcuntur; itaque portam ſeu ὁρμητήριον illuc euntium appellat. Cum vero Caſpiræ ſeu Caſmiræ longitudinem tribuat graduum 127, latitudo autem ejus vera ſit grad. 36. 30. longitudo autem Caſcaræ grad. 140, ſupereſt ut intervallum circiter ſit 480 paſſ. millium. Hoc tamen ſpatium propter difficultatem itineris, non niſi integro menſe conficitur. Sed propter arduos & vix ſuperabiles montes, multo difficilius eſt, quod à Caſcara ad Seras ſupereſt itineris, quod non niſi bimeſtri conficitur ſpatio, cum tamen ad proximos Serum terminos haud plura quam 720 ſecundum Ptolemæum intercedant paſſ. millia. Auſtrales Sericæ gentes Ptolemæo fuere ignotæ, neque enim alia via, atque ea quam diximus, quæque etiam hoc tempore maxime frequentatur, nempe per regna Tebet, ad Seras patebat aditus. Attamen Auſtrales Serum provinciæ, multo Indis ſunt viciniores, multoque magis in occidentem excurrunt. Siquidem conſtat provinciam Junnan ſub eodem eſſe meridiano, ac ſit ille, qui tranſit per regna Tipora, Aracan & Pegu. Aliquanto tamen magis in ortum ſunt promovenda hæc regna quam vulgo fiat, verum non tam longe quam Ptolemæus, qui Beſyngam ſeu Pegu ponit in gradu longitudinis 162. Multo etiamnum magis peccavit in ſitu Siamenſium, qui ſunt veri Sinæ, quoſque omnium ad Orientem populorum ultimos eſſe credidit, addens horum terras totum ambire Orientali Oceanum, donec Africæ conjungantur. Quam fabellam jam ab Alexandri magni temporibus à Judæis fuiſſe confictam alibi oſtendimus.

Rejectis

Rejectis itaque cæteris quæ ultra Gangis ostia & proximos Serum terminos excurrunt spatiis, sufficiat orbis veteribus cogniti mensuras secundum Ptolemæum quosq; ille secutus est hactenus explicasse. Quod ejus numeri tam longe excedant illa quæ nostro hoc tempore singulis terris adscribuntur spatia, merito aliquis miretur: sed siquis consulat scripta Arabum, quibus tamen Asiaticarum terrarum mensuræ cognitissimæ esse debebant, minus forsan mirabitur, ubi viderit illos longe etiamnum productiores posuisse numeros. Cæterum cum paulo ante dixerimus magnam esse varietatem in horum scriptis, operæpretium fuerit monere quænam hujus diversitatis seu confusionis potius fuerit causa. Nempe cum multi illorum offenderentur varietate numerorum in mensura maris Mediterranei, placuit iis, omisso toto hoc mari aliunde longitudinum principium auspicari, à Mecca nempe & sepulchro Mahometi, ubi primum fixere Meridianum. Verum cum deliquiorum solis & lunæ eadem apud Asiaticos atque alibi sit ratio, successu temporum factum est ut observatione cœlestium siderum persuasi, & istic quoque terrarum spatia contraxerint, unde demum duplices isti numeri prodierunt. Si tamen utrasque longitudines, maris nempe Mediterranei, & quidquid ab ultimo ejus termino usque ad extrema Asiæ intercedit spatii conjunxeris, semper conficies summam, quæ vel æquet, vel etiam excedat mensuras Ptolemaicas.

Nunc videamus quando, à quibus & qua de causa factum sit, ut relictis Ptolemaicis longitudinum numeris, etiam Europæi Orientis ita contraxerint spatia, ut Indorum populorumque ultra Indos sitorum intervalla & longitudines, ne dimidiam quidem in geographicis tabulis suæ amplitudinis obtineant partem. Quamvis mensuræ ex deliquiis lunariis sumptæ ad roborandam hanc sententiam multum contulerint, alia tamen & prior & potior fuit ratio, quæ depravandis & mutilandis tabulis, quibus terrarum situs

continetur,

continetur, causam præbuerit. Ut paucis expediam, factum id seculo superiore, anno Christi 1521. & postea. Gravi nempe hoc tempore orta controversia inter Lusitanos & Hispanos de Moluccis insulis, utrisque eas sibi vindicantibus, delataque re ad geographiæ peritos utrinque delectos arbitros, non tamen convenere vel in principio vel in fine meridianorum, quibus utrorumque ditio terminaretur. Diviserat quidem Alexander sextus Pontifex orbem in duo hemisphæria, quorum alterum orientale Lusitanis, alterum occidentale Hispanis cederet, sed lis erat de loco meridiani, qui duo istæc dirimeret hemisphæria; Lusitanis indidem unde Ptolomæus incœpit meridianorum initium sumentibus, Hispanis vero Meridianum primum ad Maranionis fluminis ostia removentibus. Sed acquiscendum fuit utrisque in donatione Pontificis, qui primum meridianum affixerat insulis quæ vulgo dicuntur de los Azores.

Sed neque sic composita lis fuit Hispanis contendentibus Moluccas insulas ab hoc innitio abesse pluribus quam centum & nonaginta gradibus, vel minimum centum octoginta quinque; quoque id facilius obtinerent, affirmabant vastum istud mare quod littus Peruvianum & Philippinas ac Moluccas insulas interjacet, non extendi ultra mille sexcentas leucas Hispanicas, quæ conficiant gradus $91\frac{3}{7}$ quibus si addatur spatium à Peruviano littore ad primum meridianum, quod assumebant graduum esse circiter septuaginta ; superesse fere ducentos gradus, antequam totus impleatur circulus. Inde conficiebant occidentale hemisphærium non Moluccas tantum, sed & totum illum tractum, qui à Moluccis ad Malaccam usque porrigitur comprehendere.

At vero longe alium Lusitani posuere calculum. Illi ut non tantum Moluccas, sed & totam Japoniam orientali id est suo vindicarent hemisphærio, incipiendo ab iisdem insulis de los Azores; terminos ditionis suæ non solum promoverunt ad Moluccas, quas in longitudine 160 graduum posuere; sed & pari prorsus ac Hispani ratione integros

viginti gradus longius fines suos produxerunt, ad insulas usque latronum & Japonensis insulæ remotissimam partem, istic ditionem suam terminantes in gradu longitudinis 180, secundum ipsorum calculum.

In figenda itaque Meridiani circuli, qui per Azoridas transit, parte opposita, totis quadraginta gradibus à se invicem discesserunt Hispani & Lusitani, quæ differentia plane est enormis, utpote quæ nonam ambitus terrestris globi absorbeat partem. Attamen etiam publico edicto utræque gentes caverunt ne in quibusvis tabulis aut Sphæris geographicis aliter gradus & meridiani signarentur. Longe tamen absurdior est Lusitanorum sententia, qua factum est ut extremæ Asiæ partes ita contractæ in plerisque geographicis compareant tabulis, ut ne dimidia quidem parte se videndas exhibeant. Notandum tamen in iis Lusitanorum tabulis, quæ diffidium hoc præcesserunt, istam non comparere deformitatem, utpote in quibus longitudines longe rectius se habeant, & fere cum Ptolemaicis conveniant numeris.

Contractiori tamen huic terrarum mensuræ, quam primo Arabes deinde Lusitani, & demum reliquæ secutæ sunt gentes, favent intervalla quæ ex siderum defectibus vulgo deducuntur. Verum ut cognoscamus quam parum fidendum sit fallacibus umbris, quarum nec principium, nec medium, nec finem quisquam hoc tempore adsecutus est, sufficit hoc dixisse, si eclipseon, prout vulgo subducuntur, habeamus rationem, fore ut terrarum ambitus trecentos tantum & viginti contineat gradus, & ut sol spatio horarum $21\frac{2}{3}$ diem noctemque perficiat & mundum circumeat duabus horis & viginti sexagesimis citius, quam omnium ætatum experientia docuerit. Nam si ex eclipseon observationibus totum istud intervallum quod in occidentem pergendo à Philippinis seu Moluccis patet insulis, usque ad Limam & Peruviana littora horarum tantum sit $13\frac{1}{3}$ ut vulgo existimant, superest ut quod reliquum est spatii à Peruviano littore usque ad Philippinas sit horarum $10\frac{2}{3}$ sive

graduum

graduum 160. Atqui si planum fecero, totum istud maris Pacifici spatium non excedere mensuram graduum 116, tota eclipsium male observatarum corruit ratio, & manifestum fiet reliquas duas horas & quod præterea superest spatii, in altero quod diximus quærendas esse intervallo. Illas vero inveniemus si in supputandis telluris spatiis istam quam institimus teneamus rationem, & integra relinquamus spatia quibus singulæ gentes in mensuranda terrarum suarum utuntur amplitudine.

Veniamus erga ad maria & illorum quoque vasta inquiramus spatia, ut exinde etiam terrarum adjacentium innotescant mensuræ. Sunt qui nihil certi ex navigationibus propter ventorum & æstuum inæqualitatem colligi posse existimant. Sed licet in pluribus locis hæc valeat ratio, in Oceanis tamen zonæ fervidæ subjectis, longe aliter id sese habet. Tanta ibi ventorum & æstuum est æqualitas, præsertim si qui longius à littore sint provecti, ut paribus temporum spatiis, paria semper absolvant intervalla. Una eademque semper flat aura, nullæ ibi tempestates, similis semper æstuum ab ortu in occasum tendentium motus. Si non nimis pigræ aliove naves laborent vitio, diei noctisque spatio centum & quindecim conficiunt passuum millia, ita ut in utranque aurem stertentibus nautis, neglecta omni velorum & gubernaculi cura duos fere percurrant gradus, recta per mediam zonam deferente eos æstu & aura æquabili. Itaque quæ à portu Limæ & littore Peruviano solvunt naves, si recta in Occidentem pergant & nusquam deflectant aut moram faciant, spatio quinquaginta dierum ad Latronum deferuntur insulas. Spatio vero sexaginta dierum ad Moluccas & Philippinas perveniunt. Idem quoque colligi potest ex cursu illarum navium, quæ ex Acapulco portu Mexicanorum ad Philippinas solvunt, quas plerunque attingunt die quinquagesimo. Cum vero meridianus Aquapulci tantundem distet à Philippinis, quam meridianus Limæ ab insulis Latronum, nonaginta sex nempe graduum intervallo,

ſupereſt ut totum intervallum, quod eſt à Peruviano littore ad Philippinas, non excedat gradus centum & ſedecim.

Quod ſiquis non contentus his argumentis, nondum admittat id quod diximus naves ſcilicet quæ ſub æquatore deferente æſtu Oceani in Occidentem tendunt ſpatio diei noctiſque abſolvere & conficere centum & quindecim paſſuum millia, deſinet is dubitare, ſi norit, non in Pacifico tantum Oceano, ſed & ubique marium, quæ intra tropicos ſita ſunt, idem obſervari. Frequens eſt commercium Luſitanorum deferentium mancipia ex Angola ad Hiſpanos Peruvianos, utilitatis ſuæ gratia illis ut plurimum licet clam iſtud permittentibus. Solvunt hæ naves ex civitate S. Pauli de Lovando & Carthagenam appellunt die quinquageſimo, vixque vel citius, vel ſerius portum hunc attingunt, cujus rei argumentum vel exinde ſumas, quod non niſi quinquaginta dierum commeatu inſtruantur. Jam vero inter Meridianum Angolæ & Carthagenam interſunt minimum gradus 96. Sunt qui majus faciant hoc intervallum, ſed illos peccaſſe alibi oſtendimus. Facile exinde poſſimus conficere, adeo certam & æqualem eſſe navigationem in media zona æſtum Oceani ſequentibus, ut duos fere maximi circuli gradus ſingulis ſemper abſolvant diebus.

Supereſt illa Oceani pars quæ à promontorio Bonæ Spei uſque ad Moluccas & Philippinas excurrit inſulas. In ejus menſura & longitudine non minus vulgo peccatur, quam in menſuris terrarum huic adjacientium. Longe majus eſt hoc intervallum, ac ſit illud quod Peruvianum littus & Philippinas interjacet. In Javæ inſulæ ſitu viginti minimum graduum error committitur. Licet faventiſſimo anni tempore & æſtu ſemper ſecundo à freto Bantamenſi aliquis diſcedat, quinquaginta minimum dierum navigatione opus eſt, priuſquam Bonæ Spei promontorium attingat. Ubi vulgo ponitur meridianus Molluccarum, ibi collocandum erat principium

cipium

cipium insulæ Javæ; Moluccæ vero totis viginti duobus gradibus promovendæ ad Orientem, & collocandæ quatuor gradibus ultra illum meridianum, cui Latronum insulæ subesse creduntur. Latronum vero insulæ & ipsæ ad viginti gradus promovendæ in ortum & referendæ ad centissimum & nonagesimum quartum longitudinis gradum. Proximæ vero partes Japonicarum insularum, ubi est urbs & insula Firando, referendæ ad gradum longitudinis 178 vel circiter. Licet non satis explorata sit insulæ hujus magnitudo, hoc tamen constat, illam triplo fere esse majorem, quam in hodiernis compareat geographicis tabulis. Quam nuper magnus ille peregrinator Tabernerius dedit tabulam, illa omnium est vitiosissima & ab imperitis compilata. Cum ex Jesuitarum observatione constet Osaccæ latitudinem esse graduum 35½, facile aliquis colligat, siquis illam examinet tabulam, totam fere Japoniam extra locum suum exulare, nec Osaccam tantum, sed & ipsum quoque Meacum & quidquid supra illam est, non esse in Japonia, sed in istoc mari, quod Japoniam à septentrione alluit. Quod eam, quam Pater Martinius dedit Japoniæ attinet tabulam, & illa quoque mutila est. Prodiit quidem ista ex officina patrum Societatis Jesu, qui soli Christianorum intima Japoniæ perlustrarunt, sed ab Hollandis interpolatam esse, patet ex Belgicis appellationibus, quæ in australi & orientali insulæ hujus littore passim occurrunt. Peccat quoque tam in longitudine quam latitudine hujus insulæ, ut ex iis quæ mox dicemus palam fiet.

Cæterum quod relicta & suppressa Sinensium de hac insula tabula istam admiserit, id nollem factum. Duas præterea alias Japoniæ tabulas libris de arcano maris inseruit Dudleus. Una antiquioris est operis & minimum ante sesquiseculum, partim à nautis Lusitanis, partim à patribus Societatis composita, altera recentior & aliquanto contractior, neutra tamen integram hujus insulæ exhibet mensuram, neque enim ut diximus vel Lusitani, vel Hispani permitte-

bant,

bant, ut ullæ prodirent tabulæ, quæ veras terrarum in hoc tractu exhiberent magnitudines. Siquis legat ſcripta patrum Societatis Jeſu, facile deprehendet ex itineribus ultro citroque crebro inſtitutis inſulam iſtam multo majora continere intervalla, quam quæ in iis, quas diximus, ſignantur & continentur tabulis. Unanimiter fere illi affirmarunt inſulam hanc majorem eſſe Hiſpania, Gallia, Italiaque ſimul junctis. Caronius qui longo tempore commercii Hollandici ea in inſula præfecturam geſſit, multo etiamnum ampliorem facit in ea quam ſcripto ſuo præfixit tabella, illa quidem muta & nominibus vacua, unde tamen conficias inſulam vel peninſulam hanc porrigi ad plura quam mille & quingenta paſſuum millia. Latitudinem vero tribuit ſexcentorum plus minus paſſ. millium. Verum hic numerus modum videtur excedere. Ut autem veram habeamus menſuram, tutiſſimum utique fuerit, ſi ut in aliis gentibus alibi, ita in ſitu & longitudine Japoniæ, ipſos audiamus & ſequamur Japonenſes. Illi itaque adfirmant inſulam vel potius peninſulam ſuam porrigi ad quingenta milliaria Japonica. P. Martinius in deſcriptione hujus inſulæ ſingulos gradus confert cum triginta leucis Japonicis. Id ſi verum eſt habebimus Japoniæ longitudinem mille paſſ. millium. Attamen in menſura milliaris ſeu leucæ Japonicæ non conveniunt alii ejuſdem ſocietatis patres, qui quinta fere parte porrectiora faciunt Japonica milliaria. Itaque quingenta Japonica milliaria cum trecentis ſexaginta ſex leucis Hiſpanicis componit Joannes Lucena in vita Xaverii. Horum ſententiam cum alii, tum quoq; continuator Barroſi Didacus Couto lib. VIII decadis V ſecutus videtur. Hanc ſi ſequamur rationem, quæ niſi faller verior eſt, habebimus longitudinem imperii Japonici plurium quam mille ducentorum paſſ. millium. Satis hinc conficias nullam nos hactenus Japonicam habere tabulam, quæ legitimam hujus inſulæ oſtendat menſuram. Antiquior tamen illa quam diximus, ſi ſolam ſpectemus longitudinem à Libonoto in

aquilonem

aquilonem porrectam, proxime accedit ad veritatem. Nam quod latitudinem attinet, omnes in ea quamplurimum peccant, cum constet insulæ hujus litus boreale, ad quod Christianis non conceditur aditus, tam longe in septentrionem excurrere, donec conjungatur terris Jessensibus, ita ut Japonia fiat peninsula. Quod si non sit peninsula, adeo tamen angusto & horrido rupibus & scopulis ab illis quas diximus terris dirimitur freto, ut illud omnino impervium esse affirment Japonenses, Quod si tam latum intercedat pelagus, ac in plerisque videre est tabulis, sola Caronii excepta; qui fieri potest, ut insulæne, an continentis sint incolæ dubitent Japonenses?

Veniamus nunc ad ingentes istos terrarum tractus, qui ab ultimis Sinarum & Tatarorum finibus in Orientem excurrunt, ut ex illis Japonicæ insulæ adeoque terrarum omnium veram cognoscamus mensuram. Vulgo appellantur terræ de Jesso. Adierunt & illas quoque patres nonnulli Societatis Jesu, & mira prorsus de vasta harum retulerunt magnitudine. Siquidem incipiendo ab insula Corea porrigi ad sexaginta duos gradus recta semper in ortum tendentibus prodiderunt, ita ut earum longitudo superet bis mille & sexcenta passuum millia. Verum numerus iste dimidia fere sui parte justam excedit mensuram. Hoc sic conficio. Ante quadraginta circiter annos naves duæ ab Hollandis missæ ad explorandum mare quod terras Jessenses & Americam interjacet, pertransito orientali littore Japonico, appulerunt ad terras Jessenses & in gradu latitudinis 44, deprehenderunt nautæ ultimum & maxime orientale harum terrarum promontorium, addentes illud ducentis circiter & viginti passuum millibus orientalius esse eo qui extremam Japoniam stringit meridiano. Habemus ergo finem harum terrarum, inquiramus nunc longitudinem. Illam exhibebunt Seres, qui teste P. Martinio affirmant, istam Tatariæ partem quæ continet terras Jessensium, quæque à provincia Leaotung, sive à fine muri Sinensis in orientem excurrit,

porrigi

porrigi ad sex millia stadiorum Sinensium, quæ conficiunt 1440 pass. millia. Auferantur ab hac summa minimum quinque gradus, quibus promontorium hoc Jessense orientalius est promontorio Japonico, quod Nabo appellant, & auferantur totidem gradus qui intercedunt ab extremo muri Sinici in mare exeuntis, usque ad proxima Japoniæ, supererunt minimum gradus viginti duo, quos si pro ratione parallelorum & climatis Japonici in pass. millia resolvas, habita etiam ratione obliquitatis insulæ inter Libonotum & aquilonem porrectæ, invenies eandem mensuram, quam insulis suis adsignant Japonenses, aut etiam aliquanto majorem.

Nunc ut omnium terrarum absolvamus mensuras, transeamus ad vicinam Americam, utpote quæ à terris Jessensibus ne bidui quidem navigatione absit. Adierunt hoc fretum Hollandi, eo, quo diximus anno, & in medio invenerunt insulam duodecim circiter pass. millibus ab ultimo Jessensis terræ promontorio remotam, & inde in euraquilonem ad centum viginti pass. millia porrectam, nusquam XXVIII millibus latiorem, unde demum ad oppositam tellurem trajectus esset quinquaginta sex pass. millium. Ignotas istas & à se primum detectas terras vocaverunt terras societatis Indicæ. Sed vero cum totus ille quem adierunt tractus situs sit in latitudine quadraginta sex & quinque graduum, unde demum in eurum excurrunt littora, nullum est dubium quin terræ istæ pertineant ad Americam, ita ut extremis Californiæ & Quiviræ regionibus conjungantur quam proxime. Palam evincunt id ipsum non ea tantum quæ jam collegimus terrarum intervalla, sed & navigationes, & præcipue itinera Hispanorum terrestria ab urbe Mexicana eorum versus instituta. Qui ante centum quadraginta tres annos ad explorandum Americæ finem ab Antonio Mendoza prorege missi fuere Hispani, progressi fuere ad quadragesimum latitudinis borealis gradum, ubi est Quivira & aliquanto etiam ulterius, nempe ad promontorium Mendozinum, cui tribuerunt latitudinem graduum $42\frac{1}{2}$.

Plures

Plures quam nongentas Hiſpanicas leucas recta ſemper ad chaurum progrediendo emenſos eos fuiſſe affirmat Lopez de Gomara, licet Herrera & alii, utilitati gentis ſuæ ſtudentes, ab hac ſumma dimidium fere detraxerint. Cum itaque in hoc Americano litore ſolus iſte tractus, qui à promontorio Mendozino, uſque ad terras quas adiere Hollandi, nempe à 45, uſque ad 42½ latitudinis borealis gradum inveſtigandus ſuperſit; ne inexploratum hoc intervallum cæteras quoque menſuras incertas reddat, dicamus qua ratione & hujus quoque ſpatii colligere poſſimus quantitatem. A Coreæ inſulæ initio, ſive potius à fine muri Sinenſis, terra Jeſſenſis in ortum porrigitur ad gradus 33. Freti latitudo patet ad quatuor circiter longitudinis gradus. Cum vero quod a Mexico ad Mendozinum promontorium excurrit ſpatium ſit graduum 53, vel ut minimum 52½ ſecundum Hiſpanorum quem diximus calculum, jam habemus gradus 90. Atqui oſtendimus ſpatium quod Acapulcum portum Mexicanorum & Philippinas interjacet inſulas eſſe graduum 96. Phillippinæ vero ſub eodem, ac initium Coreæ ſubjacent meridiano: unde planum fit, ſpatium quod jacet inter terras, quas Hollandi detexerunt,& Mendozinum promontorium non eſſe majus gradibus ſex, vel ut plurimum ſex cum dimidio. Facile hinc colligas Japoniam non niſi novem graduum freto dirimi ab America, quod intervallum Dudleus facit graduum 48.

Supereſt ſpatium quod à primo meridiano ad Mexicum uſque protenditur. Creditur id quartam partem ambitus totius terreſtris ſphæræ conſtituere, ſiquidem nonaginta gradibus à primo meridiano abeſſe hanc civitatem affirmant Hiſpani. Nec obſtabo huic ſententiæ, dummodo primus meridianus per Tenariffam tranſeat. Quo tamen de veritate hujus menſuræ certiores fiamus, brevi tabella proponemus aliarum quoque orbis partium longitudines, relictiſque fere menſuris, quibus terrarum ſuarum ſpatia ſingulæ metiuntur gentes, à quibus non tuto receditur. Quo vero

commodius res ea ſuccedat, & ne numerorum multitudo aliquam difficultatem aut confuſionem pariat, univerſum terrarum orbem in quatuor æquales diſtinguemus partes, quarum unaquæque nonaginta contineat gradus.

Incipiemus vero ab eo qui Tenariffam ſecat meridiano, utpote qui & totam includat Africam & ad menſuras Ptolemaicas propius accedat. Qui ad Azoridas & inſulam Corvi eum removerunt, illi futili omnino utuntur argumento propter rectum ſcilicet hoc in loco acus Magneticæ ſitum. Vera cauſa quamobrem id factum illa nempe fuit, ut duodecim, quindecim, aut etiam plures, quos apud Ptolemæum cum alibi, tum præcipue in menſura maris Mediterranei redundare putabant lucrarentur gradus. Quidam alibi hunc defectum compenſare fuere conati & decem vel duodecim gradibus productius fecere ſpatium, quod ab Antiochia ducit Babylonem. Cautiores aliquanto fuere, qui has & ſimiles ut putabant redundantias ad mare Pacificum tanquam ſatis capacem omnium errorum deportarent voraginem. Verum cum de mari Mediterraneo ſatis diximus, & niſi fallor ſufficienter oſtenderimus menſuras Ptolemæi convenire cum menſuris terreſtribus, opus non eſt plura attexere. Hoc tantum addimus, ſi in menſura maris Tyrrheni nonnihil modum exceſſerit, facile id compenſari, ſi primum meridianum, qui ſecundum ejus calculum ſecat propiorem Canariam, quam vulgo vocant Fortem Fortunam, promoveamus ad Tenariffam mediam Canariarum. Verum nos retenta Ptolemæi menſura, quam & Arabes & Perſæ majori ex parte ſequuntur, pimum orbis quadrantem terminamus regia Perſarum urbe vulgo Spahan dicta, Ptolemæo Aſpadana, qui ei longitudinem adſignat graduum 86, Perſæ autem 86. 40. Si huic ſummæ addideris differentiam meridiani Tenariffenſis & Fortis Fortunæ habebis exacte gradus 90.

Secundum

Secundum quadrantem ſervatis menſuris quibus Perſæ, Indi & Seres terrarum ſuarum metiuntur ſpatia, ſic conſtituimus,

A meridiano Spahani ad meridianum qui occidentaliſſimum Indi fluminis tranſit oſtium gradus —— 18
Ab hoc Indi oſtio uſquam ad ultimos Indiæ mari adſitæ terminos, ad meridianum nempe qui tranſit urbem Chatigam gradus —— 36
Hinc ad illum meridianum ſub quo murus Sinenſis exit in mare, cui ſubſunt etiam Philippinæ & Moluccæ inſulæ gradus —— 30
Inde ad meridianum qui ſtringit initium magnæ Japonenſis inſulæ gradus —— 6

Simul conficiunt grad. 90

Tertius quadrans ſic ſeſe habet.

A meridiano qui tangit initium magnæ Japonenſis inſulæ, uſque ad meridianum qui tranſit ultimum hujus inſulæ promuntorium dictum Nabo, gradus —— 22
Hinc ad finem terræ Jeſſenſis gradus —— 5
Tranſitus freti inter terras Jeſſenſes & Americam eſt graduum —— 4
Hinc ad Mendozæ promuntorium gradus —— 6
Inde ad meridianum Mexicanæ urbis gradus —— 53

Simul conficiunt 90

Ut vero eo undè digressi sumus redeamus, ad meridianum nempe Tenariffæ, superest quartus idemque ultimus quadrans, qui continet quidquid ab hoc, quem diximus meridiano, usque ad Mexicanam metropolin terrarum mariumque interjacet. Sic vero illum constituimus.

A meridiano Mexici usque ad meridianum qui transit per maxime Occidentales regni Peruviani partes, gradus ——————————————— 20

Ab hoc meridiano, usque ad Orientalissimum Brasiliæ promontorium, quod S. Augustini dicitur gradus ——————————————— 55

A promontorio S. Augustini, usque ad meridianum Tenariffæ, gradus ——————————————— 15

Simul 90

De medio hoc intervallo graves inter Hispanos & Lusitanos fuere controversiæ. Vastum istum tractum qui à promontorio S. Augustini extenditur usque ad Limam aut Portum veterem, recto itinere nemo emensus est hactenus. E navigationibus per flumen ut vocant Amazonum institutis nihil certi ne nunc quidem possit confici. Maritimis tamen confici intervallis, contendebant Lusitani integros quinquaginta quinque gradus spatium hoc continere. Hispani tamen certis ut dicebant eclipsium rationibus suffulti, non nisi quinquaginta & unum longitudinis gradus intercedere affirmabant. Verum quantum lunaribus istis observationibus tribuendum sit, vel exinde conficias, quod non ita pridem Margravius, sola Eclipseon ratione permotus, quadraginta quinque tantum graduum longitudinem huic intervallo adsignarit. At vero Lusitanorum sententiam confirmant tam maritima quam terrestria, illa quidem obliqua, sed quæ facile ad normam reducuntur. Quin & ipsi Hispani

Hispani quando à portu debuenos Ayres sito ad ostium fluminis Argentei terrestri itinere petunt montem Potosi & oppidum Platam, cum quingentis Hispanicis leucis intervallum hoc taxant, satis nos docere possint, vastam istam Americæ peninsulam, ampliora multo continere spatia, quam ipsi in tabulis suis expresserint geographicis.

Ad emendandas terrarum mariumque longitudines & cognoscendam veram orbis universi faciem hæc dicta sufficiant. Qui non omnino hebes & ad tractandas istiusmodi res imperitus accesserit, facile ut puto intelliget quanto meliores nostræ sint mensuræ, ac sint istæ quæ vulgo in tabulis & sphæris passim obtinent geographicis, in quibus & Seres & Indi & pleræque fere orientis gentes, adeo longe extra fines suos exulant, ut ubivis potius quam in illis, quas Deus & Natura iis concessit, invenias sedibus. Ubi continens est ibi invenias insulas, ubi vasta occurrunt regna, ibi omnia sunt maria: denique tanta in illis terrarum, marium insularumque facta est confusio, mutilatio & distorsio, ut magna pars Asiæ mille & quingentis pass. millibus loco suo avulsa alio migrarit. Tantam nempe geographiæ labem intulit aromatarium istud Hispanos inter & Lusitanos dissidium & consecutæ exin deliquiorum solis & lunæ observationes, quibus utrique ad promovendos commercii & navigationis suæ utebantur terminos. Lis erat de Moluccis ut diximus. Peritiores nautæ & geographi affirmabant sitas esse eas in opposita parte meridiani qui per Azores transit. Sed qui pro Hispanis stabant contendebant illum oppositum meridiani semicirculum transire non per Moluccas, sed vero per insulam dictam Zuba, quæ gradibus duobus aut ut plurimum tribus occidentalior sit Moluccis. Lusitani vero multo nobis viciniores esse affirmabant Moluccas, sic tamen ut si hic substitisset controversia, de decem vel octo aut etiam paucioribus lis fuisset gradibus. Postquam vero ad astronomos res delata fuit, longæ aliæ prodiere mensuræ. Illi quippe habita ratione eclipsium diversis in occidentali

hemisphærio

hemiſphærio locis obſervatarum, certum eſſe affirmabant Hemiſpærium Hiſpanicum producendum eſſe ad Malaccam uſque, quam viginti duobus minimum gradibus occidentaliorem eſſe dicebant Moluccis. Luſitani vero & ipſi diverſis in locis in ſuo hemiſphærio ſubducentes horas & momenta eclipſium, centeſimum & octogeſimum gradum referebant ad finem Japoniæ, viginti duobus gradibus, ut affirmabant, remotum à Moluccis. Sed vero non viginti duobus tantum, ſed integris viginti octo gradibus abſunt ultima Japoniæ à Moluccis, ita ut inter Malaccam & orientaliſſima Japoniæ intercedant gradus quinquaginta duo, licet non plures quam quadraginta quatuor ſpatio huic vulgo tribuantur. Facile hinc conjicias, quantum in metiendis ſingulis hemiſphæriis errarint Luſitani & Hiſpani. Quod ſiquis illos ſtudio putet abbreviaſſe menſuras eclipſium, ut contractiora faciendo ſingula ſpatia, id quod ſuo deeſſet hemiſphærio, id de altero auferrent, non quidem is male argumentabitur; errabit tamen ſi alia quam qua ſemper fieri ſolet ratione eclipſeon momenta eos ſubduxiſſe exiſtimet. Si quis totum terrarum metiatur orbem per ſpatia ex eclipſeon obſervatione emergentia, ſemper 44 & trium fere horarum invenietur defectus. Quod ſiquis dubitet, conſulat is eclipſes,quam cum alii,tum præcipue præſtantiſſimus & diligentiſſimus aſtronomus Jo.Bapt.Ricciolus collegerunt adeo contractas in illis deprehendet omnium fere terrarum menſuras, ut Oceano Pacifico à Peruviano litore uſque ad Philippinas inſulas relinquatur ſpatium centum & ſexaginta minimum graduum. Atqui certis documentis oſtendimus mare hoc non patere ultra centum & ſexdecim gradus. Si itaque reſidui iſti quadraginta quatuor gradus perperam cauſa eclipſium Pacifico attributi Oceano, ab eo auferantur, & ea qua diximus ratione terris reddantur, jam omnia recte ſe habebunt. Servet itaque Mediterraneum juſtam menſuram, genteſque mare hoc accolentes Græci inquam, Ægyptii, Cyrenæi & reliqui Afri, ne tam iniquis inclu-

dantur

dantur ſpatiis, ut terrarum ſuarum non agnoſcant formas & figuras; Perſis, Indis & Seribus reſtituantur quæ adempta ſunt; id ſi fiat, jam vera terris redibit facies, & partes partibus & totum cum ſuis conveniet membris. Nulla vero eſt cauſa ut iis moveamur argumentis, quæ ex eclipſeon petuntur apparitionibus, quamdiu earum umbræ, ea qua vulgo fit, ſubducuntur ratione.

Nec parva occurrit difficultas, ſi huic vitio mederi velimus. Cum enim neſciamus quantus ſit Sol & quantum à nobis abſit; neſcimus etiam ubi interior umbra, quæ in conum deſinit, terminetur. Neſcimus principium & finem dilutioris umbræ, quæ longe latius patet, quam oculorum ſenſus poſſit percipere, cum integra fere hora abeat, antequam diliquium appareat, nec minus intercedat ſpatii, antequam debilior umbra prætereat, quam tamen jam præteriſſe putamus. Neſcimus quantum ſit ſpatium, quo in orbe magno ſingulis horis terra promoveatur, interea dum obſervationes inſtituuntur. Scimus quidem quotam hujus orbis partem ſingulis horis ſeu momentis percurrimus, ſed quantum ſit iſtud quotum neſcimus. Ignoramus etiam qualem motu ſuo luna, dum circa terram noſtram fertur, deſcribat orbem. Defectus quidem hujus ſideris beneficio Chaldæorum exacto ſatis calculo prænoſcuntur, verum parum id prodeſt, cum non ex certa ſcientia, ſed ex eventuum obſervatione notæ ſint ejus anomaliæ & proſthaphæreſes, quæ tamen hactenus non ſuffecere ad demonſtrandam orbitæ ejus rationem. Ignoramus præterea leges refractionum, quæ ſemper efficiunt, ut quanto obliquiori angulo res quæq; à nobis conſpiciuntur, tanto omnia adpareant viciniora. Quis neſcit ex editioribus locis Solem videri etiam cum viginti duobus gradibus infra horizontem depreſſus latet? Eadem cæterorum quoque ſiderum foret ratio, ſi pari ac Sol ſplendore pollerent. Concedunt quidem multi etiam in eclipſibus refractionis eſſe habendam rationem, cum certum ſit ſole & Luna duobus gradibus ſupra horizontem

conſtitutis,

conſtitutis, Lunam tamen pati deliquium; negant tamen tantum in ſubducendis eclipſibus poſſe committi errorem, ut in metiendis ſingulis hemiſphæriis, totis viginti duobus peccetur gradibus. Verum quid opus eſt verbis, experiantur calculum, & videant, num quod Hiſpanis & Luſitanis, idem quoque ſemper contingat. Utrique eclipſium ſecuti rationes invenerunt in ſingulis hemiſphæriis gradus ut plurimum, 158, ſecundum quorum menſuram orbis univerſi ambitus non continebit plures quam trecentos & ſedecim gradus, manifeſto quadraginta quatuor graduum errore. Ut itaque tandem abſolvam, hoc dixiſſe ſufficiat, ex terreſtribus intervallis & ex ſingularum gentium de menſuris terrarum ſuarum ſententia, longe tutius & certius longitudines colligi, quam ex ſolis, lunæ, aliorumque ſiderum apparitionibus vel deliquiis, quam diu, ea qua vulgo fit ratione, cœleſtes ab aſtronomis obſervationes inſtituuntur. Ut autem illæ emendentur, neceſſe eſt ut refractionum damna pro intervallorum compenſentur magnitudine, utque ex terreſtribus intervallis, veluti certis magis & exploratis, corrigantur & ſuppleantur defectus umbrarum, qui in omnibus hactenus tam Solis quam Lunæ deliquiis geographiam & longitudinum turbant ſcientiam. Qua autem ratione in ſingulis vicinis aut remotis intervallis inſtituendæ ſint iſtiuſmodi æquationes, id ſatis clarum fiet ſi ipſa cognoſcantur intervalla in quibus obſervationes peraguntur. Quanto enim ſpatio radius verus, quem terreſtria oſtendunt intervalla, excedit radium apparentem, qui è ſiderum umbris & refractionibus colligitur, tantundem ſemper addendum eſt temporis, quo defectus iſte compenſetur. Terreſtria autem intervalla ſatis tuto ſubducentur, ſi eam quam diximus inſiſtamus viam, & ſingularum gentium in metiendis ſuis terris ſequamur fidem, id enim ſi fiat, habebimus ambitum terrarum nullo vel hiatu vel exceſſu laborantem, ſed per convenientes numeros & menſuras in ſua membra & legitimas partes quam exactiſſime diſpertitum.

Ad

Ad legem terrestrium intervallorum, reducenda quoque sunt marium spatia.. Id enim si non fiat, perit omnis longitudinum ratio. Qui enim miserorum nautarum subsistat calculus, si maria plusquam mille passuum millibus sint patentiora, quam in marinis suis quas sequuntur inveniunt tabulis, cujus exemplum dedimus in eo mari, quod promuntorium Bonæ Spei & fretum Bantamense interjacet: aut si pluribus quam mille passuum millibus contractiora sint marium spatia, uti in Pacifico contingit Oceano? Sed vero si ea qua diximus ratione terrarum mariumque mensuræ reformentur, probe cum terrestribus intervallis navigationum convenient spatia ; bene quoque se habebunt triangula loxodromica, vixque erit ut in calculo peccent nautæ, nisi negligentes aut admodum fuerint imperiti.

DE PATEFACIENDA PER SEPTENTRIONEM AD JAPONENSES & INDOS NAVIGATIONE.

IIS qui aliquam hujus & superioris seculi navigationum habent scientiam, satis est notum quanto studio & desiderio quantisque propositis premiis federati Belgii proceres jam ab octoginta & pluribus annis conati sint excitare eos, qui primi aperirent viam, qua ad Sinas, Japoniam aliasque orientis insulas brevior & compendiosior per septentrionem patefieret aditus. Verum primos conatus non semper ex voto succedere satis experti sunt, qui sese huic itineri accinxerunt, quorum opus non est recensere calamitates, cum omnium manibus eorum versentur diaria. Qui proxime illos subsecuti sunt, nihilo fuere feliciores, eadem quippe prementes vestigia, iisdem quibus priores circumventi fuere difficultatibus. Nempe fefellit eos quod existimarint fretum quod Novam Zemblam & Tatariæ continentem interjacet esse pervium, ac per hoc patere navigationem ad Sinas, cum tamen Moscovitis hoc tempore notissimum sit, novam Zemblam non esse insulam, sed

partem Tatariæ, cui ab oriente longa cervice annexa eſt, ita ut fretum quod per anguſtias oſtii Waygat aditur, vere non ſit mare, ſed Sinus maris, ſeu potius lacus aquarum dulcium. Copia fluminum è media Aſia in hunc Sinum exeuntium hanc efficit dulcedinem, ut mirum non ſit hiberno tempore aquas has adeo vehementi gelu conſtringi. Quod vero non ſucceſſerit navigatio Wilhelmi Bernardi navarchæ alias peritiſſimi, qui latus Novæ Zemblæ ſeptentrionale uſque ad 77 emenſus eſt gradum, neque hoc mirum videri debet, cum notum ſit omnibus in ſeptentrionem tendentibus terras pleraſque ad multas ſæpe leucas glacie cingi, quæ tamen in aperto mari non reperitur, ne ſub polo quidem, niſi caſu, quando nempe provecta æſtate, ſoluto quodammodo gelu, illa ipſa glacies, quæ terras ambit, iis relictis, paſſim in maribus fluitat.

Hoc ipſum obfuit quominus neque ſucceſſerint eorum tentamina qui aliquanto altius ſeptentrionem verſus curſum ſuum inſtituerunt, repreſſi quippe ab iſtac temere & quaquaverſum fluitante glacie curſum ſuum inhibere & patriam ſuam repetere fuere coacti.

Ante octo demum vel decem annos Mercatores aliqui Amſtelodamenſes & Roterodamenſes denuo hoc mare tentavere, & longe feliciori ſucceſſu quam priores. Progreſſi quippe ad 78 & 80 latitudinis borealis gradum pluſquam centum leucis prætervecti ſunt novam Zemblam orientem verſus, & quamvis diligenter caverint, ne cognoſcerentur ea quæ vidiſſent, hoc tamen in vulgus promanavit, obſervaſſe eos mare ultra novam Zemblam purum ab omni glacie & perquam navigationi commodum. Regreſſi itaque ad ſuos proceribus Federati Belgii obtulerunt diverſos libellos ſupplices, rogantes eos ut quandoquidem illi totius pene orbis commercium ſolis orientalis & occidentalis Indiæ conceſſiſſent præfectis, vixq; cæteris mercatoribus adeo bene de Rep. meritis præter Mediterranei & Baltici maris commercium aliud quidquam ſupereſſet, concederent ſaltem navigationem ad

oras

oras septentrionales & nondum detectas orientis oras, quas utriusque Indiæ non frequentaret societas, idque tanto magis, quod jam ante tot annos ipsi proceres magno etiam proposito præmio quosvis ad aperiendam per septentrionem ad Sinas & Japonenses viam invitassent.

Præfecti societatis Indicæ rem suam hic agi existimantes & ipsi libellos obtulere supplices, rogantes ut istiusmodi mercatorum postulata ad se remittantur. Multas enim turbas orituras si quid iis deferatur. Quod vero præmium attineret à proceribus propositum, sese hoc in se recipere, & judicaturos prout ipsis bonum videretur. Mercatores ubi suppressos esse intellexere libellos suos supplices Regem Daniæ adierunt, qui illico postulatis ipsorum annuit. Sub ejus itaque auspiciis paravere duas aut tres Galeotas itineri huic suscipiendo maxime ut credebant idoneas. Hoc ubi cognovere societatis Indicæ Præfecti annumerata aliqua pecunia summa facile persuasere nautis, ut omisso tam periculoso itinere & sibi consulerent & simul mercatoribus caussas querelarum præcluderent. Nautæ dicto audientes ubi se mari commisere posthabitis mercatorum mandatis rectà Spitsbergam se contulere, unde onusti piscibus domum reversi sunt.

Attamen neque societati Indicæ defuit studium & diligentia etiam ab altera parte tentandi itineris quod ab Indis & Sinis per mare septentrionale navigantes in Europam reduceret. Rumor quidem erat de freto Anian per quod in mare Tartaricum pateret aditus & ex Japonensibus & Lusitanis nonnulla intellexerânt de terris Jezzo supra Japoniam sitis, verum soli rumori non acquiescentes, anno hujus seculi 52 & 53. aliquot è suis explorandi gratia ad has oras miserunt. Provecti illi supra Japoniam usque ad quinquagesimum borealis latitudinis gradum adierunt terras Jezzo dictas, & detexere fretum latum satis & commodum per quod borealis possit adiri Oceanus. Terras oppositas *het compagnie lant* appellarunt. Insulam autem in medio sitam

insulam

insulam Ordinum. De harum terrarum conditione nonnulla in lucem prodiere longe tamen plura habentur in ipso nautarum diario, quæ studio supprimuntur.

An vero hæc terra Jezzo annexa sit Japoniæ, dubitant æque Japonenses ac Jezzenses propterea quod vasti & inaccessi intercedant montes qui transitum impediant.

pertendere Judæos, antequam adveniat Meſſias, debere compleri vaticinium Eſaiæ cap. XI, ut nempe reſidui de populo Iſraelis reſtituantur in libertatem eadem ratione ac factum ſit poſt captivitatem Ægyptiam. Cum enim poſt Babylonicam captivitatem duæ tantum tribus redierint, illam liberationem nequaquam eſſe ſimilem Ægyptiacæ; itaque expectandum tempus, quo omnes tribus reſtituantur. Sed vero ex iis, quæ diximus, manifeſtum fit totum reſiduum Iſraelitici populi rediiſſe in patriam, cum tribus Judæ & Benjaminis ſucceſſerint omnibus aliis tribubus & totum continuerint Iſraelem. Currunt tamen miſeri per univerſum terrarum orbem ut fratres ſuos deperditos & nuſquam reperiendos inveniant, & modo in inacceſſa Arabiæ aut Tatariæ parte illos latere affirmant, & quod neque illinc aliquis hactenus venerit nuncius, eo complures redacti fuere amentiæ, ut alicubi in America eos delitescere exiſtimarint. Sed neque illinc aliquis hactenus venit nuntius, nec venturus, ut opinor, antequam veniat ipſorum Meſſias.

CAP. III.

Quomodo vaticinia de Chriſto fuerint attributa Herodi: deque Herodianorum ſecta.

AD finem vergentibus Danielis hebdomadis, occiſo Antigono, tranſlatoque ad Herodem alienigenam ſceptro; nemo erat Judæorum, cui non eſſet perſuaſiſſimum, tempus Chriſti aut adeſſe, aut brevi adfuturum. Circumferebantur illa tempeſtate complura carmina à Judæis ſub Sibyllarum conſcripta nominibus, quibus denuntiabatur adventus magni regis, qui totum ſibi ſubjiceret terrarum orbem, multoſque etiam è gentibus vana inductos ambitione

ſibi

ſibi conatos fuiſſe adaptare iſtud vaticinium, pluribus exemplis poſtea videbimus; ſed ne gentium res rebus miſceamus Judaicis, prius de Herode dicemus. Hunc primum fuiſſe qui inter Judæos pro Chriſto fuerit habitus, vel Herodianorum ſatis declarat ſecta. Nempe verba illa; *Non deficiet princeps è Juda, neque dux de femoribus ejus, donec venerit ille cui repoſitum eſt*, ita accepere, ac ſi ceſſante principe è ſtirpe Judæ, neceſſe foret, ut venturus Meſſias proſelytus aut alienigena eſſe debeat. Forſan etiam non defuere adulatores, qui negarent eſſe alienigenam, ipſumque hoc, quod Damaſcenus, pertenderent. Quod vero nullus unquam Judæorum rex tam gratus & acceptus fuerit Romanis & Græcis, ideo merito gentium exſpectationem vocari exiſtimabant. Secta vero hæc quòd magis increbuerit mortuo quam vivo etiamnum Herode, id ipſius factum videtur prudentia, ne Romanorum incurreret invidiam. Aluiſſe tamen inter Judæos iſtam de ſe opinionem valde eſt veriſimile, & videri poteſt non alia de cauſa magnificum illud exſtruxiſſe templum, quam quod de ſuo Meſſia opus tale exſpectarent Judæi. Sed & ex pluribus quas adhibuit cautelis, nequis alius prodiret aut haberetur Meſſias, ipſum hoc ſatis confici poſſit. In illis autem merito primum ſibi vendicat locum infanticidium Bethlemiticum. Hujus vero, licet in ſolis mentio fiat Evangeliis, non eſt tamen ut hoc cuiquam mirum aut incredibile videatur, præſertim ſi quis noverit, etiam Romæ, cum editum eſſet oraculum, Naturam regem mundo parturire, edicto Senatus cautum fuerit, nequis illo anno genitus infans educaretur, ut ex Suetonio conſtat. Altera cautela, fuit genealogiarum, quæ in templo conſervabantur, combuſtio. Sed & prohibitio librorum Sibyllinorum, & cædes tot regii ſanguinis principum, eodem referenda videntur. Sub Nerone vero floruiſſe hanc Herodianorum ſectam, & dies quibus regnum adierit feſtos fuiſſe Judæis, diſcas ex Perſio: *Herodis venere dies.* Quamvis autem etiam ante everſa Ieroſolyma multi ceſſaſſe

exiſtiment

existiment hanc sectam, nunquam tamen defecisse, vel saltem revixisse apud Judæos, præsertim in Hispania, vel ipsum barbarum Aeræ satis indicat vocabulum. Cum ad institutum faciat causam & originem vocis hujus exponere, libens quod sentio proferam; neque enim placent quæ viri docti de eo scripsere. Sed neque probo sententiam Petri Alfonsi, qui in scripto continente disputationem inter Moysem Judæum & Petrum quendam, putabat vocem hanc detruncatam ex nomine Heraclii. Sic enim scribit in Præfatione; *Hoc autem factum est anno à nativitate Domini* 1106. *Heraclii* 1144, *mense Junii die natali Apostolorum Petri & Pauli.* Constat sane ab Heraclio imperatore Judæos omnes ad Christianismum vi compulsos fuisse, non in Oriente solum, sed & in Hispania Galliaque, literis seu legatis ad Sisebutum & Dagobertum missis, & ad idem faciendum instigatis. Itaque Judæi quod nollent Christianorum fidem & computandi rationem admittere, alium calculum & alium commenti sunt Christum, Herodem videlicet, cujus regnum anticipat computum Christianum annis triginta octo. Sed vero Aëræ appellatio multo est antiquior,cum & in Chronico Idatii ad annum 409,& insuper in multis marmoreis Heraclio vetustioribus compareat monumentis. Libenter itaque cum illis sentio, qui Aëræ & Hegiræ seu Heiræ, nam & sic scribunt Arabes, idem existimant esse vocabulum, extrita litera G, ut solent Hispani, Arabes & Hebræi. Causa appellationis exinde petenda, quod Herodes à Judæis semper & ubique vocatus fuerit הגר id est proselytus seu peregrinus. Anni itaque *hager*, sunt anni Herodis, qui, ut diximus, triginta octo annis anticipant Christi natalem. Hegiræ seu Heiræ Arabicæ eadem omnino ac Aëræ Hispaniæ est ratio. Illo ipso enim Heraclii tempore, quo Judæi, non in Hispania modo, sed & toto Romano imperio ad Christianismum compellerentur, orta quoque est in Arabia secta Mahometi. Secuti sunt hunc complures Judæi, qui relicto altero isto Messia,

 Herode

Herode videlicet & ipſo Idumeo Arabe, Mahometum illico pro vero agnovere Meſſia. Theophanes & complures alii iſtius temporis ſcriptores pravam ſecuti lectionem, illos adhæſiſſe ſcribunt Mahometo *uſque ad cædem illius*; *μέχρι τῆς σφαγῆς αὐτοῦ.* Sed rectius *φυγῆς* leges, non *σφαγῆς.* Iidem ſcribunt receſſiſſe Judæos à Mahometo, cum eum cameli carnibus veſcentem conſpexiſſent. Vt ut ſit, cum Judæi Meſſiam peregrinum ſeu proſelytum fore crederent, patet recte ab illis הגר dictum fuiſſe Mahometum, ipſum tamen Mahometum, non niſi poſtquam è patria ſua Mecca expulſus fuit talem ſe nominaſſe, ſcribunt plerique Arabes, & ab hoc tempore Hegiram ſeu Heiram ſuam incipit Mahometus, cujus ſectatores Hagerinos dictos volunt, velut religionis cauſa profugos & peregrinos, non autem ab Agare Abrahæ ancilla, ut Chriſtiani ſcribunt. Conſtat ſane Mahometum, ut nempe magis ad partes ſuas pertraheret Judæos, quorum plena ſemper fuit Arabia: de ſe interpretatum, & in ſe completa eſſe dixiſſe pleraque veteris teſtamenti loca ad Chriſtum ſpectantia, ut jam olim obſervatum Petro Cluniacenſi. Hæc de voce Aëræ dicta ſufficiant, unde ſatis, niſi fallor, clare conficitur appellationem hanc multo apud Judæos antiquiorem eſſe, quam fuerit apud Arabes. Quod ſi cui minus probabile videatur, ita inter omnes conveniſſe Judæos, ut Herodem pro Meſſia agnoſcerent, per me licet, ut quemadmodum Arabes, ita quoque Judæi vocem hanc de ſuo acceperint exilio, incipiendo hoc ab eo tempore, quo ſublatis ſui generis principibus, regem habuere Herodem. Ego utrumque verum eſſe exiſtimo, cum ne nunc quidem inter Judæos deſint, qui Herodem pro Meſſia admittant. Quod ſi id palam minus profiteri audeant, ſatis tamen ſe declarant, cum dicunt, ſi Meſſias jam advenerit, utique ejus tempus pluribus annis anticipare Chriſtianorum calculum. Et ſane qui ſic ſentiunt Judæi, longe illi ſunt prudentiores iſtis, qui Meſſiam necdum adveniſſe contendunt, præterquam enim quod vaticinio Jacobi mori-

entis

entis aliqua ratione satisfaciant, etiam Danielem admittunt, quem alii ex prophetarum expungunt albo. Jam vero quod in Hispania nomen Aeræ primum fuerit auditum, id inde factum, quod infinita propemodum Judæorum illic fuerit frequentia, florente etiamnum imperio Romano. Ab Adriano Cæsare post cladem Hierosolymorum eos deportatos memorant scriptores Hispani, quo auctore nescio. Ego libentius credo cum Arrianis, quorum magna semper in Hispania fuit copia, simul quoque crevisse Judæorum numerum. Sed & fugientem in Hispaniam Herodem tetrarcham, fieri potest ut multi secuti sint. Fieri quoque potest ut post ejectos Alexandria Judæos, magna pars illuc migrarit. Crebra cum Christianis gessere bella, præsertim post seculum instauratæ salutis quartum. Ideo prævalebant quod Romanis legibus pateret Judæis aditus ad honores, & concessum iis esset jus gladii. Christiani autem in provinciis nullos gerebant magistratus, non tantum quod, ut Julianus Imperator dicebat, lex Christianis non permittat usum gladii, ideoque ad regendum non sint idonei; sed quod in Hispania qui magistratum gererent, ab Ecclesia prohiberentur, ut docet Concilii Illiberitani Canon LVI; *Magistratum vero, anno quo agit duumviratum, prohibere placet, ut se ab Ecclesia cohibeat.* In Hispania vero magistratus munere functos fuisse Judæos, cum alibi, tum quoque in Balearibus insulis, patet ex Severo Sulpitio in Epistolis. Non autem in Hispania modo, sed & in Galliis, licet non tanto numero & auctoritate essent ibi Judæi, atque apud Hispanos; & illic tamen ad honores & officia fuisse eos promotos, satis colligitur, & ex historiis, & ex Conciliis Gallicanis prævalente Christianismo habitis, quibus æque atque in Conciliis Toletanis Judæi à magistratu & honoribus publicis arceantur. Jam vero cum tot indiciis & monumentis antiquis constet Aeram istam non ab uno, aut paucis, sed vero palam ab omnibus fuisse receptam & approbatam Hispanis, istud vero fieri non potuerit sine

communi magiſtratus ſuffragio, non eſt ut dubitemus, quin Aera iſta pſeudomeſſiæ Judaici, Herodis nempe, pro vero Chriſti anno à Judæis magiſtratum gerentibus fuerit obtruſa. Et quidem tuto hoc illis licuit inter Alanos, Suevos & Vandalos; nam certe illo ipſo anno, quo ab his barbaris occupata fuit Hiſpania, per Aeras primum numerari cœptum fuiſſe, aut ſaltem vocem hanc Judaicam tunc primum innotuiſſe Chriſtianis ex eo conficitur, quod ab Idatio ad annum prædictum anni Conſulares Aera permutentur, nec quiſpiam Idatio antiquior vocis hujus meminerit. Non eſt autem ut quiſquam miretur ſub Imperatoribus paganis Judæos in Hiſpania magiſtratus munere eſſe functos, & in Chriſtianos & quoſcunque alios, qui non eſſent cives Romani, jus vitæ & necis exercuiſſe, cum & in Syria, & apud Arabes & alias Aſiaticas gentes, idem illis licuiſſe crebra doceant exempla. In Syria plures fuiſſe urbes quæ Judæis tantum uterentur rectoribus, patet ex Epiphanio, ubi agit de Joſepho, qui ex Judæo factus Chriſtianus, cujuſque eſſe videtur Ὑπομνηστικόν, quod in multis reperitur Bibliothecis. In iſtis Syriæ urbibus Chriſtiani pro magiſtratibus Judæis publice etiam preces fundere jubebantur, obſervatuſque is mos ſub Imperatoribus quoque Chriſtianis. Sed & in Babylonica captivitate idem juris olim fuiſſe Judæis, docet hiſtoria Suſannæ. Nec quemquam id mirari debere monet Origenes in Epiſtola ad Africanum, cum Ethnarchæ Judæorum ſuo quoque tempore parem exercerent autoritatem.

Tillem. VII. in S. Joseph, p. 299. Je ne sçay ce que c'est que cet ouvrage ni sur quel fondement on peut attribuer un ecrit à un homme dont on n'en a point d'autre, & qui ne paroist point avoir esté de profession à ecrire.

CAP.

CAP. IV.

De Oraculis Sibyllinis, quando & à quibus fuere conſcripta.

DE Herode & Herodianorum ſecta fuſius aliquanto diximus, ut liquidius conſtaret, tantam de futuro rege fuiſſe Judæorum expectationem, etiam pluribus antequam ille adveniret annis, ut impium tyrannum pro vero maluerint agnoſcere Meſſia, potius quam de veritate ſacrarum dubitare prædictionum. Attamen licet ille rumor ſub Herode multum increbuerit, altius tamen aliquanto eſt repetendus, ab eo nempe tempore quo Hieroſolyma occupavit Pompeius, quinquaginta novem annis ante natum Chriſtum, completa exacte ſexageſima ſecunda Danielis hebdomade. Argumentum clariſſimum quo id confici poſſit, exinde habemus, quod jam tum in vulgus ſpargi cœperint carmina ſub Sibyllarum nomine à diverſis toto orbe diſperſis conſcripta Judæis, quibus adventus magni regis contineretur; cui, licet ſine pompa & militibus eſſet adfuturus, totus nihilominus eſſet ſubjiciendus terrarum orbis. Illo ipſo enim anno quo capta à Pompeio fuere Hieroſolyma, prodiit Sibyllinum iſtud oraculum, *Regem populo Romano naturam parturire.* Quanti momenti viſum ſit gentibus hoc oraculum, vel inde colligas, quod Suetonius in Auguſto ſcribat; *Senatum exterritum cenſuiſſe, nequis illo anno genitus educaretur; eos qui gravidas uxores haberent, quod ad ſe quiſque ſpem traheret, curaſſe ne Senatus conſultum ad ærarium deferretur.*

Eodem anno idem hoc oraculum excitavit P. Cornelium Lentulum, qui illud ad ſe pertrahere conatus eſt, ut teſtantur non Appianus modo & Plutarchus, ſed & Salu-

ſtius

ſtius & Cicero III Catilinaria, cum alibi, tum quoque his verbis; *Lentulum autem ſibi confirmaſſe ex fatis Sibyllinis aruſpicumque reſponſis, ſe eſſe tertium illum Cornelium, ad quem regnum hujus urbis atque imperium pervenire eſſet neceſſe. Cinnam ante ſe & Sullam fuiſſe, eundemque dixiſſe fatalem hunc eſſe annum ad interitum hujus urbis atque imperii, qui eſſet decimus annus poſt virginum abſolutionem, poſt Capitolii autem incenſionem viceſimus.* Recte addit *aruſpicumque reſponſis:* in fatalibus quippe Sibyllinis ſcripti id tantum continebatur, ſi quando Ægyptus Romanis pareret, tum adventurum magnum regem, tumque tres futuros qui Romanam affligerent & perderent Rempublicam. Iſtos vero tres fore Cornelios,, id ex aruſpicum veriſimile eſt acceſſiſſe interpretamento. Verſus vero Sibyllini, quibus hæc continebantur, ſunt illi ipſi, qui etiamnum hodie occurrunt, circa finem libri ſecundi,

Αὐτὰρ ἐπεὶ Ῥώμης τε καὶ Αἰγύπτου βασιλεία
Εἰς ἓν δὴ θλώσουσι, τότε δὴ βασιλεία μεγίστη
Αθανάτου βασιλῆος ἐπ᾽ ἀνθρώποισι φανεῖται
Ἥξει δ᾽ ἁγνὸς ἄναξ πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσων
Εἰς αἰῶνας πάντας ἐπειγομένοιο χρόνοιο.
Καὶ τότε Λατίνων ἀπαραίτητος χόλος ἀνδρῶν,
Τρεῖς Ῥώμην οἰκτρῇ μοίρῃ καταδηλήσονται.

Vide quoque ſequentia. Aptius vero hæc intelligas de triumviratu Auguſti, Lepidi, & Antonii. Sed vero cum ex iis quæ diximus, manifeſte pateat verſus iſtos fatidicos jam exſtitiſſe totis viginti annis ante triumviratum, ſi quis credere nolit hæc futura potuiſſe præſciri à ſcriptoribus Sibyllinorum, per me licet ut credat, quemadmodum ante Cornelius Lentulus, ita quoque hujus exemplo iſtos triumviros ad invadendam Rempublicam inſtigatos fuiſſe verſibus illis Sibyllinis, quorum tanta apud Romanos eſſet auctoritas. Nec ſucceſſu caruit tam ſpecioſus prætextus,

textus,

textus, cum & tres ſimul oppreſſerint Rempublicam, idque tempore magis opportuno, capta jam quodammodo à Cæſare Ægypto. Quid autem moverit Ægyptios & Alexandrinos Judæos, ut regis magni adventum minentur, ſi quando faſces Romani Ægyptum & Alexandriam intrent; ejus rei cauſam infra explicabimus. Per virginum abſolutionem intellige Fabiam Veſtalem, de qua vide Aſconium Pedianum. Quare vero decimum & viceſimum annos vocet fatales mox dicemus.

Aptatum deinceps hoc oraculum Ptolemæo Auletæ, quem cum Romani regno vellent reſtituere, repoſuerunt Alexandrini ſacerdotes, reducendum regem eſſe ex voluntate Sibyllæ ſine pompa & multitudine, ut eſt apud Ciceronem lib. 1. Epiſt. ad Lentulum. Vide quoque Dionem.

De Cæſare intelligendum eſſe hoc vaticinium multi poſtea credidere, uti docet Cicero, cum alibi, tum quoque libris de Divinatione editis ſtatim poſt mortem Cæſaris: *Sibyllæ verſus obſervamus, quos illa furens fudiſſe dicitur, quorum interpres nuper falſa quædam hominum fama dicturus in Senatu putabatur, cum quem revera regem habebamus appellandum quoque eſſe regem, ſi ſalvi eſſe velimus.* Vide quoque ſequentia, ubi ex eo, quod verſus illi crebras continerent acroſtichidas, evincere conatur, eos non inſpiratione divina, ſed vero adhibita cura fuiſſe compoſitos: quod ipſum eodem tempore Ciceronis æqualis ſcripſerat quoque Varro in libris rerum divinarum, negans acroſtichidas iſtas eſſe Sibyllinas, uti conſtat ex Dionyſio Halicarnaſſeo lib. 4. Pergit dein Cicero & concludit; *Cum antiſtitibus agamus, & quidvis potius ex illis libris, quam regem proferant: quem Romæ poſthac nec dii, nec homines eſſe patientur.* Huc quoque facit L. Cottæ xv viri ſententia apud Suetonium; *Quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos niſi à rege non poſſe vinci. Cæſar rex appellaretur.*

Ad

Ad Auguſtum deinceps relatum idem oraculum. Cum enim eodem anno quo à Pompeio capta fuere Hieroſolyma editum, ut diximus, fuerit oraculum, Naturam orbi regem parturire, paucisque poſtea menſibus natus fuerit Auguſtus Cæſar; ecquis dubitet aut neget, aſtrologos juſtam ſatis habuiſſe cauſam, ut quod de Chriſto intelligendum eſſet, poſtmodum Auguſto rerum potienti attribueretur vaticinium?

Satis itaque clarum, id quod toto orbe ſparſum erat oraculum de naſcituro è Judæis rege, qui univerſi orbis frueretur imperio, admodum fuiſſe vetuſtum, utpote è ſacris ſacerdotum literis depromtum, ut Suetonius & Tacitus teſtantur. Fruſtra aliquis in illis, quæ Sullanis temporibus una cum Capitolio conſumta fuere Sibyllinis ſcriptis, iſtiuſmodi quærat oracula. Si quis ea quæ ſuperſunt priorum Sibyllarum excutiat loca, longe alterius inveniet ea fuiſſe generis, & quidvis potius quam regis alicujus prænuntiaſſe adventum: ut manifeſtum ſit non potuiſſe hæc ab aliis, quam à Judæis vulgari, qui ſub nomine fatidicarum mulierum, & quarum apud gentes magna eſſet auctoritas, ea in lucem edidere, quæ ipſi è prophetarum ſuorum hauſiſſent oraculis. Nec ſucceſſus horum defuit vaticiniis, & quidem tantus, ut cæterarum gentium protinus ceſſarint oracula. Quippe cum alia plurimum inter ſe diſcreparent, & qui illa dictarent, non fallarent tantum, ſed & fallerentur; ſoli Judæi unum omnes clamabant, prædicentes adventum regis ſervatoris orbis, & cujus imperium in omnes eſſet futurum gentes. Etiam illi qui vaticinia ridebant, cum viderent tot millium hominum in illis quæ edocti eſſent à ſuis prophetis unanimem conſenſum; non poterant non exiſtimare aliquid ſubeſſe arcani & tamen divini, quo mentes ad tantam compellerentur concordiam, ac ſi uno ſpiritu, eodem numine, & iiſdem ſenſibus omnes inſpirarentur.

Quod

Quod ſiquis ſcire deſideret, qualia præcipue ea fuerint, quæ in iſtius temporis Sibyllinis vulgarentur; adeat is ſacros libros, & ſciat quæcunque ibi de Servatore noſtro occurrunt oracula, ſimilia quoque illis contenta fuiſſe carminibus, finem regni Judaici, deſolationem templi, everſionem religionis gentilium, inſtaurationem templi ſed ſpiritalis, conſummationem & conflagrationem mundi, partum inſuper viginis, novam progeniem cœlo delapſam, abolitionem peccatorum primi parentis, aliaque qualia in quarta Eccloga canit Virgilius, ſecutus oracula quæ ſub nomine Cumææ vatis iſto paſſim legebantur tempore.

Satis vero mirari nequeo, quid impulerit noſtri & ſuperioris ſeculi eruditos, ut verſus iſtos Virgilianos alieniſſimis ſenſibus interpolare, & tam præclara religionis Chriſtianæ argumenta eludere fuerint conati. Quid quæſo Sari Babylonici ad rem faciunt, aut quis veterum dixit, aut ſomniavit annum magnum Ægyptiacum impletum fuiſſe, cum iſta ſcriberet Virgilius, qui ne nunc quidem impletus eſt? Percurrantur omnia aſtrologorum & chronogolorum monumenta, nihil uſquam occurret, quo tam futile poſſit adſtrui commentum. Profecto ſi vel temporum colligamus momenta, manifeſte cognoſcemus, non potuiſſe aliunde illa haurire Virgilium. quam ex Judæorum oraculis, quæ illo ipſo, ut diximus, tempore ſub nomine Sibyllæ Cumææ præcipue vulgabantur. Scripſit quippe Virgilius iſtam Ecclogam circa initia Herodis magni, Olympiadis CLXXXV anno ſecundo, quo nempe Aſinio Pollioni natus fuit filius Saloninus, cui iſtos Sibyllæ verſus aptare fuit conatus. Sed operæ pretium fuerit ipſam Sibyllam per os Virgilii loquentem audire.

Cap. V.

Imterpretatio IV *Ecclogæ Virgilii.*

Cum itaque hac Sibylla inſpirante ſcribat Virgilius, adeſſe ultimam ætatem, renovationem priſci ſeculi, & quæ ſequuntur; quis in his verbis conſtantem veterum Judæorum non agnoſcat ſententiam, unanimiter è Sacris libris credentium, poſtrema mundi ætate adventurum Chriſtum, & inſtauraturum omnia, prodíturum è virgine, redempturum ſanguine ſuo peccata mortalium, & virtute patris ſui recturum orbem univerſum? Licet autem hæc ipſa quoque occurrant in iis quæ hoc tempore ſuperſunt Sibyllinis; quia tamen illa admodum confuſa, & paſſim interpolata vulgo leguntur, ut poſtea palam fiet; nec in iis ætates per metalla diſtinguantur, nec item eadem ratione & ordine, atque in verſibus olim Cumææ attributis Sibyllæ, ſecula procedant; neceſſum eſt & pauca nonnulla quæ de vatis Cumææ libris explorata habemus, & quibus cognitis clareſcat mens Virgilii, in medium proferamus.

In verſibus itaque quæ Cumææ olim adſcribebantur Sibyllæ, tota mundi ætas non in quatuor, ut apud Heſiodum & Ovidium, ſed in decem diſtribuebatur partes, quæ & ipſæ ætates appellabantur. Iſtæ autem ætates per metalla fuere diſtinctæ. Cum vero vulgo placuerit ſeptem eſſe planetas, unicuique ſuam attribuentes metallum, ſeptem quoque finxere metalla. Nec eſt hoc recens Chemicorum commentum: veteribus quippe Judæis & Ægyptiis idem placuiſſe, non tantum ex hoc Sibyllæ, ſed & multorum aliorum conſtat teſtimoniis, quibus addi poſſit locus iſte ex antiquo Pindari Scholiaſte ad Od.V. Iſthm, Ἑκάστῳ δὲ

τῶν

τῶν ἀστέρων ὕλη τὶς ἀνάκειται. Ἡλίῳ μὲν ὁ χρυσός. Σελήνῃ δ', ὁ ἄργυρος. Ἄρει, σίδηρος. Κρόνῳ, μόλυβδος. Διΐ, ἤλεκτρος. Ἑρμῇ, κασσίτερος. Ἀφροδίτῃ, χαλκός.

Prima itaque mundi ætas apud Sibyllam, dicta aurea, Soli fuit attributa. Secunda argentea, quæ Lunæ. Tertia ab electro, quatenus pro metallo accipitur, denominata Jovi sacra; & sic porro, ita ut Marti ferrum, Veneri æs Mercurio stannum, Saturno vero plumbum adsignaretur.

Sed cum non septem, sed decem ætates descripserit Sibylla, quæri potest quo nomine octava & nona ætas fuerint signatæ. Quamvis ergo, ut nunc, ita quoque olim multis placuerit plura quam septem esse metalla, & propterea aliquis existimare possit, etiam octavæ & nonæ ætati aliquod fuisse attributum metallum, ego tamen, ut aliter sentiam, inducor his præcipue Juvenalis versibus Sat. 13.

Nona ætas agitur, pejoraque secula ferri
Temporibus, quorum sceleri non invenit ipsa
Nomen, & à nullo posuit Natura metallo.

Vulgo hæc non recte exponuntur, cum nullum dubium sit quin poeta hoc loco Cumæam secutus sit vatem, quæ nonam ætatem, nullo signatam metallo, descripserat velut omnium ætatum teterrimam: ut contra decimam ætatem veluti omnium optimam, utpote qua futura esset ἀποκατάστασις per Christum. Sed Juvenalis, cum istam ἀποκατάστασιν non admitteret, scribit nonam etiamnum fluere ætatem. Patet itaque in libris Cumææ Sibyllæ ἀνεπίγραφον & sine titulo fuisse octavam & nonam ætatem, aut si id non sit, verisimile est ab octava sphæra octavæ ætati, à tellure vero cognomen additum fuisse nonæ, cum constet aliquot Pythagoreos, eosque secutum Philonem Judæum, istoc ordine cœli digessisse regiones.

Absoluta hac periodo denuo fit aureum seculum, & denuo regnat Apollo seu Sol. Hinc est quod denarium numerum

merum Pythogarici & complures ex veteribus Apollinem ſeu Solem, & item Αἰῶνα ſeu integrum appellarint ævum, utpote quo fiat reſtitutio prioris ſeculi. Clarum eſt itaque quare Virgilius dixerit; *Ultima Cumæi venit jam carminis ætas*, & ſubjciat; *Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.* Recte itaque Servius *Cumæi* interpretatur *Sibyllini, à Sibylla quæ Cumana fuit, & ſecula per metalla diviſit. Dixit etiam quis quo ſeculo imperaret: & Solem ultimum, id eſt decimum voluit. Novimus autem eundem eſſe Apollinem; unde dicit* tuus jam regnat Apollo. *Dixit etiam, finitis omnibus ſeculis rurſus eadem renovari: quam rem etiam Philoſophi hac diſputatione colligunt, dicentes completo magno anno omnia ſidera in ortus ſuos redire, & referri rurſus eodem motu. Quod ſi idem ſiderum motus, neceſſe eſt ut omnia quæ fuerunt, habeant iterationem.*

Patet itaque quare Sibylla Chriſtianos futuros vocarit gentem auream, utpote qui decima ætate aurea, veluti Solis, ſint prodituri. Nonnulli tamen verbis Sibyllæ inhærentes, quæ & Virgilius expreſſit, cum dicit, *Jam nova progenies cœlo demittitur alto*, ita hæc ſunt interpretati, ac ſi è throno Dei, id eſt ex Sole proditurus eſſet Chriſtus. Hæc nempe vetus Judæorum opinio profluxit ex eo quod in Pſalmis legitur; *In Sole poſſuit tabernaculum ſuum.* Verſus autem Sibyllini, quibus hoc adſtruitur, exſtant apud Lactantium, & occurrunt quoque in illis quæ ſuperſunt Sibyllinis. Sunt vero iſti;

> Καὶ τότ' ἀπ' ἠελίοιο Θεὸς πέμψει βασιλῆα
> Ὃς πᾶσαν γαῖαν παύσει πολέμοιο κακοῖο.

Sic quoque complures olim ſenſiſſe Gnoſticos, colligo ex Theodoti excerptis apud Clementem Alexandrinum; Ἐν τῷ Ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ· ἔνιοι μὲν οὖν φασὶ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἐν τῷ ἡλίῳ αὐτὸν ἀποτίθεσθαι, ὡς Ἑρμογένης· σῶμα δὲ λέγουσιν,

οἱ

οἱ μὲν τὸ σκῆνος αὐτοῦ· οἱ δὲ τὴν τῶν πιστῶν ἐκκλησίαν. Nec dubitandum quin Hermogenes & Gnoſtici opinionem iſtam de ſtatione Chriſti & Chriſtianorum in ſole è Sibyllinis oraculis ad ſuam tranſtulerint ſectam. Non ſolos autem Gnoſticos, ſed & complures olim Judæos, & præcipue Eſſenos, eorumque progeniem Sampſæos, ſolem tanquam Dei ſtationem coluiſſe, ſatis docet mos Eſſenorum antiquus ſcrobem effodientium & eundem poſtea replentium, ſi quando alvum, eſſent egeſturi, ne lucem & radios Dei è ſole progredientes inquinarent, ὡς μὴ τὰς αὐγὰς ὑβρείζοιεν τοῦ Θεοῦ. Nugas agunt qui verba Joſephi, vel corrigere, vel aliter interpretari conantur. Ipſe Joſephus Lib. v. Cap. xx. de Bello Jud. cum deſcribit crudelitatem eorum, qui ſepeliendorum cadaverum facultatem impedirent, ſimiliter loquitur; καθάπερ συνθήκας πεποιημένοι τοῖς τῆς πατρίδος συγκαταλῦσαι καὶ τοὺς τῆς φύσεος νόμους, ἅμα τε τοῖς εἰς ἀνθρώπους ἀδικήμασι, συμμιᾶναι καὶ τὸ θεῖον, ὑφ᾽ ἡλίῳ τοὺς νεκροὺς μυδῶντας ἀπέλειπον. Eadem prorſus habet vetuſtiſſimus ſcriptor Judæus, cujus gnomæ ſub Phocylidis leguntur nomine.

Sequitur deinceps apud Virgilium, *Jam redit & virgo*, quod de Aſtrea interpretantur. Demus ſic intellexiſſe Virgilium, at certe non ſic ſenſit Cumæa vates, ſeu potius Judeus ille qui ſub hujus nomine carmina iſtæc edidit. Ecquis dubitet illum locutum de futuro ſigno, quod Deus apud Eſaiam Cap. VII. promittit, cum dicit parituram virginem? Eſto itaque ut de Aſtrea, ſeu Pudicitia Dea, hæc acceperint Ethnici, & ipſe quoque Virgilius, qui tamen ſuam hoc loco non expreſſit ſententiam; hæſitaſſe tamen eos in vocabuli hujus acceptione, vel ex eo manifeſtum, quod P. Cornelius Lentulus, ut ex ſupra memorato Ciceronis apparet loco, per Virginem in Sibyllinis expreſſam, intellexerit Fabiam Veſtalem, quæ inſimulata inceſtus, innocens fuit declarata, honori reſtituta, & pro virgine habita decennio antequam cum Catalina conſpiraret Lentulus. Decennium

cennium vero ideo dixit, quod in Sibyllinis omnia tam bona, quam mala facta, denario continerentur numero, utpote fatali, quamobrem & Pythagoricos constat τὰν δεκάδα seu denarium appellasse fatum seu εἱμαρμένην. Eadem ratione dicebatur quoque fatalis annus vicesimus, velut ex duobus compositus denariis. Certum est autem combustionem Capitolii, quæ contingit anno urbis DCLXXI, præcessisse annis viginti conspirationem Catilinariam.

Jam vero cum dicit Virgilius, *Et incipient magni procedere menses*, & hæc quoque vulgo male interpretantur, nec melius Asconiusqui de Quintili & Sextili mensibus hæc accipit. Ut cætera, ita quoq; & hoc ex Cumæa desumptum est Sibylla. Ejus enim liber decem continebat ætates, quæ à prima creatione, usque ad tempus Christi numerabantur. Per decem vero ætates intellige decem annos magnos, sed non ea ratione qua apud Astronomos & gentiles, sed quemadmodum apud Judæos, quibus annus magnus continebat spatium annorum sexcentorum. Docet hoc Josephus libro primo ubi de longa primorum hominum agit ætate. Causa hujus anni ex Jubileis petenda, quorum duodecim unum magnum constituebant annum. Singuli itaque Jubilei, singulos repræsentabant anni magni menses, utpote qui singuli Jubileum, seu quinquaginta continerent annos. Explodendi enim sunt qui invito Moyse & omnibus antiquis Judæis XLIX tantum Jubileis assignant annos. Unitas enim, ut sæpe, complementi & perfectionis numeri gratia addebatur, ut infra quoque dicemus. Nec officit quod hac ratione duo Sabbatici anni continenter sibi succedant. Ut enim in aliis Sabbaticis annis ad tertium, ita in Jubileis ad quartum annum sufficiebant fructus. Decem itaque ætates, seu anni magni, sex conficiunt annorum millia. Omnes vero antiquos Judæos adventum Christi retulisse vel ad medium, vel ad finem sexti millenarii, abunde, nisi fallor, alibi ostendimus.

Ægyptiis porro & Judæis ſymbolum hujus magni anni erat Phœnix avis, cujus propterea vita ad annos debeat patere ſexcentos. Sed tamen plerique fere non niſi quingentorum annorum vitam huic adſignarunt. Ideo id credo factum, quod in menſura anni magni, qui ex Jubileis conſtaret, non eadem omnes ſenſerint, aliis tribuentibus huic Jubileos duodecim, qui eſſent inſtar duodecim menſium; aliis terminantibus hunc annum Jubileis decem, velut perfectiori numero, nulla habita mentium ratione. Sed nec defuere qui annos mille vitam hujus alitis patere dixerunt. Nempe qui ſpatium à creatione ad Chriſtum, non in decem, ut Sibylla Cumæa, ſed in ſex diviſere ætates, illi mille annos unicuique tribuebant ætati. Hoc maxime Chriſtianis placuit, qui quod Chriſtum ſexta ætate adveniſſe ſtatuerent, ideo etiam per ſenarium numerum ſolebant Chriſtum exprimere. Porro quamvis quingentos annos Phœnici tribuat Ælianus Lib. VI. Cap. LVIII, tamen de hoc ſpatio non conveniſſe inter ſacerdotes Heliopolitanos, qui omnibus fere ſeculis majori ex parte fuere Judæi, & à quibus omnem ſuam religionem hauſerunt Ægyptii, ſatis manifeſtum fiet ſiquis perpendat ejus verba, utpote qui ſcribat, graves de adventus tempore interceſſiſſe rixas, aliis jam adeſſe, aliis exſpectandum etiamnum eſſe contendentibus, donec avis illa adventu ſuo finem magno imponat anno. Chæremon Ægyptius, qui de antiquis Ægyptiorum Hieroglyphicis ſcripſit, ſex vel ſeptem annorum millibus vivere Phœnicem putabat, totam videlicet cupiens intelligi mundi ætatem. Ex his ſatis fit clarum Phœnicis fabellam excogitatam & admiſſam fuiſſe ad deſignandum αἰῶνος ſeu ævi durationem. Quandoquidem vero vox ævi varie accipitur; nam ſi referatur ad vitam hominum qui diluvio fuere priores, mille contineat annos; ſi ad illos qui ſtatim poſt diluvium vixere, quingentos vel ſexcentos; ſi vero non hominum, ſed ætatis mundi habeatur ratio, complura comprehendat annorum millia; hinc

hinc omnino factum existimo, ut tam diverse de voce αἰῶνος, de vita Phœnicis, & de duratione magni anni apud Ægyptios & Judæos prodierint sententiæ. Sed & hoc quoque palam fit, annum magnum Judaicum, qui ex Jubileis conficitur, nihilo magis è revolutionibus aut compositis siderum periodis, quam ipsosmet pendere Jubileos. A Sabbathi cultu profluxit annus Sabbaticus, ab illo Jubileus, à Jubileo minore Jubileus major sive annus magnus. Annorum Sabbathicorum & Jubileorum qui à Moyse usque ad Christum & eversa Hierosolyma computant numerum, & suis inserunt Chronologiis, illi & se, & alios decipiunt. Jubilei in sacris libris nusquam mentio, nisi in lege Moysis. Tempore pacis & cum sui juris essent Israelitæ, celebratos ab iis fuisse Jubileos libenter credo. Sed vero credere servitutis & captivitatis temporibus id ipsum quoque fuisse factum, illud omnino absurdissimum. Tantum abest ut certus Jubileorum numerus hoc tempore possit haberi, ut ne olim quidem ullus exstiterit Judæus, cui id notum fuerit. Si enim continua & non interrupta Festi hujus permansisset observatio, plana esset tota Chronologia, & cessarent omnes controversiæ, nec hæsitasset Philo de tempore quod Moysis & suam intercessit ætatem, Quapropter miror virum magnum in libro de Emendatione temporum, cum prius rectam instititisset viam, postea mutasse sententiam, & tot aliis errandi dedisse occasionem.

Cap.

CAP. VI.

De prohibitione librorum Sibyllinorum.

EX iis quæ hactenus diximus ſatis eſt manifeſtum, quam late toto orbe ſparſa fuerit fama de adventu magni regis, etiam antequam Chriſtus naſceretur; quamque varie exceptus fuerit hic rumor, faventibus quidem multis, tantique ſucceſſionem regni ad ſe pertinere ſperantibus: ſecus vero affectis pluribus, quibus nempe, ut ex iis quæ adduximus Ciceronis patet verbis, nihil æque in Sibyllinis ac regis diſplicebat nomen. Hoc ſolum poterat ſufficere ut privatis quibuſvis hominibus lectio Sibyllinorum interdiceretur. Nam certe inſtinctu malorum dæmonum, Herodis, ut opinor, cujus maxima apud Romanos erat auctoritas, pœnam capitis fuiſſe conſtitutam, ſiquis legeret libros Hyſtaſpis, Sibyllæ & Prophetarum, clariſſimis verbis teſtatur Juſtinus in Apologia ſecunda. Scio quidem virum doctum in exercitationibus Eccleſiaſticis conatum fuiſſe hæc eludere: ſed multum fallitur, cum iſta de iis accipienda eſſe putat Sibyllinis, quibus jam à Tarquinii regis temporibus utebantur Romani. Illa enim combuſta fuere ducentis & triginta plus minus annis antequam hæc ſcriberet Juſtinus. Sed vero quæ ſucceſſere Erythris allata Sibyllina, illa eſſe de quibus Juſtinus loquitur, manifeſtum ex eo, quod & Hyſtaſpis & Prophetarum ſimul memorentur vaticinia, quæ quod ſimiliter regem Judæum Romanis minarentur, multo etiam magis quam priora prohibita fuere Sibyllina.

Sed neque idem, neque alii complures poſt illum viri docti recte interpretati ſunt verba Aureliani Cæſaris apud Vopiſcum, quibus hortatur patres conſcriptos ut inſpici-

ant libros Sibyllinos, & cunctantes ita alloquitur; *Miror vos Patres sancti tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris, perinde quasi in Christianorum ecclesia, non in templo deorum omnium, tractaretis.* Ita hæc accipiunt, tanquam si Christianis execrationi fuissent libri Sibyllini, quod nemo unquam Christianorum vel dixit vel cogitavit: quin potius cum gentilibus disputantes, semper provocabant ad Sibyllas, & ad earum remittebant libros, ut ex Justino, Clemente, Tertulliano, Lactantio, imo omnibus patet. Est quidem verum Aureliani tempore fuisse quoque Sibyllinos aliquos libros, qui gentilium ritibus & ceremoniis faverent, uti postea dicemus: verum illi nullo omnino in pretio erant Christianis. Quod si de illis solis Aureliani verba accipienda esse existimemus, jam dubia & frigida fiet sententia, quæ alias, si recte verba interpretemur, sensum exhibet clarissimum. Exprobrat patribus quod cum ipsis licitum sit consulere libros Sibyllinos, adeo tamen cunctanter id faciant, ac si non in templo deorum omnium, sed vero in aliqua Christianorum versarentur ecclesia, ubi capitale esset libros legere Sibyllinos. Legebant quidem illos Christiani, sed clam & in occultò, non autem palam & in ecclesiis.

Sed neque recte ab iisdem Alexandrinus Clemens reprehenditur, cum scribit Apostolum Paulum remisisse ad Sibyllas & Hystaspis vaticinia, & commendasse eorum lectionem. Frustra quærunt ubinam hoc dixerit Paulus, ac si nihil dixisset aut scripsisset Apostolus, nisi qnod indoctis placeat. Sufficiat nobis affirmasse hoc Clementem, virum sanctum, & cum multis Apostolicis viris conversatum, ut non uno loco ipse de se testatur. Instant tamen, & credulitatem Patrum ad simplicitatem usque traducunt; ipsi potius traducendi, quod suam incredulitatem ex inscitia ortam prudentiæ & judicii loco obtrudere conentur. Sed neque quidquam proficiunt exinde, quod libri isti Apocryphis fuere annumerati. Ut

vero

vero quanti hoc argumentum faciendum ſit cognoſcamus, operæ pretium fuerit de hoc vocabulo & ſcriptoribus apocryphis nonnulla ſubjungere.

CAP. VII.

De libris apocryphis.

ANtequam in Græcum ſermonem à LXX interpretibus converterentur libri ſacri, omnes erant apocryphi, utpote ad quos ſolis Levitis & ſacerdotibus pateret aditus. Et ipſum vocabulum & frequens ejus uſus, apud quoſcunque etiam Græcos, ſatis manifeſte oſtendit, non de aliis id acceptum fuiſſe libris, quam vel de raris & non paſſim obviis, vel de iis, qui in archivis & ſacris recondebantur armariis, & ad quos ſolis, ut diximus, daretur acceſſus ſacerdotibus. Tales ſemper fuere Sibyllini, quorum cuſtodia XV viris erat commiſſa, tales Tuſcorum haruſpicum libri reconditi, quorum tam crebra paſſim fit mentio: tales Tyriorum & Ægyptiorum annales ſacri, qui *ἀνακεχωρηκότες βίβλοι* & *ἀπόκρυφοι* paſſim appellantur. Suidas cum dicit Epaphroditum Grammaticum triginta millia *ἀνακεχωρηκότων βίβλων* poſſediſſe, interpretatur *ἀποκρύφων*. Atque hæc vera hujus vocis ſignificatio, neque ullum vetuſtum invenias ſcriptorem, cui *ἀπόκρυφος* non fuerit idem quod *κρύφιος*, ita ut libri apocryphi idem fuerint qui arcani, inacceſſi, ſacri, & quibus merito credatur. Videmus nunc qua ratione factum ſit ut vocabulum hoc apud Chriſtianos aliam & priori quodammodo contrariam acceperit ſignificationem, cum ſcilicet apocryphi pro ſpuriis, aut ſaltem dubiæ fidei, accipiuntur libris. Ego ne dubitandum quidem exiſtimo, quin ſiniſtra vocis hujus acceptio à Judæis propagata ſit

 ad

ad Christianos. Antequam enim essent Christiani, in recta significatione vox hæc ab ipsis quoque usurpata fuit Judæis. Quomodo autem immutata fuerit significatio, jam dicam. Totis quinquaginta & pluribus annis antequam nasceretur Messias, suis de Messia Vaticiniis universum Judæi terrarum compleverant orbem. Personabat ubique versus ille;

Ἥξει δ' ἁγνὸς ἄναξ πάσης γῆς σκῆπτρα κρατήσων.

Perstitere in hac spe & exspectatione quamdiu rex Messias non advenisset. Postquam autem ille venit, & non agnoverunt eum, aversisque tandem Hierosolymis spes alius Messiæ paulatim cœpit evanescere, numerusque in verum credentium Messiam indies augeri; fieri aliter non potuit, quin pudore & pœnitentia prioris à se sparsi rumoris affecti fuerint maxima, adeoque quidem ut & ipsi quoque, quod eos frustratus esset, maledixerint Messiæ. Tum itaque cœperunt odiosi illis esse Sibyllini, Hystaspis, aliique à majoribus suis paulo ante conscripti libri, utpote adventum Christi clarius significantes quam à veteribus factum esset prophetis. Tum quoque execrationi esse cœpit versio LXX interpretum, è qua tanquam è seminario omnes isti novi prophetæ quasi totidem Messiæ prodiissent precursores. In hujus itaque versionis perniciem cœperunt δευτερώσειν & novas condere versiones, eo nempe consilio, ut quem jampridem ex suis animis, eundem quoque è sacris exterminarent regem literis. Quamvis autem non successerit hic conatus, fecere tamen quod potuerunt, & adeo quidem, ut sive Hebræa exemplaria, sive Græcam spectes versionem, nulla gravior libros sacros adflixerit labes, quam quæ à Judæis istis sit illata temporibus. Denique nequid impietati in Christum deesset, cum publico cautum esset edicto, nequis legeret Sibyllinos aliosque fatidicos libros continentes adventum regis, jam sibi magis quam Romanis odiosi,

libenter decreto Senatus paruere, anathemate etiam proſcribentes, ſiqui inter Judæos iſtos aut haberent aut conſulerent libros; & hac ratione qui antea palam & religioſe ab illis legebantur libri, facti ſunt apocryphi, veluti interdicti, & à nemine legendi. Tum quoque factum ut arctiori quam antea ſepe libri ſacri conſtringerentur, omneſque qui Hebraice non exſtarent, à reliquis ſeparati & pro apocryphis fuerint habiti, detorta à vero ſignificatu vocis natura. Quippe cum antea libri ſacri, aut etiam quilibet ad quos non pateret omnibus aditus, apocryphi dicerentur, illi in ſequiorem ſenſum accepere hoc vocabulum, tanquam ſi ideo non eſſent adeundi, quod ſpurii & dubiæ eſſent fidei. Satis ex his patet quam alieno ſenſu & è veteribus Chriſtianis complures, & noſtræ ætatis fere plerique vocem apocryphorum accipiant, cum adulterinos & exigui momenti libros iſtoc ſignant titulo. Haud ſane parum utilitatis Chriſtianæ accederet religioni, ſi etiamnum ſupereſſent ſcripta illa apocrypha, quæ veteris Teſtamenti olim conjungebantur libris, cum & approbata fuerint à Judæis antequam eſſent Chriſtiani, & lecta in primitiva Eccleſia, & commendata à Paulo & Apoſtolis, qui & teſtimonia ex illis petita ſcriptis ſuis inſeruere. Apud Paulum quidem complura occurrunt loca ex illis deprompta, liber vero Enochi, citatur in Epiſtola Judæ. Scio quidem à multis rejici hoc nomine illam Judæ epiſtolam, ſed ſi hoc valeat argumentum, rejicienda quoque erit ſecunda S. Petri epiſtola, utpote in qua Cap. II. v. IV. legitur Deum in priſco qui ante diluvium fuit mundo non peperciſſe angelis peccantibus, ſed illos catenis tenebrarum coercitos in tartarum detruſiſſe, extremo reſervandos judicio, quod manifeſte ex eodem depromptum eſt Enochi libro. Integrum Enochi locum vide in Chronico Syncelli. Eadem hiſtoria, paribus fere ac Apoſtolus verbis, memoratur in Oraculis Sibyllinis Lib. I. ubi ſecundæ ante diluvium ætatis hominum lapſus deſcribitur.

Nec

Nec tamen propterea ſequitur librum hunc ipſo antiquiorem diluvio, ab Enocho fuiſſe conſcriptum. Abſit ut ſic ſentiamus; ſed vero ita omnino credimus, omnes iſtos quos diximus libros, vergentibus ad finem Danielis hebdomadis, à Judæis toto orbe diſperſis fuiſſe compoſitos, Deo impellente ipſorum mentes ad ſignificandum gentibus Chriſti adventum. Infinita itaque illi edidere volumina partim ſub Patriarcharum & Prophetarum ſuorum nominibus, quales fuere libri qui olim lecti fuere ſub nominibus Adami, Enochi, Abrahami, Moyſis, Eliæ, Eſaiæ & Jeremiæ; partim vero ſub nominibus illorum, quorum magna apud gentiles eſſet exiſtimatio, veluti Hyſtaſpis, Mercurii Triſmegiſti, Zoroaſtris, Sibyllarum, Orphei, Phocylidæ & complurium aliorum. Nec eſt quod quiſquam objiciat in iſtis libris multa quoque fuiſſe ſuperſtitioſa & magica, uti ex iſtis quæ paſſim ſuperſunt fragmentis facile poteſt colligi, ideoque minime eſſe veriſimile iſtiuſmodi homines clarius de adventu Chriſti fuiſſe locutos, quam veteres locuti ſint Prophetæ; nam id argumentum non eſſe ſatis ſolidum ex eo conſtat, quod & Balaamus magus & incantator toto oriente fuerit celeberrimus, qui tamen futura Chriſti myſteria adeo manifeſte prædixit, ut nullus propemodum Prophetarum tam aperte de iis ſit vaticinatus, uti recte monet Hieronymus in epiſtola ad Oceanum, Sed & illi Magi, qui Chriſtum puerum adoratum venerunt, cum ut ejuſdem regionis, ita quoque ejuſdem artis & profeſſionis fuerint ac Balaamus, Chaldæi nempe harioli, & Balaami, ut veriſimiliter Origenes prodit, ſucceſſores, cum conſtet ſucceſſionem Magorum diligentiſſime obſervatam fuiſſe; ecquis inquam neget eos clarius & manifeſtius quam quiſquam Prophetarum à Deo inſpiratos prævidiſſe diem, horam & locum nativitatis Domini noſtri, & beneficio ſtellæ à Balaamo prædictæ deductos Betlehemum primos fuiſſe qui Chriſtum regem Judæorum ſalutarint? Verum eſt itaque, id quod

quod viri docti in ſacris obſervarunt literis, ut nempe quanto propiores Chriſti temporibus fuere prophetæ, tanto clarius de eo ſint locuti; id ipſum præcipue locum habere in illis, qui vel attigerunt, vel proxime præceſſere tempus nativitatis Chriſti.

CAP. VIII.

De Hodiernis quæ ſuperſunt Sibyllinis.

QUæ ſub nomine Erythrææ ſeu Babylonicæ Sibyllæ olim à patribus Chriſtianis lecta fuere, & etiamnum ſuperſunt & leguntur oracula, longe à me abeſt ut omnia ea ejuſdem generis & auctoritatis eſſe exiſtimem, ac fuere ea de quibus hactenus ſumus locuti. In his quippe quæ Chriſti nativitatem præceſſere Sibyllinis, ea ſolum continebantur, quæ ex Prophetarum ſcriptis deprompta eſſent vaticinia. At vero in illis, quæ vulgo leguntur, eo quoque occurrunt, quæ non ab aliis, quam ab iis potuerunt conſcribi, qui centum & viginti demum annis Chriſto fuere poſteriores. Satis hoc inde colligitur, quod in iis nominatim memorentur Cæſares ad Adrianum uſque. Attamen cum in iis, ea quoque compareant, quæ manifeſte conſtat ſcripta fuiſſe etiam ante adventum Chriſti, uti in antedictis oſtendimus, libenter aſſentior Celſo affirmanti, compluribus in locis interpolatos eſſe à Chriſtianis Sibyllinos libros, quantumvis contradicat Origenes. Ipſum quoque hoc, etiam antequam Chriſtiani eſſent, credidit Varro in libris rerum divinarum, cum teſte Dionyſio Halicarnaſſeo verſibus Sibyllæ Erythrææ aſſutos eſſe ſcripſit verſus nonnullos, qui tamen facile noſcantur ex acroſtichidibus. Hujus ſententiam probaſſe videtur Cicero, cum acroſtichidas ex humano potius ſtudio, quam inſpiratione divina provenire

venire contendit, ut ſupra monuimus. Verum cum non à Sibyllis, ſed à Judæis Sibylliſtis iſta prodierint oracula, ceſſat iſta difficultas. Interim hoc habemus, ut Cumææ, ita quoque Erythrææ Sibyllæ carmina diu ante natum Chriſtum lecta & uſurpata fuiſſe à Græcis & Romanis. Sed operæ pretium fuerit oſtendere, quo pacto combuſtis Sibyllinis veteribus, quibus priſci utebantur Romani, Erythrææ & aliarum Sibyllarum carmina ſucceſſerint.

Bello Marſico anno urbis DCLXXI, ſeu Olympiadis CLXXIV anno ſecundo, Capitolium Romæ conflagraſſe conſtat è multis. Iſtoc incendio pleraque Sibyllina ſcripta, quibus jam à Tarquinii regis temporibus uſi eſſent Romani, abſumpta fuiſſe, teſtis certiſſimus eſt Varro apud Dionyſium Lib. IV. Poſt ſeptennium deinceps reſtituto Capitolio, anno nempe urbis DCLXXVIII Cn. Octavio & Scribonio Curione Coſs. cum fama eſſet crebra de Sibyllinis qui apud Erythræos in Aſia exſtarent, ex decreto Senatus miſſi ſunt ad illos inquirendos legati P. Gabinius, M. Otacilius, & L. Valerius Flaccus. Illos autem ex Erythris & ex aliis Aſiæ urbibus verſus circa mille collectos Romam deportaſſe ex Feneſtella docet Lactantius, addens deſcriptos fuiſſe à privatis, ceu potius idiotis, ut habet ex Varrone Dionyſius, Judæis videlicet indoctis & parum Græce gnaris. Judæos autem magno iſtoc tempore numero habitaſſe in pleriſque fere Aſiæ urbibus, patet ex beneficiis in Judæos à Populo Romano collatis, quorum exempla ex Joſepho alias dabimus. Neſcio enim qua ratione factum ſit, ut pleraque illa decreta abſint ab editis Joſephi exemplaribus, cum & in ſcriptis libris & in verſione extent antiqua, licet admodum mutila.

Decretū Halicarnassēsiū quo Judæis licētia à Romanis concedit, ut ritu patrio preces fundāt litorales, exhibet Voss. ad Cat. p. 313.

Illa autem Sibyllina longe alia fuiſſe, ab iſtis quæ combuſta fuere, docet Varro ibidem. Et certe ſiquis conferat priſca Sibyllina, quæ prophanos tantum continebant ritus, cum iſtis quæ Erythris Romam fuere deportata, longe alius inveniet ea fuiſſe generis, utpote in quibus veri Dei cultus

cultus & nihil non ſanctum præcipiebatur. Quapropter plurimum errant qui Sibyllinos libros eoſdem ſemper fuiſſe putant, & permanſiſſe uſque ad tempora Theodoſii, & demum combuſtos à Stilicone.

Ex iis, quæ jam diximus, ſatis quoque fit clarum, carmina quæ ſub Erythrææ Sibyllæ nomine Romam allata fuere, aliquot annis eſſe vetuſtiora quam fuerint carmina Cumææ Sibyllæ, quorum auctor, ut ſerius ſcripſit, ita quoque clarius de Chriſto vaticinatus eſt. Sed & hoc quoque patet, quare cum Babyloniam ſeſe eſſe dixerit, fore nihilominus adfirmarit ut à gentibus Erythræa appelletur. Quia nempe Erythris reperta & Romam deportata ejus fuere oracula. Nec tamen opus eſt, ut propterea prophetidem vel prophetam fuiſſe exiſtimemus, quicunque iſtorum fuerit auctor carminum. Cum enim duas fuiſſe Erythræas Sibyllas ſcribat Strabo, alteram priſcam, alteram vero quæ Alexandri magni vixerit temporibus; facile Judæis fuit imponere legatis Romanorum, miſſis ad Erythrææ Sibyllæ colligenda carmina, obtrudendo mercem quæ ex ſua prodiiſſet officina pro antiquæ & priſcæ Sibyllæ carminibus, aſſuendo illos verſus, quibus hæc Sibylla declarat, ſe licet Babylonia ſit à gentibus tamen Erythræam vocatum iri. Cæterum poſt adventum Chriſti multa aſſuta eſſe iſtis Sibyllinis, partim ex Evangeliis, partim ex rebus quæ poſtea contigerunt, de eo ne dubitandum quidem videtur, omninoque hac in parte probo ſententiam Celſi. Sed & recte Lactantius, cum ſcribit non eſſe unius Erythrææ, ſed plurium Sibyllarum, ſeu potius Sibylliſtarum farraginem. Certe cum ex Feneſtella conſtet, circa mille tantum Erythrææ Sibyllæ verſus legatos Romam deportaſſe, ſatis apparet, quantæ factæ ſint additiones, cum ſupra ter mille verſus ſub hujus Sibyllæ nomine hoc legantur tempore.

Quæ porro à nonnullis viris doctis afferuntur argumenta ad infringendam horum oraculorum auctoritatem, nullius

ea mihi vel pretii vel momenti videntur. Quid enim ad rem facit ſi homo Judæus ſcribens Græcis luſerit in vocabulo Adami, & in nomine ejus quatuor mundi invenere cardines? Nec tamen verum eſt quod dicunt, tribus tantum apud Hebræos hanc vocem conſtare literis, quia nempe compendii gratia unica vocalis in ſcribendo omittitur, ſecus enim id ſeſe habet in pronuntiatione. Sed neque recte carpunt, quod nomen Dei in iis oraculis continere dicatur numerum MDCXCVII, cum non ſatis conſtet quodnam vocabulum debeat intelligi. Fingunt quidam vocem Hebraicam, quæ tamen putida eſt. Ego libenter eorum ſequor ſententiam, qui de voce ἀνέκφωνος, idem quod ἀνεκφώνητος, accipiunt; ut nempe ſeptenarius fiat, more Pythagoricorum & Platonicorum additur unitas. Μόνας enim, ut illi loquuntur, eſt περιεκτικὸς, ἀποκαταστατικὸς καὶ περιλαμβανόμενος ἀριθμός. Vel potius unitas additur ad declarandam Dei unitatem, ita ut numero illo ſignetur ineffabilis unitas, ἀνέκφωνος μόνας. Sic Mercurius Triſmegiſtus, & ipſe Judæus, cujus verba apud Lactantium Lib. 1. ſic concipiuntur; Ὁ δὲ Θεὸς εἷς, ὁ δὲ εἷς ὀνόματος οὐ προσδέεται, ἔστι γὰρ ὁ ὢν ἀνώνυμος. Hoc poſterius veriſſimum eſſe exiſtimo.

Jam vero quod Chiliaſtarum ſeu millenariorum errores ſecutum eſſe ſcribunt hunc Sibylliſtam, nec hoc quidquam ad rem facit; neque enim quæritur quid verum ſit, ſed quid veteres ſenſerint Judæi. Quin ex loco Pſalmi LXXXIX promanarit hæc opinio, non dubitandum. Falluntur qui Papiam primum ſic ſenſiſſe exiſtimant. Apoſtolicis temporibus ita multos crediſſe colligas ex epiſtola Barnabæ. Judæis vero vetuſtioribus placuiſſe hanc opinionem, ex eo conficias quod in Sibyllinis extiterit, nec aliter ſenſere pleri que antiquiores Patres, inter quos etiam Origenes. Sic nempe putabant, Deum ſex annorum millibus mundum creaſſe, ita ut primo millenario creata luce viſibilis factus ſit mundus. Secundo millenario ſubſidentibus aquis purus

remanserit aër, firmamenti seu nubium beneficio separatis superioribus aquis ab inferioribus. Tertio millenario incubante & fovente calore partes telluris ad concipiendum tumorem magis idoneas supra aquam se extulisse, formatosque montes, siccatamque hac ratione tellurem produxisse herbas, & sic porro. Durationem mundi similiter sex annorum millibus definiverunt, demptis tamen iis annis, qui ab Adamo ad Noam effluxere, priori tempori & alteri mundo illos tribuentes. Horum sententiam secutus est Petrus Apostolus, cum alium mundum appellat eum qui diluvium præcessit. Sex itaque annorum millia distribuerant in tempus ante legem, tempus post legem, & tempus Messiæ. Quod autem Judæi id vaticinium è Schola Eliæ promanasse dicunt, id fortasse ex eo factum, quod desumptum fuerit è libro prophetiarum Eliæ, quem olim veteris Testamenti scriptis annumeratum fuisse constat, licet postea apocryphis, ut appellantur, accesserit. Qui vero ex Judæis materiam ingenitam & alios ex aliis mundos generari credidere, illi quindecim annorum millia à creatione ad creationem computabant. Sex quippe annorum millia in producendo hoc mundo Deum seu Naturam laborasse statuebant antequam primus nasceretur homo. A primo vero homine usque ad Christum alia sex numerabant annorum millia. Regno autem Christi duo tribuebant millia. Ultima denique millenarium extremo judicio & conflagrationi adsignabant, ita ut intervallum, quod hujus & præcedentis mundi conflagrationem intercedat, quindecim annorum fiat millium: Alii quatuordecim numerabant millia. Origenes huic spatio tredecim adscribebat annorum millia, ut videre est in excerptis Methodii apud Photium, quibus si addas tempus conflagrationis, fient quatuordecim millia, quo peracto spatio universalem ἀποκατάστασιν futuram putabant. Tusci veteres huic intervallo duodecim tantum adsignabant annorum millia, si credendum Suidæ in voce τυῤῥηνοί.

De Saturno & Titanibus quæ ſcribuntur in Sibyllinis, non eſt ut quemquam offendant. Cum per Saturnum Noe, & per Titanas intelligantur poſteri ejus, qui turrim ſunt moliti Babyloniam; clarum eſt eo hæc referri, ut oſtendatur Græcorum fabellas non ex nihilo eſſe fictas, ſed veritatem earum contineri ſacris literis, è quibus Saturnum, Janum, & alios, non deos, ſed homines fuiſſe, manifeſte ſatis poſſit colligi.

Sed neque hoc recte in Sibyllinis carpitur, quod diluvio quadraginta tantum aſſignentur dies. Complures quippe ex antiquis ſic ſunt locuti, reliquum tempus, quo pluviæ ceſſarunt, non attribuentes diluvio.

Quod mons Ararat, in quo arca Noæ quievit, Phrygiæ adſcribatur in Sibyllinis, & hoc quoque complures viri eruditi falſum eſſe contendunt. Sed quod pace ipſorum dixerim, non ſuccedunt eorum rationes. Non jam quæram rectene mons Ararat Phrygiæ fuerit attributus: ſufficiet oſtendiſſe, complures olim ſic crediḍiſſe. Luculentum hujus rei teſtimonium poſſit exhibere nummus Apamenus ante paucos annos Romæ vulgatus à Falconerio, in quo expimitur arca Noæ. Iſta autem Apamea præcipua poſt Epheſum majoris Phrygiæ fuit civitas. Sita erat ad fontes Marſyæ fluminis. Mons urbi huic vicinus, quod in eo arca ſeu Noæ, ſeu Deucalionis, quieviſſe crederetur ab Apamenis vel potius Judæis Apameæ habitantibus, dictus fuit κιβωτὸς, & inde ad ipſam quoque urbem tranſiit appellatio. Eadem ratione idem hic mons vocatus fuit Βάρις, quia nempe hæc vox magnam domum, vel magnum ſignificet navigium. Hæbræis eſt בירה. Conſtat autem hanc vocem non Perſis minus & Medis & Egyptiis uſitatam fuiſſe, quam Hebræis. Heſychius; Βάρις, πύργος, πορθμεῖον, περιάμφοδον. Sed & antiquum illud Noæ navigium Σωβῆριν dictum fuiſſe, veluti qua conſervatum ſit genus humanum, colligo ex eodem Heſychio; Σωβῆρις, ναῦς, πορθμίς· ἔνιοι τὴν παλαιάν. Sed tamen objiciunt

Ararat

Ararat esse Armeniæ montem, non Phrygiæ. Audio quidem, sed sciendum eam Phrygiæ majoris partem in qua Apamea, olim Armeniæ attributum fuisse, & sic sensisse Nicolaum Damascenum: Docent ejus verba Lib. I. Cap IV. apud Josephum; Ἔστιν ὑπὲρ τὴν Μιλυάδα μέγα ὄρος κατὰ τὴν Ἀρμενίαν Βάρις λεγόμενον, εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ λόγος ἔχει περισωθῆναι, καί τινα ἐπὶ λάρνακος ὀχούμενον ἐπὶ τὴν ἀκώρειαν ὀκεῖλαι, καὶ τὰ λείψανα τῶν ξύλων ἐπὶ πολὺ σωθῆναι, γένοιτο δ᾽ ἂν οὗτος ὅντινα καὶ Μωυσῆς ἀνέγραψεν ὁ τῶν Ἰουδαίων νομοθέτης. Vulgo legitur Μινυάδα quod multum torsit virum doctum. Est autem Milyas Pamphyliæ Pisidiæque superior tractus Apameæ huic vicinus & pene contiguus. Baris oppidum memoratur à Ptolomæo in hoc ipso tractu. Vides autem quam hæc Damasceni verba confirment ea quæ diximus, quamque idem ne monte Ararat senserit quod Sibyllinorum scriptor. Porro Armenos olim Phrygibus fuisse permixtos, cognoscas quoque ex Stephano, qui plus etiam dicit, cum sic scribit; Ἀρμένιοι τὸ μὲν γένος ἐκ φρυγίας, καὶ τῇ φωνῇ τὰ πολλὰ φρυγίζουσι.

Plurimum quoque errant, cum reprehendunt quod Eurotam prope Dodonam oriri & cum Peneo conjungi dixerit scriptor iste Sibyllinorum. Eurotas enim non tantum est apud Laconas, sed & apud Thessalos, quem Homerus Titareson appellat, ut Strabo & alii testantur. Illum vero cum Peneo conjungi, notum ex omnibus. Dodonæ vero vicinum facit etiam Homerus. Ex Stygia palude profluere canit quoque Lucanus, Lib. VI. Orcum ea de causa vocari, testatur Vibius Sequester.

Quod attinet acrostichidem, quæ occurrit Libro VIII, si quis illam assutam esse existimet, non adversabor; neque enim de ea intelligenda sunt Varronis & Ciceronis verba.

Quod passim Deus appelletur Σαβαώθ, ne hoc quidem recte reprehenditur, cum constet adjectiva & epitheta in

omnibus

omnibus linguis sæpissime transire in appellativa. Verum hoc esse adparet ex gemmis & amuletis Ægyptiorum & Judæorum antiquis, in quibus vox hæc eadem usurpata ratione passim conspicitur.

Illa quæ de Cæsaribus referuntur, cum manifeste constet non esse ejusdem auctoris, sed sero demum à Christianis Gnosticis addita esse videantur; opus non est ut ad examen revocentur. Sufficiat hæc de iis dixisse Sibyllinis, quæ non ab aliis quam à Judæis, & quidem ante adventum Servatoris nostri, potuere conscribi. Additamenta enim quæ majorem horum librorum partem constituunt, ea à Christianis esse conficta, libenter cum Celso agnoscimus. Clarum est itaque quantum fallantur ii, qui omnes istos Sibyllinos libros Adriani Cæsaris ætate, aut etiam postea, conscriptos fuisse, ausi sunt adfirmare. Erroris eos convincere possint, non complura tantum quæ attulimus loca, sed & Josephus, qui ex Sibyllinis citat locum de ædificatione turris Babylonicæ, quem siquis cum Sibyllæ conferat verbis, quæ extant haud longe ab initio libri tertii, facile agnoscet, non aliunde, quam ex his ipsis esse depromptum Sibyllinis,

---

Cap. IX.

De altera Sibylla Erythræa, cujus carmina non à Judæis, sed ab Ethnicis fuere conficta.

CUM supra monuerimus, fuisse & alteram Erythræam Sibyllam, quam sub Alexandro magno floruisse Strabo testatur; jure aliquis existimet, hujus esse versus qui apud Phlegontem extant Trallianum Scripto de longævis. Scribit is Sibyllam hanc vixisse annis pene mille: id si sit, stultum fuerit uni ætati adscribere eam quæ tam multis vixerit ætatibus. Ipsa de se sic scribit; Εννέα

Ἐννέα μὲν γενεαῖς χαλεπὸν κατὰ γῆρας ἔχουσα,
Μαινομένη μὲν ἐνὶ θνητοῖς, καὶ ἄπιστα λέγουσα.

Verſus hos ſic eſſe concipiendos patet ex eo, quod Phlegon ſubjiciat Sibyllam hanc unicuique γενεᾷ attribuiſſe annos centum & decem. Palam itaq; vixiſſe annos pene mille, cum novem γενεαὶ conficiant annos nongentos & nonaginta. Infeliciter admodum hæc accepit & corrigere conatur vir magnus in Solinianis. Subjungit poſtea hæc Sibylla ſeſe σαρκοτυπῆ γεγαυῖαν, id eſt carnibus afflictis & ſenio pene defluentibus propter peritiam in arte vaticinandi incurſuram Apollinis invidiam, & ab eodem ſagittis confoſſum iri. Antiqua enim lectio fuit, σαρκοτυπῆ διοϊστεύσας γεγαυῖαν, non σαρκολέπτη, quod inepte de ſagitta accipias. Pergit dein eadem Sibylla, & dicit, animam ſuam per aera dilapſam pervaſuram alites, & ſic futurum ut ſint aptæ auguriis. Inſepultum vero corpus permixtum terræ producturum herbas, quas cum depaſcantur pecora, fore ut extiſpiciis apta habeant viſcera. Similia his de Delphica Sibylla ex Serapione vel Sarapione prodiderunt Plutarchus & Clemens Alexandrinus, Strom. lib. I.

In ſequentibus dein verſibus eadem Sibylla monet Romanos ut ludi inſtituantur ſeculares, & ut Jovi, Junoni & aliis diis ſacra fiant in Campo Martio, qua Tibris eſt anguſtiſſimus, ſic enim fore ut totius potiantur Italiæ. Sed vero cum tempore Alexandri Magni, non tanta Romanorum apud Græcos fuerit fama, nec ipſi Romani ſcriptores hujus vaticinii faciant mentionem, ſatis veriſimiliter conficitur, verſus hos non poſſe iſtius eſſe Sibyllæ, quæ Alexandri floruerit tempore. Imo ne illo quidem extitiſſe tempore exiſtimo, quo Erythras miſſi à Romanis fuere legati. Si enim extitiſſent, utique & illos Romam deportaſſent. Sed vero mille iſti verſus qui Romam allati

allati fuerunt, illi ab idiotis erant conſcripti, à Judæis nempe ut jam ante diximus. Siquis autem Græcos qui ſuperſunt Judæorum conſulat verſus, prorſus illos ſimiles fuiſſe inveniet, ac fuere veterum Chriſtianorum carmina, quæ ſi unum & alterum excipias, iſtiuſmodi ſunt, ut Scaliger ſibi in ſterquilinio verſari videretur quotieſcunque ad ea legenda ſe conferret. At vero illi verſus qui apud Phlegontem ſub Erythrææ nomine reperiuntur Sibyllæ, nihil minus quam idiotas habuere auctores cum & puri & elegantes ſint ſatis, ita ut non potuerint ab aliis quam à linguæ Græcæ peritis & ab ipſis, quorum continent ritus, conſcribi gentilibus. Non puto me male divinare, ſi ipſum Phlegontem horum auctorem fuiſſe dixero. Complura carmina & oracula ſuis ille inſeruit ſcriptis: ea ſiquis legat & cum his conferat, adeo gemella inveniet, ut vel ex ipſa ſimilitudine unum eundemque omnium ſtatim agnoſcat parentem. Nec immerito quod de Diogene Laertio, idem quoque de Phlegonte dixeris, illum oſtentandorum carminum gratia ſuos edidiſſe libros. Attamen quo minus elegantes iſti Phlegontis videantur verſus, non debent offendere maculæ aliquot quæ in illis occurrunt, quas commode abſterges ex Zoſimi hiſtor. Lib. II. Nam quo loco legitur παντογόνοις κούραις, reducendum ποντογόνοις. Parcæ enim à nonnullis, ut à Lycophrone, maris dictæ ſunt filiæ. Qui paulo poſt ſequitur inquinatiſſimus verſus ſic reformandus; αὖθι δὲ γαίῃ Πλουτοδοτῆρι χοῖρος τε καὶ ὗς ἱερεῖτο μέλαινα. Ambarvale enim intelligit Sacrificium, quod porca fecunda & gravida fieri conſueverat. Pro ἄρσα δέχθω, melius apud Zoſimum ἴσα δεδέχθω. Denique poſtea ſcribe;

> Οὐρανίδαις τάδε πάντα τεθησαυρισμένα κείσθω
> Ὄφρα τε θηλυτέρησι καὶ ἀνδράσι ἑδρειόωσιν.

CAP. X.

CAP. X.

Judæorum Alexandrinorum de rege venturo sententia.

QUamvis in nonnullis non satis conveniat inter auctorem Sibyllinorum, qui sub Cumææ, & alterum qui sub Erythrææ nomine Sibyllæ sua edidere oracula; in pluribus tamen eos conspirasse satis ex iis quæ hactenus diximus, clare potest intelligi. Cum in multis aliis, tum quoque in tempore adventus magni regis unum sensisse videntur, cum illum affuturum dixerunt, si quando Ægypto potirentur Romani. Versus Erythrææ Sibyllæ, quibus hoc continetur, supra adduximus. Similiter sensisse Cumæam colligo ex Lucano lib. 8.

Haud equidem immerito Cumææ carmine vatis
Cautum, ne Nili Pelusia tangeret ora
Hesperius miles.

Idem quoque habet Cicero in epistola ad Lentulum, nec non Dio & alii, cum scribunt magno futurum malo Reip. si cum imperio Romani Ægyptum adirent. Magnum istud malum ex iisdem Sibyllinis Cicero interpretatur magnum regem, cujus vel ipsum nomen quam formidabile visum fuerit Reip. amantibus satis declarat, cum jubet ut sacerdotes isti, qui ex præscripto Sibyllæ regem Romanis minantur, *quidvis potius ex illis libris, quam regem proferant; quem Romæ posthæc nec dii, nec homines esse patientur.* Licet vero veritatem hujus vaticinii exitus docuerit, mirum tamen poterat videri Romanis, quod cum Alexandrini & Ægyptii, alios salvos esse posse negarent, nisi regem admitterent; ipsa tamen regium impe-

rium & fasces consulares & omnem pompam nollent admittere, regem videlicet expectantes pacificum & sine pompa; & sane causa suberat politica. Non Ciceronis tantum ætate, sed & sub Cæsaribus, quam libertatis fuerint amantes Alexandrini, vel Gallieni docet factum, qui cum Theodoto vellet imperium proconsulare decernere, à sacerdotibus est prohibitus, dicentibus, *fasces consulares ingredi Alexandriam non licere*, ut testatur Trebellius Pollio in Æmiliano. Quin & ad minas usque progressi vetus addebant oraculum, tum demum liberam fore Ægyptum, si quando in eam venirent fasces & prætexta Romanorum. Sane constat Ægyptios excussisse jugum Romanum postquam Christianismus invaluit, & Ægyptus cessit in prædam monachis. Quod passim alibi fieri solet, ut ubicunque hoc hominum genus pedem figit, ibi protinus cessent principum & magistratuum jura, id ipsum in profunda, id est, superiori præcipue contigit Ægypto. Tanta ibi fuit monachorum copia, ut præter eos qui in eremo habitarent, ipsæ quoque urbes adeo iis fuerint repletæ, ut plures in illis monachi quam laici numerarentur. In sola Oxyrynchi civitate præter decem monachorum millia, viginti sacratarum virginum memorantur habitasse millia. Ipsam vero quod attinet Alexandriam, quandocunque ea propriis uti legibus permittebatur, & linguæ constaret libertas, in immensum semper crescebat; & adeo quidem ut temporibus Augusti ipsam quoque Romam incolarum numero superare crederetur. Displicebat quidem principibus Romanis pati in suo regno Rempublicam, displicebat Alexandrina ne ipsis quidem parcens principibus dicacitas; sed compensabant emolumenta, cum sola Alexandria in tributis & vectigalibus tantundem conferret quam tota Gallia, præter annonam quæ singulis annis ad quadrimestre urbi sufficeret Romanæ. Quam ægre istam linguæ impunitatem tulerit Trajanus, princeps alias optimus, satis colligas ex Panegyrico Plinii; *Percrebuerat*

anti-

antiquitus urbem nisi opibus Ægyptiali sustentarique non posse. Superbiebat ventosa & insolens natio, quod victorem quidem populum, pasceret tamen: quodque in suo flumine, in suis navibus, vel abundantia nostra, vel fames esset. Cum vero sterilitas intercessisset & Ægyptii penuria laborarent, remisit Trajanus annonam suam Ægyptiis. Ideo mox subjungit; *Refudimus Nilo suas copias, recepit frumenta quæ miserat, deportatasque messes revexit. Discat igitur Ægyptus, credatque experimento, non alimenta se nobis, sed tributa præstare: sciat se non esse populo Romano necessariam, & tamen serviat.* Libenter itaque credo Trajanum irritatum evertisse Alexandrinorum Remp. eripiendo huic jura & immunitates quibus fruebatur, neque enim sine causa est, quod in Hieronymi legitur Chronico, Adrianum Alexandriam à Romanis subversam publicis instaurasse impensis. Hic tamen, non minus quam Trajanus, ingeniosam istam Alexandrinorum oderat dicacitatem, ut ipse in epistola ad Servianum satis declarat. Sed intelligebat vir prudens, perire respublicas, si sermonis auferatur licentia, & pro nihilo haberi quæcunque in populos suos conferunt beneficia principes, si simul quoque in linguas velint exercere tyrannidem. Quamvis itaque iniquo animo, patiebatur tamen, & utilitate suadente concoquebat quæcunque & in ipsum & in Antinoum ab Alexandrinis spargerentur dicteria. Quam diversa fuerit Antonini Caracallæ ratio, & quam immani cæde bellua ista Ausonia, ut vere de eo pronunciarat oraculum, multarit Alexandrinos, ex historiis notum.

CAP. XI.

Tertulliani & Josephi de Christo testimonia vindicantur.

MUlta quidem de Sibyllis earumque scriptis dicenda superessent, si animus esset ea quoque excutere, quæ passim de his memorantur: sed cum nobis propositum fuerit non de iis agere Sibyllis aut Sibyllinis, quibus ritus & ceremoniæ continebantur gentilium, sed illa solum pertexere, quæ propagandæ fidei Christianæ plurimum profuere: sufficiat ostendisse, longe alius generis illa fuisse oracula, quæ Christi præcessere natales, quæque Erythris & Cumis Asiaticis Romam fuere allata; ac fuerint priora illa quæ una cum Capitolio conflagrarunt, aut item ista quæ postmodum à gnosticis conficta, aliisque fuere assuta. Desinant itaque hodierni Christiani veteribus illudere Christianis, eorumque sugillare credulitatem. Si illos rideamus, merito quoque ipsos rideamus prophetas, è quorum libris pleraque hæc deprompta fuere oracula. Sed profecto nullos religio Christiana infensiores habet hostes, quam ipsos Christianos, cum vix ullum apud antiquos de Christo aut vaticinium, aut testimonium invenias, quod non complures etiam doctissimi viri labefactare aut etiam penitus evertere fuerint conati. Argumento sint non ea tantum quæ de Sibyllis & Sibyllinis ex Cicerone, Virgilio, Suetonio aliisque attulimus loca, sed & quotquot alibi de Christo occurrunt loca, adeo illa eludere & falsis interpretamentis enervare conati sunt, ac si illa ipsa, quam profitentur, odio iis fuisset religio. Exemplo sit locus Tertulliani in Apologetico cap. 5. *Tiberius ergo, cujus tempore nomen Christianum in seculum introivit, adnuntiata sibi ex Syria Palestina quæ illic veritatem*

tatem ipsius divinitatis revelaverat, detulit ad Senatum cum prærogativa suffragii sui. Senatus, quia non ipse probaverat, respuit. Cæsar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. Tertullianei hujus loci mentio fit apud Eusebium in historia Ecclesiastica, ubi tamen non satis bene Græce redditur. Sed neque Georgius Syncellus, aut alii è Græcis, recte hæc intellexere. Ut autem hæc verba absurditatis convincent, quid non comminiscuntur, quid non moliuntur viri docti? Sensus attamen est manifestissimus. Dicit enim Tertullianus, cum miracula, quæ in Syria Palæstina edidisset Christus, nuntiata essent Tiberio, eum persuasum de hujus divinitate, voluisse Christum divorum adscribere numero, hancque voluntatem suam ad senatum detulisse cum prærogativa suffragii sui. Senatum vero servili adulatione, eo quod ipse Tiberius recusasset Divus appellari, noluisse Christum, exoticum numen, inter divos admittere. Tiberium nihilominus in sententia, ut Christus diis accenseretur, perstitisse; & comminatum esse periculum accusatoribus Christianorum.

Ecquid vero illustrius Josephi Hebræi de Christo testimonio? Vix tamen aliquem inter nostri seculi invenias Christianos, cui id non spurium & adulterinum videatur. Diximus de eo nonnulla alibi: ut vero omnis prorsus tollatur dubitatio, aliud quoque afferam firmissimum argumentum, unde liquido cognoscatur, etiamsi verba illa de Christo apud Josephum non exstarent, illum tamen de servatore nostro ita sensisse, ut eum verum Messiam esse crediderit. Hoc sic conficio. Josephus, ubi de Daniele agit Propheta, non ita de illo sentit, quemadmodum vulgo Judæi, qui negant illum fuisse prophetam, adeoque vel nullo vel certe ultimo inter prophetas collocandum sentiunt loco: sed vero ille disertis verbis affirmat, Danielem fuisse prophetam summum, & cæteris majorem, utpote qui non modo res futuras, sed & tempus quando

futuræ

futuræ essent, prædixerit. Ut autem cognoscamus quam bene sibi Josephus constet, colligamus tempus ab anno Xerxis XXIV, quo Nehemiam Hierosolyma venisse scribit, & à quo fluere incipiunt Danielis hebdomades, & porro ipsius Josephi sequamur calculum. Id si fiat, inveniemus hebdomadas illas, sive annos CCCCXC. exacte terminari illo ipso tempore & anno, quo secundum supputationem ejus natus fuit servator noster. Eant nunc veritatis & Christianæ religionis hostes, & si possint ostendant, qua fieri ratione potuerit, ut ita de Daniele & hebdomadis ejus locutus fuerit Josephus, si non ut scripsit, ita quoque de Servatore nostro senserit. Et profecto si aliter sensisset, an non omnium Judæorum fuisset imprudentissimus, ita de Daniele & ejus hebdomadis scribendo? Callidi itaque fuere qui post eversa Hierosolyma floruere Judæi, qui cum viderent, fieri non posse ut Messiæ non transierit tempus, si vera sint Danielis oracula, non dubitarunt ex albo illum expungere prophetarum. Hoc vero ut aliqua cum ratione facere viderentur, quid non in suum & S. literarum damnum commenti sunt miseri? Primo quidem diversos Prophetiæ excogitarunt gradus, illos quidem omnes futiles, & inter se plurimum discrepantes, ut videre est in directore dubitantium Maimonidæ & in præfatione Davidis Kimchii ad Psalmos; in hoc tamen convenientes, Danielem non ab ipso Deo suas accepisse prophetias, sed tantum per vocem traducem & echonem quandam, seu ut ipsi volunt, filiam vocis fuisse locutum. Alterum quo Danielem non fuisse prophetam obtineant, argumentum exinde petunt, quod cum fuerit è tribu Juda & stirpe regia Davidica, nec sacerdos, nec propheta esse potuerit. Sed cum hac ratione viderent & ipsum quoque Davidem è prophetarum excludi numero, vide quanta ipsos incesserit cæcitas & amentia, ut odio hebdomadarum jam à temporibus Aquilæ, non Danielem modo, sed & Davidem è prophetarum expunxerint choro, simulque & sensus & ordinem sacrorum inverterint librorum. CAP.

CAP. XII.

De ordine & divisione Sacrorum librorum quem Judæi perverterunt.

OMnes Veteris instrumenti libros, vel absolute Legis, vel Legis & prophetarum, vel etiam latiori appellatione Legis, Prophetarum & Psalmorum comprehensos fuisse nominibus, Servatoris nostri constat testimonio. Posterior divisio exstat quoque apud Josephum primo contra Appionem libro, cum certioris fidei, qui tempore Artaxerxis desierunt scribi, enumerans libros, omnes eos partitur in Legem, Propheticos, & Hymnos vitæ continentes præcepta. Idem plerosque in viginti duo volumina, pro literarum numero Hebraicarum, divisos fuisse affirmat; quinque nempe Moysis, tredecim propheticos, & quatuor hymnorum seu monitorum. Sed vero si sigillatim omnes enumeremus, cum non viginti duo tantum, sed triginta octo in codice Hebræo inveniantur libri, quærendum qua ratione à veteribus Hebræis in viginti duo illi divisi fuerint volumina. Si librum Ruth, Canticum canticorum, & singulos minores examinemus prophetas, nunquam efficias ut illi justum constituant volumen. Contra vero si Psalmi uno describantur volumine, mole sua laborabunt & difficulter evolventur. Constat autem vel ex ipsis sacris literis, ut alias gentes, ita quoque veteres Hebræos, non in codicibus, quod sero demum factum, sed in voluminibus & continuatis pellibus libros suos descripsisse. Hanc itaque si teneas rationem, commode nisi fallor sacræ scripturæ libri sic dividentur. Libri Moysis quinque constituunt volumina. Tredecim propheticos seu historicos libros, si quidem & historici propheticis accensendi,

censendi, utpote à prophetis conscripti, sic habebis. Josua, Judices & Ruth, unum constituunt volumen. Quatuor regum & duo Paralipomenon sex constituunt volumina. Esdras, Nehemias & Esther, unum faciunt volumen. Esaias, Jeremias, Ezechiel & Daniel singuli singula conficiunt volumina: quibus si addas duodecim prophetas minores, qui omnes unum constituunt volumen, habetis tredecim volumina propheticorum librorum, quibus omnia continentur quæ à populo Judaico gesta sunt à morte Moysis usque ad tempora Artaxerxis, ut docet Josephus. Supersunt hymni & libri qui vitæ continent præcepta, veluti Job, Psalmi, Proverbia, Ecclesiastes & Canticum canticorum, qui sic distinguendi ut Job unum, Psalmi duo, reliqua vera Solomonis scripta quartum faciant volumen. Hac itaque ratione, ut maxime verisimile, in viginti duo volumina divisa fuere omnia receptioris scripturæ monumenta, quibus merito creditur. Nam quamvis & alii qui in sacris literis sequuntur libri, qui post tempore Artaxerxis scripti sunt, quosque inepte apocryphos vocant, magni faciendi sint; illos tamen non paris cum prioribus esse autoritatis, propter minus certam & legitimam prophetarum successionem, scribit Josephus. Et hæc quidem partitio obtinuit usque ad tempora Aquilæ futilissimi interpretis. Hujus demum ætate innotuit Christianis nequissima & ineptissima sacrorum librorum divisio, quam odio ut diximus hebdomadarum Danielis commenti sunt Judæi vel ipse Aquila, pervertendo sensus & ordinem scripturæ, inducendo novam distributionem, Legis videlicet, prophetarum, & hagiographorum, & rejiciendo Danielem extremo pene inter hagiographos loco. Miror hanc fraudem non suboluisse Christianis, sed profecto à nullis illi libentius, quam à Judæis decipi se patiuntur. Si quæras quid sint ἁγιόγραφα, nemo facile dixerit, cum sit ineptum vocabulum, & contra naturam linguæ Grecæ formatum, æque ac ἱερόγραφα Plena futilibus istiusmodi vocabulis

cabulis fuit Aquilæ verſio. Judæi chetubim ſeu libellos ſimpliciter vocant. Et tamen reperiuntur qui Judaicam hanc Sacrorum librorum partitionem ſequuntur & probant; dicentes etiam Rabbinos fateri ſpiritus ſancti afflatu hos eſſe conſcriptos. Sed ſi Rabbinos conſulas, ridebunt, utpote gnaros quid per ſpiritum ſanctum intelligant.

CAP. XIII.

Vindicantur nonnulla LXX *interpretum loca, malè à quibuſdam reprehenſa.*

SEd profecto noſtri ſeculi hominum in eludendis argumentis & teſtimoniis, quæ ad roborandam Chriſtianæ religionis veritatem præcipue faciunt, non hic ſubſiſtunt conatus: ſiquis ſacra evolvant volumina vix in toto veteri Teſtamento aliquod de Chriſto inveniet vaticinium, quod in hodiernis verſionibus, non ita perverſum & depravatum legatur, ut ſincera & manifeſta aliqua prophetia nuſquam adpareat, imo ſæpe ne ſenſus quidem ullus, aut certe tam multiplex, ut vel ipſa expoſitionum varietas, cuicunque bonæ menti non ſcrupulum tantum, ſed & indignationem incutere, meritoque vel ipſam quoque ſuſpectam poſſit reddere veritatem. Ne nobiliſſimum quidem Jacobi morientis oraculum intactum & immaculatum reliquerunt, nec illud Biliami prorſus huic geminum, quod extat Numer. Cap. XXIV, quodque tam putidis & ineptis inquinarunt interpretamentis, ut vel quantumvis moroſus lector vix riſum contineat. Et tamen hic ipſe eſt locus quem ſignat Evangeliſta, cum dicit; *Ex Ægypto vocavi filium meum*, ne quis ſomniet ex Oſeæ Cap. XI. V. I. verba ea eſſe depromta. Quod ſi ſublatis apicibus & incruſtatura Rabbinica, excutiamus vocabula Hebræa, apparebit ilico veritas, & inveniemus illum ipſum quem LXX interpretes expreſſere ſenſum.

Quin & eo nonnulli progressi sunt audaciæ, seu impudentiæ potius, ut ipsum quoque Christum & Apostolos accusarint, quod verba sacrorum librorum, non eo sensu quo accipiuntur in Hebræo fonte, sed quemadmodum in corrupta, ut loquuntur, LXX interpretum legebantur versione, in usus suos converterint. Quis ferat theologos affirmantes Apostolum quod in depravato aliquo codice Psalmo XXXIX reperisset σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, bellissimam inde prophetiam concinnasse? Quid demum est impostura si hæc non sit? Non desunt qui istiusmodi fraudes pias & officiosas vocent, simulque altum clament vocem Hebræam non corpus, sed aures notare. Quis vero ipsis revelavit, idem vocabulum si aliis animetur vocalibus, plures non habuisse significationes, & non etiam hoc notasse, quod LXX posuere interpretes? Opus non est ut אזנים aures interpreteris, si statuamus primam literam non esse radicalem, sed servilem, ut vulgo loquuntur: id si feceris, jam commode ea vox derivari possit à radice זון. Aut si id non sit, quis vadem se sistat, non immutatum à Judæis fuisse hunc locum, vel ob hoc ipsum, quod nobilissimum de Christo contineat vaticinium? Iterum instant, fieri non posse, cum Judæi religiosissimi sacrorum librorum semper fuerint custodes, & mori malint, quam vel unam violare literam. Audio quidem Christianos sic affirmantes, sed vero si quis ipsos consulas Judæos, longe illi aliter loquuntur. Fatentur illi se multa sacrarum literarum loca expunxisse, fatentur antiquos Rabbinos, utilitate suadente, & verba & sensus immutasse, dicentes, *Pereat litera, & sanctificetur nomen Dei benedicti.* Nihil à me hic fingi cognoscet si quis Thalmudicos adeat libros, in quibus pluribus locis hæc legas; *Bonum est ut evellatur litera de lege, & ut sanctificetur nomen Domini.* Quamvis infinita propemodum sint loca, quæ aut immutata, aut etiam omnino erasa olim ab istis Judæorum fuere magistris, unum adduxisse sufficiat, quem manife-

manifeſtum ſit illos expunxiſſe, vel quod eum non intelligerent, vel quod verbis Chriſti lucem afferret, vel potius ne in perſolvendo gentibus tributo legis ſuæ prævaricatores eſſe viderentur. Locus is occurrit Deut. Cap. XXIII, ubi poſtquam juſſit legiſlator, ne qua inter filias Iſraelis meretrix, aut inter filios Iſraelis inveniatur exoletus, addit, οὐκ ἔσται τελεσφόρος ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραήλ. οὐδὲ τελισκόμενος ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ. *Ne ſit quæ vectigal ſolvat inter filias Iſraelis, aut exoletus qui tributum pendat inter filios Iſraelis.* Olim aliter ſumus interpretati, nunc ampliato judicio veram damus expoſitionem. Non prohibet ſimpliciter ſcorta & meritorios pueros, ſed ne quidem illos permittit, etiamſi publicum fornicationis ſolvant vectigal. Cauſam mox ſubjungit, quod merces meretricis & dominum catulaſtri, non debeat inferri in domum Domini, cum utrumque abominetur Deus. Οὐ προσοίσεις μίσθωμα πόρνης, οὐδὲ ἄλλαγμα κυνὸς εἰς τὸν οἶκον κυρίου τοῦ Θεοῦ σου πρὸς πᾶσαν εὐχὴν, ὅτι βδέλυγμα κυρίῳ τῷ Θεῷ σου ἐστὶ καὶ ἀμφότερα. Τελισκόμενον vero hic accipi pro puero qui pudorem ſuum proſtituit, quamvis vel ipſe doceat ſenſus, docent quoque Heſychius & alii grammatici, cum τετελεσμένον & τελισκόμενον pro eodem accipiunt, & ἀνδρόγυνον vel μεμιασμένον interpretantur. Idem itaque jubet hic Moyſes, quod juſſiſſe Alexandrum Severum teſtis eſt Lampridius in ejus vita; *Lenonum vectigal & meretricum & exoletorum in ſacrum ærarium inferri vetuit: ſed ſumtibus publicis ad inſtaurationem theatri, circi, amphitheatri, ſtadii deputavit.* Et hic quidem eſt verus ſenſus, & vera interpretatio loci, qui merito viſus eſt difficilis, non antiquis tantum Patribus, ſed & illis quoque, qui eos præceſſere Judæis, utpote quorum complures ita eum acceperint, ut quod Moyſes ſcripſit de utriuſque ſexus ſcortis vectigal templo è turpi corporis quæſtu conferentibus, ipſi de omnibus Judæis intelligendum eſſe crediderint, ac ſi legiſlator voluiſſet, nullum omnino inter Judæos publicanum eſſe debere, nec ullum gentibus

 perſol-

persolvendum esse tributum. Avide hunc locum arripuere Theudas, Judas Gaulonites, Simon Galilæus & complures alii, qui non hellenistæ, sed γνήσιοι volebant videri Judæi in suscitanda contra Græcos & Romanos plebe, ac si Deus vetuisset gentem suam aliis esse vectigalem gentibus. Recte itaque in veteri versione Latina, æquali aut etiam antiquiore temporibus Apostolicis, locus hic ita redditus fuit; *Non erit vectigal pendens ex filiis Israel*, ut non dubitandum sit, quin locus hic jam olim è Deuteronomio sublatus fuerit à Judæis. Quod siquis dubitet, illum vel ipsius Christi possit convincere testimonium. Si enim id non sit, frustra quæsivissent Pharisæi præsentibus Herodianis, *an licitum sit Cæsari censum persolvere.* Ut nempe vel apud plebem, vel apud Romanos causam eum accusandi haberent, hanc ipsi quæstionem proposuere. Si negasset vectigal solvendum esse, veluti reum & morte multandum tradidissent Romanis. Si vero annuisset censui esse satisfaciendum, jam veluti contradicentem legi, ab ipsis Judæis lapidibus obruendum censuissent. Caute itaque & prudenter viso numismate respondet, *Da Cæsari quod est Cæsaris, & Deo quod est Dei.*

Verum non hic tantum, sed & quotquot fere alii in sacris literis à Christo citati occurrunt loci, vel absunt omnino, vel ita depravati & mutili leguntur, ut vel nullum omnino, vel certe admodum à veritate alienum ex iis elicias sensum. Matthæi XV, & Marci VII ut ostendat Christus Pharisæos pluris facere traditiones & mandata hominum, quam præcepta Dei, hæc adducit Esaiæ verba ex Cap. XXIX, Μάτην δὲ σέβονταί με διδάσκοντες διδασκαλίας ἐντάλματα ἀνθρώπων, Sic quoque habent LXX interpretes. Si Hæbræum consulas codicem, non invenias ibi frustra vocem, qui tamen sensum constituit, sed ותהי, cum vera lectio sit ותהו, quod pluribus in locis iidem interpretes reddidere μάτην vel εἰς κενόν. Quamvis non opus sit quidquam mutare, cum notum sit joth sæpe poni pro vau. Si hodiernas quotquot sunt consulas versiones

versiones, nihil quod ad rem faciat, nihil nisi scopas invenies dissolutas, meritoque Christus ludibrio fuisset Pharisæis si ex illis Esaiæ verbis, prout hodie leguntur, istum quem intendit, conatus fuisset exsculpere sensum.

Resipiscant igitur nostri seculi homines, & si LXX. interpretibus, si denique Apostolis & Christo non credunt, credant saltem illis quibus blandiuntur Judæis, cæcis quidem ductoribus, in hoc tamen recte sentientibus, quod unanimiter agnoscant periisse linguam Hebræam, nihilque præter mutas superesse literas, nescirique vim & potestatem vocabulorum. Si quid Hebraicæ linguæ superest, totum hoc LXX interpretibus acceptum feramus necesse est. Tollantnr illi, simul quoque tollitur qualiscunque linguæ Hebraicæ superest scientia. Absque illis ne unum quidem verbum recte interpretari possimus, & quod sacris veteris testamenti libris fruamur, totum hoc illorum est beneficium. Si quis dubitet, adeat ille quæcunque hodierna lexica & versiones ab ipsis Judæis, seu ad mentem Judæorum factas, nullas omnino bonas inveniet expositiones, quæ non sint à LXX desumtæ interpretibus. Ubicunque vero in his sensus aut vocabulum aliquod occurrat, quod non intelligant, hærent miseri, frustraque se torquent & mirifica ipsi sibi fingunt somnia, idque in minimis sæpe facillimisque. Proverbiorum Cap. XXV. V. 20. legitur in versione LXX interpretum, Ὥσπὲρ ὄξος ἕλκει ἀσύμφορον καὶ καπνὸς ὄμμασιν, οὕτως προσπεσὸν πάθος ἐν σώματι καρδίαν λυπεῖ. Quod locum hunc nullo sensu sic redditum legissent, *quemadmodum acetum trahit inutile* &c. Mirum in modum in LXX debacchantur interpretes, & נתר non id quod habent isti interpretes, sed quod iidem alio posuere loco, nitrum nempe, reducendum esse contendunt. Sed quid quæso sibi vult *quemadmodum acetum nitro inutile?* Quis ænigma hoc expediat? Quis puer non videat ἕλκει esse dativum ab ἕλκος, ulcus? sic nempe vertendum fuerat; *Quemadmodum acetum.*

tum.

tum ulceri inutile & fumus oculis, ſic incidens in corpus noxa, cor contriſtat. Ut enim Græcis φλύκταινα, ita quoque Hebræis & Chaldæis נחר à fluore & ebullitione nominatur. Ne hoc tantum loco, ſed & ubicunque non intellexere LXX interpretes, ibi videre eſt hodiernos interpretes meras promere ineptias, & quod mirere, quanto minus illos intelligunt, tanto magis illis iraſcuntur. Integra poſſim adducere capita, præſertim ex obſcurioribus ſacræ ſcripturæ libris, qualis eſt Eccleſiaſtes, Jobus, Oſeas, & alii, in quibus ne unicus quidem occurrat verſiculus, qui à noſtri ſeculi interpretibus recte acceptus & redditus fuerit. Ubicunque deſeruntur LXX interpretes, ipſa quoque ibi deſeritur veritas. Magni facio Bochartum, cum propter inſignem viri eruditionem, tum quoque eo præcipue nomine, quod multum his tribuat interpretibus, & ſicubi in ſcriptis ab iis diſſentiat, pudenter & modeſte id faciat. Attamen ſiquis omnia ejus evolvat opera, ne unum quidem inveniet locum ubi recte ab eo antiqui illi reprehenſi fuerint interpretes. Nuſquam eos acrius ſugillat, quam in iſtis locis ubi יענה בנות reddiderunt Sirenes, ac ſi hoc de fabuloſis iſtis, quas memorant poetæ, accipiendum ſit tribus ſororibus. Sed ſane, ut ſemper & ubique, ita quoque hoc loco optime verterunt interpretes. Σειρῆνες enim non ſunt id quod vulgo putant, ſed eſt genus veſparum ſeu crabronum vivens in eremo, cujus etiam meminit Ariſtoteles cum inter novem genera animalium mellificantium recenſet tria μοναδικὰ quæ non faciant examina; σειρῆνας nempe minores, qui ſunt fuſci coloris, alios σειρῆνας majores & nigri coloris, & tertios præterea βομβυλίους, qui ſunt omnium maximi. Si quis loca Sacræ conferat ſcripturæ, videbit omnia quam exactiſſime convenire cum hac expoſitione. Sævum enim & infeſtum eſſe hoc animal, utpote quod ipſas quoque animas in vulnere ponat, notum eſt omnibus. Cantum vero lugubrem, ſeu θρῆνον & κοπετὸν, ut loquitur

quitur propheta, & is quoque notus. Itaque Euſtathius ad Φ. Οδυσσ, iſtos Sirenas Dicit ἀμυδρόν τι κλαυθμυρίζειν.

CAP. XIV.

Quomodo diſputandum cum Judæis, & qua præcipue ratione ſint convincendi.

INfinitum ſuſcipiamus laborem, nec brevi hoc ſcripto abſolvendum, ſi ſingula perſequi velimus: hoc ſolum dixiſſe ſufficiet, ſi in expoſitione ſacrarum literarum Judæis hoſtibus Chriſtianæ fidei adhærere velimus, perire & in nihilum recidere pleraque ea quæ adventum Servatoris noſtri præceſſere vaticinia, adeoque ipſum Chriſtianiſmum. Quamdiu una verſio & unus tantum ſacrorum librorum fuit ſenſus, non infinita tantum gentium multitudo, ſed & maxima Judæorum pars ad fidem compellebantur Chriſtianam: at vero noſtro hoc tempore, ubi Judæis permixti vivunt Chriſtiani, vel nullos vel pauciſſimos Judæos invenias, qui ad Chriſtianorum tranſeunt caſtra, cum plurimi paſſim Chriſtiani, vel clam, vel etiam palam Judæorum fiant Proſelyti. Commentitia Rabbinorum grammatica iſtud jamdudum effecit, ut cum tam multiplex factus ſit ſacrorum literarum ſenſus, ut alia expoſitio aliam deſtruat; ſoli tamen exulent ſenſus quos LXX poſuere interpretes, quoſque & Chriſti & Apoſtolorum confirmavit & ſanxit auctoritas. De Judæis minus mirandum, rem ſuam faciunt cum ſuis adhærent commentis & incautos circumveniunt Chriſtianos, eoſque ſub diſciplina habent ſibi vectigales. Sed vero quis non obſtupeſcat tam multos Chriſtianos, quorum erat officium Judaica iſta evertere commenta, obſtinatius tamen illa tueri, quam ipſi faciant Rabbini? Solo hoc Judæi telo imprudentes conficiunt

ciunt Christianos, & sola Rabbinorum sufficit Grammatica ut de Evangelio & cruce Christi triumphare sibi videantur. Haud semel interfui nostrorum cum Judæis de religione conflictibus, qui tamen parum prospere Christianis cessere. In altercationibus nempe cum Christianis eo semper utuntur artificio Judæi, ut unum tantum disputationi poni postulent fundamentum, quod utrique admittant, vetus scilicet testamentum. Hoc si concesserit Christianus, væ illi. Cum enim in tota vita unum hoc agant Judæorum magistri, ut sese exerceant in præceptis & legibus Grammaticæ à Rabbinis stabilitæ, totamque Hebraicæ linguæ cognitionem in ea collocent, admittentibus id ipsum Christianis; fieri aliter non potest, quin totus controversiæ status ad Grammaticam devolvatur, quæstioque fiat utri in lingua Hebraica sint doctiores, Rabbini videlicet, an Christiani eorum discipuli. At vero si quis cum Judæis congredi velit, longe aliam necesse est insistat viam, nec permittendum ut vetus testamentum separetur à Novo, utpote sine quo ne vetus quidem possit subsistere. Ostendendum iniquum & stultum esse aliquod adstruere & stabilire fundamentum, cui ne ipsi quidem credant, utpote qui Christum prædicto multis Prophetis tempore advenisse negent. Christianos vero recte vetus admittere testamentum, utpote credentes Novum testamentum esse demonstrationem & complementum veteris. Hanc disputandi rationem tenuere primi Christiani, qui nunquam perpessi sunt Novum à Vetere avelli Testamentum. Ecclesiastica regula & fundamentum fidei semper fuit veteris & novi Testamenti concentus, & utriusque scriptorum consonantia. Quicunque hac conditione cum Judæis se committit, certa illum manet victoria, efficietque ut aut discedant aut obmutescant Judæi, cum sublato Novo tollatur quoq; Veteris testamenti auctoritas, & nulla sit causa ut huic credamus, si nec dum advenerit Messias, & necdum impleta sint Prophetarum Vaticinia.

Quod

Quod ſi negent Judæi illum veteris & novi Teſtamenti concentum & nihilominus fiat quæſtio de intellectu linguæ Hebrææ & expoſitione S. Scripturæ, imprimis cavendum à ſpuria iſta & commentitia quam diximus hodierna Grammatica, qua multos credulos circumveniunt Chriſtianos, cavendum quoque ab omnibus verſionibus & explicationibus factis ad placitum Rabbinorum, & firmiter adhærendum verſioni LXX. interpretum & iis expoſitionibus quæ receptæ fuerunt ab omnibus Judæis qui Chriſti & Apoſtolorum tempora præceſſere: hoc ſi fiat, & tum ſuccumbent Judæi.

Ut autem veritas LXX. interpretum, & Rabbinicarum intelligatur futilitas verſionum, commode ipſi ſubveniunt Rabbini. Cum enim quotquot ſunt inter eos prudentiores & majoris auctoritatis, fateantur periiſſe Hebraicam linguam, & laceras tantum ſupereſſe reliquias, neſciri ſignificationem vocabulorum, codicemque Hebræum factum eſſe mutum & nemini intelligendum, eo quod una cum lingua perierint quoque vocales, ideoque eo redacti ſint miſeri Judæi, ut ne legere quidem ſciant Hebraice: agnoſcentibus inquam hæc omnia omnibus fere antiquis & melioris notæ Rabbinis; quis non ipſis merito credat cum palam profitentur, vere in ſe completum eſſe, id quod fore prædixerat Eſaias, ut omnis ſcientia & intellectus Oraculorum Dei ab ipſis tollatur & tranſeat ad gentes, nec ceſſaturam hanc linguæ Hebrææ inſcitiam, ut ipſi addunt, donec veniat doctor Meſſias, qui obſignatum reſerat librum, & priſtinum linguæ reſtituat intellectum. An Meſſias inſtauraturus ſit uſum linguæ Hebrææ ad ſalutem non admodum neceſſariæ, per me licet ut credant Judæi; interim eatenus taceant & contineant ſe ab interpretandis ſacris libris, quod propria confeſſione non intelligunt, donec iſte adveniat Meſſias.

Sed Judæis hac in parte quidam obloquuntur Chriſtiani, dicentes nec periiſſe, nec perituram linguam Hebræam, ſed

vel invitis ipſis Judæis ſemper & fuiſſe & futuram ipſis vernaculam. Verum, nequid gravius dicam, ſic ſentientes ipſis Judæis & Rabbinis deridendos propino.

Iterum, inſtant, ſi non à Judæis, unde & à quibus Hebræi codicis petenda ſit interpretatio? Sæpius jam reſpondi: ſed cum eadem toties moveatur quæſtio, opportet quoque, ut ſæpius eadem repetam. Libens itaque concedo à Judæis petendam eſſe veram ſacrarum literarum interpretationem; ſed non ab iſtis Judæis qui Chriſtianæ fidei ſunt hoſtes, quique ſponte ſua fatentur ſe neſcire Hebraice; ſed ab illis, qui florente & ſuperſtite etiamnum Hebraica lingua ſacros verterunt libros, quique pro veris & ſinceris habiti fuere interpretibus ab omnibus qui Chriſti tempora præceſſere Judæis, ab ipſo denique Chriſto & Apoſtolis, & ab omnibus Chriſtianis Eccleſiis. Sed inquiunt non ſupereſſe LXX interpretum verſionem, & illam quæ vulgo exſtat, ineptam eſſe & futilem. Ita quidem Chriſtiani nonnulli, ipſi hac in parte futiles & inepti, ſed non ſic Chriſtus & Apoſtoli, non denique Judæi quantumvis huic verſioni & Chriſtianis inimici; quapropter ad illos me converto.

Omnes itaque Judæos, qui Chriſti præceſſere tempora, agnoviſſe hanc ſolam verſionem velut legitimam, & non tantum fideliter redditam, ſed & divinitus inſpiratam, teſtantur quotquot fuere vetuſtiores Judæi. Uſque ad tempora Aquilæ nulla alia lecta fuit Scriptura in omnibus Judæorum Synagogis, præter illam LXX. interpretum; perierat quippe intellectus linguæ Hebrææ, utpote quam ne ipſi quidem callerent Judæorum Rabbini. Diu demum, poſt everſa Hieroſolyma, cum viderent ſe hujus verſionis veritate premi à Chriſtianis, auſi ſunt dicere, interpretes illos aliqua non ſatis bene vertiſſe. Nullus tamen repertus fuit Judæus, qui negaret illam eſſe veram & genuinam LXX. interpretum verſionem. Non Origenis, non denique Heronymi ætate quiſquam fuit qui hos non agnoſceret interpretes;

interpretes; & ſane ridiculi fuiſſent, & mille teſtibus convincendi, ſi tam manifeſtæ veritati contradixiſſent. Sed & poſtquam Aquilæ prodiit verſio, remanſit nihilominus apud Judæos uſus antiquæ tranſlationis; cum enim obſcuriſſima & diſtortiſſima eſſet Aquilæ verſio, merito multis diſplicebat, utpote qui verborum quidem aliquam, nullam autem ſenſus habuiſſe rationem videretur. Magis itaque placuit quæ poſtmodum prodiit Theodotionis tranſlatio, quæ quod proxime ad LXX. interpretum accideret verſionem, ideo & clarior & commodior multis viſa fuit Judæis. Attamen & illum æque ac Aquilam peccaſſe ubicunque à vetere receſſit verſione, licet in promtu ſit oſtendere, conſulto præteribimus; nunc enim ut argumentum perſequamur, iſtud monuiſſe ſufficit, verſionem, quæ ab omnibus ſemper agnita fuit Chriſtianis pro vera & genuina LXX. interpretum verſione; illam ipſam quoque lectam in Synagogis & approbatam ab omnibus antiquis fuiſſe Judæis.

Supereſt itaque quæſtio, rectiuſne S. Scripturas interpretati ſint illi Judæi, qui florente & ſuperſtite etiamnum Hebræa vixerunt lingua, an vero iſti, qui vel olim, vel hoc noſtro ſeculo novas excuderunt verſiones, poſtquam nempe vel ipſis fatentibus Judæis periit lingua Hebræa. Veritatis inquiunt nonnulli habendam eſſe rationem. Sed vero ecqua certior Chriſtianis habenda ſit veritas, atque illa, quam & Chriſti & Apoſtolorum ſanxit auctoritas? Judæos vero quod attinet, an non etiam illi tutius credant veteribus Judæis linguæ Hebraicæ gnaris, quam Rabbinis recentioribus ſponte ſua agnoſcentibus ſe non intelligere linguam Hebræam? Inſtant tamen, non reperiri in Hebræis codicibus id quod LXX. poſſuere interpretes. Recte quidem, ſi apices & novitia Rabbinorum ſequamur puncta. Sed vero puncta iſta vocalia tollantur, tollantur quoque immutationes quæ Chriſtianæ religionis factæ ſunt odio, & illico veritas & convenientia verſionis LXX. interpretum

cum Hebræis apparebit codicibus. Quod si ne sic quidem in quibusdam locis illa compareat convenientia, non LXX. interpretum errori, sed suæ tribuant imperitiæ, & alterutrum agnoscant, vel Hebræos codices, vel Græcam à se non intelligi versionem.

Denuo hic obstrepunt Christiani quidam, sed revera ipsis Rabbiniores Rabbinis, & negant puncta vocalia tollenda, nec esse novitium Massoretharum commentum, sed vel ab Esdra vel à Moyse tradita, vel etiam ipsi Deo coæterna esse contendunt. Eo nempe stuporis vel insaniæ quidam progressi sunt, ut Deum ritu humano Hebraice loqui existiment. Cum vero lingua Hebræa absque punctis vocalibus muta ipsis videatur, esse putant necesse, ut puncta ista fuerint ab æterno, alias enim fore ut Deus aliquando fuerit mutus. Nec tamen de nihilo conficta est hæc insania, habet enim & illa quo se tuatur. Isti quippe punctorum patroni cum videant, si Esdras aut Moyses statuantur punctorum auctores, fore nihilominus ut ante eos lingua Hebræa fuerit muta; ut hanc absurditatem effugiant, aliam longe absurdiorem sunt commenti, linguam Hebræam æternam & Deo vernaculam statuentes; quandoquidem vero, ut ipsi sentiunt, lingua hæc sine punctis subsistere nequeat, rem se confecisse existimant, si & punctis quoque vocalibus æternitatem adscribant.

Hæc est merces, hic denique fructus quem ex viridariis, & ut ipsi loquuntur, ex Judæorum paradisis imprudentes referunt Christiani. Miseros eos merito dixeris, ipsi tamen se beatos prædicant, & infelices vocant, si qui non iisdem pascantur bellariis. Tum demum pinguescere eos videas, cum veterum Christianorum derident simplicitatem, utpote qui absque ulla Hebræi sermonis cognitione, ausi sunt nihilominus sacras interpretari Scripturas. Sciant nihilominus inter omnes antiquos Christianos neminem fuisse, cui non majus Hebraicæ veritatis affulserit lumen, quam omnibus simul nostri seculi Rabbinis & semirabbinis

Christianis.

Chriſtianis. Illi quippe ſi non verborum Hebraicorum, attamen ſenſuum, qui beneficio LXX. interpretum ex Hebræis abunde redundant verbis, fuere intelligentiſſimi. At vero Rabbinos, cum non admittant LXX. interpretes, illos ne verba nec ſenſus Scripturæ percipere, nec percepturos antequam veniat iſte fruſtra expectandus Rabbinicus Meſſias, vel propria illorum conſtat confeſſione. Sed quid veteres commemoro Chriſtianos, cur non & in Chriſtum & Apoſtolos deſpuunt, velut linguæ Hebrææ & ſenſuum S. Scripturæ ignaros, utpote qui eadem verba & eoſdem quos LXX. interpretes ubique expreſſere ſenſus? Si Chriſti & Apoſtolorum eos teneat reverentia, unde tanta intemperies in illos qui illorum inſiſtunt veſtigiis? Sed inquiunt Judæi receſſere ab hac verſione. Recte quidem ſed ideo receſſere quod viderent Chriſtianos beneficio hujus verſionis prævalere: antiquiores enim Judæi totis quadringentis & pluribus annis pertinaciſſime huic verſioni adhæſerunt, nec quiſquam repertus eſt qui vel mutire contra LXX. auſus fuerit interpretationem. Quod ſi perſtitiſſent in hac ſententia, vel nulli, vel certe quam pauciſſimi in mundo ſupereſſent Judæi. Adeo enim Evangeliis & Apoſtolicis ſcriptis concinit hæc verſio, ut quiſquis hanc admittat, idem etiam neceſſe ſit admittat Evangelia. Si qui itaque verſionem hanc reſpuunt Chriſtiani, ſupereſt ut ad Judæos tranſeant; aut ſi nolint, æquum eſt, ut quod Chriſtus & Apoſtoli, idem quoque ipſi de hac ſentiant verſione.

Iterum tamen, qui Judæis favent, inſtant & dicunt; poſteriores curas ſemper eſſe meliores prioribus, ideoque verſiones hodiernas antiquæ verſioni eſſe præferendas. Sic nempe & olim Judæi faventes verſioni Aquilæ & traditionibus Rabbinorum, dicere ſolebant *οἱ σοφοὶ δευτεροῦσιν*, ut habet Hieronymus quæſtione decima ad. Algaſiam, quamvis ille locus vulgo non recte concipiatur. Sed vero an ſecundæ expoſitiones & *δευτερώσεις* ſemper ſint præ-

ferendæ.

ferendæ prioribus, opus non eſt noſtrum interponere judicium, cum ipſe Chriſtus ſatis ſentientibus reſponderit, cujus teſtimonio ſi non Judæi, qui Talmudicas & Rabbinicas expoſitiones & traditiones verbis & ſenſibus Scripturæ præferunt, at certe acquieſcere debent Chriſtiani. Aquilam vero non vertiſſe ſed pervertiſſe potius Scripturas, nec amore veritatis, ſed odio Chriſtianorum impiam iſtam condidiſſe verſionem, vel ipſa quæ etiamnum ſuperſunt ſatis teſtantur fragmenta. Recentiores vero Judæos, quibus ignota eſt, non Aquilæ tantum, & aliorum veterum, ſed & ipſa quoque LXX. interpretum verſio, cum nullas certas ſequantur expoſitiones, utpote qui ex iiſdem verbis ſeptuaginta & ſæpe plures diſcrepantes eliciunt ſenſus; quamvis vel ipſa expoſitionum diverſitas erroris poſſit convincere; attamen cum omnes iſtæ interpretationes uno Grammaticæ à Rabbinis ſtabilitæ fulciantur fundamento, ut & hujus quoque cognoſcatur futilitas, velim legantur ea, quæ cum alii viri docti, tum præcipue Morinus, de hoc ſcripſere argumento, quæ ſiquis non iniquo evolvat animo, facile reprehendet, ne ipſos quidem Judæos tam magnifice de ſua ſentire Grammatica, quam multi hoc tempore faciant Chriſtiani. Si quis vel ipſa excutiat principia, ſtatim intelliget, quam etiam in his turpiter ſe dederint. Cum enim poteſtas ſingularum literarum ex antiquo Græcorum ſatis adpareat alphabeto, quod ex Phœnicio deſumtum eſſe plerique fatentur, & res ipſa clamat; quam ſtultum & ridiculum eſt credere, ſi auferantur puncta, jam quoque neceſſe eſſe, ut vocalibus veteres caruerint Hebræi? An ergo mentitus eſt Joſephus, cum nomen Dei tetragrammaton ex vocalibus conſtare ſcripſit? Sed & an Samaritæ, quod punctis careant, carent quoque vocalibus? Perſuadeant hoc ſi poſſint Samaritis.

Licet progreſſu temporum, ut apud alias gentes, ita quoque apud Hebræos immutata ſit literarum poteſtas,

in

in principio tamen quinque vocalium loco fuiſſe apud eos literas אהוית clarius eſt quam ut quiſquam dubitare poſſit. Exceptis Vau & Joth, quæ aliquando vocales, alias vero ſunt conſonæ, reliquæ ſemper ſunt vocales. Quod autem אהע quæ olim erant A, E, O, & ipſæ quoque in hodiernis Rabbinorum Grammaticis accenſeantur conſonantibus, id omnem ſuperat barbariem. Quomodocunq; enim literæ iſtæ pronuncientur, ecquis unquam efficere poſſit, ut non ſint vocales?

Quod vero poteſtatem ſingularum attinet literarum, minime dubitandum, quin ut forma & ordine, ita quoque poteſtate in prima ſui origine convenerint cum veteribus literis Atticis, ſeu Jonicis, ita ut ט cum Θ, ת cum T, כ cum K, ק cum Q Latino, ס cum Ξ exacte convenirent. Abſurdum enim maxime fuerit olim in Syriaco ſeu Hebræo Alphabeto, tres iſtas literas ס, צ & ש unum eundemque expreſſiſſe ſibilum, ut jam olim quoque perſuaſus à Judæis magiſtris arbitrabatur Hieronymus. Sed neque de eo dubitandum, cum alphabetum Hebræum, æque ac Græcum vel Latinum, omnibus tam vocalibus quam conſonis fuerit inſtructiſſimum, quin non tantum à pueris recens diſcentibus, ſed & ab omnibus integræ voces cum omnibus ſuis primitus fuerint expreſſæ vocalibus, ac diu demum poſtea compendiariam iſtam placuiſſe & introductam fuiſſe ſcripturam, qualis nunc apud Hebræos, Samaritas, Syros, Arabes, & pleraſque orientis uſurpatur gentes.

Iſtum vero ſcribendi morem, quando nempe compendii gratia complures omittuntur vocales, non eſt ut quiſquam miretur; cum etiam inter Europæos, barbaris præſertim temporibus, fuerit uſitatiſſimus, & etiamnum, ut diximus, apud pleroſque fere Aſiaticos obtineat populos, qui hoc nomine rident Europæos, quod legere neſciant, niſi omnes exprimantur literæ. Utri rectius faciant, non jam quæritur: illud conſtat, ut hæc Orientalium ſcribendi

ratio

ratio compendiosior est altera, ita ad conservationem linguarum obesse quam plurimum. Clarum hujus rei exemplum in Græco & Romano habemus sermone, qui per tot secula integri propemodum supersunt, cum nullam in Oriente invenias gentem, quæ antiqui sermonis conservarit sibi peritiam, ut vel hinc cognoscas, quam damnosum sit rerum sectari compendia, veluti quæ omnium artium & scientiarum oblivionem inducant. Nec linguæ Hebrææ, quantumvis sancta habeatur, melior fuit conditio, utpote quam plerique doctiores Rabbini periisse unanimiter fateantur. Non autem recens est hæc jactura; diu etiam antequam Christus nasceretur in desuetudinem abierat. Josephi vero ætate, quam rari essent qui eam linguam callerent, vel exinde cognoscitur, quod ipse adfirmet, vix duos aut tres inter omnes fuisse Judæos, qui Hebraicas Scripturas possent interpretari. Quod jam illo tempore plurimum recessisset ea lingua à statu suo pristino, non in verborum tantum & phrasium intellectu difficultas occurrebat maxima, sed & propter vocalium defectum, eo miseri Judæi redacti erant inscitiæ, ut ne legere quidem scirent, nisi Hebraica verba Græcis expressa literis adscriberentur, quibus nempe vocalium resarciretut defectus. Hunc scribendi morem à Judæis acceptum, in tetraplis & hexaplis secutus est Origenes. Hebraicis & Samariticis literis opponens eadem Hebraica & Samaritica, Græcis expressa literis, additis tantum vocalibus ut commode legi possent. Viguit autem hæc ratio per annos fere mille, nempe usque ad tempus Masoretharum, qui ante sexcentos fere annos neglecta hac duplici scriptura, secuti Syros & Arabes, apices & puncta invexere, quibus vocalium loco uterentur. Adeo autem recentia esse puncta & apices istos, vel ex eo satis est manifestum, quod nullus liber, nullumve appareat monumentum, quod quidem quingentis annis sit vetustius, in quo isti compareant. Non Origenes, non Hieronymus, sed neque antiquiores

Thalmu-

Thalmudiſtæ, uſquam eorum faciunt mentionem. Et ſane quam ſtultus fuiſſet Origenis & Judæorum, quos ſecutus eſt labor, in deſcribendo codice Hebræo Græcis literis, ſi iſtis temporibus puncta exſtitiſſent vocalia.

Arabes autem primos fuiſſe qui commenti ſint apices & puncta vocalia, quæ imitati ſint poſtmodum Syri, à quibus demum accepere Judæi in Syria & Ægypto viventes, licet ſagaciores fateantur Judæi, clarius tamen id ipſum evincunt punctorum & accentuum nomina, quæ pura puta ſunt Arabica. Sed ut omnis tollatur dubitatio, & ut ſciamus, quiſnam punctorum vocalium primus fuerit inventor, adſcribam locum Leonis Africani ex libro de doctis Arabibus, quem ex Bibliotheca Florentina deſcriptum penes me habeo. Sic itaque ille in vita Elchalil, proſodiæ & Grammaticæ apud Arabes inventoris; *Similiter etiam Elchalil fuit, qui vocales & literarum puncta invenit. Nam antiquitus Arabes non utebantur tam punctis quam vocalibus: At quia tempore hujus Elchalil Arabes Coranum corrumpere & depravare cœperunt, ideo vocales & puncta maximæ quidem utilitatis & commodi invenit & appoſuit.*

CAP. XV.

De Literis Samariticis.

JAM vero quod vetuſtos Hebraicos attinet characteres, quibus ante tempora Eſdræ & captivitatem Babylonicam ſacri fuere deſcripti libri, qui illos ſimiles Samariticis fuiſſe negant, illis præter bonam mentem aliud quod precer non habeo. Præter teſtimonia & à nobis & crebro ab aliis allata, addantur quoque teſtes omni exceptione majores Joſephus & Ariſtæus. Ubi enim de interpretan-

dis ſacris in Græcum ſermonem agunt libris, ſcribunt, difficultatem non levem in hoc occurrere negotio; quamvis enim Judæi vulgo credantur iiſdem literis & eadem qua alii Syri uti dialecto, iſtud tamen aliter ſe habere, cum & literas & dialectum habeant peculiarem: utpote cum literis utantur Chaldaicis, & dialectus propter vetuſtatem ſcriptorum, plurimum à Syriaca illius temporis diſcreparet. Verba Ariſtæi & Joſephi ſi quis perpendat, idem etiam agnoſcet, ut puto aliter illa exponi & accipi non poſſe. Quod autem exiſtimant Judæi Eſdram poſt captivitatem odio Samaritarum Syriacas Aſſyriis permutaſſe literas, non eſt admodum veriſimile; nimium enim multis rebus bonis & ipſa quoque luce carendum fuiſſet miſeris Hebræis, ſi nihil cum Samaritis commune habere voluiſſent. Quin potius ſuadente utilitate & communi omnium Judæorum conſenſu facta fuit hæc literarum immutatio, non tantum facilioris gratia commercii cum Aſſyriis, ſub quorum vivebant imperio, ſed & quod Abrahamum antequam in Syriam migraret, iiſdem uſum fuiſſe literis, haberent ſibi perſuaſiſſimum. Quis non miretur hoc demum ſeculo, contra tot teſtes, contra tam manifeſtam veritatem, miſeros quoſdam inſurgere homines, & duplex comminiſci alphabetum, alterum ſacris, alterum profanis tantum deſtinatum uſibus. Hoc tamen ut efficiant, producunt neſcio quos nummos Rabbinicis inſcriptos literis, ſed quos adulterinos eſſe quivis vel paulo peritior facile deprehendat. Præcipue oſtentantur ab illis Sicli quidam, quorum unus Moyſis, alter Salomonis continent effigiem. Sed an non vident miſeri ſe ineptire, cum iſtiuſmodi nummos genuinos eſſe pertendunt? Adeone præcepti divini obliti fuere veteres Judæi, ut humana facie nummos ſuos inſcripſerint? Quod ſi quis quærat quales fuerint ſicli vel nummi, qui poſt captivitatem Babylonicam in uſu fuere, habeat is hoc ſibi reſponſum; vel nullos omnino novos fuiſſe ſignatos,

quod

quod Chaldaicam primo, deinceps vero Græcam & Romanam coacti fuerint admittere monetam, ſiquidem jus monetæ cudendæ tranſit ſemper ad gentes victrices; vel ſi etiam poſt captivitatem Babylonicam ſignandæ pecuniæ Judæis remanſerit poteſtas, libens quoque & ſiclos Chaldaicis inſcriptos admittam literis. Nullos tamen hactenus vidi quos genuinos eſſe audeant ſpondere antiquarii. Ponamus tamen reperiri, quomodo quæſo conficient, illos ante captivitatem Babylonicam eſſe conflatos, quemadmodum iſti alii Samariticis ſeu potius Syriacis inſcripti literis, qui paſſim occurrunt, quique ſoli certiſſimam oſtendunt antiquitatem? Hoc tamen illis erat oſtendendum, ſi inficetum iſtud ſuum de ſacro & profano alphabeto commentum aliqua velint ratione ſtabilire. Sed & quomodo evincent iſtos ſolos ſacris eſſe ſignatos literis, alios autem profanis? Cum in Chaldea viventes Chaldaicis, inter Syros vero Syriacis ſeu Cananæis uſi ſint literis veteres Hebræi: dicant cauſam ſi poſſint, quare alter character ſanctior ſit altero? Sed video quid ſibi velint miſeri, libenter nempe obtineant ut libri ſacri, nec Chaldaicis, nec Syriacis ſint deſcripti literis, neque enim deum uti characteribus gentium, ſed peculiares & ſolis uſitatas cœlitibus Moyſi tradidiſſe literas. Verum à talibus libens memet ipſe abſtineo. Reſtat ut & Evangelia Græcis eſſe negent conſcripta literis.

CAP. XVI.

De Judæorum Grammatica, & de Judæis Hellenistis.

HÆC de literis, punctis & apicibus dicta sufficiant. Superest ut de tota Grammatica nonnihil dicamus. Quamvis in ea excolenda jam per tot secula Rabbinorum præcipui omnem suam posuerint & pene exhauserint diligentiam: ut tamen cognoscamus, quam futilis & nullius pene pretii totus iste sit labor, sufficit mutas & laceras linguæ Hebraicæ expendisse reliquias. Si Græcæ & Latinæ linguæ eadem quæ Hebraicæ esset conditio, nec quidquam præter Homeri & Virgilii scripta vocalibus destituta ad manus nostras pervenissent, cogitemus quæso quam bella sit futura, ea, quæ ex illorum operibus construi possit Grammatica. Aliquanto melius successisset iste labor, si quo tempore suam isti magistri condidere Grammaticam, consulere potuissent tetrapla & hexapla Origenis; unde, si non veram, at saltem meliorem & genuinam magis haurire potuissent Hebraicæ linguæ pronunciationem: nunc vero quam pravas & perversas plerisque vocabulis aptarint vocales, vel è propriis satis colligitur nominibus, quæ in Evangeliis, & in veterum Judæorum passim occurrunt monumentis, ut necesse sit, aut ineptissime & nullo judicio hodierna esse apposita puncta, aut Christum & Apostolos, omnesque adeo veteres Judæos prophetarum & proavorum ignorasse nomina. Nec in propriis tantum nominibus, sed & in cæteris vocibus, quantum à veteri scribendi ratione recentiores recesserint Judæi, manifestum satis fiet, si quis in patrum scriptis reliquias consulat Hebraismi. Minime itaque probo factum Erasmi & aliorum qui opera Hieronymi ediderunt, quod invitis antiquis libris

veterem

veterem expunxerint lectionem, depromtam ex tetraplis & hexaplis Origenis, Hebraicaſque repoſuerint voces, animatas vocalibus Maſorethicis, plurimumque ab antiquis diſcrepantes.

Hæc cum ita ſeſe habeant, quis non libenter vel ipſis credat Judæis, agnoſcentibus aut nullam, aut certe minimam Hebraicæ linguæ ſeſe habere cognitionem, cum perierint vocales, & temere ſuſceptus ſit totus ille qui circa commentitia puncta verſatur labor. Et ſane qui fieri aliter poſſit cum vetuſtiores Judæi nullas ſibi conſtruxerint Grammaticas, aut ullam inſtaurandæ vel conſervandæ linguæ curam habuerint, ac ne Hieronymi quidem ætate ullus, præter ſacros, liber Hebraicus exſtiterit? Græce omnes ſcripſere, adeoque ipſæ quoque δευτερώσεις ſeu traditiones, Græco ab illis concinnatæ fuere ſermone. Primus liber Hebraice conſcriptus fuit Miſna, idque tempore Juſtiniani, aut non multum poſtea, cujus rei cauſam fuiſſe exiſtimo, quod cum hujus Imperatoris edicto cautum eſſet ne Judæi in ſynagogis legerent δευτερώσεις, ſeu librum traditionum, illi ut edictum eluderent, ſcriptum hoc in Hebræum converterint ſermonem. Miſnam ſubſecutum eſt Thalmud Babylonicum, quod incœptum anno Chriſti DCLV, abſolutum vero anno DCCXXVI. Sed & Hieroſolymitanum Thalmud eodem tempore ſcriptum fuiſſe videtur, ſecutaque eſt mox ingens Rabbinorum turba, qui non ceſſavere exinde uſque ad hoc noſtrum ſeculum, Rabbinico, id eſt ſpurio Hebræo ſermone infinita condere volumina. Cum itaque ab eo tempore, ex quo Judæi Græcorum & Romanorum ſubiere jugum, uſque ad tempora Juſtiniani nullus liber Hebraice fuerit ſcriptus, aut ſiqui ſcripti fuerint, illi omnino perierint, quod tantundem eſt ac ſi non ſcripti fuiſſent, clarum ſatis ſit, quid de hodiernis ſentiendum ſit Grammaticis, utpote quæ nullo alio, niſi oralium, ut loquuntur, traditionum, nitantur fundamento. Nam certe puncta ſeu vocales non fuiſſe adſcriptas, ſed per oralem tan-

tum

tum traditionem propagatas, fatentur antiquiores Rabbini, & ipſe quoque maximæ inter Judæos auctoritatis liber, qui dicitur Cozri. At vero iidem Rabbini fatentur quoque omnes fere orales periiſſe traditiones, periiſſe vocales, & codicem Hebræum factum eſſe mutum. Iſtæc vero quis componat? Sed vero ſic ſentientes Judæos increpant Chriſtiani nonnulli, & vel ipſis invitis, veram linguæ Hebraicæ pronuntiationem Rabbinorum linguis & faucibus deum alligaſſe contendunt. Verum ſic ſentientes ipſorum Rabbinorum curæ & cuſtodiæ libens committo.

Quod autem putant demum poſt inventionem punctorum primas prodiiſſe Grammaticas, id omnino aliter ſe habere exiſtimo. Eſt enim veriſimile Grammaticæ conſtructionem præceſſiſſe tempus quo Judæi Hebraice ſcribere cœperunt. Quamvis autem ante Miſna nullus liber alicujus autoritatis in lucem prodierit, apud Alexandrinos tamen & Tiberienſes erant ſcholæ linguæ Hebraicæ, & multi Judæi Hebraice loquebantur. Quod utique illo tempore, poſtquam nempe perierat lingua Hebræa, ſine aliqua Grammaticæ ſcientia fieri vix potuit. Nulla quidem tum erant puncta, non tamen deerant vocales, illæ quippe ſeorſim notabantur, in iis paginis, ubi Hebræa Græcis exprimebantur literis. Vetuſtioribus vero Judæis nullas fuiſſe Grammaticas, omnino probabile eſt. Si quæ enim exſtitiſſent, felicius proculdubio verſati fuiſſent in explicandis & eruendis etymis nominum propriorum, nec conati fuiſſent exponere ipſas quoque vocabulorum terminationes, quod factum fuiſſe paſſim videre eſt in libellis Hieronymi de explicatione nominum Hebraicorum. A Judæis concinnatos fuiſſe iſtos libellos extra dubium eſt. In multis etiamnum Bibliothecis Græce ſuperſunt, & conſtat Origenem eos ſuis inſeruiſſe operibus. In Lexico necdum edito, quod Cyrillo tribuitur, ad calcem ſubjunguntur iſtæ Hebraicæ expoſitiones. Attamen Lexicon iſtud non eſt Cyrilli, ſed Origenis, ſeu potius Judæorum, à quibus Origenes

genes accepit. In veteri meo libro, eraſo Origenis nomine, Cyrillo adſcribitur, quod ipſum quoque in aliis factum fuiſſe obſervavimus exemplaribus. Et ſane neſcio quo fato contigerit ut tam multa Origenis opera, præpoſtero tanti viri odio, attributa ſint Cyrillo, homini neque doctrina, neque probitate, alteri comparando. Porro Hieronymus ſcriptum hoc de nominibus Hebraicis Philoni adſignat. Id ſi verum ſit, non tamen exinde ſequitur, illum Hebraice neſciviſſe, niſi exiſtimemus Varronem & Platonem, quod & ipſi non feliciter etyma explicuerint, ideo etiam Latine & Græce ignoraſſe. Quamdiu linguæ florent, non ſolent Grammaticæ fieri. Licet vero Philonis ſeculo ceſſaret linguæ Hebrææ uſus, major tamen illius, quam noſtra ætate linguæ hujus ſupererat cognitio. Sed neſcio, qua ratione fiat, ut complures viri docti Philonem & Joſephum & pleroſque Judæos, qui Græce loquerentur aut ſcriberent, Helleniſtas vocent; vocem eam accipientes de iis qui Græce quidem, minus autem Hebraice ſcirent. Plurimum certe falluntur qui ſic exiſtimant. Ελληνίζειν non tantum eſt Græcorum linguam imitari, ſed & partes Græcorum ſequi, ut Ρωμαΐζειν, Περσίζειν, Μηδίζειν, Αντιγονίζειν imitari mores & ritus, aut ſtare à partibus Romanorum, Perſarum, Medorum, & Antigoni, & illis quomodocunque favere. Conſtat enim Judæos bifariam fuiſſe diviſos. Qui inſtitutis & ritibus favebant patriis, illi inique ferebant jugum Græcorum & Romanorum, & inviti vectigal pendebant, parati etiam arma pro publica ſumere libertate, neminemque alienigenam dominum agnoſcere. Tales fuere Judas Gaulonita, Theudas, & illi qui zelotæ dicebantur, compluresque alii, qui veri & γνήσιοι volebant videri Judæi, nec volebant Cæſarem vocare dominum, ſoli deo hanc appellationem reſervantes. At vero illi qui pacatiore eſſent animo, & ſine cunctatione vectigal pendebant, monerentque jugum à deo impoſitum æquo eſſe ferendum animo, iſti dicebantur Græcorum partes ſequi, ac propterea Helleniſtæ

ac φιλέλληνες vocabantur. Tales quoque erant præcipue publicani & quicunque alii Græcis aut Romanis quocunque loco aut officio inſervirent magiſtratibus. Peccant itaque Hieronymus & qui illum ſequuntur viri docti, cum reprehendunt Tertullianum, quod in libro de Pudicitia ſcripſerit, nullos inter Judæos fuiſſe publicanos, perſuaſus loco Deuteronomii de quo ante egimus; *Non erit vectigal pendens in filiis Iſrael.* quamvis enim & Matthæus Apoſtolus, & Zacchæus, & alii publicani fuerint, id tamen nihil ad rem facit: cum enim Judæi Romanis eſſent obnoxii, utique à Romanis conſtituebantur publicani; & pro illis non autem pro Judæis colligebant vectigal, ut mirum non ſit exoſos aliis Judæis fuiſſe publicanos, ac gentilibus & peccatoribus annumeratos. Licet autem magna illorum pars Græci aut Romani eſſe potuerint, verum tamen eſt id quod Tertullianus ſubjungit, aliquos quoque è Judæis potuiſſe eſſe publicanos, uti nempe illi quos diximus. Ut Alexandriæ, ita quoque Hieroſolymis poteſtas exigendi tributa & vectigalia, redimebatur à plus offerentibus: nec ſemper erant Græci aut Romani qui colligebant vectigal, ſed ut nunc quoque fieri ſolet, ex illis ipſis quæ vectigal pendebant, eligebantur gentibus. Plurimum itaque peccant, qui putant Helleniſtas dictos, qui Græce loquerentur, & Hebraice neſcirent. Nam certe hac ratione ſequeretur Chriſtum Hebraicæ linguæ fuiſſe imperitum, utpote qui fuerit Helleniſta cum jubet, ut Cæſari detur id quod eſt Cæſaris. In Actibus Apoſtolorum ubi fit mentio de viduis Helleniſtarum, id intelligendum de illis, quarum mariti in officio ſeu ſtipendio fuiſſent Romanorum. Ut vero non eadem erat ratio eorum qui ſinceri volebant videri Hebræi, ita quoque diverſi erant gradus Helleniſmi & Helleniſtarum. Qui pro veris habebantur Hebræis, illi abſtinebant ab omni gentilium ſodalitio, & militiam detrectabant, quod ſibi licitum non eſſe crederent Sabbato iter facere, arma geſtare, & iiſdem quibus gentiles cibis uti.

Horum

Horum aliquot exempla habemus in decretis apud Josephum, Lib. XIV. in quibus immunitas à militia Judæis conceditur. Alii militabant quidem cum Græcis & Romanis, sed tamen quoad fieri poterat, mores & ritus patrios observabant, quorum aliquot exempla habemus apud eundem Josephum & alios. Supremus vero & præcipuus gradus Hellenismi erat, quando neglectis patriis ritibus, toti in mores & religionem gentilium concederent. Tales erant illi, qui apud Josephum, lib. II. cap. VI. Antiochum accedunt, paratos se esse dicentes relictis patriis institutis & legibus, religionem regis & Græcanicos sequi mores, adducentes sibi præputia, ut Græcis viderentur similes. Istiusmodi in lib. XII. Machab. cap. IV. dicuntur sub petasum cogi, ὑπὸ πέτασον ἄγεσθαι, quia petasus Macedonicus imponebatur iis qui militiæ nomen darent. Talis vero habitus summus erat gradus Hellenismi, unde ibidem dicitur ἀκμὴ Ἑλληνισμοῦ. Fusius aliquando hæc sumus prosecuti, nequis imposterum Hellenistis Judæis peculiarem linguam aut dialectum affingat. Recte itaque vir magnus in duobus quos de lingua Hellenistica conscripsit libris, linguam eam explodit, peccat tamen in eo, quod Hellenismum ad solum referat sermonem.

Licet infinita sint ea quæ de futilitate hodiernæ Grammaticæ Hebrææ & commentitiis Judæorum punctis dici possint, hæc ipsa tamen, quantumvis pauca, sufficere possint, ut tandem aliquando resipiscant Christiani, & suam agnoscant imprudentiam, cum acrius & animosius in adstruenda utriusque commenti veritate, quam ipsimet depugnent Judæi. Ad probandam punctorum antiquitatem, ne ipso quidem dubitant abuti Christi testimonio, cum dicit unum jota aut unum apicem non periturum. Ostendant viri boni κεραίαν notare punctum. Credant Galeno, credant omnibus Græcis Grammaticis, cum affirmant vocem hanc significare virgulam rectam aut partem literæ, ut cum dicunt A duas habere κεραίας, N tres, M vero

 quatuor,

quatuor, & ſic in cæteris. Itaque cum Servator noſter unum jota vel unum nominat apicem, id non de Joth Hebræo, quod minimum duas, aut Samaritico, quod complures continet apices, ſed de Græcorum intelligendum eſt jota. Verum neſcio qua ratione factum ſit, ut hoc noſtro ſeculo plerique fere docti Chriſtum & Apoſtolos Hebraice ſemper locutos fuiſſe exiſtiment, non autem Græce, quia nempe ſanctior Hebræa ipſis videatur lingua, ac ſi in ſono & criſpatione linguæ ſita ſit ſermonis ſanctimonia, ſanctiuſque locuti ſint olim Cananæi, quorum linguam amplexi ſunt veteres Hebræi, quam vel Paulus vel Evangeliſtæ. Nullis profecto vel argumentis vel teſtimoniis nititur hæc opinio. Ubicunque jam ab Alexandri Magni temporibus Græci fuere domini, ibi etiam Græca prævaluit lingua, & abſurdum eſt unam excipere Judæam, cum & Joſephus & Machabæorum libri ſatis teſtentur, quam prompti ſub Græcis regibus fuerint Judæi, in aſſciſcendis Græcorum moribus, adeo ut major pars Græci quam Judæi videri maluerint. Linguam Græcam, id eſt, linguam dominantium, etiam illi qui Græcos oderant, ſi intelligi & rebus ſuis vellent conſulere, addiſcere cogebantur. Ut in Ægypto, Aſia, & reliqua Syria; ita quoque in Judæa, nulla præter Græcam audiebatur lingua, in urbibus præſertim oppidiſque. Soli illi qui rure & in pagis verſabantur, aut denique vilis popellus dialecto utebantur vernacula, id eſt, Syriaca, & illa quoque ſeculorum lapſu plurimum immutata & facta ſemigræca. Ne in Hieroſolymitanis quidem Synagogis alia præter Græcam perſonabat lingua. Quod ſi Hebræa prælegeretur Scriptura, accedebat interpretatio Græca, à ſolis quippe doctis intelligebatur vetus Hebraica lingua. Quamobrem ſi tuto cum Judæis congredi velimus, abroganda ſunt puncta, quæ & Elias Levita & ſagaciores Judæi novitia eſſe fatentur, & explodenda ſpuria iſta & ab antiqua plurimum diſcrepans Grammatica, quod eo facilius licebit, quod & ipſi

quoque

quoque Judæorum magiſtri admittant, nullam aut admodum exiguam ante Rabbi Jehudam habuiſſe ſe Grammaticæ ſcientiam. Relinquendæ denique omnes novæ verſiones, & firmiter adhærendum verſioni LXX. virorum, quam & Chriſtus & Apoſtoli & omnes antiqui agnovere Judæi, illi nobis exemplo ſint, ut & nos quoque illam ampleĉtamur. Quod ſi verſionem hanc non admittant Judæi, oſtendendum eos nullum habere fidei & religionis ſuæ fundamentum, ſi necdum advenerit Meſſias: & ſi quis ſub hoc nomine comparuerit, illum non poſſe eſſe verum Meſſiam, utpote cujus tempus jam præterierit: at vero Chriſtianos, qui huic verſioni acquieſcunt, & non hodiernis, ſed antiquis credunt Judæis, & Chriſtum prædiĉto à Daniele & omnibus Prophetis tempore adveniſſe ſtatuunt, illos optimum & firmiſſimum religionis ſuæ habere argumentum. Auferantur modo Judæis novitia punĉta & novitia Grammatica, inermes erunt, & nulli homines ad veritatem facilius poterunt compelli. Solis his futilibus armis confiſi, incautos eludunt Chriſtianos, quorum eſt culpa ut hoc tempore aliqui in mundo reperiantur Judæi. Qua enim ratione Jacobi morientis vaticinium & Danielis hebdomades conſtare poſſint, ſi necdum advenerit Chriſtus? Quid demum de tota fiet ſacra Scriptura, ſi permittamus, ut hoc demum tempore, ex novitiis punĉtis, & ſpuria Rabbinorum Grammatica, novæ interpretationes, & novi & inauditi producantur ſenſus ad placitum Judæorum, religionis noſtræ hoſtium, & vel propria confeſſione ignarorum linguæ Hebrææ? Eſto ut in his expoſitionibus aliqua occurrant, quæ, permittentibus & ſimul ridentibus Judæis, Chriſtiani ſibi favere exiſtiment; ſed quis gentilis aut denique Chriſtianus acquieſcat interpretationibus faĉtis poſtquam impletæ ſunt prophetiæ, & quando verba aptantur eventibus? Si reĉtam inſiſtere viam & adverſarios obruere velimus, relinquendæ ſunt prophetiæ eo ſenſu, quo acceptæ fuerunt antequam res implerentur.

plerentur. Hoc ſi fiat, ne quidem quod hiſcant ſupererit Judæis. Deſinant itaque tandem aliquando incauti & imprudentes Chriſtiani futilibus iſtis Rabbinorum commentis majorem quam ipſi Judæi fidem tribuere, & ſciant totum iſtum laborem, qui punctis & accentibus Hebraicis impenditur, æque vanum eſſe, ac ſit ſtudium eorum, qui circa hodiernos Græcæ linguæ verſantur accentus, imo etiam vanius; licet enim utrique hac ratione corrumpunt & pervertant veterem pronuntiationem, minor tamen eſt culpa eorum, qui in lingua Græca id ſibi licitum eſſe exiſtimant. Cum enim omnes in hac ſuperſint vocales, error tantum ſit in ſyllabarum quantitate. At vero cum in lingua Hebræa perierint etam vocales, non tantum in Proſodia, ſed & in literis, & in ſenſibus peccatur.

AD
JUDÆOS.

AD vos nunc me converto, O Judæi, gens olim Deo dilecta supra omnes gentes; nunc non Deo tantum, sed & omnibus pene invisa hominibus. Iniquas vestras fortunas & calamitates, non vos tantum, sed & illi ipsi qui vos oderunt, deplorant. Sexdecim jam effluxere secula, ex quo in perpetuo exilio & captivitate dispersi vivitis, nec finis aut requies vestræ erit futura miseriæ, antequam veniat ille, quem frustra hactenus expectatis, Messias. Obstare vestra dicitis peccata, quo minus ille palam se vobis videndum exhibeat; & natum quidem prædicto à Prophetis tempore ante complura secula, sed clam se tenere, & inter leprosos ad portas urbis Romæ, aut etiam alibi, ignotum delitescere: verum tantane oculos vestros incessit cæcitas, ut quem omnes gentes & totus pene agnovit mundus, vos soli non videatis? Reducite velum quo vestri obnubilantur oculi, & nolite Messiam alibi quam in Evangeliis quærere. Iis si credideritis, jam statim rex & dux vester aderit, jam reædificabitur Urbs Sancta, & totus mundus fiet Hierosolyma; jam quoque omnia quæ prædixere Prophetæ contingent: denique qui nunc estis hominum contemtissimi, iidem forsan primi & præcipui eritis mortalium. Sed expectatis adventum Messiæ gloriosum; atqui regnum ejus gloriosum non videbitis, nisi prius credideritis in istud quod præcessit regnum, quando nempe in statu humilitatis mortalibus adparuit. Nolite ergo vestram & simul nostram morari felicitatem, & efficere ut vestra diutius culpa differatur regnum Dei & Christi, idemque

pacis

pacis & justitiæ regnum, quod ut adveniat precibus nostris utrique quotidie flagitamus. Quapropter incubantem jamdudum pectoribus vestris excutite veternum, & si velitis tam gloriosi regni esse participes, neglectis aliis à quibus jam toties frustrati & decepti estis, verum agnoscite Messiam, regem pacificum, regem servatorem gentium, utinam & vestrum. Si Prophetis creditis vestris, æquum est ut huic quoque credatis. Quod si eum nolit is admittere, necessum est ut falsa esse statuatis pleraque Prophetarum de Messia vaticinia & testimonia, utpote qui prædicto & definito non advenerit tempore. Vos itaque rogo & obtestor, ut vestras consulatis Scripturas, sed ea lege & conditione, ut neglectis versionibus & expositionibus, quas magistri vestri sero induxerunt, eos tantum admittatis sensus, quos superstite etiamnum lingua Hebræa LXX. tradiderunt interpretes, quosque solos omnes approbarunt vestri majores, quique soli in omnibus admissi fuerunt synagogis, non tantum quamdiu fuere Hierosolyma, sed & toto quoque seculo postea. Hæc si concesseritis, quæ sane æqua sunt ut concedatis, jam libens vestro permittam judicio, ut judicetis num fieri possit, ut sacrorum librorum constet veritas, si nec dum advenerit Messias. Nolite itaque istis quæ existimatis imputare peccatis, quod rex vester necdum vobis adsit; illis enim quibus omnes obnoxii sumus peccatis, abunde vestris videri possitis satisfecisse calamitatibus: uno hoc non satisfacitis, quod regem, quem universus pene agnoscit orbis, necdum advenisse credatis; & secundum expectetis adventum, antequam agnoscatis priorem. Recognoscite ergo regem vestrum, & putate illum amore & caritate gentis vestræ, alterum suum differre adventum, ut longius resipiscendi vobis indulgeat spatium; cum sit necesse ut gloriosum ejus adventum vestra pœnitentia & vestra præcedat conversio. Faxit Deus ut quæ vos excæcat, tandem aliquando recedat, vel auferatur nebula: & ut eodem Sacrarum Scripturarum imbuti intellectu, eademque fide conjuncti, eadem quoque Evangelia & eundem recognoscamus Messiam.

FINIS.

ISAACI VOSSII

AD

OBJECTIONES

Nuperæ Criticæ Sacræ

RESPONSIO.

ISAACI VOSSII

RESPONSIO

AD

OBJECTA

Nuperæ Criticæ Sacræ.

PRodiit non ita pridem liber P. Simonii ordinis congregationis Oratorii, continens criticas in vetus Teſtamentum diſceptationes. Avide totum hoc percurri ſcriptum, placuitque mihi inprimis, quod cum non multum hodiernis, plurimum tamen primis tribuat interpretibus. Sed & quod Capelli laudet obſervationes, & Hieronymum ſæpe adfirmet non recte à priſcis Latinis receſſiſſe verſionibus, & hoc quoque placet: plus etiamnum placiturus, ſi nuſquam eum recte ab antiquis dixiſſet receſſiſſe interpretibus. Diligentiam quoque ejus, ſeu patientiam potius, in evolvendis Rabbinorum ſcriptis laudo & admiror. Verum quod recentium Rabbinorum expoſitionibus, & eorundem traditionibus ſolo auditu propagatis, aliquid ſolidi ſubeſſe exiſtimat, & quidem tantum, ut eorum commenta ſæpe non dubitet LXX. interpretum præponere verſioni; in eo nec me, nec quemquam, ut opinor, cordatum conſentientem habebit. Quæ ſolo auditu propagantur traditiones, raro ſolent ad duo vel tria perſtare ſecula. Si quis omnium gentium percurrat annales, ne unum quidem

inveniet exemplum quo probari poſſit, rei alicujus memoriam inter mortales per plura ſecula integram fuiſſe conſervatam abſque literarum beneficio. Sine illis nec Alexandri nec Cæſaris ſupereſſet nomen, & ne quidem quod mentiantur habituri ſint homines. Quapropter omnes iſtæ orales, ut vocantur, traditiones merito à prudentioribus exploduntur. Et tamen, ſi quis totius ſcopum ſpectet operis, facile deprehendet, ſolis iſtis Judaicis P. Simonium permotum fuiſſe traditionibus, ut novam inſtituendam exiſtimet eſſe verſionem, quæ ſenſus Scripturæ Hebraicæ ad unguem referat; ac ſi illa quam plerique antiquiores Hebræi, quamque & Chriſtus & Apoſtoli & omnes antiquæ Chriſtianæ approbarunt Eccleſiæ, erronea & ſpuria ſit verſio: & nunc demum poſt elapſos pene bis mille annos, ſenſus Scripturæ ſit eruendus ex codice muto, quem nec legere, nedum intelligere quiſquam ſciat; utpote trunco media ſui parte, nec aliis quam quas Chriſtianæ fidei inimici appoſuere, inſtructo vocalibus. Sed vero in me ſic ſentientem, acriter in præfatione operis, & alibi, inſurgit vir doctus; & cum mediam dicat viam veritatis, me ad extrema diſcedere pertendit, utpote nimis addictum LXX. interpretibus, & in Hebræos injurioſum codices. Ego vero ſic hoc telum retorqueo, neminem hoc tempore de codicibus Hebræis recte ſentire, niſi qui de verſione LXX. interpretum recte ſentiat, cum ex utriuſque ſcripti conſonantia emergat veritas. Tollantur vocales & traditiones Rabbinicæ, & admittantur LXX. interpretes, ſine mora manifeſta fiet hæc convenientia. Quod ſi tamen illa in quibuſdam locis ne ſic quidem appareat, vel vitio exemplarium, vel noſtræ id ipſum tribuamus inſcitiæ. Neceſſe eſt vero ut hæc admittat vir doctus, utpote qui plurimos agnoſcat errores tam in Hebræis, quam Græcis exemplaribus commiſſos & propagatos culpa fuiſſe librariorum. Idem præterea non diffitetur incertam vocum Hebraicarum expoſitionem propter defectum vocalium

indeque

indeque factum ut Rabbini codices Hebræos LXXII. facies habere affirment. Viderit itaque & ipse, & quicunque sic sentiunt, quibus potius sit fidendum interpretibus; an LXXII. qui unum & simplicem reddidere sensum; an vero Rabbinis qui verbis Scripturæ LXXII. tribuunt sensus, ac si constare possit veritas, ubi adeo est multiplex sensus.

Sed vero quandoquidem totus controversiæ status versatur circa LXX. interpretes, & planum sit, si illi admittantur, cessare omnem disputationem, non erit ab instituto alienum, si argumenta, quibus ad elevandam horum interpretum versionem utitur vir doctus, breviter perpendamus.

Cum itaque Hieronymum adducit, ut interpretes hos, non Prophetas, sed tantum interpretes fuisse ostendat, frustra est omnino. Si enim Scripturas recte sunt interpretati, utique fuere Prophetæ, teste non Apostolo tantum, 1 Cor. XIV. ubi omnem S. literarum interpretationem vocat prophetiam, sed & ipso Christo postremo Lucæ, ubi discipulis donum confert intelligendi Scripturas. Sic Philo, sic omnes antiquiores senserunt Judæi, cum Propheta idem illis sit, quod interpres; & προφητεύειν, interpretari. Nec aliter locuti sunt Græci & Latini, cum μάντιν, quodque exinde factum est *vatem*, similiter accipiunt. Nugantur enim grammatici quando à furore id vocabulum arcessunt, cum manifeste factum sit à μανύειν id est μηνύειν. Recte itaque Festus Prophetas dicit vocatos fuisse ab antiquis interpretes Oraculorum; ut non audiendus sit Hieronymus, cum scribit aliud esse Prophetam, aliud interpretem, in quo manifeste contradicit Apostolo, qui pluribus in locis προφητεύειν sumsit pro interpretari. Sed & Plato in Timæo, & alibi, Prophetas dici quoscunque Oraculorum judices, & cujuscunque veritatis testes, manifeste declarat. Nec apud Græcos tantum, sed & Ægyptios, somniorum, furtorum & similium, vel interpretes, vel indices, appellatos fuisse Prophetas, infinitis constat testimoniis. Quod si quis Ethnicorum non admit-

tat suffragia, saltem is veterum Judæorum, Evangelistarum, & Apostolorum acquiescat auctoritate, cum passim in S. literis vocabulum hoc sacerdotibus & sacrorum tribuatur antistitibus. Non illi tantum qui futura prædicerent, sed & qui præterita & præsentia explicarent aut docerent, Prophetæ dicebantur. Itaque & Adamus, quod conjugem suam ex suis formatam esse divinaret ossibus, accensetur Prophetis, & Christus in Evengeliis jubetur προφητεύειν à quo vapularit. Quin & Epimenidem Cretensium Prophetam vocat Apostolus, & Caiaphas quod illius anni, quo passus est Christus, pontificatum gesserit, Propheta fuisse dicitur. Cum itaque tam late Prophetarum & Prophetiæ etiam apud Hebræos patuerit appellatio, non admittendi sunt illi, qui LXX. interpretes Prophetas fuisse negant, utpote præcipuos populi Judaici sacerdotes, & non præteritarum tantum, sed & futurarum rerum interpretes. Frustra est Hieronymus, cum Epimenidem ironice ab Apostolo Prophetam vocari scribit. Sed & nugivendi & figmentorum prodigi Rabbini, & qui illos sequuntur Christiani, ridiculi sunt, cum Prophetarum & prophetiarum nescio quos comminiscuntur gradus, ac si illis concessum & revelatum esset S. spiritus collatam unicuique Prophetæ gratiam funiculo metiri, & tanquam ad stateram expendere. Etiam impiis idolorum cultoribus donum prophetiæ sæpe contulit Deus, & si Rabbinorum & Rabbinistarum velimus sequi ineptias, major erit censenda Balaami, & Magorum qui primi Christum natum agnoverunt & adorarunt, quam vel Moysis, vel cujuscunquealterius Prophetarum sanctimonia.

Jam vero cum scribit Christum non ideo esse secutum versionem Græcam quod ea veritati esset consentanea, sed quod vulgo esset recepta, de eo cum sæpius dixerimus, opus non est ut plura addamus. Mirum quoque si cuiquam Christiano persuaserit id quod mox subjungit, Stephanum protomartyrem non Græco aut plebeo Syriaco, sed Hebraico sermo-

ſermone ultimam ſuam abſolviſſe concionem, alioſque quam quos Evangeliſta poſuerit, expreſſiſſe ſenſus. An ergo plebs tempore Apoſtolorum gnara veteris linguæ Hebrææ? An mentitus Evangeliſta? Quid demum integrum in Evangeliis ſupererit, ſi iſtiuſmodi admittamus commenta?

Cum vero Ariſtæi de LXX. interpretibus hiſtoriam fabellam vocat Judaicam, per me licet ut ſuo fruatur judicio, aliiſque errantibus comitem ſe aggreget. Si quæ adducit argumenta, ad evertendam Philonis, Joſephi, omniumque veterum Judæorum autoritatem ſufficere exiſtimet; nihil eſt quod ipſi non feliciter ſuccedat, nunquam gravem habituro adverſarium, ſi ſecum tantum litiget, & fabuloſum dixerit, quidquid ſuis non convenit rationibus. Quis non miretur argumentum quo adſtruere conatur Ariſtæi ſcriptum ideo eſſe commentitium, quod Judæis ſemper ſolemne fuerit fingere & ſcribere incredibilia, ac ſi non longe magis ſint incredibilia, quæ Moyſis & Prophetarum continentur ſcriptis? Sed & quis concoquere poſſit, id quod confidenter non uno affirmat loco, Ariſtobulum laudatum Origeni, & cujus tam præclara & prolixa apud Euſebium ſuperſunt fragmenta, ideo inter ſpurios & ſuppoſititios eſſe referendum ſcriptores, quod idem quod Ariſtæus prodiderit, libros nempe Moyſis Græce fuiſſe converſos, antequam à LXX. verterentur interpretibus? Argumentum hoc ſi valeat, jam quoque & Philo & Joſephus ſpurii erunt ſcriptores, utpote qui & ipſi Ariſtæum ſequuntur. Dicit Ariſtæum hac in parte ſibi contradicere. Hoc vero ut quis intelligat, pulchram addit rationem, nempe quod verſio iſta quæ fuerit antiquior LXX. virali, ſibi ſit incognita, ideoque fabuloſa. Sed hac ratione pro fabuloſis etiam habendi ſunt plerique illi libri quorum in S. Scripturis fit mentio, ſiquidem nec iſtos vidit P. Simonius. Verum ut aliquanto fortius premamus P. Simonium, velim ſignificet unde ſuam de regibus Judæorum hauſerit hiſtoriam Demetrius Phalereus, ſi hujus ætate neutra S. literarum exstiterit verſio, neque illa LXX. interpre-

terpretum, nec altera iſta antiquior? Cum ſcriptum hoc Demetrii viderint non tantum Clemens & Euſebius, ſed & ipſe quoque Joſephus, qui id laudat, proximeque cum veritatem attigiſſe teſtatur; alterutrum admittamus neceſſe eſt, aut pleroſque S. Scripturæ libros verſos à LXX fuiſſe interpretibus, aut aliam antiquiorem extitiſſe verſionem, quam Phalereus iſte ſecutus ſit Demetrius. Cum neutrum admittat Simonius, neceſſe eſt, ut & hoc quoque Demetrii ſcriptum pro ſpurio habeatur, aut ut mentitus ſit Joſephus. Cum utrumque perquam ſit abſurdum, ſupereſt ut vera eſſe credamus, quæ & Ariſtæas & Ariſtobulus & Joſephus de antiquiori iſtac S. librorum ſcripſerunt interpretatione, quæ tamen minus exacte fuit expreſſa, ac fuerit ea quæ juſſu & impenſis facta ſit Ptolemæi, Ἀμελέστερον δὲ, καὶ οὐχ ὡς ὑπάρχει, σεσήμανται, καθὼς ὑπὸ τῶν εἰδότων προσαναφέρεται, προνοίας γὰρ βασιλικῆς οὐ τέτυχε· ſic Ariſtæas, ſic quoque Joſephus, niſi quod pro ὑπάρχει habeat ἔχει, quod idem notat. Quis non miretur hoc demum ſeculo reperiri homines, qui falſa eſſe pertendant, quæ tot & tantis fulciantur teſtibus, quique vel interfuere, vel ſaltem proximi iis, quibus hæc facta ſunt, vixere temporibus? Siquis quærat utram verſionem Demetrius iſte expreſſerit Phalereus, ſine hæſitatione reſpondeo, proculdubio illum ſecutum fuiſſe LXX. interpretum verſionem, utpote magis accuratam. Nam & hiſtoricos & propheticos libros à LXX interpretibus Græce fuiſſe redditos, nunc non dubitamus, licet olim dubitaverimus. Ecquid enim clarius teſtimonio Ariſtobuli, cum dicit τὰ διὰ τοῦ νόμου πάντα accurante Phalereo Græce fuiſſe reddita? Ipſum hoc patet ex præfatione Syracidæ. Quod autem attinet locum Joſephi in præfatione Antiquitatum, qui & olim Hieronymum, & nunc quamplurimos fefellit, longe is aliter, ac vulgo fiat, eſt accipiendus. Ut enim Ariſtobulus & cæteri cum Joſepho conveniant, & ut Joſephus ipſe ſibi conſtet, omnino neceſſe eſt, Joſephum, cum dicit LXX interpretes non univerſam Judaicæ gentis

hiſtoriam Græce reddidiſſe, ſed ſolum τὰ τοῦ νόμου, ita accipi debere, ut τὰ τοῦ νόμου, vel, ut habet Ariſtobulus, τὰ διὰ τοῦ νόμου πάντα, de omnibus propheticis intelligatur ſcriptis, cum & in Evangeliis νόμου vocabulo omnes veteris teſtamenti comprehendantur libri. Hanc expoſitionem ſi ſequamur, jam omnia erunt plana; & facile intelligemus Joſephum οὐ πᾶσαν τὴν ἀναγραφὴν, ut ipſe loquitur, ex iis ſacris libris quos LXX. verterunt interpretes, haurire potuiſſe; ſed ſolum ea, quæ undecim prioribus tradidit libris; reliqua vero quæ poſterioribus novem antiquitatum memorat libris, partim hauſiſſe ex ſcriptoribus exoticis, partim vero ex iis libris, qui in templo adſervarentur, & ipſis quoque ſacris, ſed tamen minoris, ut ipſe in ſcripto contra Appionem loquitur, auctoritatis, ac ſint illi, qui ante Artaxerxem fuere conſcripti, propter incertam prophetarum ſucceſſionem. Hunc vero legitimum eſſe verborum Joſephi ſenſum, non tantum ex eo quod dixi poteſt confici, ſed ex ipſius Demetrii Phalerei verbis quæ refert Joſephus lib. XII. cap. II. ubi affirmat multos apud Judæos extare libros dignos qui Græce reddantur, & bibliothecæ addantur Regiæ, πολλὰ εἶναι καὶ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις τῶν παρ' αὐτοῖς νομίμων συγγράμματα σπουδῆς ἄξια καὶ τῆς βασιλέως βιβλιοθήκης, neque enim ſolum Moyſis πεντάβιβλον, multos quiſquam dixerit libros. Si quis nihilominus adeo ſit refractarius ut verba Joſephi de ſolo Moyſis Pentateucho intelligenda eſſe pertendat, unum tantum huic relinquetur ſubterfugium, illud nempe ſi dicamus, LXX. interpretes non vertiſſe reliquos veteris Teſtamenti libros, quod acquieverint vetuſtiori, de qua diximus, verſioni. Verum iſtud ut ſcriptorum concordiæ, ita quoque rationi non convenit. Neque enim veriſimile LXX interpretes vitioſam approbaſſe verſionem, aut totidem conſumſiſſe dies in ſolis quinque Moſis vertendis libris: id enim ſi verum fuerit, jam quoque & hoc ſequetur, illos ſingulis diebus ne quidem ſingulos abſolviſſe verſiculos. Hæc abſurditas cum ſuboluerit

Rabbinis,

Rabbinis, ut ſunt ſecundi in procudendis fabellis, iſtud commenti ſunt,non LXXII. ſed quinque tantum fuiſſe interpretes, qui quinq; tantum Moyſis verterint aut deſcripſerint libros. Quapropter ſi miſſis nugis & Joſepho & cæterorum ſcriptorum teſtimoniis ſatisfacere velimus, omnino ſtatuendum eſt LXX. interpretes omnes veteris Teſtamenti vertiſſe libros, aut ſaltem emendaſſe antiquiorem verſionem, quod perinde eſt ac ſi ipſi vertiſſent.

De Sibyllinis ſatis jam diximus, ut & de loco Ariſtæi, cujus mentem me aſſecutum eſſe negat. Verum uter noſtrum melius verba ejus ſit interpretatus, judicent illi qui Græce ſciunt. Nec minus eſt mirificum quod deinceps ſequitur,ubi cauſam reddere conatur,quare Græca verſio LXX. fuerit attributa interpretibus. Ideo nimirum hoc factum putat, quod approbata fuerit à LXX. judicibus, qui Synedrium conſtituerent Hieroſolymitanum, non autem quod à totidem ſit conſcripta interpretibus. Atqui ſi ab univerſo approbata fuerit Synedrio, qui fieri poteſt ut mendoſa minimeque fuerit exacta? Quid obſtat, ut qui fuere approbatores, iidem quoque fuerint interpretes? Profecto dum impugnat vir doctiſſimus verſionis hujus veritatem, argumento eam adſtruit quam ſolidiſſimo. Sequenti deinceps capite, & paſſim alibi, dicit Origenem plurima loca immutaſſe, & corrupiſſe in verſione LXX. interpretum, quam Hexaplis & Tetraplis ſuis inſeruerit. Atqui negat hoc ipſe Origenes, qui pluribus in locis integram & fideliter deſcriptam hanc verſionem ſe exhibuiſſe adfirmat, & verum hoc eſſe teſtantur complura quæ ſuperſunt vetuſta exemplaria aſteriſcis & obeliſcis Origenis notata, in quibus integra ſemper LXX. interpretum exhibetur verſio, addito obelo, ſi quid in hac verſione occurrat, quod non ſit in Hebræo codice; aut aſteriſco, ſiquæ verba ex aliis interpretibus, & præcipuæ ex Theodotione ſint appoſita, quæ in Hebræis inveniantur codicibus, & abſint à Græcis. Ne una quidem poſſit oſtendi litera, quam vel omiſerit aut immutarit Origenes.

Errat

Errat dein & in nomine & in diſpoſitione Tetraplorum & Hexaplorum Origenis, neque enim illa dicta ſunt à quatuor aut ſex columellis, ſed Tetrapla dicta ſunt quod quadruplicem verſionem, Hexapla vero quod ſex continerent verſiones. Errat quoque de Octaplis, dum errantem & ſibi ipſi contradicentem ſequitur Epiphanium. Nulla enim Octapla unquam ſcripſit Origenes. Hebræus ſiquidem codex, ſive Judaicis, ſive Samariticis, ſive etiam Græcis expreſſus literis, in ſenſum non venit verſionum. Itaque priores columnas Origenis vocat τὸ Ἑβραϊκὸν ἔδαφος, velut fundamentum omnium verſionum. In Tetraplis itaque ſex erant columellæ, in Pentateucho etiam ſeptem, utpote cui Samariticus adderetur codex, prototypis Hebræorum expreſſus literis, ut ab Euſebio & Africano appellantur. Quia tamen in ſolo id factum Pentateucho, ideo Tetrapla ſex tantum columellas vulgo continere dicebantur; pari ratione atque in Hexaplis, quamvis in Pſalmis ſeptima quoque accederet verſio, Hexaplorum tamen remanſit appellatio, quia ſeptima illa verſio in aliis deficeret libris. Interim ſi quis malit credere Origenem non integrum codicem Samariticum Hexaplis & Tetraplis ſuis inſeruiſſe, ſed tantum variantes annotaſſe lectiones, non multum adverſabor. Cum enim nulla ſuperſint, aut ſaltem nulla Hexaplorum aut Tetraplorum hactenus reperta ſint exemplaria, velle de his nimium copioſe contendere, id demum fuerit hominis nimium intemperanter otio ſuo abutentis. Priorem tamen ſententiam libentius ſequor. Nam certe Origenem habuiſſe codicem Samariticum, non tantum ex Euſebio, ſed & ex ipſo Origene, & præſertim à Græcis conſtat catenis, in quibus ſæpe variantes Pentateuchi Samaritici notantur lectiones, quæ utique non aliunde quam ex Tetraplis & Hexaplis fuere depromptæ. Prototypas vero Hebræorum literas apud Euſebium de aliis quam de Samaraticis interpretari, ab omni prorſus ratione alienum, cum & Afri-

canus & ex illo Syncellus Samariticum codicem vocent τὸ Ἑβραϊκὸν πρῶτον καὶ παλαιότατον καὶ ἀληθές, alterum vero quo Judæi utantur τὸ Ἑβραϊκὸν κατὰ Ἰουδαίους. Quod autem variantes iſtas Pentateuchi Samaritici lectiones, non ex Origenis Tetraplis aut Hexaplis excerptas fuiſſe arbitratur P. Simonius, ſed ex peculiari aliqua Græca verſione qua uſi fuerint Samaritæ, quamque non viderit Origenes, id nulla vel ratione vel auctoritate fulcitur: & etiamſi talem videre codicem contingat, ne tum quidem credam. Samaritas, ut nunc, ita quoque olim æque ac alios Judæos certum eſt habuiſſe non verſiones tantum, ſed & libellos ſeu tabulas continentes Hebræas dictiones cum ſuis vocalibus; abſque his enim nec legere, nec intelligere ſuos potuiſſent codices; ſed vero ſi quiſquam Chriſtianorum, certe Origenes omnia iſta & vidit & habuit, impenſas liberaliter faciente Ambroſio. Abſurdum omnino eſt credere Africanum habuiſſe exemplar Samariticum, non autem amicum ejus Origenem. Fruſtra itaque dicitur variantes Samaritici codicis lectiones aliunde fuiſſe deſumtas quam ex Tetraplis aut Hexaplis Origenis. Sed & tum quoque fruſtra eſt vir doctus, cum ſcribit me non percepiſſe ſenſum verborum Euſebii & Syncelli, nunquam enim efficiet, ut apud Euſebium prototypi characteres non ſint Samaritici, & manifeſte ipſe ſibi adverſaretur Euſebius, ſi de vulgaribus Judæorum intellexiſſet elementis, cum contrarium in ſuo ſcripſerit Chronico. Quid multis opus? ecquid clarius verbis Euſebii, cum dicit Origenem comparaſſe ſibi etiam illas Scripturas, quæ ipſis prototypis Hebræorum literis eſſent exaratæ? τάς τε παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐμφερομένας πρωτοτύποις αὐτοῖς Ἑβραίων στοιχείοις γραφάς, κτῆμα ἴδιον ποιήσασθαι. Sic enim rectius legi, quam quod vulgo obtinet πρωτοτύπους, quilibet facile viderit. Qui putant φερομένας pro ἐμφερομένας dicendum fuiſſe, falluntur; eſt enim idem. Si quis mihi non credat, credat is ſaltem Grammaticis Græcis Heſychio & aliis, unde conſtabit

ſtabit ἐμφερομένας idem eſſe, quod φερομένας ſeu περιφερομένας. Errat quoque vir doctus cum ubique affirmat verſionem LXX. interpretum à ſolis fuiſſe receptum Helleniſtis, cum ab omnibus & Hieroſolymitanis, & aliis toto orbe diſperſis lecta & approbata fuerit Judæis. Ne unum quidem poſſit producere teſtem, uſque ad tempora Aquilæ, qui contra hanc verſionem vel hiſcere fuerit auſus. Neſcit præterea quinam fuerint Helleniſtæ. Verum cum de his ſuperiori egerimus ſcripto, opus minime fuerit ea hic repetere. Unum tantum hoc addo, non recte ab eo reduci à viris doctis exploſam merito Helleniſticam linguam, recoctam ſub nomine linguæ quæ in ſynagogis obtinuerit, ac ſi in illis peculiaris aliqua exſtiterit lingua, quæ nec Græca fuerit, nec Hebraica. Ideo nimirum hoc illi placuit commentum, ut hac ratione efficiat LXX. interpretes & Græce & Hebraice neſciviſſe, quod non uno aſtruere conatur loco. Atqui ſupereſt iſte LXX. interpretum labor, & qui Græce norunt, etiam hoc potuerant teſtari, verſionem iſtam non ſpuria aliqua eſſe conſcriptam lingua, ſed prorſus eſſe Græcam, ita ut melior eſſe non poſſit. Dicunt nonnulli interpretes hos Alexandrina potius quam Græca ſcripſiſſe lingua. Sed qui ſic loquuntur neſciunt quænam fuerit Alexandrinorum lingua. Illos Atticæ linguæ fuiſſe ſtudioſiſſimos, vel ex eo conſtat, quod Irenæus, ſive Pacatus Grammaticus ſcripſerit olim librum quo Alexandrinum ſermonem eundem cum Attico eſſe oſtenderit; ὅτι ἡ τῶν Ἀλεξανδρέων διάλεκτός ἐστιν ἐκ τῆς Ἀτθίδος, ut habet Suidas in Εἰρηναῖος. Eſto ut phraſes & figuræ aliquot loquendi æque in hac atque in Evangeliis minus aliis uſitatæ occurrant ſcriptoribus, nihil exinde confici poteſt, niſi id tantum, interpretes hos non ſua edidiſſe, ſed fideliter Hebræa reddidiſſe, utpote qui ipſas quoque Hebræas expreſſerint phraſes. Aliter ſi quis ſentiat, idem etiam exiſtimet licet, verſiones quaſcunque Latinas aut Gallicas, eſſe nec Latinas, nec Gallicas, ſed

peculiari & ut ipſe loquitur, lingua Synagogæ conſcriptas. Sed neque iſtud probo quod cum Hebræum codicem & Græcam tralationem in multis deficere affirmet, majori tamen Græcam verſionem laborare ſcribat defectu. Hoc autem qui fieri poteſt, cum demtis librariorum peccatis, integra ſuperſit verſio Græca, omnibus ſuis inſtructa literis; ab Hebræo autem codice longe maxima vocalium abſit pars, ita ut liber dimidiatus & media ſui parte truncus poſſit videri? Verum illud quod ſequitur recte ſe habet, cum dicit non ſeparanda Hebræa exemplaria à verſione Græca. Ex collatione enim & conſonantia Græcæ verſionis cum codice Hebræo certior emergit veritas. Ut enim mutus & pæne mortuus & nemini intelligendus codex Hebræus, & vitam & vocem & intellectum accipit à verſione Græca; ita viciſſim codex Hebræus licet elinguis & exanimis, à verſione tamen Græca animatus, certiſſimum quoque de hujus veritate exhibet teſtimonium. Nulla unquam filia tam fideliter matrem ſuam expreſſit, nec ullo unquam in fœdere tanta fuit concordia, quanta ſit inter Hebræa exemplaria & verſionem quam LXX. nobis reliquerunt interpretes, ſi Rabbinos & qui illos ſequuntur excluſeris. Sed valeant qui diſſidium quærunt.

Tranſit dein ad examen Chronologiæ noſtræ vir doctus: ſed quod pace ipſius dixerim, nihilo felicior hac in parte ejus eſt Critica, quam in cæteris. Negat Judæos ſtudio ſuos corrupiſſe codices. Atqui cum manifeſta ſit depravatio in annis Patriarcharum, qui & ante, & poſt diluvium vixere, nec mutatio illa facta ſit caſu aut incuria librariorum, ſed conſulto & data opera, alterutrum neceſſe eſt, aut LXX. interpretes, aut alios Judæos crimen hoc commiſiſſe. Ipſe mavult fraudem hanc LXX. imputare interpretibus, & cauſam addit, ideo hoc ab illis factum, quod cum crederent mundi natales antiquiores eſſe quam Moyſes tradiderit, corruperint codices ſacros, & addiderint ea ſpacia quibus illorum verſio numeros excedit Hebraicos.

braicos. Scio & nonnullos alios fuiſſe qui ſimilia fere ſcripſerunt, & quidem clarius, affirmantes ideo pluribus ſeculis ſuam hos interpretes amplificaſſe verſionem, ut ad Chaldæorum & Ægyptiorum antiquitates propius accederent. Verum ſi hæc valeat ratio, non quatuordecim ſeculis, ſed pluribus quam triginta annorum myriadibus locupletanda fuiſſet Chronologia Moſaica. Juſtam & legitimam hujus depravationis cauſam reddere debuerant, ſed putant ſufficere, ſi pro cauſa, ſcelus LXX. imputetur interpretibus. Quod ſi cum P. Simonio ſtatuamus verſionem LXX. attributam interpretibus, non ſic dictam, quod totidem habuerit interpretes, ſed quod ab Hieroſolymitano Synedrio fuerit approbata; non diluitur, ſed in Synedrium transfertur crimen, qui tam perfidæ conſentientes fuere verſioni. Rurſus, cum negat Judæos ſacras corrupiſſe literas, quomodo jam dicit vel LXX. interpretes, vel Synedrium, illos depravaſſe, aut ſaltem huic conſenſiſſe depravationi? Cum utrique populi Judaici fuerint ſacerdotes, an non & illi fuere Judæi? Forſan exiſtimat minus ſcelus eſſe Græcas quam Hebræas Scripturas contaminare. Atqui apud Deum non eſt linguarum major quam perſonarum reſpectus.

Jam vero cum multis & certiſſimis conſtet teſtibus illam ipſam, quam LXX. poſuere, productiorem Chronologiam admiſſam & approbatam fuiſſe ab omnibus tam Hieroſolymitanis, quam aliis Judæis qui Apoſtolica præceſſere tempora, nullumque adeo fuiſſe, qui ante ætatem Aquilæ contractioris hujus ſupputationis ullam fecerit mentionem: quis non ſtatim ſentiat & agnoſcat, non potuiſſe ab aliis, quam ab illis, qui poſt Apoſtolica tempora vixere Judæis, flagitium hoc committi? Quippe cum à Chriſtianis de tempore adventus Chriſti premerentur, nec ullum pateret effugium, ſi temporum ſacris voluminibus ſubductorum ſibi conſtaret ratio; non dubitarunt odio veritatis codices Hebræos depravare, tali nempe fraude obtenturos

ſe-

ſe ſperantes, ut cum Chriſtianis tuto congredi poſſent, ſi necdum ſextum deſinere millenarium, & necdum adveniſſe tempus Meſſiæ ex ſuis evincerent exemplaribus.

Et ſane nullum æque atque iſtud Judæis profuiſſe commentum cum alibi, tum præcipue in Hiſpania, memorabili poteſt oſtendi exemplo. Triumphavere iſtic de Chriſtianis per complura ſecula ſolo hoc argumento, quod cum ex Sibyllinis aliiſque antiquis Oraculis ſexto demum vel currente vel peracto millenario adventurum eſſe conſtaret Meſſiam, è ſuis vero ſcripturis uſque ad Servatoris noſtri ætatem quatuor tantum depromerent annorum millia, ſupereſſe etiamnum annos biſmille priuſquam verus adventurus eſſet Meſſias conſtanter adſeverarent. Nec defuit huic commento ſucceſſus & quidem tantus, ut annis plus minus mille Judæi in Hiſpania prævaluerint Chriſtianis, iiſque imprudentibus pro anno Chriſti natali eram obtruſerint Judaicam, incipientem ab Herode; vel quod illum Meſſiam fuiſſe crederent, vel quod annos exilii ſui ab illo tempore, quo ablatum eſſet à Juda ſceptrum, incipiendos eſſe exiſtimarent. Ut vero communi omnium Judæorum magiſtratum in Hiſpania gerentium ſuffragio, introductam fuiſſe eram ſeu heiram hanc anno Chriſti CCCCIX. alibi diximus, ita quoque communibus omnium Hiſpaniæ regnorum decretis abolitam & antiquatam fuiſſe conſtat, primum quidem Valentiæ, deinde ubique anno Chriſti MCCCLXXXIII. Puduit rerum Hiſpanicarum ſcriptoribus cauſam memorare, unum hoc annotaſſe contentis, communi omnium Chriſtianorum conſenſu eram iſtam fuiſſe ſublatam, & tum demum numerari cœptum per annos Chriſti. Nec tamen defuere etiam antea quibus iſte Judaicus diſplicuerit calculus. Eorum qui ad noſtras pervenere manus primus fuit Julianus Pomerius, ſeu alter potius Julianus præſul Toletanus, in iis quos anno Chriſti DCLXXXVI. contra Judæos ſcripſit libris, in quibus Chronologiam LXX interpretum præferendam eſſe Chrono-

nolo-

nologiæ Rabbinicæ pluribus contendit. Nec dubium quin felicius huic iste successisset labor, si causam & tempus fraudis istius Judaicæ penitius aliquanto vel perspexisset, vel explicasset. Nam sane cum illa quæ Christianos inter & Judæos est quæstio de solo sit tempore, ut recte monuit Hieronymus, illud omnino urgendum, tempore Aquilæ vel paulo antea, Judæos depravasse Hebræa exemplaria & bis mille annorum expunxisse tempus, ut tempus Messiæ necdum advenisse obtinerent.

Quod siquis exactius etiamnum scire desideret tempus quo Judæi depravarint, aut saltem depravare Hebræa cœperint exemplaria, puto id spatium ut plurimum viginti duobus posse determinari annis. Nam cum Egnatius in ea quam ad Philadelphenses scripsit epistola, affirmet, sese audisse nonnullos dicentes, si ea quæ in Evangeliis continentur, non etiam in antiquis inveniantur monumentis aut archivis, nolle sese iis credere, ipseque responderit inveniri, illi vero negarint, manifestum Judæos jam tum aut depravasse sua exemplaria, aut recessisse à sensu, quem LXX tradidere interpretes. Cum vero Josephus, qui ex Hebræis exemplaribus eundem Chronologicum calculum & eosdem quos LXX interpretes semper expressit sensus, antiquitatum libros absolverit anno Christi nonagesimonono; Egnatius vero martyrium passus sit anno CXXI. satis convenienter efficitur intermedio hoc tempore & verba & sensus S. literarum depravasse Judæos. Recte vero Egnatius respondet, sibi pro sinceris, incorruptis & illibatis archivis esse Jesum Christum, illique velut summo sacerdoti credendum potius, quam aliis sacerdotibus. Atque hæc eo libentius monemus, quod solus hic perversus effecerit calculum, ut jam per tot secula Judæorum in mundo subsistat religio. Ille si destruatur, quod sane facillimum, non Josepho tantum, sed & omnibus qui illum præcessere Judæis consentientibus cum illo quem LXX interpretes exhibuere calculo, jam nulli amplius in orbe supererunt Judæi.

Hæc

Hæc licet certiſſima ſint, excipit tamen vir doctus, ſi Judæi corruperunt libros Moyſis, multo magis ab iis corrumpi debuiſſe prophetias Danielis. Ecquis dubitat? Quis neſcit illos totum Danielem ex Prophetarum numero expunxiſſe? Ipſum tamen hoc negat vir doctus, & pluribus in locis contendit Judæos de Daniele idem ſentire quod Chriſtianos, & de nomine tantum litem intendi. Sed profecto ſi de nomine tantum ſit quæſtio, quando quæritur utrum Daniel fuerit Propheta, necne; jam & illa controverſia, utrum Servator noſter fuerit verus Meſſias, erit de nomine, nec ulla in rebus humanis aut divinis ſupererit quæſtio, quam non jure meritoque de ſolo fieri contendas nomine. Cæterum cum quo loco apud Judæos Danielis habeantur vaticinia alibi ſatis oſtenderimus, opus non eſt ut ea hic retexamus. Interim quantum illorum erga hunc Prophetam ſit odium, ſatis ex eo conſtat, quod cum olim medium inter Prophetas locum tenuerit Daniel, odio tamen veritatis ad calcem codicis Hebræi inter ſemiſacros rejectus ſit libros, undique etiam & in perpetuum illum extirpaturi ſi per ipſos ſtetiſſet. Denique quod in hoc Propheta, non, ut in cæteris ſacræ Scripturæ libris, integra LXX-virali fruamur tralatione, ſed eadem interpolata verſione Theodotionis, & hoc quoque illorum factum eſt ſcelere.

Provocat dein P. Simonius ad Samariticum exemplar, & ut eludat ea quæ ſcripſimus, dicit codicem Hebræum in annis Patriarcharum computandis confirmari à codice Samaritico. Cum tanta ſit utriuſque codicis diſcrepantia, ut major eſſe vix poſſit, miror ſane hæc ab eo ſcribi. Si argumentum ex eo petat, quod contractiorem calculum uterque contineat codex, quam exhibeat verſio LXX interpretum; jam noſtras confirmat rationes, planumque fiet utramque gentem, Judæos videlicet & Samaritas, quod Chriſtum admittere noluerint, adbreviaſſe tempora: ſed tamen cum non Chriſtianos tantum, ſed ſe mutuo quoque oderint,

oderint, diverſam in depravandis codicibus ſuis inſtitiſſe rationem: & quamvis quam longiſſime à ſeinvicem receſſerint, illam ipſam nihilominus Hebræorum codicum varietatem plurimum conferre ad confirmandam quam LXX. interpretes exhibuere veritatem. Dicit dein Africanum, Euſebium & Syncellum, annotaſſe quidem iſtam lectionum varietatem, ſed illos longiſſime à mea remotos fuiſſe ſententia, utpote qui nullum propterea Judæis aut Samaritis impegerint crimen. At quid verbis opus, cum ipſa varietas flagitium oſtendat, & non fortuitam, ſed manifeſtam contineat depravationem? Quomodocunque calculus ponatur, ſemper aut in LXX. interpretes, aut in Judæos crimen id redundabit.

Sed vero cum quod LXX. poſuere interpretes, id ipſum quoque multis & certis teſtibus, & inſuper antiquioris Synagogæ nitatur conſenſu; contractior vero computus ne unum quidem habeat teſtem, qui ſit Aquila vetuſtior, infelicis fuerit judicii, tam manifeſtis non credere argumentis. Errat tamen cum ad memoratos provocat ſcriptores ac ſi illi Judaicam iſtam non agnoviſſent depravationem. Africanus & ex eo Syncellus manifeſte adſirmat codices Hebræos non convenire, & multa continere abſurda, quæ poſtquam enumeravit, addit, merito omnes Chronologos ſequi LXX. interpretum verſionem, utpote quæ facta ſit antequam perverterentur & depravarentur Hebræa exemplaria; *πανταχόθεν τοιγαρȣ̃ν τῆς τῶν ἑρμηνείας ἐκ παλαιᾶς ὡς ἔοικεν καὶ ἀδιαστρόφȣ Ἑβραίων γραφῆς μεταβεβλῆσθαι συνισταμένης, εἰκότως ταύτῃ ἡμεῖς κεχρήμεθα κατὰ τὴν παρȣ̃σαν χειρογραφίαν· ὅτι μάλιστα καὶ ἡ καθ' ὅλης τῆς οἰκȣμένης ἡπλωμένη Χριστȣ̃ ἐκκλησία ταύτῃ μόνῃ προσέχει, τῶν τȣ̃ σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων τε καὶ μαθητῶν ἀρχῆθεν αὐτῇ χρῆσθαι παραδεδωκότων.* Nec hoc tantum loco, ſed & alibi corruptos eſſe dicit in Hebræis codicibus annorum numeros. Sic quoque ſenſit Origenes, qui pluribus in locis S. Scripturas à Judæis depravatas eſſe affirmat.

De vaticinio ſex mille annorum, deque Thalmudica quam ſubjungit expoſitione, ſatis cum alibi, tum quoque præcedenti diximus ſcripto. Perpendant ea quibus otium eſt, & judicent an verum ſit, id quod P. Simonius adſtruit, me cauſam hujus vaticinii ignoraſſe. Cum celeberrima fuerit hæc prophetia etiam antequam Chriſtus naſceretur, opus non eſt ad Thalmudiſtas recentiores divertere, cum ex iis quæ ſcripſimus opinionis hujus antiquitas ſatis ſit manifeſta, & ipſe quoque Hieronymus millenariorum ſententiam ex Judæorum traditionibus Papiam hauſiſſe affirmet.

Sequentibus capitibus P. Simonius examen inſtituit in LXX. interpretum verſionem. Quamvis autem pluribus in locis eam laudet, quia tamen aliquando eos impegiſſe aut ſaltem minus commode quædam reddidiſſe exiſtimat; operæ pretium fuerit ea excutere, & cognoſcere ipſene, an vero LXX. errarint interpretes. Miſſis itaque iis, in quibus horum non adverſatur verſioni, ea ſolum perſequemur, quæ ab illo reprehenduntur.

Primum quod carpit occurrit Geneſ. cap. I. v. 17. εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας. Dicit dubiam eſſe expoſitionem, quia vox ἀρχῆς & principatum & principium ſignificet. Miror non reprehendiſſe vocem Hebræam quæ & ipſa duplicem habet poteſtatem. Pari jure & primam Geneſios reprehendat vocem *breſith*, quæ & caput & initium notat, unde Aquila verterat ἐν κεφαλίδι. Cum in his & ſimilibus locis ſatis pateat, qua ratione dictiones iſtæ ſint accipiendæ, fruſtra male intelligentium culpa in ipſos transfertur ſcriptores. Quibuſcunque demum verbis interpretes hæc reddidiſſent, nunquam cavillandi defuiſſet materia, præſertim cum omnibus fere linguis prædictæ voces duplicem habeant ſignificatum, ipſa quodammodo ſic jubente natura. Fruſtra itaque ſunt illi qui Græcæ tralationis carpunt ambiguitatem, cum Hebræi codicis interpretatio hoc noſtro ſeculo longe magis ſit ambigua, utpote

quæ

quæ quoſvis etiam admittat ſenſus, ſi Rabbinos & Rabbiniſtas ſequamur.

Cap. III. v. 9. Geneſ. ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ πάντων τῶν κτηνῶν. *Maledictus tu ex omnibus animalibus.* Dicit præpoſitionem ἀπὸ non convenire huic loco, & nullum conſtituere ſenſum. Certe non potuiſſet locus hic melius & exactius reddi. Qui aliquid Græce ſciunt, hoc quoque ſciunt, nullum eſſe Græcum ſcriptorem qui non ſic loquatur, omninoque fruſtra ſimus ſi exempla congeramus.

Eodem capite verſu ſequenti occurrit αὐτό σου τηρήσει κεφαλήν. Putat legendum eſſe τειρήσει, & mox τειρήσεις. Atqui hoc non eſt Græcum, neque enim τειρέω dicitur, ſed τείρω, unde futurum τερῶ, non τειρήσω. Rectior itaque noſtra lectio τρήσει & τρήσεις, quam & rei & ſenſui convenire olim oſtendimus.

Gen. cap. IV. v. 16. *Et habitavit in terra Naid è regione Edem.* Qui cum Hieronymo negant terram Naid, & malunt fluctuantem aut inſtabilem interpretari, illi malunt cum Hieronymo errare, quam cum LXX. veritatem agnoſcere. Cur non & Joſephum reprehendunt, qui horum interpretum ſententiam confirmat? Quis præterea ferat iſtam balbutiem, *& habitavit in terra inſtabilis & vagus.* Nuſquam profecto habitat, qui ubique vagatur.

Gen. IV. v. 26. οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ θεοῦ. Hoc in loco ἐπικαλεῖσθαι ponitur more Græcis tralativo pro ἐπικαλῶν vel τῷ ἐπικαλεῖσθαι. *Hic ſperavit invocans* (vel *invocando*) *nomen Dei.* Eundem hunc ſenſum expreſſit quoque Philo in Scripto de Abrahamo. Quod vero dicunt in Hebræis exemplaribus legi אז non זה id aliter olim fuiſſe patet non tantum è LXX. interpretibus, ſed & ex Euſebio Emeſeno, cujus verba in catenis, Ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλ' οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι ἐν τῷ ὀνόματι κυρίου τοῦ θεοῦ. Plura de hoc loco diximus in Appendice ſcripti de LXX. interpretibus.

bus. Si quis Rabbinorum consulat commentarios, meras inveniet contradictiones. At vero in Græca versione omnia sunt clara. Quis enim nescit in sacris literis passim spem poni pro fide, & sperare pro confidere? Sed & Græci sæpe sic loquuntur, & hinc est quod χρησαὶ & πονηραὶ ἐλπίδες pro bona & mala usurpantur conscientia.

Genes. cap. VI. v. 14. ποίησον σεαυτῷ κιβωτὸν ἐκ ξύλων τετραγώνων. *Fac tibi arcam ex arboribus quadratis*, ita vertendum esse olim monuimus. In Hebraico est; *Fac tibi arcam ex arboribus resinæ*, quod omnino idem est; omnes enim quadratæ arbores sunt resiniferæ. Satis mihi videor clare locum hunc exposuisse in iis quæ olim scripsi: tamen quia P. Simonius nimis longe ea petita esse existimat, & aliter hæc reddenda censet, sic nempe ut ξύλα τετράγωνα accipiantur de asseribus seu plancis quadratis; non erit ab instituto alienum, si pauca etiamnum ad clariorem loci hujus intellectum addamus. Primo itaque observandum vocem Hebræam *gopher*, si seorsim spectetur, non posse accipi de quadrato. Deinde quis naupegus non rideat, si quis huic jubeat, ex asseribus aut tabulis quadratis construere qualecunque navigium? At vero siquis jusserit navem ædificare ex arboribus quadratis, statim recte loquentem agnoscet, & intelliget arbores resiniferas, quales sunt cedrus, abies, picea, pinus, pinaster & sapinus, omnes quadratæ, omnes aptissimæ fabricæ navali, utpote quæ materiem & simul resinam seu picem ad unguendas exhibeant naves. Cum in frigidis præcipue proveniant tractibus velut in summo septentrione, & alibi fere in montibus; semper virentem tamen alunt comam, locoque sanguinis copiosa iis data est resina. Siquis boreales peragret regiones, vix alias quam quadratas inveniet arbores, omnes paribus intervallis & angulis in quaternos simul se explicantes ramos, ita ut vel ipso aspectu figuram exhibeant pyramidis. Æqualis iste ramorum ordo cedit Lapponicis gentibus in beneficium, utpote

pote ſuper quaternos iſtos in crucis formam ſimul exeuntes ramos, velut ſuper planum fundamentum, domos ſuas ligneas exſtruere ſolitis, ut teſtantur, cum alii, tum quoque Olaus magnus lib. IV. cap. II. Patet itaque, ut ſemper, ita quoque hoc loco LXX. illo ſenes optimos fuiſſe interpretes. Scio quidem doctiſſimum Bochartum vocem *gopher* de cypreſſis accepiſſe, verum cum ea non quadrata ſit arbor, ſed rotunda, utpote quæ metas imitetur, ideo in cenſum venire non poteſt. Nec tamen negaverim vocem cupreſſi, à *gopher* ſeu *copher* commode derivari, verum non ἀμέσως, ut puto. Cum enim ab hac Hebræa voce inſulæ quoque Cypro nomen obtigerit, propter copiam reſiniferarum arborum, non incommode exinde petas originem vocis cupreſſi. Quod ſi id minus placet, non male derives κυπαρίσσους à κύπαρος, quod & ipſum ab eadem Hebræa voce formatum videtut. Græci antiquiores κυπάρους vocarunt conos ſeu nucamenta in quibus primo exſtillantem arbores reſiniferæ ferunt reſinam. Itaque Heſychius Theophraſtum κυπάρους vocaſſe ſcribit τὰ τῆς πεύκης καὶ πίτυος περανθήματα. Si hoc etymon admittas, jam κυπάρισσος idem notabit, quod conifera ſeu reſinifera arbor, propter geminum vocis κυπάρου ſeu *copher* ſignificatum. Porro κύπαροι dicuntur quoque κύτταροι. Sæpe enim in Dialectis π tranſit in τ. Hoc poſtremum quod uſitatius eſſet, ideo factum ut lectio Theophraſti jam olim fuerit immutata.

Geneſ. xlix. v. 24. Ubi violenter dicuntur confracti fuiſſe arcus, quos fratres in Joſephum intenderant, rectiſſima eſt verſio καὶ συνετρίβη μετὰ κράτους τὰ τόξα αὐτῶν, cum aliæ iuterpretationes vix ullum exhibeant ſenſum. Vocem Hebræam ישב & alibi eodem ſenſu accepere iidem interpretes, convenitque cum radice שבב.

Ibid. v. 26. Nihil minus quam confuſa eſt LXX. viralis interpretatio, ubi multiplicantur benedictiones Joſephi ἐπ' εὐλογίαις ὀρέων μονίμων καὶ ἐπ' εὐλογίαις θινῶν αἰωνίων, αἳ

ἔσονται

ἔσονται ἐπὶ κεφαλὴν Ἰωσὴφ, καὶ ἐπὶ κορυφῆς ὧν ἡγήσατο ἀδελφῶν. Optime hæc reddidere interpretes, licet non nunc tantum, ſed & olim aliter quibuſdam viſum ſit, ac prætulerint verſionem Aquilæ, qui pro θινῶν repoſuit βουνῶν, ut ex Theodoreto & Græcis conſtat catenis, ac ſi LXX interpretes, qui paſſim גבעות βουνῶν reddiderunt, non etiam hoc loco id ipſum poſuiſſent, ſi convenientius cenſuiſſent. Sed ſane Aquila, qui nihil in Hebraicis ſciebat, quod non à LXX hauſerit interpretibus, unum id ſemper egit, ut eaſdem quidem quas illi expreſſerit ſignificationes, verum illas ipſas in diverſis diſſiparit locis. Si LXX βουνῶν hoc loco ſcripſiſſent, ille θινῶν poſuiſſet, uti alibi ab eo factum. Quod vero ſenſum horum attinet verborum, clarus eſt ille & manifeſtus. Montibus ſtabilibus & à rerum initio permanſuris in ævum, qui in Pſalmis dicuntur montes Dei, opponuntur hoc loco θῖνες, cumuli ſeu acervi inſtabiles, quales vel caſu, vel humana congeruntur diligentia. Falluntur, qui vocem hanc de ſolis intelligendam eſſe exiſtimant arenarum cumulis, in præcipuo enim ſignificatu ponitur pro acervo ſeu cumulo frugum & fructuum. Itaque θὶς, θίνη & θῖν, à Grammaticis exponitur καρπῶν συγκομιδὴ, σωρὸς πυρῶν ἢ κριθῶν. Hinc ἀκροθίνια vel abſolute θίνια, fructuum dicuntur primitiæ. Hinc quoque θὶς ἀγαθῶν, idem quod σωρὸς ἀγαθῶν. Ab agricolis vocis hujus origo eſt petenda, qui frumenti ſtruices ſic apellarunt à θεῖναι. Promiſcue enim, ut Grammatici docent, appellantur θῖνες, θῆνες & θεῖνες, idemque eſſe notant, quod θημῶνες & θημωνίαι, quæ omnia ejuſdem prorſus ſunt originis. Poſtea vocabuli hujus acceptio tranſiit ad loca in quibus copioſus frumenti eſſet proventus, cujuſmodi ſunt colles modici, agri editiores, & ripæ fluminum. Tranſlata dein ſignificatio ad quarumvis rerum cumulos, veluti fructuum, arenarum, ſalis, pecuniæ & ſimilium. Tandem demum ad iſta loca, in quibus hæc omnia reperiantur, qualia ſunt littora, ſyrtes, mare denique, & quælibet arenoſa, ſquallida & ſollitaria teſqua. Cum

vox

vox hæc tam multiplici ſenſu apud Græcos occurrat ſcriptores, nullum tamen invenias locum, quin ſtatim agnoſcas quomodo accipienda ſit: quod ipſum quoque hic obſervare licet, cum *θῖνες* opponuntur montibus perennibus. Senſus vero loci & ipſe eſt manifeſtus. Quamvis enim *θῖνες* ſint inſtabiles & natura ſua incerti, eorum tamen ſtabiles & perennes proventus poſteritati Joſephi optat Patriarcha moriens. Quod ſi quis quærat quare Deut. XXXIII. 15. ubi ſimilis de hoc ipſo Joſepho Moyſis occurrit prophetia *βουνὸς* non *θῖνας* iidem poſuere interpretes, is mihi cauſam expediat, quare Moyſes non iiſdem iſtic uſus ſit verbis, atque hoc loco Jacobus. Siquis cauſam dixerit, idem quoque cauſam habebit, quamobrem & LXX. non iiſdem utrobique utantur verbis. Quod autem doctiſſimus Simonius malit immutare ſequentia verba Græca, & ſic vertere, *& ſuper caput ejus qui fratrum dux fuit*, id minime probo. Quænam enim hæc balbuties, *& ſuper caput Joſephi, & ſuper caput Joſephi, qui fratrum dux fuit?* At vero quid planius eo quod antiqui poſuere interpretes, ubi Joſepho promittit pater felicitatem in ſtabili & inſtabili tellure, cupitque ſimul ut benedictiones iſtæ non in ipſum modo, ſed & in fratres, quorum princeps fuerit, redundent? Porro ſiquis in verſionibus hodiernis totam hanc de Joſepho prophetiam excutiat, mera inveniet ænigmata nihil omnino ſignificantia, & ne ab ipſis quidem intelligenda interpretibus. Minus tamen mirum id videri debet, ideo, quod Judaici codices inſigniter hoc in loco ſint depravati. At vero ut ſæpe alibi, ita quoque in hac de Joſepho prophetia, integra & ſincera ſunt illa Hebræa exemplaria quibus Samaritæ utuntur. Illa ſi quis adeat, inveniet exactiſſime & ad unguem cum LXX. convenire interpretibus.

Pſal. XXII. v. 2. Cum alloquitur Propheta Deum & dicit, *vocabo te interdiu & non exaudies: vocabo te nocte, & non cedet in amentiam?* Non video qua ratione aliquis poſſit pertendere hanc expoſitionem non eſſe clariorem

omnibus

omnibus aliis. Vetus interpres ἄνοιαν vertit *vanitatem*, quod eundem efficit ſenſum.

Poſt multa deinceps vbi vulgatam examinat verſionem, neſcio quare ſequatur verſionem Hieronymi in cap. Gen. XIV. 5. cum nec ipſe nec Hieronymus probare potuerint Ham eſſe loci nomen. Quod vero ſequenti dein Gen. cap. V. 11. occurrit & ſedit cum eis Abraham, de eo diximus in appendice ſcripti de LXX interpretibus.

Cap. XIX. v. 14. Male Hieronymus reprehendit LXX interpretes, quod generos pro ſponſis reddiderint. Non hoc illi excidiſſet ſi Græcæ fuiſſet peritior linguæ. Quis enim neſcit paſſim à Græcæ ſponſos appellari γαμβρούς. Quod vero cap. XXIII. v. 6. Hieronymus reprehendat LXX. quod regem pro principe ſubſtituerint, nimis id leve, ne dicam futile, cum nemo neſciat regis & principis in omnibus linguis promiſcuas eſſe appellationes.

Cap. xxiv. v. 63. Iterum hos interpretes male carpit Hieronymus, cum vertendum cenſet; *ut loqueretur in agro declinante jam veſpera.* Quis ita improprie loquentem aut ferat aut intelligat? Cum declinat veſpera nonne nox eſt? Quid denique ſibi vult iſtud *loqueretur*? At vero quis neget perſpicue & fideliter reddidiſſe LXX. interpretes, cum dicunt Iſaacum inclinante jam die rus conceſſiſſe, ut cum famulis, villicis & amicis confabularetur, quemadmodum ſolent facere homines labore feſſi, horis præſertim & locis calidis? Vocem Hebræam pluribus in locis δείλην expoſuere iidem interpretes. Eſt vero δείλη tempus pomeridianum. Quamvis vero totum tempus pomeridianum hoc nomine contineatur, qui tamen Græce norunt, hoc quoque ſciunt, tempus à meridie ad veſperam trifaria diviſum fuiſſe, ita ut medius dies, id eſt, hora ſexta ſeu tempus prandii, diceretur δείλη πρωΐα; quod prandium ſequeretur, δείλη vel δείλιον ſimpliciter; quod vero occaſum ſolis præcederet tempus, δείλη ὀψία. Unde calidiſſima pars diei quæ prandio peracto ſequebatur, à Xenophonte & paſſim ab aliis

δείλη

δείλη dicitur. Sed & Gen. cap. III. v. 8. cum Deus dicitur obambulasse in Paradiso ad spiritum diei, quando intensissimus est calor, recte iidem interpretes reddidere τὸ δειλινόν. Vim vocabuli ipsa satis declarat origo, cum δείλη, δειλινὸς & δειλινὸς factum sit à δέω & ἕλη seu εἴλη, unde δειλινῆσαι meridiari. Quod vero alteram spectat vocem, nempe ἀδολεσχῆσαι, & tum quoque frustra sunt, cum ἀδολεσχίαν moribus viri sancti non convenire existimant. Vel ipso attestante vocabulo, ἀδολεσχία idem est quod φιλομυθία Nec putandum eam esse semper vitiosam & intempestivam, præsertim cum servis, pueris & mulieribus, quæ verbosa gaudent loquela. Cicero ad Atticum XII, *Garrimus quidquid in buccam. Est profecto quiddam λέσχη quæ habet, etiamsi nihil subest, collucutione ipsa suavitatem,* Origenes tamen in suo lexico ἀδολεσχῆσαι hoc loco interpretatus est παίζειν, Judæos nempe secutus, qui nec Græce, nec Hebraice satis docti, significationes verborum divinabant potius, quam fideliter reddebant. Cum pluribus in locis vocem שיח ita reddiderint LXX, nusquam tamen hoc sensu ab iis accepta fuit.

Gen. Cap. xxvi. v. 32. Iterum male & ab Hieronymo & à P. Simonio reprehenduntur LXX interpretes, quod verterint, *non invenimus aquam.* Siquis Rabbinorum legat scripta nihil nisi meras inveniet cavillationes. Cum verba Hæbræa eam quam LXX posuere contineant expositionem, quæstioque solum circa id versetur, quomodo Isaacus nomen dicatur dedisse puteo, cum jam antea nomen inditum fuerit ab Abrahamo; non operosum est satisfacere. Si quis enim locum examinet, facile quoque deprehendet, ab Abrahamo quidem prius dictum fuisse puteum jurisjurandi; sed idem postea nomen confirmatum fuisse ab Isaaco, addito quoque eo, ut adsitum oppidum eodem appellaretur cognomine. Calumniandi causa ex eo tantum petitur, quod idem quoque vocabulum saturitatem notet, unde volunt conficere, puteum seu fontem istum non fuisse siccum.

Sed hoc eſt vitiligari. Abrahami quidem tempore non fuerat ſiccus, ſed cum fames & ſiccitas, quam Iſaaci tempore in illo tractu ſuperveniſſe ſacræ tradunt literæ, major fuerit illa, quæ Abrahami contigit tempore; non mirum, ſi & iſte quoque tunc exaruerit puteus.

Eccl. cap. I. v. 6. Recte præfert P. Simonius verſionem antiquam Latinam verſioni Hieronymi. Sed quod ſenſum putet difficilem, id aliter ſe habet. Καὶ ἀνατέλλει ὁ ἥλιος, καὶ δύει ὁ ἥλιος, καὶ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἕλκει. Ἀνατέλλων αὐτὸς ἐκεῖ, πορεύεται πρὸς νότον, καὶ κυκλοῖ πρὸς βορρᾶν. Κύκλῳ κυκλῶν πορεύεται τὸ πνεῦμα. Ut paſſim, ita quoque hic, ἕλκει ponitur pro ἀνάγει, id eſt, reducitur, retrahitur, ſeu revertitur. Oritur ſol, & occidit ſol, & ad locum ſuum priorem revertitur: ubi iterum oriens ad auſtrum deflectit, donec meridianum contingat; unde denuo ad boream in eodem declinat circulo, ut obliquæ exigit ratio ſphæræ. Ventum quoque circulatim circumire, & præterea amnes ſeu torrentes omnes in mare devolvi; nec tamen mare redundare, quod ex mari oriantur amnes & ad mare revertantur, ita ut in circulum moveantur omnia, ſitque perpetua rerum viciſſitudo. Quibus addit Eccleſiaſtes, πάντες οἱ λόγοι ἔγκοποι, id eſt, omnes rationes & diſceptationes de talibus eſſe perdifficiles, nec cuiquam explicabiles. Ut enim Hebræum [illegible]דברים, ita quoque Græcum λόγοι & verba & res, ſeu diſputationes quæ ex verbis conſtant, notat. Paſſim in S. literis λόγοι, ῥήματα & πράγματα promiſcue accipiuntur. Sed neque quod ſequitur, rectius ab Hieronymo redditum, *nihil ſub ſoli novum*, quam id quod habent LXX. interpretes, *non eſt omne recens ſub ſole*, quod & Hæbræis convenenit verbis, & quomodo prudentiores loquuntur. Juvenes & indocti, qui iis quibus vivunt ſolent favere ſeculis, omnia nova & meliora eſſe ſuis jactant temporibus. Sed vero qui etiam præteritorum ſcientiam habent ſeculorum, negant id ipſum, dicentes. non omnia eſſe nova & meliora. Cum vero Hieronymus vertit, *non ſaturatur oculus viſu,*

nec

nec auris auditu impletur, ne hoc quidem tam bene, quam quod LXXII. *non ſaturabitur oculus viſu, nec auris auditu implebitur.* Quis enim non videat *non* hic poni, pro *nunquam*, ut paſſim, & propterea verſionem hanc ampliorem continere ſignificationem. Sed & illud, quod mox poſtea occurrit, recte ſe habet. Quis enim, qui aliquem Græcæ linguæ habet uſum, neſciat idem eſſe οὐκ ἔστι μνήμη τοῖς πρώτοις, & οὐκ ἔστι μνήμη τῶν πρώτων. Dicit Eccleſiaſtes, eſſe qui negent ſupereſſe memoriam præteritorum: ipſe vero, licet merito id negare potuiſſet, ſapienter reſpondet, poſito eo ut hoc verum ſit, jam quoque neceſſe conſequi, ut neque præſentium, neque futurorum ſuperſit memoria apud illos, qui noviſſimis ſint futuri temporibus.

Hæc ſunt pleraque, niſi fallor, loca, quæ vel male, vel ſaltem non ſatis commode à LXX. verſa fuiſſe interpretibus doctiſſimus exiſtimat Simonius. Feliciuſne ipſi quam aliis iſte ſucceſſerit conatus, eruditorum libenter permittam judicio. Laudo tamen moderationem, quod verſionem hanc magni faciat, nec cum iis ſentiat, qui illam ex officina Sathanæ prodiiſſe affirmant, ac ſi eam quam & Chriſtus & Apoſtoli nobis reliquerunt & commendarunt Scripturam, auctorem poſſit habere diabolum. Pia nempe συγκατάβασει factum fuiſſe contendunt, ut Chriſtus tam pravæ & erroneæ conſenſerit interpretationi. Sed apage iſtam pietatem, & iſtud cum cacodæmone fœdus. Ingentem facilius petram calcibus evertas, quam ut in ſacra hac verſione aliquid non recte ſcriptum aut interpretatum invenias, ſi librariorum culpam omnibus etiam ſacris fatalem exceperis libris. Non Hieronymo, non cuiquam hactenus bene ſucceſſit, ut aliquid in ea non recte poſitum deprehenderit. Satis id ipſum oſtendimus, & ſi opus fuerit, pluribus alibi perſequemur. Quapropter ne inique ferat P. Simonius, ſi nec illius in LXX. interpretes acquieſcam cenſuræ, nec à me exigat ut relicta veritate totum me ad illius componam arbitrium. Fruſtra eſt cum me in

 extremis

extremis versari contendit; & mediam mihi præscribit viam, ea nempe ratione, ut non plus LXX. quam aliis sacrarum literarum tribuam interpretibus, quod scilicet illi æque ac alii errare potuerint. Verum cessare ea debet questio eatenus, donec liquido eos errasse constiterit. Id autem tum demum fiet, cum Christi & Apostolorum ex hac versione depromta eluserit testimonia, & omnes veteres Judæos, superstite etiamnum lingua, Hebraice nescisse ostenderit. Si veritatis habenda sit ratio, non media quam dubitantes insistunt, sed recta carpenda est via : illam vero tenebimus, si Christi & Apostolorum insistamus vestigiis, & eam quam ipsi velut solam & legitimam secuti sunt, nos quoque sequamur versionem. Aliter qui faciunt, illi secundum communem parœmiam, οὐδὲ παρέσης τὴν ἄτραπον ζητοῦσι. Inter ea, quæ sunt ejusdem generis, datur medium. Sed inter bonos & malos interpretes, inter Christum & Rabbinorum Messiam, velle quærere medium, id demum ridiculum est. Cum tam multæ & hoc nostro, & superiori seculo prodierint versiones, quas tamen omnes merito damnat doctissimus Simonius, quid attinet errores multiplicare, & novos hariolari sensus, & novam condere versionem, cum veram teneamus vel ipso indice Christo? Et tamen atiamsi tantus deesset testis, vel ipsa versionis hujus veritas, claris adeo se prodit argumentis, ut siquis cordatus non præoccupato à recentioribus Judæis hanc accesserit animo, idem etiam volens nolens agnoscere habeat necesse, nec verba verbis, nec sensus sensibus reddi potuisse melius & fidelius, quam ab istis factum sit interpretibus. Sicubi lectionum occurrat varietas, totum hoc librariis, non interpretibus, imputandum, Nec est ut offendat quemquam, vel ut cuiquam videatur mirum tot labentibus seculis ortam fuisse aliquam lectionum discrepantiam, quin potius illud pro miraculo habendum, quod cum lubricæ, & fallaces sint adeo librariorum manus, post bis, trium millium, & plurium etiam annorum decursum, conservatam

ſervatam fuiſſe nihilominus tantam inter verſionem Græcam & Hebræos codices concordiam, quantam vix invenias inter ea exemplaria, quæ paucis abhinc ſeculis fuere propagata. Denique ſi quæ in Hebræis codicibus ſuperſit veritatis teſtimonium requiras, præſto ſunt LXX. ſacerdotes, totidem teſtes, quot interpretes. Quapropter ſi novas ſacrarum literarum inſtituere velimus verſiones, iſtos ſequamur duces, ſoli illi rectam demonſtrant viam, & divortium facimus à veritate, quotieſcunque ab iis recedimus. Mutus eſt Hebræus codex, & vel ipſis agnoſcentibus Rabbinis truncus media ſui parte, utpote veris deſtitutus vocalibus. Et tamen etiamſi illi ſupereſſent, ne ſic quidem aliqua conſtrui poſſit verſio, cum verborum poteſtas, & ſenſuum qui exinde conficiantur, penitus obliterata ſit ſcientia. Vel ipſi Judæi hanc interpretandi difficultatem non diffitentur, ideoque Meſſiam ſuum expectant & invocant, qui clauſum aperiat librum, & codicem mutum faciat loquentem, ita ut ſuos legere & intelligere poſſint prophetas. Nos vero qui verum agnoſcimus Meſſiam, & veram tenemus Oraculorum Dei expoſitionem, quis veternus, aut quæ invaſit dementia, ut relicto duce certo, cæcis credamus ductoribus, & ab iſtis, quibus Deus omnem eripuit intellectum, ſacrarum literarum interpretationem emendicemus? Prophetis & antiquis Judæorum ſacerdotibus ſua olim credidit Deus oracula; poſtquam vero per LXX. interpretes & Apoſtolos ad gentes tranſiit verborum Dei hæreditas, ablata eſt omnis ſcientia & intellectus à Judæis, traditusque eſt gentibus, ut prædixerant Prophetæ. Si itaque ſacros ſuos codices intelligere velint Judæi, neceſſe eſt ut à gentibus quod olim dedere repetant beneficium. Libenter illæ vicem reddent, & participes facient tam ſalutaris utriſque depoſiti. Nam ſane ut gentium ſalus olim à Judæis, ita nunc per gentes ſervandi ſunt Judæi, utpote quibus nulla ſalus, nullumque ſupereſt aſylum aut refugium, niſi ad Chriſti ſe recipiant

Eccle-

Ecclesiam, & in illa discant ea, quæ ipsorum majores gentibus quondam tradidere Dei mysteria.

Rationes porro quæ videntur movisse P. Simonium, ut novam instituendam esse existimet versionem, quæ exacte cum Hebræo conveniat codice; eædem sunt prorsus, ac sint illæ, quæ & olim Hieronymum, & nunc plurimos ad idem faciendum moverunt Christianos. Nempe cum unicuique in ea quam exerceat arte, censeant esse credendum; utique etiam Rabbinis, qui omne suæ vitæ tempus linguæ addicunt Hebrææ, non derogandum esse contendunt fidem. Esto, inquiunt, ut illi plurima fingant, non tamen semper mentiuntur. Sed quis adeo unquam mendax fuit, qui non etiam casu aliquando vera sit locutus? Attamen in Rabbinorum scriptis adeo peregrina res est veritas, ut neminem hactenus invenerim, qui eam eruere potuerit. Quantumvis longæva vita deficiat, priusquam aliquid lectu dignum in eorum deprehendas libris. Etiamsi quam diligentissime eos excusseris, nihil prorsus invenies, aut quod etiam deterius est nihilo, temporis scilicet jacturam. Tanta inscitia & barbaries, tanta figmentorum copia, tantus denique nugarum in iis occurrit apparatus, ut nihil verius sit illo Satyrici dicto.

——Ære minuto
Qualiacunque voles Judæi somnia vendunt.

Si qua tamen in re credendum sit Judæis, cur iis non credimus, cum periisse linguam Hebræam, & se postquam toto terrarum orbe facti sunt exules, nescire Hebraice affirmant? Frustra itaque dicitur unicuique in arte sua credendum: si enim ad illos divertimus, qui id ipsum, quod docent, ubique & palam se nescire profitentur, unum tantum hoc adsequemur, ut iisdem imbuamur erroribus, & ejusdem quibus ipsi participes fiamus inscitiæ.

Non

Non desunt tamen, etiam doctissimi viri, qui Rabbinorum scripta ad intellectum S. Scripturæ plurimum conferre, ideoque & illos audiendos esse acerrime contendant: Quodque magis mirere, & unde cognoscas, quam alte Rabbinismus quorundam Christianorum insederit animum, vel exinde colligas, quod non defuerint hoc nostro seculo, qui in ipsa quoque Evangelia commentarios scripserint Rabbinicos, singula propemodum verba, non ad Græcas, sed Rabbinicas detorquentes phrases, ritusque insuper è Thalmudicis proferentes magistris, ad quos Christum & Apostolos allusisse affirmant. Sed profecto istiusmodi interpretibus & fidei assertoribus tuto Christiana possit carere respublica. Cum in illorum myrotheciis & commentariis Evangelicis utranque faciant paginam, *Non est Græcum, sed Hebræum*, ecquid aliud inde colligas, quam illos nec Græce, nec Hebraice scivisse? Quod vero ritus attinet, scimus & nos Rabbinos non minus forsan diligenter legere Evangelia, quam Christianos; & quamvis Christum non admittant, ritus tamen veterum Hebræorum ex Evangeliis & Actibus Apostolicis colligere, & in suos transferre commentarios. Istos vero ritus cum legunt Christiani, velut gemmulas colligunt, existimantes ex perenni traditione conservatam à Rabbinis eorum fuisse memoriam; cum tamen certissimum sit, nullum scriptum Hebræum aut Rabbinicum superesse, quod Misna & Thalmude sit vetustius, adeo ut de toto istoc intervallo, quod Artaxerxis & Justiniani imperatoris ætatem intercessit, intercessere autem anni plus minus mille, ne quidem quod mentiantur habeant Judæi, ut recte observatum Morino. Si itaque exceperis ea, que ex Evangeliis, Aristæo, Philone, Josepho, & gentium hausere annalibus; nihil omnino de toto hoc tempore in illorum supererit scriptis, quod non sit commentitium. Siquid veri de Rabbi Akiba, Hillele, & aliis in illorum occurrat libris, omne id habent ab Origene & præcipue Hieronymo, cujus sæpe in Thalmude

fit mentio. Abſque illis iſtorum ne quidem noſſent nomina. Et undenam habeant miſeri, cum nullum iſtorum temporum habeant ſcriptorem, vaſtoque adeo hiatu interſcepta ſit illorum hiſtoria, ut nullis machinis, nullis inſtrumentis, nulla denique ratione majorum ſuorum facta & geſta contingere & reparare poſſint? Niſi gentium & illorum qui è gentibus Chriſto crediderunt conſervatæ fuiſſent memoriæ, ne vel Moyſis quidem vel Abrahami ſupereſſet nomen: æque illud ignotum Judæis, Samaritis & Saracenis eſſet, quam illis qui in media vivunt Braſilia. Ad orales, ut vocantur, traditiones confugere, id demum eſt palam ineptire. Ab ipſis etiam prudentioribus illæ exploduntur Rabbinis. Nec tamen eo hæc à me dicuntur, quod Rabbinos omnino negligendos eſſe exiſtimem, quin potius laudo, qui & illorum quoque conſulunt ſcripta. Non quod aliquid ſolidi iis ſubeſſe exiſtimem, ſed quod falſæ hypotheſes ad cognitionem veritatis, non utiles tantum, ſed & quandoque ſint neceſſariæ, uti norunt qui aliquid in geometricis & numerorum profecere ſcientia. Eſt quidem magna veritatis virtus, illa ipſa tamen humani ingenii pravitate ſæpe aut dubia fit, aut penitus obruitur. Hoc autem ne fiat, eadem obſervanda ratio eademque tenenda eſt via, quam prudentes ſequuntur judices, ut nempe utriuſque partis committantur & examinentur teſtes. Cum enim ſimplex & ſibi conſtans ſemper ſit veritas, eorum vero qui eam oppugnant, vix alio certiori remedio deprehendatur malignitas, quam ſi diverſa, ſæpeque ſibi invicem contraria edant teſtimonia: fiet ut ſic quoque triumphet veritas, quantoque plures quantumvis iniqui audiantur teſtes, tanto major oriatur lux, tantoque magis pateſcat calumnia. Producantur itaque partis utriuſque teſtes. Qui pro veritate verſionis antiquæ teſtimonium edidere, primo ſunt LXX interpretes, plerique inter ſe convenientes, & linguæ Hebrææ peritiſſimi, utpote etiamnum ſuperſtitis: omnes antiqui Judæi,

tam

tam in Syria, quam in aliis viventes terris; Dein Christus & Apostoli, & subsequentes quoque Judæorum synagogæ usque ad tempora Aquilæ: totus denique mundus in hac versione consensit, nec quisquam repertus est, qui contra eam vel mutire fuerit ausus. Committamus jam hos testes, cum illis, qui contra eos militant. Istos si audiamus, & solos, qui diu post prædictos vixere testes excipiamus Rabbinos, eorumque discipulos Aquilam, Symmachum & Theodotionem, omnes Christianorum hostes, & linguæ Hebrææ, æque ac eorum magistri, ignaros; unus in tota veteri Ecclesia supererit Hieronymus, qui à Judæis deceptus à LXX. recedere interpretibus & novam ausus est instituere versionem. Qui Origenem etiam his accensent, plurimum falluntur; utpote qui non uno in loco palam testetur, se firmiter LXX. virorum adhærere versioni, & eo tantum concilio interpretationes Judaicas Tetraplis & Hexaplis suis inseruisse, ut viderent Christiani, quo pacto Judæi Christo posteriores sacras interpretentur scripturas. Recentiores Christiani, qui & ipsi audent contra LXX viralem versionem os aperire, quique & ipsi periti linguæ volunt videri Hebraicæ, quam tamen eorum magistri Rabbini se ignorare fatentur, quo loco habendi sint, judicent rerum gnari. Quæro jam si isti testes & isti interpretes ad examen revocentur, & comparentur cum prioribus; ecquid certius ad eruendam veritatem & convincendam calumniam dari possit argumentum, quam horum consensus, istorum vero inter sese interprepretum discrepantia? Profecto ubi veritas, ibi quoque concordia; mendacii vero signum est certissimum discordia. Ut Hieronymum omittam, qui primus Christianorum Rabbinicam condidit versionem, & alios ad idem audendum signifer præcessit; mille forsan à Judæis & Christianis constructæ deinceps fuere versiones: in tanto tamen numero nullam invenias quæ cum aliqua alia, seu in verbis, seu in sensibus conveniat, vixque est quisquam qui vel

aliquid in Hebraicis sibi profecisse videatur, qui non in mille modos fingat & refingat sacras literas, & cum quoslibet admittere parati sint sensus, solus tamen veritatis sensus, quem nos Christus docuit, unanimiter exploditur. Audent nonnulli cum Rabbinis statuere multiplicem esse sacrarum literarum sensum, easque LXXII aut etiam plures, ut igsi loquuntur, habere facies. Hoc si verum sit, jam quoque dicendum libros sacros non unum efficere codicem seu corpus, sed totidem nos habere sacras scripturas, quot sunt versiones, nec Septuaginta duas tantum, sed infinitas. Atqui si in rebus seriis apud omnes gentes quæcunque amphibolia seu sermonis ambiguitas vitio vertatur, quid demum de illis statuendum, quorum adeo anceps & ambiguus est sermo, ut non duplicem tantum, sed innumeros contineat sensus? Annon merito pro imperito & insano habeatur, qui Græcum aut Latinum scriptorem interpretaturus, totidem locis singulis affingat sensus, in quot ab hodiernis interpretibus sacra diffunditur Scriptura? Instant nihilominus & affirmant talem esse conditionem & genium linguæ Hebrææ. Id si sit, velim scire qua ratione colloqui & se mutuo intelligere veteres olim potuerint Hebræi. Sit modus ineptiendi, & cessent tandem aliquando miseri Christiani Judaicis istiusmodi fidere fabellis: credant potius Christo & Evangeliis, quam inimicis veritatis, qui è Thalmude & scriptis Rabbinorum Christianismum adstruere conantur. Cesset quoque P. Simonius novam sacrarum literarum moliri versionem, ac si altera non sufficiat, & necesse sit ut purior & genuina magis introducatur Scriptura, ac sit ista quam Christus & Apostoli nobis tradidere. Quod si me non satis gnarum linguæ putet Hebraicæ quam ut hoc meum admittat consilium, ego quidem inscitiam meam hac in parte cum doctioribus Rabbinis libenter profitebor. Interim quantumcunque profecerim, illud ipsum nihilominus sufficit, ut non facile me decipi patiar, ab illis qui mortuæ & jamdudum deperditæ linguæ

linguæ peritos ſe exiſtimant, ſpuriumque & commentitium Rabbinorum ſermonem pro vera, legitima, & antiqua Hebræorum conantur obtrudere lingua. Quod autem doctiſſimus Simonius moderationem in me non uno requirat loco, & me nimio verſionis Græcæ affectu tranſverſum rapi exiſtimet, iſtud ego crimen non diffitebor, ſi ſit crimen valde amare quæ valde ſunt bona, & nimius veritatis amor vertendus ſit vitio. Utinam non ipſe præoccupato magis à Rabbinis animo ad ſcribendum ſe accinxiſſet, & abſtinuiſſet ab iis quæ habet de incertitudine ſcriptorum veteris teſtamenti, in quibus paria omnino facit cum Spinoſa Judæo, quem tamen merito damnat, velut indoctum, & futilibus nimium argumentis quoſcunque fere S. Scripturæ libros abjudicantem ab illis quibus ſemper attributi fuere auctoribus. Cæterum licet in excolendis amicitiis, aliiſque humanæ vitæ obeundis muniis pulcra res ſit moderatio; ubi tamen iniquitas prævalet, & veritas obruitur & conculcatur; ibi iſta animi æqualitas & ſemper-lenitas merito exploditur. Non amat bonos, quiſquis non ſatis oderit malos. Zelum & fervorem poſcit Deus, nihil amat quod medium ſit, & in Apocalypſi Chriſtus dicitur evomere tepidos. Quod ſi D. Simonius iſtum meum fervorem exiſtimet non eſſe ſecundum ſcientiam, ut Apoſtolus loquitur & per iſtam ſcientiam intelligat Rabbinicam hodiernam, recte ſentit: ſed vero ego non Rabbinos, ſed Chriſtum ſequor magiſtrum, & in ea quam ipſe approbavit acquieſco verſione. Quod ſi quierraſſe hac in parte Meſſiam noſtrum exiſtiment, illi per me licet ut cum Rabbinis Meſſiam quoque expectent Rabbinicum.

Licet hactenus dicta ad vindicandos LXX interpretes & retundendam quorundam adverſariorum iniquitatem & pertinaciam putem ſufficere; quia tamen hoc ipſo pene quo hæc ſcribo momento, in manus meas ſcriptum cujuſdam inciderit viri docti, & inter Anglos ſatis noti, continens Rabbinicam & Thalmudicam expoſitionem in prio-

rem Apoſtoli ad Corinthios epiſtolam, ſimulque mirificam & Chriſtiano indignam de LXX interpretibus digreſſionem; non erit ab inſtituto alienum, ſi de ea quoque nonnihil dicamus, ut videant lectores, quem fructum & quæ ſpolia ex nimia Thalmudis lectione referant Chriſtiani homines; & in quos labyrinthos & inexplicabiles ſe conjiciant errores, qui Rabbinos hoſtes Evangelii, Evangeliorum faciunt interpretes. Quamvis vel ipſe titulus ſtuporem incuſſerit, minuſque mihi peccaturus videatur, qui ex Alcorano, quam qui è Thalmude exponat Evangelia; longe tamen major ſubiit me admiratio, ubi cognovi non tantum Philoni, Joſepho, & omnibus qui illos præceſſere Judæis, ſed & ipſis quoque Evangeliis præferri auctoritatem Thalmudis, non modo in explicatione S. Scripturæ, ſed & in iis quoque rebus iiſque hiſtoriis quarum certa, continua & indubitata ſupereſt memoria in ſcriptoribus, qui vel interfuere, vel proximi illis, quibus res geſtæ fuere, vixerunt temporibus, cum contra plerique Thalmudis compilatores mille minimum annis fuerint poſteriores, nec in alienis tantum, ſed & in ſuis quoque adeo imperiti ſint rebus, ut nuſquam tanta inſcitia & barbaries, quanta in iſtorum paſſim occurrat libris. Ex iſta tamen barbarie & cæca caligine ſuppetias novi Teſtamenti ſcriptoribus afferre Thalmudicus iſte conatur commentator, acſi lux Evangelica fiat illuſtrior ſi nebulis inficiatur Rabbinicis. Omittam jam ea quæ habet de decem Iſraelis tribubus, quas à bis mille annis fruſtra quæſitas, & ſemper fruſtra quærendas, è Thalmude producit, deſcribens urbes, loca & ſtationes, in quibus purior, ut loquitur, Hebræorum ſanguis & ſpes Iſraelis etiamnum regnent, regnaturi donec veniat Meſſias, quem Judæi ex hoc regno proditurum credunt, non autem ex viliſſima iſta populi Judaici parte quæ Eſdram ſecuta ſit, in qua natus ſit Chriſtianorum Meſſias. Prætereo quoque expoſitionem de dodecaphylo apud Apoſtolum, ac ſi Chriſtiani fuiſſent ante Chriſtum,

&

& ante adventum ejus aliqua facta fuisset gentium conversio. Nec istud excutiam quod dicit Petrum Evangelium prædicasse decem tribubus Israelis, idque merito & convenienter, siquidem dicit istos Hebræos fuisse purissimi sanguinis, nam Esdram fæcem tantum populi Hierosolyma secum transtulisse adfirmat. Longum nimis fuerit singulas persequi ineptias; nam quale illud est quod invitis omnibus antiquis, versionem LXX interpretum in Judæorum olim lectam fuisse neget Synagogis, contra vero paraphrasin quæ Jonathæ & Onkeloso inepte tribuitur, à veteribus lectam fuisse contendat Hebræis, cum certissimis argumentis confici possit, neutram peraphrasin septem vel octo antiquiorem esse seculis. Videamus quæ de LXX scribit interpretibus. Negat ille totidem fuisse, sed teste Thalmude quinque tantum presbyteros fuisse affirmat, qui regi Ptolemæo legem descripserint, & mentitos esse Aristæam, Aristobulum, Philonem, & Josephum, qui contrarium scribunt. Causam reddit pulcherrimam, si enim CCCCLX talenta in redimendis expensa captivis, cum iis componas summis, quas idem erogavit rex in ornando templo, & demum addas munera collata in Eleazarum & LXX. interpretes, conficies summum minimum mille talentorum secundum Josephum & Aristeam. Atqui, inquit ille, *totam Bibliothecam Alexandrinam tanti non constitisse, imo totum annuum vectigal Ægypti vix valuisse tanti.* Profecto qui sic sentiunt, illi omnino nesciunt quid rei sit Ægyptus, & quantæ fuerint opes Ptolemæi. Opus non est earum inire rationem, id enim si facere velimus, inveniemus forsan annuum reditum quinquaginta millium talentorum, idque justo & solido computo. Unum hoc monuisse sufficiat, reges Ægypti ex solis Judææ, Cœlesyriæ, Phœnices & Samariæ vectigalibus collegisse quotannis octo talentorum millia, tempore vero Josephi, Tobiæ filii etiam duplo plus, uti docet Josephus. Non ergo magna nimis debet videri ista Ptolemæi erga Judæos liberalitas,

majus

majus utique collaturi beneficium, si bimestre unius anni remisisset vectigal. Norunt præterea reges prudentes, fœnori exponi pecuniam, quæ in subjectos sibi confertur populos. Sed tamen istam regis hujus erga Judæos qualemcunque liberalitatem non admittit doctus Rabbinista, quia nulla in Thalmude fiat mentio. Sed quid mirum, cum neque hujus rei fabellæ meminerint Æsopicæ, Pergit deinde Oracula fundere Thalmudica, & rem memorat dignam prorsus Rabbinico acumine, nempe istos seu quinque, seu septuaginta, sive interpretes, sive presbyteros, non in Græcum sermonem vertisse libros sacros, sed descripsisse regi Ptolemæo legem per se, hoc est, ut ipse interpretatur, Hebraicos libros Hebraice descripsisse. Verum cum aliquis merito hic quærat, unde ergo & è quanam officina Græca prodierit versio, promte admodum respondet: versionem istam compilatam esse à Synedrio sacerdotum Hierosolymitanorum, & addit licet ipse solus sic sentiat, habere se nihilominus rationes gravissimas. Nam si quis quærat, cum à tot & tantis, an non ergo versio ea sit fidelis & sincera, sine mora respondet, minime sinceram & fidelem esse, omnes enim istos sacerdotes Synedrii Hierosolymitani in eo convenisse, ut gentibus & simul aliis Judæis inter gentes viventibus spuriam obtruderent versionem, existimantes videlicet mysteria Dei non esse revelanda gentibus. Postulasse eas interpretationem Græcam. Istos itaque sacerdotes ut fidem suam liberarent, perfidam hanc adornasse versionem, quæ apud gentes & alios Judæos velut pignus & tessera integritatis & fidei esset Judaicæ. Nam versionem hanc non ad normam veritatis, sed cum summa compilatam esse astutia & ad decipiendas tantum fabricatam gentes, quibusvis etiam lippis dicit esse perspicuum. Philonem & Josephum, quod & ipsi perfidæ & astutæ huic consenserint versioni, dicit non debere cuiquam mirum videri, cum nullam ii veritatis habuerint curam, utpote qui gentibus, non Hebræis scripserint, itaque & illos quoque

que libenter in hac fraude cum aliis convenisse sacerdotibus. Firmiter itaque adhærendum esse Thalmudi & Thalmudistis, causam addens potentissimam, quod illi pro suis scripserint, Philo autem & Josephus pro ethnicis. Sed cum non prædicti tantum scriptores versionem LXX sequantur interpretum, verum etiam in novo Testamento ubique & sine exceptione Christus & Apostoli semper per os LXX loquantur interpretum, operæ pretium est audire quo pacto etiam hic sese expediat. Dissimulatis nempe Christi & Apostolorum testimoniis & nominibus, dicit pro LXX interpretibus facere quoque amanuenses novi Testamenri, ac si illi alia verba & alios substituissent sensus, quam vel scripserint vel locuti sint Christus & Apostoli, totumque hac ratione contaminarint & perverterint Evangelium. Hoc autem posito, non difficile fuisse dicit Christianis cum ethnicis & Judæis congredi. Cum ethnicis quippe imperitis linguæ Hebrææ, & solam consulentibus Græcam interpretationem, nullam omnino intercessisse difficultatem. Judæis vero cavillantibus aliter in suis legi codicibus verba & sensus Scripturæ, quam concipiantur in Evangeliis, prompte admodum potuisse occurrere Christianos, dicendo hanc esse ipsissimam versionem, quam ipsorum exarassent majores & tanquam veram & sinceram universo legendam exhibuissent mundo. Porro, mi lector, ecquis est qui tam lepidas quemquam audiat narrantem fabellas, qui non merito inter scenicos se versari existimet mimos? Attamen doctus iste Rabbinista, non studio contentionis cum quoquam, sed solo veritatis investigandæ compulsum desiderio, serio & cogitationibus sæpe iteratis, hæc se scripsisse adfirmat.

Non dubito quin complures futuri sint, qui absurdas & portentosas istiusmodi cogitationes in homine Christiano non mirentur tantum, sed & merito detestentur; verum qui nullos præter Rabbinos legunt & sequuntur interpretes, & qui Thalmudem cum Evangeliis compo-

nunt,

nunt, vix eſt ut aliter ſcribant aut ſentiant. Minus mali Chriſtianæ infligeretur reipublicæ, ſi pauci duntaxat hoc adfligerentur morbo, ſed noſtro hoc ſeculo adeo graſſatur hæc peſtis, ut ſi Chriſtianos cum Chriſtianis committas Theologos, longe plures invenias, qui Moſem & Prophetas è Thalmude, quam ex Evangeliis malint interpretari. Utinam inconſultis iſtis comes non acceſſiſſet P. Simonius, nec tam futili adhæſiſſet commento de concinnata ab univerſo Hieroſolymitano Synedrio in fraudem humani generis S. literarum verſione, cui tamen, ut volunt, ſubſcripſerint & Chriſtus & Apoſtoli. Quidni dicunt illi qui ab omni libenter religione ſe exemtos velint, ſi plerique populi Judaici ſacerdotes in propaganda ſpuria S. literarum verſione conſpirarint, etiam conſpirare potuerunt in fingendis & ad lubitum depravandis omnibus quoque ſacris libris, præſertim cum & illos quoque plurimum immutatos & interpolatos fuiſſe admittat P. Simonius? Si ſic ſentiamus, quæ fides, aut quid demum ſupererit integrum, aut quæ conſtabit veritas, ſi de iis quoque dubitemus, quæ omnium ſeculorum ſanxit conſenſus, & ne iſtis, qui rebus geſtis interfuere, credamus ſcriptoribus? Quod ſi ullo alio, noſtro certe hoc ſeculo complures reperiuntur ita animati, ut nihil omnino, niſi quod ſuis conveniat admittant ſenſibus. Memini mihi non ſemel colloquium interceſſiſſe cum viro cætera prudenti, magnæque inter ſuos auctoritatis, qui poſt plurium annorum ſæpe repetitas cogitationes luculentam ſatis in Cæſaris de bello Gallico commentarios conſcripſiſſe ſe adfirmaret diſſertationem, qua invictiſſimis argumentis falſa eſſe convinceret, quæcunque iſtis continerentur libris, & copioſe inſuper oſtenderet Cæſarem nunquam tranſiiſſe Alpes, & ne vidiſſe quidem Galliam. Quærenti mihi quibus rationibus & teſtibus tantam rem peregiſſet, ſatis promte reſpondit, mille teſtium loco ad hoc probandum ſuffeciſſe ſibi rectos bonoſque quos ſemper ſequeretur ſenſus.

Indoctis

Indoctis nempe suis nihil est sanctius sensibus, & quamvis illis fere careant, hos tamen solos adorant, curtaque adeo mensura metiuntur omnia. Sed vero cum quot capita, totidem quoque occurrant sententiæ, nec desint qui quælibet etiam somnia & deliria sensuum testimonio firmare conentur: non futilis tantum, sed & stulta quoque illorum est existimanda præsumtio, qui historiarum vel levi, vel nulla omnino instructi peritia, judices nihilominus earum se constituunt rerum, quarum non ex arbitrio, sed ex testium examine & multiplici cognitione tota pendet veritas. Attamen qui solis obsequuntur sensibus, plus etiamnum sapiunt, quam qui non Christianæ tantum fidei, sed & communis inimicos sensus sequuntur Rabbinos. Sæpissime quidem fallunt sensus, illis tamen tutius creditur quam falsis testibus qui semper fallunt. Adeone quis demens sit, ut illis credat, qui id ipsum quod se nescire fatentur, aliis tamen audacter affirment? Paucæ admodum versiones Judæorum in lucem prodiere, & tamen nulla est quæ ab ipsis probetur, aperte negantibus S. Scripturas nec posse, nec debere gentium exprimi sermone, cum enim S. literæ Septuaginta & plures admittant sensus, non esse cujusquam hominis divinare, quisnam sit sensus veritatis. Sed vero quid sentiendum est de Christianis, qui etiam non credentibus credentes Rabbinis, & superiori & nostro hoc seculo tot edidere versiones, ut earum vix aliquis ineat numerum, omnes tamen ad placitum Rabbinorum, & ad veritatem, ut ipsi loquntur, expressas Hebraicam, sed tam discrepantes, ut merito P. Simonius nullam probet, & aliam instituendam esse existimet, quæ veritati conveniat & cui tuto acquiescere possimus? Verum siqua sit admittenda versio, ecqua possit produci alia, atque illa quam & Christus & Apostoli & omnes qui illos præcessere secuti sunt Judæi? Instant nihilominus, illam esse erroneam & fraudulentam. Sed si ut volunt, omnes Judæorum sacerdotes in decipiendis gentibus, quibus

veritatem revelare noluerint, olim convenere; ecquis ab hodiernis expectet Rabbinis, ut veros S. literarum sensus pandant Christianis? Qua denique ratione ab illis S. literarum petamus expositionem, qui fatentur se illas non intelligere, quique unanimiter affirmant codices Hebræos esse non tantum obscuros & sibi repugnantes, sed & omnino cœcos, mutos & nemini explicabiles, nisi forsan per orales, ut ipsi loquuntur, traditiones, quas tamen incertas & lubricas esse ipsi non diffitentur, nos futiles & commentitias esse certo scimus? Sit tandem pudor manifestæ adversari veritati, & si Christo & Apostolis credere nolimus, credamus sensibus, qui abunde docebunt, versionem quæ ab illis qui florente & superstite etiamnum Hebræa facta sit lingua, veriorem esse istis translationibus, quæ nec sibi constant & ab imperitis factæ sint interpretibus. Vel ipsis credamus Rabbinis, cum periisse linguam Hebræam & vocales novitium esse fatentur commentum. Denique si non omnino inepti & ridiculi esse velimus, credamus tam veteris quam novi Testamenti sensus solo Græcæ & Latinæ linguæ beneficio ad nos esse propagatos, & hujus veritatis luculentissimos & certissimos testes esse vel ipsos Hebræos codices, dummodo auferantur puncta vocalia à Rabbinis apposita; id enim si fiat, invenietur sensus quem LXX. posuere interpretes & simul patefiet fucus & fraus Rabbinorum. Quod si quis neget Græcæ & postea Latinæ linguæ beneficio S. literarum cognitionem ad nos pervenisse, ostendat aliam linguam, viam & rationem, quam sequamur & insistamus ad eruendos S. literarum sensus. Stultum est ad linguam Hebræam provocare, cum ea perierit, & siqua ejus supersint fragmenta, illa ipsa Græci & Latini sermonis beneficio ad nos pervenerint. Si quis totum perambulet terrarum orbem & omnium gentium consulat memorias, nullam omnino inveniet linguam, quæ ad tria, vel utplurimum quatuor conservata sit secula. Quod Serum, qui vulgo Sinæ dicuntur, jam per tot annorum millia subsistant

annales,

annales, id non linguæ, quæ æque apud illos ac apud alias gentes fluxa & instabilis fuit, sed characterum seu notarum factum est beneficio. Sola Græca & Latina linguæ hanc evasere calamitatem, quarum hæc bis mille annorum ætatem superat, altera trium fere millium memorias complectitur. Si duæ istæ tollantur linguæ, nullæ supererunt machinæ, quibus attingere possimus ea quæ priscis facta fuere temporibus. Nullus erit Hector aut Achilles, non Cæsar vel Alexander, nulla vel Moysis vel Salomonis fama; nullum vetus aut novum Testamentum, nullæ omnino artes aut scientiæ supererunt, nullæque rerum præteritarum memoriæ: peribunt omnia & mera succedet barbaries, cum soli sint Græci & Latini libri, quibus omnia hæc & continentur & propagantur. Tamdiu autem artes & scientiæ propagantur, quamdiu perstant linguæ & libri intelliguntur. Serum quidem seu Sinensium lingua non est perennis, notas tamen seu characteras, ut diximus, habent perennes, & intelligunt libros ante quinque fere annorum millia conscriptos, & hinc omnino factum, ut propter tam diuturnum & nunquam interruptum literarum usum, artes & scientiæ ad majus ab iis provectæ sint culmen, quam apud ullas alias gentes. Verum cum Sinensium characteres ad intellectum S. literarum nihil conferant, omnino nobis recurrendum ad Græcum & Latinum sermonem, qui si tollantur, jam quoque tolletur omnis rerum præteritarum scientia. Quapropter satis mirari nequeo, nostro hoc seculo reperiri nonnullos, qui spretis & contemptis iis linguis, quibus solis tota continetur antiquitatis historia, libenter pro illis substituant & obtrudant vernaculas suas, non barbaras tantum, sed & mox perituras. Dicunt nempe illi Græcos & Latinos scriptores magna jam ex parte contineri linguis vernaculis, utpote Germanice, Gallice & Anglice versos, ideoque tuto nos carere posse Græco & Latino sermone. Quid si versiones istæ minime fuerint bonæ? Ponamus tamen nostro hoc seculo

videri bonas, attamen ætatem non ferent, cum infinitis jam conftet experimentis, verfiones iftas fingulis renovari feculis, nec ullos effe perennes libros, nifi qui Latine fcribuntur, cum cæteri, quibufcunque demum fcribuntur linguis, vix uno alterove fubfiftant feculo. Laudandus idcirco Carolus Magnus, qui feu amore literarum, feu ut Romanorum potius quam barbarorum Rex crederetur, pofthabitis Gothica, Saxonica, Francica, aliifque Teutonicæ linguæ dialectis, una cum imperio fermonem quoque adfcivit Romanum, cui non in facris modo, fed & in quibufvis aliis vitæ humanæ actibus locum adfignavit principem. Et fane fi lingua non confervata fuiffet Latina, ne Caroli quidem Magni fupereffet nomen. Omnia denique antiqua & vetufta jamdudum oblivioni tradita & profundis obruta fuiffent tenebris, fi Græca & Latina linguæ non effent fuperftites. Nulla eft in Europa natio, quæ aliquid norit de rebus, quæ ante tria vel quatuor gefta fuere fecula, nifi Latinæ linguæ beneficio. Sed neque Arabes quantumvis late pateant, & linguæ fuæ fuerint fatis ftudiofi, ullam antiquarum rerum habent peritiam, quam non è Græcorum hauferint libris. Ipfi quin etiam Indi, fi quid de Alexandro fciant Magno, habent id ipfum ab Arabibus, qui tamen à Græcis ea fe accepiffe fatentur. Superfunt quidem toto oriente monumenta antiqua marmorea, vernaculis gentium infcripta literis, fed quæ nemo legere, nedum intelligere poffit. Cum itaque luce meridiana clarius fit, folis libris Græcis & exinde factis Latinis totam veritatem & totam rerum antiquarum claudi & contineri fcientiam, quænam dementia eft ad Rabbinos divertere, qui ante pauca demum floruerunt fecula, quique nullam aut rerum, aut verborum, aut hiftoriarum habent peritiam, nifi quam à Græcis aut Latinis acceperunt, à quibus quotiefcunque recedunt, tum demum nugas & portenta loquuntur. Hos tamen fere folos feculi noftri fequuntur Chriftiani, & fæpe quanto minus norunt, tanto magis admirantur. Cum vero

etiam

etiam iſti, qui in Rabbinorum ſcriptis ſunt verſatiſſimi, videant nullis argumentis, aut antiquis teſtibus, poſſe fulciri Thalmudica commenta; eo prolapſi ſunt inſaniæ, ut ad futiliſſimas orales, ut vocantur, confugiant traditiones; Deum enim non loqui inquiunt, niſi per fauces Rabbinorum, iiſque inſeruiſſe omnem præteritarum & futurarum rerum peritiam, adeoque illos ſolos eſſe veritatis promos & condos, utpote quibus λόγια ſua Deus commiſerit, ac ſi de iſtis, à quibus omnis ablata eſt ſcientia, non autem de illis Hebræis, qui olim Deo placuere, accipienda eſſent iſthæc Apoſtoli verba. Quid attinet memorare complures noſtri & ſuperioris ſeculi homines futili hac perſuaſione à Judæis deceptos, quos tamen poſtmodum, detectis iſtorum offuciis, credulitatis ſuæ puduerit? Teſtes ſint Picus Mirandulanus, Reuchlinus & præcipue hujus diſcipulus Johannes Forſterus, cujus, ſiquis quam Hebraico quod Baſileæ prodiit lexico perlegat præfationem, protinus cognoſcet, quam ille magnifice de Judæis primo ſenſerit, quantumque poſtea pœnituerit, ubi comperit, nullam lucem, nullamque omnino veram expoſitionem in Rabbinorum occurrere libris, illoſque ut cæterarum rerum, ita linguæ quoque Hebraicæ penitus eſſe ignaros. Attamen vix minimam impoſturarum & fraudum Judaicarum ille adſecutus eſt partem, feliciuſque hac in parte ſe geſſiſſet, ſi neglectis omnino Rabbinorum vocalibus punctis, Græcam ſecutus fuiſſet expoſitionem & ex illa Hebraicam conatus fuiſſet interpretari veritatem. Laudanda interim ejus eſt voluntas, & bene de ſe, & bene de Scripturis merebuntur, ſi qui ejus in contemnendis Rabbinis ſequantur exemplum, & quam ille aut neglexit, aut potius non vidit inſiſtant viam, ut nempe poſthabitis vocalibus punctis, illos ſolum probent ſenſus, quos LXX. tradidere interpretes, & ad horum, non autem Rabbinorum, aut fallacium & lubricorum ſenſuum arbitrium exigant & exponant Hebraicarum vocum & phraſium poteſtatem

&c.

& ſignificationem. Quod ſi qui adeo obſtinato & refractario ſint ingenio, ut nec tam claris argumentis, nec tam certis cedant teſtimoniis, per me licet ut ſuis iſti fruantur moribus: mihi quidem recta monenti, ſatis magno erit ſolatio, meruiſſe potius quam obtinuiſſe ſeculi ſuffragia & ſolis diſplicuiſſe indoctis.

A D

ISAACI VOSSII

AD

Iteratas P. SIMONII

OBJECTIONES RESPONSIO.

ISAACI VOSSII

AD

Iteratas P. Simonii Obiectiones Responsio.

LIcet ea quæ ante quinquennium ſcripſi ſufficere P. Simonio debuiſſent, quia tamen ante paucos dies alter ejus de variis S. Scripturæ editionibus prodiit liber, quo non acquieſcere ſe meis teſtatur reſponſis, & nonnulla inſeruit, in quibus palam me erraſſe exiſtimat; operæ pretium fuerit ea expendere, ut æqui lectores, uter noſtrum rectius ſentiat, cognoſcant.

Primum itaque & præcipuum niſi fallor quod reprehendit cap. x, eſt illud, quod audacter affirmarim Judæos ſtudio & nequitia depravaſſe codices & Chronologiam ſacram, ut lucrarentur bis mille annos. Dicit hoc meum eſſe commentum; neque enim à vetuſtioribus Chriſtianis, licet iſtam codicum diſcrepantiam obſervarint, Judæos hoc crimine fuiſſe notatos. Verum etiamſi iſtud cenceſſerimus, cum & Auguſtinus palam profiteatur ignorare ſe hujus diſcrepantiæ cauſam, nihil tamen exin confici poſſit, niſi obſervatum quidem fuiſſe facinus hoc ab antiquis ſcriptoribus, verum illos facinoris ignoraſſe cauſam. Neque bona neque mala

ſemper opera ſimulac fiunt ſtatim innoteſcunt. Seculis ſæpe opus eſt antequam clareſcant fraudes & emergat veritas. Non defuiſſe tamen etiam olim, qui depravationis hujus reos peragant Judæos, ex Juliano facile cognoſcas Pomerio. Sed & ex illis quoque Judæis qui ad Chriſtianos ſe contulerunt, uti ex Hieronymo à S. Fide & compluribus aliis idem ſatis intelligas. Plerique quoque Arabes hoc præcipue ad convincendos Judæos utuntur argumento. Sufficiant vel ſola Abulpharaij verba quæ non pigebit integra, uti ea reddidit doctiſſimus Pokockius, adſcribere; unde facile colligat P. Simonius non me unum eſſe, qui affirmarim depravatos à Judæis fuiſſe codices ſacros. *Ab initio mundi uſque ad Meſſiam ſecundum computum qui in manibus Judæorum eſt, anni ſunt fere quatuor mille ducenti viginti. At ſecundum computum legis ex verſione* LXX, *quæ in manibus Græcorum & reliquarum inter Chriſtianos ſectarum exceptis Syris, anni fere quinquies mille quingenti octoginta ſex: deficiente computo priori à ſecundo annis mille trecentis ſeptuaginta quinque: qui defectus adſcribitur doctoribus Judæorum. Nam cum prænuntiatum eſſet in lege & prophetis de Meſſia, miſſum iri ipſum ultimis temporibus, nec aliud eſſet Rabbinis antiquioribus commentum quo Chriſtum rejicerent, quam ſi hominum ætates, quibus dignoſceretur mundi Epoche mutarent, ſubtraxerunt de vita Adami, donec naſceretur Seth, centum annos, eoſque reliquæ ipſius vitæ addiderunt: idemque fecere in ritis reliquorum Adami, filiorum uſque Abrahamum; atque ita factum eſt ut indicet ipſorum computus manifeſtatum eſſe Chriſtum millenario quinto, prope accedente ad medium annorum mundi, qui omnes ſecundum ipſos futuri ſunt ſepties mille; dixeruntque, Nos adhuc in medio temporis ſumus, & nondum adeſt tempus adventui Meſſiæ adſignatum. At computus* LXX *ſeniorum indicat manifeſtatum eſſe Chriſtum millenario ſexto, atque adfuiſſe tempus ipſius.*

Clara

Clara & manifeſta hæc & talia niſi fallor, ut etiam cujuſvis oculos animumque oportune feriant. Videamus nunc quid ad hæc P. Simonius; dicit quod meo meipſum jugulem gladio, cum ob res Chronologicas Judæos falſitatis reos facio, quandoquidem hodierna codicis Hebræi Chronologia Judæos longe magis urget, quam illa LXX interpetum agnoſcere enim Judæos tranſiiſſe jam tempus adventus Meſſiæ, ſed addunt illum propter eorum iniquitates non adveniſſe. Quis non miretur liberalitatem P. Simonii qui tanti roboris promittat argumentum ut eo omnes conficiat Judæos; quod tamen ipſe paulo poſt velut nullius momenti & futile otioſi alicujus magiſtri commentum explodat? Ridet me quod dixerim à Judæis vaticinium hoc de duratione mundi Eliæ prophetæ attribui, cum tamen de eo antiqui non dubitarint Rabbini, & ne nunc quidem dubitent, dummodo & illius eſſe admittantur illa quæ ſequuntur verba; *Sed propter peccata noſtra præterierunt anni qui præterierunt.* In Thalmude prolixe narratur congreſſus Judæorum cum Hieronymo à Sancta Fide Rabbino Hiſpano, ſed ante trecentos fere annos facto Chriſtiano. Adfirmabat ille poſtrema hæc quæ attulimus verba, eſſe additionem magiſtrorum. Negabant Judæi, ſed convicti, tum demum reſpondent; *Non certo conſtare an hic Elias ſit propheta ille antiquus, an vero alius quidam Rabbi. Veriſimili eſſe, fuiſſe alium Rabbi.* At vero P. Simonius in gratiam Judæorum ipſis Rabbinis Rabbinior, audacter affirmat hunc Eliam fuiſſe Rabbinum,& hac ratione deſtruit prophetiam ex qua multo fortuis paulo ante dicebat poſſe urgeri Judæos, quam ex Chronologia LXX interpretum. Sed ſibi ſervet P. Simonius,ſibi quoque ſervent Judæi quæ iſtiuſmodi conditionibus ad roborandam fidem noſtram largiuntur argumenta. Tuto tali beneficio carere poſſit Chriſtiana reſpublica. Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα.

Adjecta porro à Rabbinis fuiſſe ea quæ diximus verba, nemo qui aliquo prædictus ſit judicio, negaverit ut puto.

Ipſa id ſatis teſtatur phraſis, cum Eliæ vaticinium Chaldæo, additamentum vero Hebræo ſit expreſſum ſermone. Totum quoque perit vaticinium, ſi poſtrema admittamus verba, ita enim fiet ut tempus legis non ſit bis mille annorum ſed quatuor millium.

Quam vero recenter hæc verba addita ſint, ſatis intelligi poteſt ex alio Thalmudis loco ubi clauſula hæc ſic concipitur; *propter peccata noſtra quæ multa ſunt, prælapſi ſunt ex iis anni ſeptingenti quatuordecim.* Sed neque in ſcripto Hieronymi à S. Fide reperitur hoc additamentum, ut merito aliquis ſuſpicari poſſit ſero demum clauſulam hanc fuiſſe aſſutam, & Judæos non admodum bona fide iſtam deſcripſiſſe diſputationem. In hoc ipſo vaticinio bis mille annos, qui dicuntur ante legem effluxiſſe, accipiendos eſſe monui de tempore quod à diluvio ad Moyſem & legem latam interceſſit. Non Apoſtolus tantum, ſed & pleræque Orientis gentes, quæ aliquam diluvii habent cognitionem, ſic loquuntur, mundi initium à diluvio arceſſentes aut à Noacho, quem Adamum ſecundum aut abſolute etiam Adamum appellant. Verum P. Simonius hæc tanquam frigida explodit, quia ſenſum habent & quidem valde bonum & veritati convenientem. Quid enim clarius eo, ab inſtaurato mundo & reparatione generis humani, id eſt à Noa uſque ad legem ſive Moyſem numerari bis mille annos. A Moyſe ad Chriſtum iterum bis mille annis. A Chriſto uſque ad conſummationem ſeculorum totidem? P. Simonius qui nihil amat, niſi quod diſtortum ſit, & cui ſolemne eſt prophetias in nihilum redigere; per legem dicit hic intelligi tempus iſtud quo Abrahamus relictis idolis ad veri dei cultum acceſſit. Pro Elia propheta ſubſtituit nugatorem aliquem Rabbinum. Hoc pacto ſubverſo penitus vaticinio, ita ut neque principium, neque medium, neque finis ullam certam & determinatam habeant ſignificationem: perſuadere tamen conatur ad convincendam Judaicam Chronologiam

ſeſe mirificum conferre beneficium. Verum ſiquis Judæos hac ratione aggrediatur, ludibrio erit & nihil niſi riſum referet, jubebuntque expectare, donec ſextus exſpirarit millenarius, præſertim ſi & clauſula admittatur.

Quæ deinceps ſequuntur legant qui velint, neque enim aliquid iis ſolidi ſubeſſe exiſtimo. Nam quale eſt iſtud, quod & illos quoque codices, quibus LXX uſi fuere interpretes, mutos fuiſſe adfirmet? Sed vero interpretes illi antiqui ſuperſtite etiamnum lingua Hebræa legere & intelligere mutos iſtos norant codices, quos hodierni Judæi nec legere, nec intelligere ſe poſſe unanimiter fatentur. Cap. XVI. dicit me fœde erraſſe in locis Juſtini Martyris aliorumque patrum, idque ſe alibi demonſtraſſe. Ubinam rogo? Somniabat profecto P. Simonius cum hæc ſcriberet.

Pergit dein eodem capite Rabbinicum diſtringere enſem; & me, licet non aſſuetum vanis & inanibus cedere minis, jamdudum latebras quærere affirmat; quia nempe dixi non recte locutum eſſe Hieronymum, cum LXX non prophetas, ſed interpretes fuiſſe ſcribit. *Nam*, inquit, *Hieronymo optime vocis hujus proprietatem notam fuiſſe, quandoquidem animadvertit poetam Græcum à Paulo prophetam vocatum fuiſſe*, at vero Hieronymus hunc Pauli locum fuſe explicans. Affirmat Epimenidem per illuſionem & ironiam ab Apoſtolo vocari prophetam. Judicet ergo Simonius, egone, an vero ipſe proprio ſeipſum jugulet gladio. Pergit tamen, *me ad objectiones nuperæ criticæ ſacræ cuneos captantem ubique tergiverſari*. Scio ſit cuneus, ſed quid ſit cuneos captare, neſcio an quiſquam prophetes divinaverit.

Dicit poſtea; *ſe fuſe oſtendiſſe, quæ fuerit de præſenti negotio B. Hieronymi ſententia, quæ Voſſio latuit.* Sic loquitur. Sed valde mirabitur Voſſius. ſi quidquam hac de re ſcripſerit Simonius, quod Voſſium latuerit. Dein carpit me ac ſi dixerim præcepta grammatica à Judæis

anre

ante ſexcentos demum annos fuiſſe compilata, cum nongentis ut affirmat annis ſint antiquiora. Verum nuſquam tale quid dixi, ſed puncta vocalia Judæorum non excedere ſex ſeculorum ætatem pluribus in locis monui. Grammatica vero præcepta dixi ante undecim minimum ſecula fuiſſe introducta.

Quod autem ſcripſi in Ægypto Syriaque tempore Apoſtolorum ſolam linguam Cræcam fuiſſe vernaculam; excipit P. Simonius; *Imo præter linguam Græcam in Ægypto audiebatur lingua Coptica, in Syria Syriaca & in Judæa Judaica ſeu Chaldæo Syriaca.* Fallitur P. Simonius, cum ne nomen quidem Copticæ linguæ exſtiterit, antequam Arabes potirentur Ægypto. Ipſa quin etiam id ſatis teſtatur lingua, quæ tota ex Græco & Arabico conflata eſt ſermone. Sed & tum quoque fallitur cum Judaicam à Syriaca diſtinguit, cum neutra Hieroſolymis fuerit vernacula. Verum plura de his poſtea.

Negat P. Simonius riſum ſe poſſe continere quod dixerim δευτερώσεων ſeu traditionum pleraque monumenta quibus uſi fuere Judæi jam à temporibus Chriſti & diu antea, uſque ad id tempus quo Hebraice ſcribere cœperunt; Græco fuiſſe concinnata ſermone: ſed per me licet ut quantum velit ſibi placeat P. Simonius; caveat tamen ne intempeſtivo riſu ipſe fiat ridiculus. Debuiſſet oſtendere, ſi non Græco, quo demum ſermone conſcriptus fuerit liber ille traditionum ſeu δευτερώσεων cujus mentionem facit Juſtinianus, cum in toto imperio Romano Græca, non ulla alia Judæorum vernacula fuerit lingua. Quocunque ſe vertat, nullum P. Simonius inveniet effugium, niſi ex oralibus, ut vocant, ſcriptum hoc compilatum fuiſſe dixerit traditionibus. Atqui iſtas merito explodunt prudentiores Rabbini, & liber Cozri pleraſque orales periiſſe affirmat traditiones. Supereſt itaque, ut ſi quæ ſcriptæ extiterint traditiones, omnes eæ Græco fuerint expreſſæ ſermone. Et ſane ecquis dubitet traditiones Hebraicas Hieronymi

ronymi

ronymi in Genesin & reliquos S. Scripturæ libros è Græco fuisse translatas sermone? Ipsum quoque δευτερώσεων nomen an non clare satis Græcam testatur scriptionem? Verum ut cognoscamus quisnam iste δευτερώσεων seu traditionum fuerit collector, unde tam multa Origenes, Hieronymus & alii ex antiquis patribus hauserunt; sufficiat examinasse verba Justiniani, quæ non patiuntur ut primus traditionum diutius lateat compilator Aquila. Justinianus ergo novella CXLVI, postquam Judæis legendi in suis Synagogis versionem Aquilæ concessit licentiam, sine mora subjungit; τὴν δὲ παρ' αὐτοῖς λεγομένην δευτέρωσιν ἀπαγορεύομεν παντελῶς, ὡς ταῖς μὲν ἱεραῖς οὐ συνανειλημμένην βίβλοις, οὐδὲ ἄνωθεν παραδεδομένην ἐκ τῶν προφητῶν, ἐξεύρεσιν δὲ οὖσαν ἀνδρῶν ἐκ μόνης λαλούντων τῆς γῆς καὶ θεῖον ἐν αὐτοῖς ἐχόντων οὐδ' ἕν. Antiquus harum Novellarum interpres δευτέρωσιν hoc in loco reddidit *secundam editionem*. Vulgo tamen hoc reprehendunt, sed an satis bene, ipsi viderint. Secunda enim editio Aquilæ, quam Judæi κατ' ἀκρίβειαν factam contendebant, non tantum δευτέρα παράδοσις, sed & δευτέρωσις vocabatur, scilicet secundum parœmiam δευτέρων ἀμεινόνων. Permittit itaque Justinianus ut Judæi in Synagogis legant primam Aquilæ translationem non item secundam, utpote in qua omnia de Christo vaticinia penitus fierent irrita. Istam autem δευτέραν Aquilæ ἔκδοσιν dictam fuisse δευτέρωσιν, satis clare docet Anastasius Sinaita in Ὁδηγῷ, addens illam continuisse τῆς ὀρθῆς τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνευτῶν τὴν ἀναίρεσιν καὶ τοῦ θείου λόγου κατάλυσιν. Unde facile conficias recte vertisse veterem Novellarum interpretem, nec audiendos esse Drusium, Morinum & alios, qui id ipsum negant. Non est itaque dubitandum quin secunda Aquilæ editio dicta fuerit δευτέρωσις. Verum obstat quod mox addit Justinianus, cum scribit istam δευτέρωσιν seu secundam editionem continuisse multas traditiones non scriptas, sed ore tantum propagatas, & quod Anastasius non uno loco Se-

veri

veri monophysitæ scriptum comparet δευτερώσει & traditionibus Aquilæ. Ut itaque totam rem conficiamus, necessum est secundam istam Aquilæ editionem, non tantum sacrorum librorum continuisse versionem, sed & commentariis seu annotationibus margini adscriptis fuisse instructam, ex Judæorum traditionibus ab eodem compilatis Aquila. Nec dubito quin magnam Hebraicarum traditionum partem exinde descripserit Hieronymus. Istas vero Aquilæ traditiones Hebraice fuisse conversas & ex illis desumtum & conformatum esse librum Misna, licet ex iis quæ jam diximus satis versimiliter colligi possit, ut tamen certius id ipsum cognoscamus, hoc quoque addo. Post Moysem & prophetas primas δευτερώσεις seu traditiones Judæi adscribunt Rabbi Akibæ, ut non uno loco testatur Epiphanius. Sed & recentiores Rabbini unanimiter fatentur quicquid δευτερώσεων seu traditionum hodie superest, beneficio Rabbi Akibæ ad se pervenisse. Ipsum quoque Misnæ scriptum id satis declarat. At vero Aquilam proselytum interpretem scripturæ & collectorem δευτερώσεων omnia à R. Akiba hausisse necesse est, utpote cujus fuisse discipulum testatur Hieronymus ad Esaiam cap. VIII. Ad compescendum P. Simonii hæc ut puto sufficient risum.

Nonnulla deinde S. Scripturæ profert loca, ut ostendat B. Hieronymum aliquando bene, aliquando male LXX reprehendisse interpretes. Recte ab eo notatos existimat in loco Esaiæ cap. V. v. 17. ubi Judaicas Aquilæ & Symmachi secutus versiones, dicit sese nescire quid sibi voluerint LXX interpretes, cum pro agnis tauros, & pro advenis agnos posuerint. Verum ipse Hieronymus sui immemor & sese corrigens sic tandem definit; *Pulchre juxta* LXX *direpti sunt atque vastati & ducti in captivitatem quasi tauri, de quibus dominus dixerat, tauri pingues obsiderunt me, ut loca taurorum occuparent agni.* Sed verba Græca ad verbum reddita sic sonant; *Pascentur spoliati ut tauri*; *deserta vero*

ro ereptorum agni comedent. Comminatur vero propheta Judæis, pinguia paſcua quæ ipſi eripuiſſent gentibus, reditura iterum ad gentes, quæ velut feroces tauri illa occupent; jejuna vero & deſerta loca ſimiliter erepta gentibus, & illa quoque reditura ad priores dominos & ceſſura lanigeris gregibus. Hebraica conveniunt præſertim ſi in voce כרבלם pro daleth ponatur aleph ut Capello placuit, quamvis & alterum retineri & ad idem reduci poſſit. מחים non ad radicem מוח ſed ad מחה referendum. טלים ſunt *ἄρνες, βοσκήματα, θρέμματα*; à קול *τρέφειν, βόσκειν.*

In loco Eſaiæ qui occurrit Eſaiæ IX, dicit omnia aperta eſſe in verſione Aquilæ & Symmachi, quam ſecutus eſt Hieronymus, quum LXX interpretum verſio vix intelligi poſſit. Sed cum Hieronymus utriuſque verſionis ſententiam exponat, velim veritatis amantes ipſum adeant Hieronymum, ut videant quantum laboret, in emendo iſtorum verborum ſenſu, *primo tempore alleviata eſt terra Zabulon & terra Nephthalim, & noviſſimo aggravata eſt via maris trans Jordanem Galileæ gentium.* At vero quam pulchra & Evangelicæ hiſtoriæ conveniens ſit illa expoſitio, quam ad mentem LXX adfert interpretum, facile perſpiciet, qui bona à malis norit diſtinguere. Prudenter tamen fecit Hieronymus, quod in expungendo Galileæ nomine non ſecutus ſit Aquilam & Symmachum, rectius tamen facturus, ſi totum illorum contemſiſſet interpretamentum.

Quod recte LXX interpretes ab Hieronymo reprehendi exiſtimat Simonius, quum eodem cap. v. 6. dicit illos omiſiſſe quæ in Hebræo codice leguntur, & appoſuiſſe quæ non habentur, & tum quoque cum Hieronymo inſigniter fallitur. Quod enim in Hebræo eſt טלא ידעץ אל id ipſum quam fideliſſime reddidere *μεγάλης βουλῆς ἄγγελος*, & ſic quoque vetus Latina verſio *magni conſilii angelus.*

Circa finem cap. x. apud Esaiam falsum esse dicit Hieronymus id quod LXX posuere, neque enim Rama, sed Gabna fuisse civitatem Saulis. Sed omnino ipse errat Hieronymus, quando urbem Saulis putat esse epitheton τῦ Ῥάμα, quippe urbs Saulis est periphrasis Gabaæ & cum sequentibus construi debet. Siquis existimet rectius interpretaturos fuisse si vertissent Gabaam Saulis, non recte sentiet, cum Græcus sermo non amet istud loquendi genus. Sed neque bene reddidissent, si *collem Saulis* posuissent, & collem pro urbe nominassent. Vana est itaque Hieronymi reprehensio. Contrarium huic commisit errorem, cum in Evangelio Rama non de urbe sed de excelso colle accipi debere contendit, qua ratione nobilis alias prophetia in nihilum pene redigitur.

Pergit P. Simonius & ostendere conatur Hieronymum de lingua LXX interpretum longe aliter sensisse, atque ipse sentiam, cum prorsus Græcam esse affirmavi. Ut hoc conficiat mirifico sane utitur argumento. Adfert enim locum ejus ex XIV. cap. commentariorum ad Esaiam, ubi scribit gioram, quod LXX habent interpretes, Hebræam seu Syriacam esse vocem, non Græcam, licet nonnulla sic existimarint, ac si ex γῆ & ὥρα id est φροντὶς seu sollicitudo esset conflata. Recte quidem Hieronymus Hebræam esse dicit hanc vocem, & perstringit eos qui Græcum huic adsignarent etymum, quod tamen peritiores non ab ὥρα φροντὶς, sed ab ὠρεῖν, φυλάττειν formabant, ac si γειῶραι iidem fuissent qui γεωφύλακες. Sed quomodo P. Simonius exinde concludit versionem hanc non esse græcam? An quia in Evangeliis complura Hebræa occurrunt vocabula, ideo desinunt esse Græca? Si existimat rectius & Græce magis interpretaturos fuisse LXX, si προσήλυτον reddidissent, & tum quoque fallitur, nam neque προσήλυτος est satis Græcum, utpote à Judæis parum analogice formatum vocabulum. Præterea multo latius patet proselyti vox quam gioræ. Qui enim mixti essent

generis

generis & ex matre Judæa, patre vero gentili seu contra nascerentur, illi proprie dicebantur gioræ. Proselyti vero à Judæis dicebantur quotquot inter illos versabantur peregrini. Ex illis nascebantur gioræ. In tertia demum generatione civibus Judæis accensebantur. Quamvis ut plurimum proselyti seu πάροικοι cum circumcisione religionem quoque amplecterentur Judaicam, tamen etiamsi id non fieret, erant tamen proselyti, ut multis potest ostendi exemplis, cum vox hæc licet late admodum pateat, in legitima tamen significatione accepta, advenam seu peregrinum simpliciter notet.

In loco Esaiæ cap. IX. ubi legitur *mortem misit Dominus in Jacob*, & iterum cap. XXIV. cum dicit, *labefactum iri lateres & lapsurum murum*; quanto melior sit Græca versio quam istud quod ex Judaicis interpretibus reposuit Hieronymus, opus non est ut moneam, cum sequentia satis id ipsum ostendant.

Verba dein affert Hieronymi ex Josepho affirmantis LXX interpretes solos quinque Moysis libros Græce reddidisse. Sed nusquam hoc scripsit Josephus, verum ille legem tantum eos vertisse affirmat, quo nomine totam Hebræam scripturam intelligi adeo claris ostendimus argumentis, ut nihil quod opponat habeat P. Simonius. Quod vero subjungit mihique tribuit, ac si credam LXX. interpretes in libris obscurioribus, veluti Jobi & proverbiorum, magis accuratos se ostendere, id nunquam vel scripsi vel cogitavi, utpote qui certo sciam eos ubique optimorum interpretum adeo bene functos esse munere, ut si vel unum saltem qui non recte ab illis expressus sit reperturum se P. Simonius speret locum, frustra semper sit laboraturus etiam mille vixerit annis.

Ille quoque qui statim postea adducitur locus ex cap. XXVII. Ezechielis *filii Rhodiorum*, perperam ab Hieronymo reprehenditur. Dedan enim nullum hic potest habere locum, utpote de quo ejusdem capitis v. 20 agatur. Nul-

li præterea in Arabia elephantes, nec ullum Dedanitis cum Indis commercium. At vero ebur & eburna ſupellex, quæ à Rhodiis, qui tum Phœnicibus parebant, Tyrum deportabatur, illa non ex Indicis, ſed ex Libycis erat dentibus. Neque enim aliud quam Libycum ebur antiquiores norant Græci. Rhodiorum autem quantum in Libyco littore olim fuerit commercium, vel exinde conjiciat aliquis, quod & ipſa quoque Pharus illorum fuerit tributaria inſula, ut ex Ammiano cognoſcas. Illuc enim ut nunc, ita quoque olim Libyes ebur venale deferebant. Recte itaque LXX interpretes. Sed & Hebræi codices initio Paralipomenon recte habent Rhodanim. Male vero in iiſdem Hebræis codicibus x Geneſ. v. 4. Dodanim vocantur hæc Javanis poſteritas, cum Rhodanim verum ſit, uti etiam habet Samariticum exemplar.

Capite XXIV Numerorum in prophetia Balaami ubi Agag legitur pro Gog, & hoc quoque quam inepte factum ſit ſatis oſtendimus in appendice ſcripti de LXX interpretibus. Lectionem horum interpretum confirmat codex Samariticus. Perit prophetia ſi Agag legamus. Per Gog vero & Magog ut alibi, ita quoque hic intelligitur plenitudo gentium in Chriſtum credentium.

Tranſeamus nunc ad XVIII caput, quo P. Simonius ea, quæ de ordine & conſtitutione hexaplorum & tetraplorum Origenis ſcripſi, conatur refellere. Monueram ut ab Epiphanio ſibi ipſi contradicente & ab aliis qui eum ſecuti ſunt ſibi caveret; ille tamen neglecto ſalubri quod dederam conſilio, dum erranti Epiphanio ejuſque interpreti credit Petavio, mavult ſeipſum turpiter exponere, quam recte ſentientibus ſuffragari. Ecquid enim clarius teſtimonio Euſebii in hiſtoria Eccleſiaſtica ubi de Origene agit, cum hexapla dicta eſſe affirmat, quod ſex continerent verſiones, tetrapla autem quod quatuor; Conſulat ad illum locum præſtantiſſimi viri Henrici Valeſii annotata & deſinat nugari. Nihil illum juvant ſchemata quæ appoſuit Petavii, cujus ſententiam merito explodit idem Valeſius.

Ad

Ad ſæpius dein iteratas P. Simonius relabitur ineptias, & Origenem ne per ſomnium quidem de Samaritico unquam cogitaſſe dicit codice, & mentitum fuiſſe Africanum, qui non uno in loco ætates Patriarcharum ex Samaritico codice prototypis Hebræorum literis exarato, fideliter ſe deſcripſiſſe teſtatur: cum teſte Simonio, non ipſos codices, ſed Græcam ſolum viderit verſionem, de qua ſcilicet intelligi debeant pleraque patrum loca, quoties ad Samariticum remittunt exemplar. Siquis cauſam quærat quamobrem pulchra iſtiuſmodi nugamenta commentus fuerit P. Simonius, nullam profecto aliam inveniet, niſi ut excluſo Samaritico, ſua concinnaret octapla. Eadem illam impulit ratio, ut quantumvis clara & manifeſta ſint verba Euſebii cum dicit Origenem ſibi quoque comparaſſe ea Hebraica exemplaria, quæ prototypis Hebræorum eſſent deſcripta literis, negat tamen de Samariticis ea eſſe accipienda codicibus. Adeone ergo ineptus fuit Euſebius, ut poſtquam dixit Origenem Hebræam quoque addidiciſſe linguam, tanquam rem magnam addat, illum quoque Hebræum ſibi comparaſſe exemplar ubique inter Judæos obvium? At vero ſi rectam ſequamur interpretationem deſinit hæc balbuties: dicit enim Euſebius Origenem non contentum Hebræis codicibus quibus Judæi utuntur, comparaſſe ſibi etiam exemplaria, quæ apud Samaritas proſtarent. Nec contentum ſimiliter ſola LXX interpretum tranſlatione. alias etiam inveſtigaſſe verſiones, quibus hexapla ſua inſtrueret. Ut hæc tam manifeſta eludat, mirifica ſane comminiſcitur P. Simonius; Origenem ne per ſomnium quidem unquam de Samaritico cogitaſſe exemplari; & tamen pagina ſequenti contrarium dicit & fatetur Origeni non ignotum fuiſſe codicem Samariticum. Africanum mentitum eſſe cum toties ad antiquum & prototypis Hebræorum exaratum literis Samariticum provocat exemplar: hujus enim verſionem Græcam tantum conſuluiſſe, ac ſi illa verſio Græca prototypo Samaritarum ſcripta eſſe potuerit cha-

charactere. Nequis autem miretur Africanum, virum Syriacæ, Chaldaicæ & Arabicæ linguæ peritissimum in dignoscendis literis turpiter adeo cæcutiisse, affirmat Paulo post eodem capite etiam Justinum Martyrem in dialogo contra Tryphonem adeo misere hallucinatum fuisse, ut versionem Græcam Aquilæ crediderit esse ipsissimum Hebræum exemplar. Sed nos scimus non Justinum, sed Simonium misere hallucinari & non intellexisse verba hujus Martyris. Verum & hoc quoque mirificum, Africanum quidem prototypas Hebræorum literas vocasse Samariticas, non item Origenem, utpote qui prototypas Hebræorum literas Judaicas esse affirmarit, si Eusebii verba ita ut Simonius vult accipiamus. Denique & hoc quoque quis expediat, Samariticum exemplar ut vocat Africanus vel versionem ut loquitur Simonius, habuisse quidem Africanum; Origenem vero, quem dilectum suum Africanus nominat filium non habuisse. Si quæras quorsum omnia istæc commenta, quorum ne unum quidem possit adstruere P. Simonius, ratio est manifesta, nempe ut evincat hexapla non à sex appellata fuisse versionibus, sed ea vere octapla fuisse, & sic dicta fuisse ab octo columellis, quas ipse semper columnellas vocat, ut hac scilicet ratione Samaritica exulet Scriptura. Sed profecto longe rectius fecerit P. Simonius, si missis tot errorum ambagibus, desinat vexare antiquorum patrum scripta, illosque admittat sensus, qui primo statim sese offerunt aspectu. Si enim singula persequi velimus, nullus erit ineptiarum modus. Nam quale est istud quod Africani verba decurtata, quæ mirifice torquere conatur, è Chronico producat Eusebii? Debuisset Syncellum consulere, qui integra verba & integros Africani profert sensus, quique passim Eusebium, quia id non fecit, reprehendit. Sed non videtur Syncellum vidisse P. Simonius, cum negat Africanum codices consuluisse Samariticos. Pejus etiamnum facit, si viderit & dissimulet.

Paulo

Paulo post dicit Aquilam ad amussim & longe melius quam cæteri interpretes Hebraica reddidisse. Ita quidem Judæi, nec tamen omnes: at vero nemo unquam hoc dixit Christianus. De ordine vero & ratione quam in digerendis hexaplis & tetraplis tenuit Origenes, meliora & exactiora sunt multo quæ H. Valesius, quam quæ P. Simonius congessit.

Paulo post eadem pagina & sequenti dicit Origenem ingens istud hexaplorum opus *sub unam repræsentasse lineam.* Atqui cum opus istud Origenis dextra, sinistra, sursum deorsum plurimis & pene infinitis constaret lineis, quomodo sub una potuit conspici linea? Auctor sim P. Simonio ut plerasque istas de hexaplis & tetraplis observationes mittat in crucem, ubi demum una & recta fiant linea.

De hodiernis, aut etiam illis versionibus quæ ante non multa secula à Christianis aut aliis fuere concinnatæ, per me licet ut P. Simonius sentiat prout velit. Nihil illæ ad LXX interpretes & ne ad me quidem, qui solam illam quam & Christus & Apostoli approbarunt & tradiderunt sequor versionem.

Excutiamus nunc sequens opusculum quod castigationes P. Simonii ad scriptum de Sibyllinis oraculis & vindicias simul priorum continet objectionum, ut cognoscamus verumne sit, quod ipse adfirmat, scribere me de rebus parum mihi cognitis.

Ac primum quidem illud demiror quod cum sibi ipse non sufficiat P. Simonius, & tam male se defendat, ut errores semper erroribus accumulet; alienæ tamen opem ferat nequitiæ & patrocinetur nebulonibus. In epistola præfixa scripto de Sibyllinis adduxi verba Hieronymi, ut opus non sit ea hic repetere. Adduxi quoque verba ab istoc homine nequiter interpolata. Monui consuluisse me complura exemplaria manu exarata, & in omnibus invenisse scripturam convenientem cum editis, nisi quod *apponunt*

nunt habeant pro *appungunt*, quam vocem nuſquam vel apud Hieronymum, vel apud quemquam Latinum invenias ſcriptorem. Vociferatur hic Simonius me Sibylliſtam & falſificum, utpote qui doctiſſimi patris verba minime intellecta pervertam: quin & mendacem vocat, utpote qui neget in ullis probæ notæ ſic legi exemplaribus. Sed compeſcat bilem bonus Simonius, qui nulla vel bonæ vel malæ notæ unquam Hieronymi inſpexit exemplaria; ſi enim conſuluiſſet, etiam in iis eam quam diximus inveniſſet ſcripturam. Quia vero poſtulat, ut ſignificem, ubinam inveniantur iſti codices, & hoc quoque libenter expediam. In bibliotheca itaque Sereniſſimi noſtri Regis duos inveni codices qui ſcriptum iſtud Hieronymi de traditionibus contineant. Alterum exemplar exhibuit bibliotheca Collegii S. Trinitatis apud Cantabrigienſes. Inter meos vero libros habeo unum pervetuſtum, & alterum ab amico conceſſum, quod etiamnum penes me ſervo. In omnibus autem quos recenſui membranaceis libris *apponunt* non *appungunt* conſtanter ſcriptum inveni. Et tamen me falſarium vocat P. Simonius. Quærit quis ſenſus ex verbis Hieronymi erui poſſit, ſi iſtam ſequamur lectionem? Quamvis librorum ſcriptorum lectio melior ſit & magis Latina, tamen ſive hanc, ſive illam ſequaris, adeo planus eſt ſenſus, ut illum vel ſemifatui facile intelligant. Ad locum Geneſeos ubi Lothus dicitur inſcius cum ſuis concubuiſſe filiabus, dicit adſcriptam, appoſitam vel appictam fuiſſe hanc Rabbinicam annotationem, *quod rerum natura non permittat coire aliquem neſcientem.* Quis enim neſcit iſtiuſmodi difficultates paſſim moveri à Judæorum magiſtris, quas poſtmodum facile ſolvant, diſtinguendo inter ſobrios & ebrios, qualis erat Lothus? Velim nunc Simonius explicet ſenſum verborum Hieronymi, prout ab iſto depravata fuere nebulone, qui non dubitavit affirmare Hieronymum ibi mentionem facere punctorum irregularium, unde concludit ergo Hieronymo etiam nota fuiſſe regularia puncta. Indignatur

dignatur Simonius quod hominem iſtum nebulonem vocarim, ac ſi ſcelus ſit res quaſque propriis ſignare nominibus. Si bonus P. Simonius eſt patronus, tollat crimen, & ceſſabit approbrium. Fruſtra eſt cum dicit aliqua etiam puncta Hieronymo nota eſſe potuiſſe, oportet ut irregularium punctorum hoc in loco Hieronymum mentionem feciſſe oſtendat.

Quod Sibylliſtam me vocet, æquo id ſane fero animo, cum ſciam fuiſſe Chriſtianos, quos ſub hoc titulo traduxit Celſus. Rectius facturum me putat P, Simonius, ſi inter Chriſtianos & Judæos medius incedam, quia mediam in omnibus ipſe maxime probat & commendat viam. Auctor itaque eſt mihi, ut ad ſemirabbinorum tranſeam caſtra. Ni enim id faciam, futurum inquit ut rideant Semirabbini, ſi quando in meis legant ſcriptis ne ſex quidem effluxiſſe ſecula, ex quo primum uſurpari cœperint puncta Judæorum vocalia. Sed ego Semirabbinorum & Simonii riſum non moror. Dicit jam à nongentis annis uſurpata fuiſſe iſtæc puncta & teſtem affert R. Saadiam Gaon. Iſte autem Saadias floruiſſe dicitur anno 927 id eſt ante annos 756, quæ ſumma multum abeſt à nongentis annis. Libenter autem dederim iſtoc tempore innotuiſſe puncta Rabbinis, verum non id eſt quod quæritur, ſed quando puncta vocalia Scripturis apponi cœperint. Græci habuere accentus jam ante bis mille annos: nullum tamen invenias Græcum codicem, accentibus notatum, qui non mille annis ſit recentior. Arabes à quibus puncta ſua accepere Judæi, pluribus quam ducentis & quinquaginta annis habuere puncta & apices, priuſquam eæ Alcorano appingerentur. Ut itaque Simonius conficiat puncta iſtæc ante octo vel novem ſecula fuiſſe appoſita, oportet ut vel unum tantæ vetuſtatis oſtendat aut indicet exemplar. In ſola Sereniſſimæ Chriſtinæ Suedorum Reginæ bibliotheca, antequam ea Cardinali Mazarino & D. Gaulmino ſuos remitteret libros, plures quam ſeptingentos He-

braicos manu exaratos numeravi codices, præter Syriacos, Copticos, Samariticos & Arabicos. In tanta tamen libraria ſupellectili, nullos comparebat codex Hebraicus quadringentis aut ut plurimum quingentis vetuſtior annis cui puncta adſcriberentur vocalia, uno excepto qui quod forma quadrata & in delicatiori eſſet exaratus membrana certiſſimo antiquitatis ſigno; contineret quidem vocales, ſed alio annotatas attramento, fatentibus id ipſum Manaſſe ben Iſrael & aliis duobus Rabbinis, qui Antwerpiam ſpectatum venerant. Cum libri illi magna ex parte ad Illuſtriſſimi Colberti migrarint bibliothecam, certus ſum ſiqui aut ad hanc, aut etiam ad illam Seguierii, & ipſam libris Hebraicis inſtructiſſimam, ſeſe conferant; facile mihi aſſenſuros, dummodo in tractandis membranis non adeo rudes & parum fuerint exercitati in dignoſcenda librorum ſcriptorum ætate non totis aberrent ſeculis. Accipiat hæc P. Simonius quomodocunque placuerit, rideat, indignetur, faciat quidquid velit; nunquam tamen ille codicem aliquem Hebræum vocalibus inſtructum inveniet, quem quinque eſſe antiquiorem ſeculis perſuadeat antiquariis. Quamvis autem apud Arabas integro minimum ſeculo vocalium adſcribendarum ſit antiquior ratio, nulli tamen reperiuntur Alcorani ſignis inſtructi vocalibus,qui ſexcentorum excedant annorum ætatem.

Pergit dein cavillari Simonius & verba mea pervertit, ac ſi puncta Hebræorum ex officina Bombergi primum prodiiſſe ſcripſiſſim. Quin & fabellas pluſquam Rabbinicas me fingere affirmat, quod ſcripſerim Danielim Bombergum, in finienda ut ipſe ſperabat Maſora, & alendis aliquot Judæorum centuriis, dilapidaſſe partrimonium ſuum. Veriſſima tamen hæc eſſe optime norunt Judæi Veneti, qui etiam ædes Bombergianas oſtendunt & loca ubi convenire ſoleret ſenatus Rabbinicus ex variis orbis locis convocatus præſidente Jacobo Chaim Afro Tunetano. Rideat P. Simonius

iſtas

istas ædes perinde ac ædiculas LXX interpretum in Pharo, temperasset tamen ab inepto risu si Leonem Juda Mutinensem hæc coram referentem audisset. De impensis autem in edendis majoribus bibliis à Bombergo factis & immensis opibus quas in alenda tam numerosa Rabbinorum multitudine prodegerit, Præsertim postquam relicto præceptore suo Felice pratensi Judæorum factus est præda, licet multa scitu digna cognoverim ab avunculo Junio, cujus atavus erat D. Bombergus, libens tamen illa prætermittam, sufficient enim verba Scaligeri è Scaligerianis, *Bombergue qui estoit d' Anvers, & duquel le fils est venu a Venise, & la a tout consomme son bien, a si bien imprime les livres Hebreux! les Juifs corrigeoient & præsidebant a l'imprimerie. Il a imprimè des livres pour plus de quatre millions d'or. Il a imprime tant de belles bibles avec les Rabbins, trois foix le Talmud tout entier*, &c.

Dixeram ex Ignatii epistola ad Philadelphenses clare satis ostendi posse tempus quo primum Hebraicæ corrumpi cœperint scripturæ. Ridet & negat hæc P. Simonius & ipsissima ut jactat producit Ignatii verba, nihilque eorum quæ dixi iis contineri affirmat. Sed vero ego supinitatem miror Simonii, qui cum criticum se profiteatur pro vero & genuino Ignatio, spurii adducat verba Ignatii, è quibus tamen sensum conatur exsculpere legitimum. Ut itaque cognoscam quam turpiter errarit, ipsa adscribam Ignatii verba; παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς μηδὲν κατ᾽ ἐριθείαν πράσσειν, ἀλλὰ κατὰ χριστομαθίαν, ἐπεὶ ἤκουσά τινων λεγόντων, ὅτι ἐὰν μὴ ἐν τοῖς ἀρχαίοις εὕρω, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ οὐ πιστεύω· καὶ λέγοντός μου αὐτοῖς, ὅτι γέγραπται· ἀπεκρίθησάν μοι, ὅτι πρόκειται· ἐμοὶ δὲ ἀρχεῖά ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός· τὰ ἄρθικτα ἀρχεῖα ὁ σταυρὸς αὐτοῦ καὶ ὁ θάνατος, καὶ ἡ ἀνάστασις αὐτοῦ, καὶ ἡ πίστις ἡ δι᾽ αὐτοῦ. Hæc sunt sincera Ignatii verba, prout concipiuntur in Florentino codice, nec quidquam in illis mutandum Ἀρχαίοις enim ut recte exponit Hesychius est τοῖς ἐξ ἀρχῆς παραδεδομένοις. Sed & recte se habet πρόκειται, quod παράκειται interpretatur

idem Hesychius. Ut tamen plenius verba Ignatii intelligantur, & ut sciamus quam rationem in disputationibus cum Judæis & ipse & alii Christianorum tenuerint, operæpretium erit de acceptione hujus vocabuli pauca præmittere. Græcæ LXX interpretum versioni in iis voluminibus, quæ in Alexandrinam relata fuere bibliothecam, accessisse quoque Hebraica omnino constat. Quin ad illorum exemplum constructa fuerint complura exemplaria in quibus Græca & Hebræa junctim prostarent, quæque in Synagogis diu etiam ante tempora Christi legerentur, de eo quoque nulla omnino ut dubitemus est causa. Jam vero quod vulgo, quamvis non satis Latine *textum* seu *contextum* vocant, id à Græcis passim dici τὸ κείμενον, & hoc quoque notum est satis. Verum in eo dissentiebant Judæi à Christianis, quod illis τὸ κείμενον absolute positum Hebræi codicis verba significet, & κεῖται idem illis sit quod γέγραπται. At vero apud Philonem & Græcos patres τὸ κείμενον notat verba LXX interpretum, utpote ejusdem auctoritatis & prorsus ἰσοδυναμοῦντα Scripturæ Hebraicæ. Judæi quibuscum hic disputat Ignatius id ipsum negabant, dicentes οὐ κεῖται, οὐ γέγραπται, ἀλλὰ πρόκειται. Sive autem πρόκειται accipias pro παράκειται ut Hesychius; sive notiori significatione de re vulgo ubique obvia & omnium oculis exposita; idem manet sensus, cum manifestum sit agi hic de versione LXX interpretum. Apud Epiphanium ubi de lemnisco loquitur eadem ratione vox πρόκειται accipitur de versione Aquilæ, neque enim audiendus doctissimus Valesius, qui παράκειται legendum censet. Προκείμεναι enim γραφαὶ sunt libri omnibus usitati & omnium oculis expositi uti LXX interpretum versio Christianis, Aquilæ vero Judæis. Sensus autem verborum Ignatii est planissimus. Rogat Philadelphenses nequid agant per contentionem, sed in omnibus Christi doctrinam sequantur. Audivisse enim se quosdam dicentes, nisi ea quæ in Evangelio posita sunt inveniantur etiam in antiquis, id est Hebræis exemplaribus, sese nolle credere

dere Evangelio. Respondet Ignatius scripta esse, eademque quæ in Evangelio, inveniri quoque in antiquis exemplaribus. Negabant Judæi dicentes in Hebræis non legi, sed tantum in adjacente versione: vel si alteram sequaris expositionem, vulgo quidem legi, non autem in antiquis. Illis autem respondet Ignatius, sibi pro incorruptis & inviolatis archivis seu exemplaribus antiquis esse Jesum Christum. Illi, velut summo Sacerdoti, credendum potius quam aliis Sacerdotibus. Ipsi commissa esse Sancta Sanctorum & arcana Dei. Ipsum esse portam patris per quam ingrediantur patriarchæ, prophetæ, apostoli & ecclesia. Evangelio itaque præcipue credendum, utpote per quod veteribus non tantum credamus Scripturis, sed & vitæ æternæ fiamus participes. Omnia denique bona esse, si fides nostra conjuncta sit cum caritate. De loco Ignatii hæc dicta sufficiant; quæ ideo lubentius monui, ut videant nostri seculi homines quam diversa primorum Christianorum fuerit ratio, si cum Judæis congrederentur. In interpretandis Scripturis suprema illis lex erat Christus. Solas quas LXX interpretes & postea Christus & Apostoli tradidissent & commendassent admittebant Scripturas, Has solas sinceras, incorruptas & illabatas esse affirmabant. Non Hebraica quam primus Hieronymus introduxit, sed Evangelica ubique audiebatur & personabat veritas. Nostro vero seculo ubique fere exulat hæc veritas: & cum olim Veteri Testamento crederetur propter Novum, nunc Novo non creditur, nisi quatenus cum litera convenit mortua, tradita nobis ab inimicis Evangelii. Ne ipsum quidem Christum loquentem admittimus, nisi per os loquatur Rabbinorum. Sed redeamus ad P. Simonium.

Is itaque postquam multum se torsit in exponendo spurii Ignatii loco ad Eram se confert Hispanicam, & quamvis nihil habeat quod iis quæ scripsi opponat, quærit tamen ex quo Sibyllino hauserim oraculo Judæos credere Messiam peregrinum sen proselytum fore. Miror P. Simonium

monium neſcire id quod omnes quotquot toto reperiuntur orbe ſciunt & fatentur Judæi, quodque ex ipſis quoque Sacris clare adeo cognoſcitur literis. An non Ægyptiacæ ſervitutis tempore omnes Hebræi erant peregrini, proſelyti ſeu gerim? Si quis dubitet, audiat vel ipſum Deum loquentem, cum alibi, tum Exod. 22. 21. ubi LXX, προσήλυτον οὐ κακώσετε, ἦτε γὰρ προσήλυτοι ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, *Ne affligite proſelytum, nam & vos fuiſtis proſelyti in Ægypto.* Quomodo fieri poteſt ut nunc toto orbe diſperſi Judæi, non ſint peregrini, proſelyti ſeu gerim? Quomodo inter illos naſci poteſt Meſſias, qui & ipſe non ſit peregrinus aut proſelytus? Affirmant Rabbini etiam ſiqui Judæi Hieroſolymis vivant, eſſe tamen peregrinos etiam in propria patria, nec ceſſaturum eorum exilium ante adventum Meſſiæ. Nihil juvat Simonium quod dicit Judæos unanimiter credere Meſſiam fore Judæum ex Judæis, non peregrinum aut proſelytum. Cum enim etiam veri Judæi hoc tempore ſint ubique peregrini & proſelyti, neceſſum eſt talem quoque fore quicunque inter illos prodeat Meſſias. Itaque nihil aliud inde confici poteſt, niſi Meſſiam fore quidem proſelytum, ſed non proſelytum proſelytorum. Attamen neque in hoc conſentiunt Judæi, cum ut recte monet P. Simonius quoſvis ſibi faventes parati ſint pro Meſſia agnoſcere. Vidi pauperes è Polonia Judæos qui ſtipem porrigentes Meſſiæ nomine ſalutarent. Quamvis autem major Judæorum pars è Davidica ſtirpe Meſſiam prodíturum exiſtiment, attamen novi qui & hoc quoque negarent. Memini Manaſſem ben Iſrael quod uxorem duxiſſet cujus atavus fuiſſet Don Iſaac Abrabanel, qui genus ſuum referebat ad Davidem regem, præſentibus multis affirmaſſe ex hoc conjugio proditurum Meſſiam; cui mox alter Judæus Maurus, poſſe id fieri reſpondit; Si enim Dominus Deus è lapide poſſit ſuſcitare filios Abrahæ teſte Thalmude, quidni etiam poſſit efficere ut è cucurbita naſcatur Meſſias. Sed Manaſſes illum nebu-

nebulonem vocabat quod verba Evangelii Thalmudi affingeret. Iſte tamen Maurus perſtabat poſſe è lapide Meſſiam naſci ſecundum Thalmudem.

Paulo poſt dicit Simonius Hegiram non Hebraicam, ſed vero Arabicam eſſe vocem; ſed fallitur cum æque Hebræa ſit ac Arabica. Ut enim apud Græcos & alias gentes, ita quoque apud Hebræos & Arabas, eadem vox fugam, exilium & peregrinationem ſignificat.

In illis quæ deinceps ſequuntur valde ſibi placet & ſibi applaudit P. Simonius. Elegantias & venuſtates promit mirificas, ſed quas ſine periculo & invidia cujuſquam intactas & illibatas ſolus poſſideat. Dicit me velle canonem Scripturæ novis locupletare prophetis. Comparat me cum Poſtello, homine non ſatis ſani ſincipitis, ſic tamen ut illum longe oculatiorem nugatorem, quam egomet ſim, fuiſſe affirmet. Dicit me LXXII & magno aliorum prophetarum ſtipatum agmine jamjam ad fundenda me accingere oracula. Ego vero licet propheta aut vates non ſim, ſi tamen ad vaticinandum compellar, auſim affirmare P. Simonium, niſi ſtylum vertat, ſolis ſemper placiturum ſemidoctis.

Multa dein congerit de apocryphis & millies dicta repetit, eorum vero quæ ad rem pertineant, cavet ſibi quam diligentiſſime. Quæſtio eſt qua ratione libri ſacri, reconditi, & non omnium uſui expoſiti, cum prius apocryphi dicerentur; poſtea factum ſit ut hæc vox in pravam detorta fuerit ſignificationem, ita ut apocryphi habiti fuerint pro ſpuriis aut dubiæ fidei libris. Cum ne unus quidem uſque ad tempora Aquilæ ex quocunque ſcriptore produci poſſit locus in quo vox hæc in bonam non accipiatur partem, dixi manifeſte exinde colligi poſſe Judæos fuiſſe, qui novam vocis hujus expoſitionem fabricarint, eo nempe conſilio ut deſtruerent auctoritatem librorum qui Vetus Teſtamentum cum Evangeliis connectunt, & ſimul illorum in quibus adventus Chriſti clarius quam ab antiquis annuntiaretur

tiaretur

tiaretur prophetis. Tacet hic P. Simonius & cum nihil habeat quod poſſit reponere, quærit tamen unde iſtas hauſerim ineptias, ſeu ut ipſe loquitur *coglionerie.* Satis quidem verniliter, verum, ut puto, loco non ſatis convenienti. Ne itaque gratum & amicum P. Simonio vocabulum tam alieno & inconſpicuo poſitum pereat in loco, auctor ſim ut ad frontes & titulos ſuorum id transferat librorum, id enim ſi fiat, omnia recte & ſignificanter ſe habebunt.

Quæ deinceps habet P. Simonius talia ſunt ut nihil omnino ex illis erui poſſit, niſi id unum Simonium parum acrem eſſe diſputatorem. Dicit ſcribas qui res Hebræorum chartis committerent, & pleroſque magni Synedrii aſſeſſores prophetas fuiſſe & à ſpiritu ſancto afflatos. Cur urgo negat tales quoque fuiſſe LXX interpretes? Quod addit *ſed non fatidicos,* id rectius abeſſet, neque enim ſic Chriſtiani loquuntur. Quod vero non uno ſcribit in loco, auctorem me eſſe ut in Eccleſiis poſthac libri legantur Sibyllini & canonicis annumerentur ſcripturis, id nuſquam dixi. Magnæ quidem auctoritatis in primitiva eccleſia erant illi libri, cum & ab ipſo commendata Apoſtolo fuerit eorum lectio, ſed non inde ſequitur eſſe Canonicos. Verum negat id ipſum Simonius & mentitum fuiſſe exiſtimat Clementem cum dicit Paulum ad Sibyllæ & Hyſtaſpis libros, unde futurum Chriſti cognoſcant adventum remiſiſſe Chriſtianos. Vaſros enim, id eſt ſubdolos & malitioſos priſcos fuiſſe dicit patres & imprimis Clementem Alexandrinum, ſi quando cum Judæis & gentilibus diſputarent. At ſic melius Judæi & gentiles quàm Chriſtiani loquantur. Addit Clementem non eſſe errorum immunem. Scio quidem non deeſſe alios qui ſimiliter ſentiant. Oſtendendum illum erraſſe vel mentitum eſſe cum affirmat Apoſtolum commendaſſe lectionem Sibyllinorum & Hyſtaſpis. Interim colligantur errores Clementis. Id ſi fiat, auſim de plano affirmare illum ne in omnibus quidem toties erraſſe operibus, quoties vel in uno P. Simonius erraverit capite.

Iterum

Iterum ad Poſtellum & neſcio quas aliorum me relegat ineptias, ac ſi non ſufficiant Simonianæ. Multa dein habet de canonicis, apocryphis & hagiographis ſcripturis, quæ ſiquis excutiat, nullum tamen laboris & patientiæ ſeu fructum ſeu mercedem referet. Multos quidem citat tanquam teſtes, & ſane potuiſſet etiam centies plures producere, ſed nihil ad inſtitutum facientes, cum omnes Aquila ſint poſteriores. Debuiſſet vel unum aliquod ex antiquioribus Judæis vel Chriſtianis depromere teſtimonium, quo iſta Scripturarum diviſio quam commentus eſt Aquila, aut qui ejus ætate vixere Judæi, aliqua ſaltem ex parte confirmaretur. Verum ne unum quidem in illis invenias, qui vel canonicorum S. Scripturæ librorum, vel hagiographorum vel etiam apocryphorum eo quo vulgo exponunt ſenſu, fecerit mentionem. Altum apud omnes ſilentium, unde clare ſatis cognoſcas Aquilam primum fuiſſe qui diviſionem iſtam introduxerit, quem temere ſecuti ſunt non verpi tantum doctores, quos P. Simonius ſatis inepte recutitos vocat, ſed & multi è Chriſtianis. Quod dein Sixti Senenſis probet ſententiam dividentis S. Scripturas in libros protocanonicos & deuterocanonicos, nec in eo viros doctos conſentientes habebit, qui merito iſtiuſmodi contra uſum & naturam linguæ Græcæ conficta explodunt vocabula. Rectius multo faciemus ſi ab omnibus iſtiuſmodi abſtineamus diviſionibus & primorum Chriſtianorum & Judæorum veterum ſequamur exemplum, non Aquilam & Judæos poſteriores, qui ſolis Hebraicis totam Scripturam includunt libris: quorum ſi admittamus decreta, jam ne Evangelia quidem, præcipua Sacrarum literarum pars, & velut Sacri operis complementum & apex, libris erunt annumeranda canonicis. Sed negant quidam Evangelia ad vetus pertinere teſtamentum. Verum non ſunt Chriſtiani qui jubentibus Judæis Vetus à Novo avelli patiuntur teſtamento, cum prioris veritas & auctoritas tota pendeat ab Evangeliis. De intermediis libris, ſatis jam diximus.

In emendando gemino Hieronymi loco, ubi libros Tobiæ & Judithæ inter hagiographa ab Hebræis recenſeri ſcribit, ne in hoc quidem eruditorum ſuffragio donabitur P. Simonius. Putat nempe *hagiographa* iſtis in locis mutandum eſſe in *apocrypha*. Sed profecto criticæ periti norunt notiora vocabula à librariis non permutari ignotioribus. Si omnia quotquot reperiuntur antiqua conſulat exemplaria ubique conſpirantem cum vulgatis libris lectionem inveniet. Itaque manifeſtum eſt ineptam iſtam hagiographorum vocem latius apud Judæos interpretes patuiſſe, quam canonicorum, ut ipſi loquebantur, librorum appellationem, & duplicis apud illos generis fuiſſe hagiographa, alia quidem canonica, alia vero extra canonem, ſeu ἀκανόνιστα.

Pergit Simonius me non contentum novos procudere prophetas, novum etiam librorum S. Scripturæ velle introducere ordinem, utpote qui ex uno quinque faciam Moyſis volumina. Pentateuchum nempe ſeu quinque libros Moyſis totidem appellavi volumina. Ipſe vero hoc negat, nam quinque iſtæc volumina, unum tantum affirmat conſtituere volumen, quia hodierni in ſuis ſynagogis Judæi uno volumine omnes deſcribunt Moyſis libros. Quid ſi omnes S. Scripturæ libri ad unum redigantur volumen, ideone plura deſinent conſtituere volumina? Quin & Chriſti ætate idem factum fuiſſe cenſet P. Simonius, ut ſcilicet uno volumine totus deſcriberetur pentateuchus. Verum contrarium liquet ex hiſtoria Ariſteæ cum pluribus voluminibus legem deſcriptam fuiſſe docet. Cum infiniti ſuperſint libri in volumina diſtincti, vel unum in tota antiquitate oſtendatur volumen, quod ad tantam exceſcat molem, ut vel dimidiam librorum Moyſis partem exæquet. An ſoli Hebræi juſtam voluminum ignorarunt menſuram? Adeone illi inſaniverunt, ut ſibi tam prolixa & enormia conſtruerent volumina, quæ nec manu teneri, nec mento ut ſolebant ſubjici, & exigente ut ſæpo

fit

fit neceſſitate, tota tamen in quantumvis longa explicari non poſſint porticu? Qualia fere ſunt iſtæc quæ in Judæorum vulgo viſuntur ſynagogis, ad pompam potius & ſtultam oſtentationem, quam ad aliquem parata uſum, cum tantæ ſint vaſtitatis, ut à duobus vix geſtentur hominibus, aperiantur niſi à multis, legantur vero à nullis? Sed profecto quid verbis opus, cum omnis ætas & omnia ſecula, non unum, ſed quinque ſemper Moyſis agnoverit volumina.

Dixeram Judæos Danielem non agnoſcere pro propheta. Reponit Simonius; *Quaſi vero Judæi non æque fidem adhibeant Danielis de Meſſia vaticiniis, ac Chriſtiani.* Profecto ſi hoc verum eſſet, non eſſent Judæi. At vero illos negare Danielem fuiſſe prophetam, Hieronymus, Theodoretus & complures alii teſtantur. Quod ſi illis non credat, ipſis ſaltem credat Judæis, paſſim id affirmantibus. In Thalmude ſcripto de ſynedrio movetur quæſtio qui fieri potuerit, ut Daniel, qui non fuit propheta, viderit tamen ea, quæ nec Haggæus, nec Zacharias, nec Malachias viderent. Si quis ridere velit, legat ſequentia, ut ſciat quo pacto hic ſe expediant Rabbini. Felicius hanc quæſtionem ſolvebat Montabeus Judæus, affirmans Danielem eadem prorſus ratione illa quæ ſcribit vidiſſe, atque aſinam Balaami, cernentem ea, quæ ipſe non videret Balaamus.

De chetubim opus non eſt ut Simonius moneat. Scimus nos Judæos ſimul flare & ſorbere didiciſſe, norunt atrum albo permutare ſi res poſtulet. Viliſſimos & famoſos ſæpe ſic vocant libellos. Nec hoc tantum ſeculo, ſed & olim quoque hoc iis ſolemne fuiſſe, ſatis nos docet Epiphanius ubi de Nazarenis agit, cum ſcribit libros hagiographos à Judæis etiam appellari γραφεῖα, voce quidem inepta & ab Aquila, ut puto, conficta; ſed quæ tamen clare oſtendat, quo honore & titulo Danielis proſecuti fuerint prophetias, ſcriptiunculas eas appellantes, & ne dignas quidem librorum nomine.

Cum ironiis valde delectetur P. Simonius dicit dein me ex Rabbinista factum esse doctorem Thalmudicum, quia nempe dixi in Thalmude sæpius occurrere; *bonum est ut evellatur litera de lege, & ut sanctificetur nomen domini.* Ipse ex libro qui continet colloquium regis Gazariæ & Judæi, dictum hoc sic interpretatur, non licitum fuisse cuilibet è plebe verba Scripturæ immutare, sed solis magni Synedrii assessoribus, *quia scilicet non unius Mosis fuit sanctiones condere, sed & aliorum quoque prophetarum, sacerdotum & judicum, quibus idem spiritus dei interfuit.* Licet R. Chaia filius Aba, & R. Jochanan, & alii qui in Thalmude hoc loco nominantur non fuerint prophetæ, libenter tamen acquiesco, cum verbis tam claris & perspicuis ultro quod petam concedat Simonius. Verum illa quæ sequuntur mirabor si vel ipse possit explicare P. Simonius; *Is est nisi fallor genuinus doctrinæ Thalmudicæ sensus quæ in eversionem verborum contextus sacri trahi non potest, cum de tollenda litera imo dictione nec non sententia aliqua inter explicandum contextum illum agatur, minime vero de mutandis eradendisque ejusdem contextus literis aut dictionibus.*

Quod subjungit P. Simonius me omnia quæ Rabbinologiam sapiunt mutuatum esse à Morino, meque totum à Morino pendere; id quam verum sit, judicent illi, qui utriusque nostrum scripta legunt. Quin & Simium ejus alibi me appellat, quia nempe valde probo, cum alia quædam, tum præcipue illa, quæ de ætate & literatura Rabbinorum scripsit Morinus, cujus obtrectator perpetuus est P. Simonius, rectius longe facturus, si & ipse hujus fiat Simius.

Ut evincat LXX interpretes ignaros fuisse linguæ Hebraicæ, profert testimonium Ludovici Capelli, existimantis, ut ipse affirmat, linguam Hebræam deperditam fuisse in captivitate Babylonica totis ducentis ante LXX interpretes annis. Sed vero ex Esdra & Nehemia contrarium

patet.

patet. Poſt mortem vero horum ſtatim periiſſe linguam, qui fieri poteſt, cum Judæi integra fruerentur libertate, & nullis aliis miſcerentur gentibus? Stetit illorum reſpublica uſque ad tempora Alexandri magni. Sed neque illius tempeſtate aliqua accidere potuit mutatio, cum omnia ſalva & integra Judæis permiſerit, contentus modico tributo. Si quis recte calculum ponat, velit nolit fateatur neceſſe eſt, non potuiſſe inſigniter mutari linguam ante Olympiadis CXVII annum primum, quando nempe à Ptolemæo Lagi filio dolo capta fuere Hieroſolyma. Cum vero viginti ſeptem annis poſtea Sacræ literæ à LXX in Græcum fuerint converſæ ſermonem, neceſſe eſt brevi hoc ſpatio totam interiiſſe Hebræam linguam, quod nemo prudens ut exiſtimo facile admiſerit, præſertim cum ſeſquiſeculo pene poſtea uſitatam etiamnum fuiſſe eam linguam conſtet ex Joſepho ſcripto de Machabæis, ubi mater filios ſuos Hebraice alloquitur.

Profert dein verba mea P. Simonius, & dicit quot verba, totidem quoque illa continere commenta. Sed malim ea quæ ſcripſi in meis legi libris, quam uti ab illo truncata producuntur, ac ſi dixiſſem in Synagogis lectam fuiſſe verſionem Græcam, antequam illa extaret. Iſtis tamen ita mutilatis verbis recte ſubjungit; *Ante conditam* LXX *Seniorum verſionem ab Eſdræ temporibus conſtat non aliam in Judæorum Synagogis lectam fuiſſe ſcripturam, quam contextum Hebraicum.* Libenter hæc admitto, ſed ſi hæc ita ſeſe habeant, quomodo verum eſſe poteſt id quod paulo ante affirmavit P. Simonius, linguam Hebræam periiſſe pluribus quam ducentis ante LXX interpretes annis?

Videamus nunc num in ſequentibus dum mea ut vocat figmenta convellere conatur fortius & felicius ſe gerat P. Simonius. Dixeram tempore Chriſti, & ante, & poſtea in omnibus Judæorum Synagogis toto Romano orbe diſperſis, ſolam lectam fuiſſe LXX interpretum verſionem, etiam in ipſis Hieroſolymis. Quid adhæc P. Simonius? Nullo omnino

omnino teste, licet ad me provocet, qui nunquam tale quid somniavi, affirmat Fl. Josephum legem Moysis in Synagoga Hebraice interpretatum fuisse. Quin & Historiam belli Judaici, antequam Græce ederet, Hebraice conscripsisse, id est Syriace, ut vult P. Simonius. Syrorum quidem passim occurrit mentio, sed vero tempore Apostolorum & Josephi, qui in imperio Romano linguæ meminerit Syriacæ, invenias neminem. Ut in tota ditione Romana, ita quoque in Syria Palæstina, Græca erat vernacula lingua. Esto ut non admodum ea fuerit pura, cum multis jam ab antiquo permixta esset Chaldaicis, Arabicis & Romanis vocabulis, non tamen propterea desinebat esse Græca. Josephum vero spurio hoc & impuro sermone & lingua hybrida istam conscripsisse historiam, nemo sanæ mentis dixerit. An ergo mentitus Josephus? Et hoc quoque futile. Mentem Josephi nec P. Simonius, nec interpretes intellexerunt. Verba ejus initio belli Judaici hæc sunt; Προυθέμην ἐγὼ τοῖς κατὰ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν Ἑλλάδι γλώσσῃ μεταβαλὼν ἃ τοῖς ἄνω βαρβάροις τῇ πατρίῳ συντάξας ἀνέπεμψα πρότερον ἀφηγήσασθαι. Ineptissime hæc reddidere interpretes, ac si οἱ ἄνω βάρβαροι sint barbari qui retro fuerunt, & Josephus in usum jam olim defunctorum istam condidisset historiam. Οἱ ἄνω βάρβαροι sunt superioris continentis barbari, Judæi nempe qui extra Romanum viverent imperium. Sic ὁ ἄνω βασιλεὺς vocatur rex Persarum seu Parthorum. Αἱ ἄνω ἐπαρχίαι provinciæ quæ longius absunt à mari, ut αἱ κάτω mari propiores. Itaque ἡ κάτω Συρία est Syria mari Mediterraneo vicina, ἡ ἄνω vero superior, sive Assyria & Babylon. Jam olim ad Melam hæc monuimus. Dicit ergo Josephus sese antequam bellum Judaicum Græco scriberet sermone, eandem historiam patria id est Chaldaica tradidisse lingua, in usum illorum barbarorum, qui extra fines Romani imperii trans Eufratem viverent, utpote qui excusso jamdudum Græcorum jugo, avitam fere conservassent linguam. Neque enim unquam in partibus trans Euphratem

tam

tam altas Græcorum principatus egit radices, ut etiam eorum ibi prævaluerit lingua. Clarum eſt itaque Joſephum libros de bello Judaico quos Hebraice edidit, non ſcripſiſſe Judæis in orbe Romano viventibus, ſed vero Trans-Euphratenſibus Parthicæ ditioni obnoxiis, Chaldaice quidem, non item Græce peritis. Aperit dein cauſam quamobrem id fecerit: ut nempe cognoſcant, quanta mala Judæis Hieroſolymitanis illorum eveniſſent culpa. In ſuſcipiendo infelici hoc contra Romanos bello præſto ſibi affutura ſperaverant auxilia Judæorum, qui extra Romanum viverent imperium, nec eos ſolum qui Parthico ſubeſſent regno, ſed & quotquot inter remotiores agerent Arabes ſimul ad arma conſurrecturos certo ſibi promiſerant. Quid vero compulerit Joſephum ut eandem hiſtoriam Græce quoque deſcriberet, id in ſequentibus declarat. Dicit enim cum Hebraice ſcripſeri illis gentibus & illis Judæis qui Hebraice intelligunt, quales ſunt Parthi, Babylonii, Arabes, Transeufratenſes & Adiabeni; abſurdum eſſe ſi non etiam inſtruat Græcos & Romanos qui bello huic non interfuiſſent, & Hebræam quam ſcripſiſſet non intelligerent hiſtoriam.

Videat nunc vel ipſe P. Simonius, quam verum ſit illud quod affirmat, Joſephum Syriace ſcripſiſſe & quidem Judæis Palæſtinis, qui fere nulli ſupererant, quando iſta ſcribebat Joſephus. Pergit tamen Simonius Chriſtum & Apoſtolos Hieroſolymis locutos fuiſſe Syriace. Et ſane infinitum poſſit producere non ſemidoctorum tantum, ſed & fanaticornm ſic ſentientium agmen, in templo & ſynagogis non libenter admittentium linguam ut ipſi loquuntur profanam. Sed cum omnium Syrorum in toto Romano imperio communis fuerit lingua Græca, quomodo efficient ut præter hanc alia quoque peculiaris fuerit lingua quam ipſi Syriacam vocant? Vel unum ſaltem proferant teſtem qui tempore Apoſtolorum linguæ hujus fecerit mentionem. Sero demum in inferiore Syria ſive Pa-

læſtina auditum eſt nomen linguæ Syriacæ, poſtquam nempe Arabes vacantes Judæorum invaſere terras. Stante imperio Romano ſolus ibi regnabat Græcus ſermo. Cujus rei clarum argumentum quod in tota ditione Romana nullum invenias ſcriptorem qui Syriace ſcripſerit. Græce omnes ſcripſere, Græce etiam loquebantur. Extra orbem Romanum progrediendum ſi Syriacam linguam, aut homines qui Syriace ſcripſerint invenire velimus. Itaque omnes iſti Chriſtiani patres qui apud Euſebium in hiſtoria Eccleſiaſtica & alibi memorantur, quales ſunt Bardeſanes, Archelaus, Euſebius Emiſſenus, Ephraim & cæteri qui Syriace ſcripſere, illi omnes Parthici vel Arabici fuere generis. Parthis autem tam bene notum fuiſſe ſermonem Syriacum, quam Romanis Græcum, ſcimus non tantum ex hoc Joſephi loco, ſed & ex Epiphanio. Verum iſtæc Syriaca nihil ad linguam quæ Hieroſolymis erat in uſu, quæ non alia erat, quam ſit lingua Evangeliorum. At vero altera, quam addiſcebant Parthi, quaque Joſephus ſcripſit, illa erat Chaldæa ſeu Aſſyria, Arabicæ nempe illius temporis dialectus. Quicquid enim erat ultra Jordanem fluvium uſque ad oſtia Euphratis, Arabiæ accenſebatur. Perperam tamen lingua hæc Syriaca à ſcriptoribus dicitur, cum Aſſyria fuerit, ideo nempe, quod à Græcis & Latinis Syrorum nomen manifeſto errore tribuatur quoque Aſſyriis. Inter Aſſyrios igitur & Arabas in profundiore Syria habitantes quærenda eſt lingua quæ Syriaca dicebatur, non inter Syros Romanæ ditionis. Ipſum hoc confirmat Epiphanius ubi de Manichæis agit; Ἄλλοι οὖν δῆθεν τὴν βαθυτάτην τῆς Σύρων διάλεκτον σεμνύνονται τήν τε τῆς κατὰ τὴν Παλμύραν διάλεκτον. *Alii vero quæ eſt in profundiore Syria & illam quæ circa Palmyram obtinet magnifice commendant dialectum.* Male itaque in Evangelio & in actibus Apoſtolorum per linguam Hebræam intelligunt Syriacam. Si Aſſyriam aut Chaldaicam dixiſſent, non peccaſſent. Sic Philo, ſic Joſephus, ſic omnes illorum

illorum temporum locuti fuere scriptores. Hebræam linguam semper vocant Chaldæam, nunquam vero Syriacam, Quæ si proprie loqui velimus, eadem erat ac Phœnicia seu Cananæa, quæque post tempora Alexandri paulatim in Græcum abiit sermonem esse desiit. Quamvis vero propter longam moram in terris Cananæorum lingua Hebræa & ipsa quoque fere facta fuerit Cananæa, quod vel Phœniciæ quas assumsere satis testantur literæ; nunquam tamen Judæi passi sunt linguam suam appellari Cananæam seu Syriacam. Sed neque Arabicam eam dici permiserunt, nisi quatenus Chaldæa lingua sit dialectus Arabicæ. Etiam servitutis Ægyptiacæ tempore & se Chaldæos, & linguam suam Chaldæam vocarunt, omnia nempe sua ad Abrahamum referentes Chaldæum, cujus linguam in tam longa conservavere captivitate. At vero in Babylonica captivitate brevi tempore & linguam & literas dedidicere Syriacas, & libenter adscivere non literas tantum, sed & linguam, Chaldaicam, velut postliminio redeuntes ad linguam & scripturam Abrahamo vernaculam. Licet vero multis postmodum seculis plurimum immutatus fuerit sermo Chaldæus, permansisse tamen morem ut Hebræus diceretur, ex iis quæ jam diximus clare satis confici potest. Valeat ergo Hierosolymitana ista Syriaca lingua æque vana ac Hellenistica. Valeant quoque cavillationes P. Simonii, cum ex omnibus ne una quidem succedat. Ut paucis quid sentiam perficiam, puto me non errare, si audacter affirmavero tempore Christi in omnibus Hierosolymitanis synagogis, paucis forsan exceptis quas Parthici & Arabici generis frequentarent Judæi, solas lectas fuisse quas LXX interpretes tradiderunt scripturas, cum sola iis Græca esset vernacula lingua, Hebræa autem id est Chaldaica sive Arabica illius temporis, à doctis tantum, aut ab illis, quos dixi intelligeretur advenis. In ipso vero templo Hierosolymitano habitas fuisse conciones lingua Hebræa, aut quocunque alio Græcis & Romanis

 ignoto

ignoto ſermone, id omnino Romanæ non permiſiſſent leges, quæ una cum jugo, Græcæ quoque aut Latinæ linguæ neceſſitatem omnibus à ſe victis impoſuere gentibus. Supereſt itaque ut in templo & in præcipuis ſynagogis ea ſola uſurpata fuerit lingua, quæ omnibus eſſet familiaris, quamque ipſi quoque infantes cum lacte imbiberent materno. Siquidem ut habet Theodoretus; τὰ Ἑβραίων παιδία οὐ τῇ Ἑβραίων ἐστὶν εὑρεῖν εὐθὺς κεχρημένα φωνῇ, ἀλλὰ τῇ ἐκείνων παρ' οἷς ἐγεννήθησαν· εἶτα μειράκια γενόμενα, διδάσκεται τῶν γραμμάτων τοὺς χαρακτῆρας· μανθάνει δὲ διὰ τῶν γραμμάτων τὴν θείαν γραφὴν τῇ Ἑβραΐδι γεγραμμένην φωνῇ. *Nulli Hebræorum reperiuntur pueri, qui ſtatim Hebraica utantur lingua, ſed demum illarum gentium lingua apud quas nati ſunt. Ubi adoleverint, docentur literarum characteres, & per has addiſcunt ſcripturam Sacram Hebraicam.* Et ſane quomodo potuiſſet vita miſeris conſtare Judæis, ſi Hebraicæ ſeu ut volunt Syriacæ tantum gnari linguæ eo redacti fuiſſent neceſſitatis, ut nec teſtamentum condere, nec contractus & obligationes facere & ſignare potuiſſent, cum leges Græcum & Romanum tantum admitterent ſermonem, quæraturque in jure utrum ſtipulatio Punico aut Aſſyrio concepta ſermone poſſit ſubſiſtere. Quod autem magna pars Judæorum, propter crebra cum vicinis Arabibus commercia, & ſimul propter affinitatem quam illorum lingua cum veteri haberet Hebraica, facile & libenter ſermonem addiſcerent Arabicum, ſive ut ipſi loquebantur Chaldæum; id quidem verum eſt; ſed ſufficit oſtendiſſe iſtum ſermonem ſeu iſtam linguam ad ſcitam fuiſſe & arceſſitam, non autem nativam & vernaculam.

Agit dein P. Simonius de traditionibus ut vocant oralibus, & quærit quomodo abſque his potuerint LXX interpretes verſionem ſuam perficere, cum lingua Hebræa ducentis & pluribus annis perierit antequam illi ad hoc opus ſe accingerent? Sed vero quantum in hoc quoque

fallatur P. Simonius patet ex iis que paulo ante monuimus.

In ſequentibus pergit orationem de traditionibus pertexere, & quamvis paſſim adfirmat parum ſe tribuere commentis Rabbinicis, ſiquis tamen illa aggrediatur, animoſius ſe gerit P. Simonius quam ipſimet Rabbini, adeoque quidem ut etiam laudet & probet id, quod omnium figmentorum longe eſt futiliſſimum, vocales nempe ſeu puncta Moyſi à Deo in monte Sinai revelata, & non niſi à Maſorethis poſt exacta tria annorum millia legi adſcribenda; non ullis libris, ſed per cabalam ſeu traditionem oralem in ſola Rabbinorum conſervata fuiſſe memoria. Attamen liber inſcriptus nomine Cozri id eſt regis Chazarorum in Taurica Cherſoneſo, non Coſrois ut vulgo putant, affirmat periiſſe pleraſque traditiones orales. Scio quidem Buxtorfium & hæc, & multa alia conatum fuiſſe aliter exponere, ſed ſincerior hac in parte fuit Hiſpanus interpres R. Abendana, qui omnia integra reliquit.

Cum nova jamdudum deficiant argumenta, quibus ea quæ ſcripſi vel minimum infirmentur, ad prius dicta relabitur, & exhauſtos vel diſſipatos in priori conflictu P. Simonius recolligit ſpiritus, ut reparatis viribus feliciori certamen inſtauret ſucceſſu. Sed fruſtra, cum intempeſtiva ſint pleraque quæ jacit tela, & tranſverſa cadant.

Dixerit in interpretandis ſcripturis præcipue audiendos eſſe Rabbinos, cum unicuique in ea quam exerceat arte ſit credendum. Reſpondi non eſſe credendum inimicis, non illis qui inter ſe diſſentiant, & qui id ipſum quod docent, neſcire ſe profitentur. Quod ſi ad Judæos ſit divertendum, illos ſolos eſſe adeundos, qui ſuperſtite etiamnum Hebræa lingua ſacras fuere interpretati literas. Reponit Simonius, & ſe quoque antiquiores ſequi Judæos in traditione lectionis, verum non hos ſolos, ſed & Aquilam, Symmachum, Theodotionem, Hieronymum & alios. Quia ars nulla perficitur ab uno aut altero, ſed ab omnibus ſi-

mul. Quid per traditionem lectionis intelligat Simonius, paulo ante explicavit Cabalam nempe ſeu traditionem, ut vocant, oralem, quam deus à temporibus Moyſis faucibus & palato Rabbinorum alligavit, mutam & clauſam totis tribus annorum millibus, & revelatam demum ante pauca ſecula à Maſorethis. Ridet & explodit ubique P. Simonius Rabbinorum figmenta, ſolam excipit oralem traditionem, quam paſſim non tuetur tantum, ſed & propugnat. Nec deerunt Judæi quibus hoc commentum imprimis placeat. Si enim omnium abſurdorum longe maximum poſſint ſuperare, nulla ſupererit difficultas, quo minus omnes quæ toto continentur Thalmude admittantur fabellæ. Mirum vero in conſtruenda nova Scriptura ſolos à P. Simonio adduci Judæos, Maſorethas videlicet, Aquilam, Symmachum, Theodotionem, & Hieronymum, quia in multis paſſus ſit à Judæis ſe decipi; nulla facta mentione LXX interpretum & antiquiorum Judæorum, qui omnes ſolam horum ſecuti ſunt verſionem, non Apoſtolorum, non denique ipſius Chriſti. Cauſam nempe ſubjungit, *Quod nullius magiſtri legibus ſe addictum profiteatur Simonius.*

In loco quem poſtea adducit ex Origene κυριώτατα non eſt *aptiſſime*, ſed *maxime proprie*, quoniam verbum verbo reddere conatus eſt Aquila, uti ſolent inepti interpretes, qui proprietatem verborum ſectantes, ſenſum ut plurimum deſtruunt. Loquitur autem hic Origenes ex opinione Judæorum, & ipſe ſeipſum interpretatur in Epiſtola ad Africanum. Quod autem ſubjungit P. Simonius Origenem exiſtimaſſe pluribus in locis Aquilam melius reddidiſſe verba Hebræa quam LXX interpretes, vel uno ſi poſſit probet exemplo. Nam in hoc ipſo Geneſeos loco, de quo hic agit Origenes, quam futiliter à LXX interpretibus receſſerit Aquila, infra oſtendemus.

Nihilo meliora ſunt ea quæ ſequentur, in quibus negat, ut libros Hebræos, ita quoque Hebræorum verbo-

rum

rum sonum & pronuntiationem Græcis literis expressam à Judæis accepisse Origenem. Dicit quippe Origenem *ut linguæ suæ hominibus se accommodaret, verba Hebraica primum Hebraicis literis, deinde Græcis characteribus, expressisse, ut etiam Hebraica legere possent, qui nihil scirent Hebraice.* Libenter istud concedo, verum quid hoc ad rem facit? Cum enim Hebræi codices careant vocalibus, quæritur si non à Judæis, unde & à quibus haurire potuerit Origenes rationem resarciendi istum vocalium defectum. Pergit; *Judæi siquidem illis temporibus, ut & hodierni contextum suum absque punctis vocalibus facili negotio legebant.* Scio quidem postquam stabilita est lectio à Masorethis, vulgo etiam legi libros à quibus absint vocales, verum non hoc, sed istud explicare debuerat Simonius, quo pacto Judæi veteres toto Romano dispersi imperio Hebraicam addiscere potuerint lectionem, si non illa quam Origenes tradidit ratione, apponendo nempe eadem Hebraica Græcis literis, sed vocalibus instructa. Ut nunc qui Masorethicæ lectioni adsueti sunt, facile etiam legunt libros à quibus absunt vocales; ita quoque olim, qui exercitati essent in scriptura, quæ vocales contineret; facile etiam alteram compendiariam adsequebantur scripturam. Ut itaque nunc, ita quoque olim tempore Origenis habuere Judæi normas & regulas legendi & pronuntiandi, quas non discipuli tantum, sed & ipsi quoque observarent & sequerentur magistri. Si enim non habuere, & unicuique pro lubitu licitum fuerit addere aut variare vocales, quomodo sibi constare potuit lectionis & pronuntiationis ratio? Ut tamen ostendat P. Simonius istos de quibus loquimur Judæos etiam absque tali auxilio legere potuisse Sacros libros, mirifico sane utitur argumento, sed quo ipse seipsum conficiat. Dicit enim Judæos Græcos & Hispanos habere libros Græca & Hispanica lingua sed literis excusos Hebraicis, quos tamen expeditissime legant. Potuisset his plurimos in Germania à Judæis editos addere-

re

res libros, lingua quidem Germanica literis tamen descriptos Hebraicis, qui tamen etiam ab idiotis, dummodo alphabetum norint Hebræum, sine hæsitatione evolvuntur. Quid mirum? Cum ut in istis, quæ P. Simonius profert exemplis, ita & in iis quos dixi libris omnes exprimantur vocales. Si sacrorum eadem foret librorum conditio, non Origenis tantum in describenda literis Græcis Hebræorum codicum lectione, sed & Masoretharum in addendis punctis vocalibus, non supervacua tantum, sed & stulta fuisset diligentia.

Pergit tamen P. Simonius, citat Teixeram, ad linguas provocat Orientales, & tandem concudit, licet *illæ linguæ punctis vocalibus sint destitutæ, non idcirco vocalibus penitus destituuntur.* Verum non hoc, quod omnes concedunt exceptis Rabbinis, qui nullam nec in alphabeto, nec in scripturis vocalem agnoscunt; sed istud ostendere debuerat P. Simonius quomodo ad perficiendam lectionem paucæ istæ vocales, quæ tantum ambiguæ lectionis vocibus apponuntur; possint sufficere ad legendas etiam illas voces, à quibus omnino absunt vocales.

Repetit dein quæ jam sæpius dixit, & quibus non semel respondimus, & demum addit; *Sed pudet in his refellendis, quæ aperte falsa sunt, longius detineri.* Merito pudeat P. Simonium, quod cum præcipua nusquam attingat, & tantum minutias sectetur & vellicet, adeo tamen infeliciter in illis versetur, ut nunquam scopum feriat. Ubique me fingere & falsa scribere affirmat. Ego vero licet affirmavero in omnibus quæ contra me habet P. Simonius ne semel quidem verum dixisse, profecto non mentiar.

Quam male à Masorethis appositæ sint vocales, vel ex ipsis nominibus propriis satis manifestum esse dixeram, cum patriarcharum, progenitorum & prophetarum nomina adeo discrepantia sint ab iis quæ in Evangeliis occurrunt, ut nullam omnino habeant similitudinem, cum iis quas Masorethæ apposuere vocalibus. Reponit optimus Si-

Simonius, me non advertiſſe eadem quoque nomina diverſimode à Judæis noſtri temporis proferri & ſcribi. Affert exempla unde conficiat Judæos, Italos, Hiſpanos & Germanos non eandem obſervare pronuntiationem. Quin & voces Latinas ab iiſdem populis non eadem proferri ratione. Germanorum ſermonem eſſe aſperiorem, quam aliarum gentium, utpote qui alias pro aliis literas ſubſtituant conſonas. Probat id ipſum exemplo doctoris aulici in Germania. Scimus quidem iſtæc, ſed quid ea ad propoſitum? Non de conſonis, ſed de vocalibus quæſtio eſt literis, in quarum pronuntiatione omnes gentes conveniunt. Oſtendat qua ratione vocales, quas Maſorethæ addiderunt, conveniant cum iis, quæ in Evangeliis exprimuntur. Oſtendat illos ſub ſole homines, in quorum ore Nabuchodonoſor & Nebuchadneſar eundem efficiant ſonum.

Cum Rabbini S. Scripturas affirment LXXII habere facies, interpretatuſque id fuerim de totidem ſenſibus quos ſacri admittant libri, ſi Judæos audiamus, negat me Rabbinos intellexiſſe, dicit enim *nomine* LXXII *facierum venire tantum ſenſus allegoricos, qui tot ſunt, quot otioſi magiſtri poſſunt comminiſci.* An ergo ſenſus allegorici non ſunt ſenſus? Non ſic loquuntur Rabbini, cum allegoricos vocant ſenſus ſublimiores. Rurſus quomodo unus idemque locus LXXII poteſt continere ſenſus allegoricos, niſi etiam totidem habeat ſenſus ſimplices ſeu literales ut loquuntur? Dicit Carræos & Abeneſram unum tantum admittere ſenſum. Recte quidem: ſed ſi ſeptuaginta duos conſulamus Rabbinos, totidem quoque habebimus ſenſus. Quis non miretur, non Rabbinos tantum, ſed & Chriſtianos complures adeo multiplicem probare interpretationem, Mercerum dico & multos alios, in quorum ſcriptis ſæpe invenias, *hic locus quindecim, aut etiam viginti admittit expoſitiones, & quidem omnes præclaras?*

Iterum

Iterum dein litem movet & me in jus vocat P. Simonius de nomine prophetæ, & an LXX interpretes eo sint censendi titulo. Et sane hic est locus, hæc arena in qua omnes contendere nervos & totum ingenii acumen explicare debuisset P. Simonius. Sed vero si pleraquæ quæ hic scribit quam diligentissime excutias, nihil omnino invenies, præter frigidas cavillationes, nullo ordine, nullo judicio, nec satis apto verborum inter se nexu colligatas. Primo dicit me tergiversari. Sed frustra semper erit P. Simonius, si me terga vertentem speret visurum unquam, assuetum jampridem etiam cum fortioribus congredi. Pergit, ea quæ de varia acceptione vocis prophetarum & προφητεύειν scripsi, ea ad rem non facere & plane esse inutilia. Nempe quia tam clare & manifeste sententiam P. Simonii convellunt, ut ne quidem quod hiscat supersit, nisi palam ineptire velit. Quia dixi à Christo & Apostolis prophetas appellari omnes eos, qui S. Scripturas intelligunt & recte interpretantur, respondet; *quasi vero de hoc prophetiæ genere in præsentia agatur.* Dicat ergo P. Simonius, si non istos quos Christus & Apostoli, quosnam ergo vocet Prophetas? Quomodocunque vocem hanc accipiat, nunquam efficiet ut LXXII interpretes non fuerint prophetæ, præsertim cum ipse Simonius fateatur *Scribas qui res Hebræorum chartis committerent & plerosque Synedrii magni assessores prophetas fuisse & à deo inspiratos.* Subjicit dein; derisum alicubi à Simonio fuisse Vossium. Sed vero risum ineptum non moratur Vossius. Liceat Simonio ἀσχημονεῖν & indecore se gerere. Dixeram idolorum etiam cultores sæpe in sacris literis prophetas appellari. Reponit hæc non facere ad institutum. Imo inde facile intelligimus, si illi recte prophetæ vocentur, multo magis nomen hoc convenire veris Dei sacerdotibus. At vero inquit istam LXX interpretum prophetiam jampridem ab Hieronymo fuisse sublatam. Cum nullum alium præter Hieronymum sistere possit testem, semper ad illum

lum tanquam ad ſacram ſe confert ancoram. Verum cum omnia quæ ad ſtabiliendam ſuam ſententiam vel Hieronymus, vel ex illo alii produxere argumenta ita feliciter profligaverimus, ut ne unum quidem ſalvum ſuperſit; debuiſſet Simonius aliis telis & aliunde quæſitis ſubſidiis intentatam tam animoſe pertinacius perſequi litem, & laboranti jamdudum & pene deſolato ſuccurrere Hieronymo. Verum ipſe relicta quam vix incœperat cauſa, præcipiti ſaltu ad protomartyrem tranſit Stephanum, ejus nomine novam mihi ſuſcitans litem. Dicit illum non Græce, ſed Syriace ultimam ſuam abſolviſſe concionem, & loca S. Scripturæ non ex LXX interpretibus, ſed ex Hebræis hauſiſſe codicibus. Verum quid opus eſt fingere, cum ſuperſint ipſa Stephani verba, & loca Scripturæ in iis conveniant cum LXX interpretibus, non autem cum hodiernis Hebræis libris? Ut autem Hebraice vel Syriace fuerit locutus, fieri hoc qui poteſt apud Romani & Græci generis Judæos, Libertinos videlicet, Cyrenæos, Alexandrinos, Cilices & Aſiaticos, qui omnes hoc loco memorantur in geſtis Apoſtolorum, quibus denique omnibus Græca erat familiaris & vernacula lingua, non autem Hebræa aut fictitia Syriaca?

Malignitatem deinceps vocat, quod verba ejus, quæ hic repetit ſecutus, dixerim ideo à Simonio ſcriptum Ariſteæ velut commentitium explodi, quod Judæis ſolemne fuerit fingere & ſcribere incredibilia. Affirmat enim oſtendiſſe ſe Philonis Herennii teſtimonio, quod refert Origenes, *Judæos illius temporis multa confinxiſſe parum veriſimilia.* Nihil tale Origenes, cujus verba primo contra Celſum libro hæc ſunt; *Fertur & Hecatæi hiſtorici de Judæis liber, in quo adeo probat hujus gentis ſapientiam, ut Herennius Philo in commentariis ſuis de Judæis, primum dubitet, an hujus hiſtorici id ſcriptum ſit: deinde addat, ſi quidem ejus eſt, videri eum corruptum Judæorum perſuaſionibus, probaſſeque illorum placita.* Videatur de hoc loco liber patris mei de hiſtoricis

 Græcis,

Græcis, ubi agit de Hecatæo Abderita. Nihil itaque aliud ex his Origenis conficias verbis, quam Simonium non esse admodum acrem disputatorem. Addit sese firmissimis ex Aristea desumtis id ipsum ostendisse argumentis, sed jam vidimus quantum ea habeant soliditatis, utpote quæ primo aspectu & examine tota in fumum abeant & evanescant.

Repetit dein nonnulla jam sæpius dicta & sæpius à nobis explosa, & tandem ad suum relabitur Hieronymum, ut ex eo conficiat Origenem in homiliis seu concionibus apud vulgum habitis solos secutum fuisse LXX interpretes, in tomis vero etiam peregrinæ linguæ quæsivisse auxilia. Verum ut ut hæc admiserimus, quomodo vel ex hoc, vel ex altero quem adducit Origenis loco efficiat prælatam ab eo unquam LXX interpretibus Aquilæ fuisse versionem? Clarius profecto locutus fuisse Hieronymus, si hoc verum esset; sed verum non potest esse, cum ipse contrarium testetur Origenes, qui in epistola ad Africanum & alibi affirmat non esse recedendum à terminis quos Christus & Apostoli statuerunt, nec alio se consilio apposuisse Aquilæ & similium interpretamenta, quam ut cognoscamus, quo pacto sequiores Scripturas explicent Judæi. Ut itaque alibi, ita quoque in hoc Exodi loco, ad quem remittit P. Simonius, & ad ampliandos S. Scripturæ sensus, & simul ne cavillationi occasio detur, ac si aliter esset in Hebræis exemplaribus ac LXX reddiderunt interpretes, utramque Origenes affert expositionem, illam LXX & alteram Aquilæ, ut ostendat ex utrisque sequi, esse quendam infestum Judæorum genti angelum, qui non circumcisos lædat, circumcisos non item, quod tamen ipse vix ausus est affirmare; subjicit enim; ἀλλὰ ταῦτα μὲν περιεργότερά πως εἶναι δοκοῦντα, καὶ οὐ κατὰ τὴν τῶν πολλῶν ἀκοήν, παρακεκινδυνευμένως ἐπὶ τοσοῦτον λελέχθω. *Et hæc quidem quæ nimis affectata & longius quodammodo petita esse videntur, nec apta multorum auribus; periculose & audacter hactenus à nobis dicta sufficiant.*

Mirum

Mirum vero qua ratione ex hoc loco Simonius exſculpere potuerit Origenem relictis LXX interpretibus adhæſiſſe verſioni Aquilæ, cum iſtæc quæ affert verba referenda ſint ad malevolum iſtum Judæis non circumciſis angelum, non ad hanc aut iſtam interpretationem. Ipſum vero Exodi quod attinet locum, minime dubitandum quin verſio LXX interpretum ſit præferenda cum optima & clariſſima ſit, illa vero Aquilæ nullum fere conſtituat ſenſum, quantumvis in ea explicanda & Origenes & Rabbini laborent. Sed neque antiqui Judæi Aquilæ in hoc loco admiſere interpretationem, exiſtimantes circumciſionis quam urgerent neceſſitatem fortius adſtrui ſi alteram ſequerentur expoſitionem. Itaque in catenis Græcis poſt verba Euſebii Emiſſeni hæc ſequuntur; Ὁ Ἀκύλας ἀντὶ τοῦ, ἔστι τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς, εἶπε, νυμφίον αἵματος ἔχω; ὁ δὲ Ἑβραῖος; Ἐσφράγισε τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς. Idem vero eſt *σφραγίζειν αἷμα* & *ἱστάναι αἷμα* *ſtagnare* ſeu *ſiſtere ſanguinem.* Apparet itaque in Hebræis codicibus olim ſcriptum fuiſſe חתם non חתן, aut ſi id aliter ſe habeat, affinia & ejuſdem ſignificationis fuiſſe vocabula. Nam certe poſterioris hujus vocis tam late apud Arabas patet acceptio, ut priorem etiam ſuo comprehendat ſignificatu. Non enim ipſam tantum circumciſionem, ſed & quidquid ad hanc perficiendam requiritur, adeoque ipſum quoque quod celebrant feſtum & convivium, uno omnia nomine chatanæ appellant. Dicit itaque Sepphora angelo mortem filio minanti, ſtagnatum jam eſſe ſanguinem & peractam filii circumciſionem. Totum vero locum commode interpretabimur, ſi miſſis Rabbinorum figmentis ipſa Scripturæ ſectemur verba. Nam quod & illi, & qui eos ſequuntur exiſtimant Deum hoc loco mortem intentare Moyſi, propter neglectam filiorum circumciſionem, id nullam omnino veritatis habet umbram. Jam per quadraginta pene annos cum uxore vixerat Moyſes, nec credibile eſt tam ſero, & adeo parum oportuno tempore, quo irrita facta fuiſſet legatio ad Pharaonem ſuſcepta; Deum voluiſſe non obſervati moris

pœnas exigere, cum totis quadraginta ſequentibus annis ab omnibus Iſraelitis impune omiſſa fuerit circumciſio. Taceo alias difficultates, quas jam olim complures è Græcis moverunt patribus, uti videre eſt in catenis, quæ paſſim in bibliothecis inveniuntur. Ut paucis abſolvam, non agitur hic de occidendo Moyſe, ſed cui minatur Angelus, is eſt Gerſon filius Moyſis major natu. Ultima verba Dei ad Moyſem loquentis hæc ſunt; *Ecce igitur ego interficiam filium tuum primogenitum.* Sequitur deinceps; *Factum eſt autem in via in diverſorio occurrit illi* (nempe primogenito) *Angelus domini & quærebat interficere illum.* Poſtrema Dei verba, quæ demum in Pharaonis completa fuere primogenito, audiens Sepphora Moyſis conjux, ad ſuum pertinere credebat primogenitum, præſertim cum non obliquō, ſed recto hæc à Deo dicerentur ſermone. Ad augendum itaque matris metum irruit angelus in Gerſonem Moyſis primogenitum, non occidendi, ſed terroris incutiendi gratia. Sed malim verbis Chryſoſtomi quam meis reliqua explicare. Ille itaque in Synopſi veteris teſtamenti, digna ſane quæ lucem aſpiciat ſic ſcribit; Ἀπήγγειλε δὲ Μωυσῆς τῷ πενθερῷ αὐτοῦ, διωνύμου δηλαδὴ ὄντος Ῥαγουὴλ καὶ Ἰοθὸρ, ὅτι μέλλει εἰς Αἴγυπτον ἀπιέναι, καὶ τελευτήσαντος τοῦ βασιλέως τοῦ ζητοῦντος αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, φησὶν αὐτῷ ὁ Θεὸς, εἴσελθε εἰς Αἴγυπτον· ὁ δὲ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παιδία αὐτοῦ λαβὼν οὕτως εἰσῄει· διὸ καὶ ἄγγελος φαίνεται φοβῶν αὐτὸν, οὐ διὰ τὴν περιτομὴν, εἰ γὰρ τῆς περιτομῆς ἕνεκεν, ἔχρην μὴ πρότερον ἀποστῆναι τὸν ἄγγελον, ἕως οὗ καὶ τὸν ἕτερον περιέτεμεν ἡ μήτηρ· ἀλλ᾽ ὑπὲρ τοῦ μάτην γυναῖκα λαβεῖν εἰς Αἴγυπτον, οὐ γὰρ οἰκῆσαι ἐπέμπετο, ἀλλ᾽ ἐξαγαγεῖν τὸν Ἰσραὴλ, ὅπερ καὶ αὐτὸς συνιδὼν ἀφίησι τὴν γυναῖκα· καὶ πόθεν δῆλον ὅτι ἀφῆκε; Ἐξελθόντι αὐτῷ ἐξ Αἰγύπτου ἀπαντᾷ μετὰ τῆς γυναικὸς ὁ πενθερὸς Ἰοθόρ. *Significavit vero Moſes ſocero ſuo, qui erat binominis Raguel vidilicet & Jothor, abiturum ſe in Ægyptum. Mortuo ergo rege qui animam ejus quærebat, dixit ipſi Deus, ingredere in Ægyptum. Moyſes vero illam ingrediebatur ſimul ducens*

conjugem

conjugem & filios. Quamobrem apparuit angelus terrorem incutiens, non propter circumcisionem, si enim circumcisionis ergo, oportuisset non prius discedere angelum, priusquam & alterum filium circumcidisset mater; sed quod frustra uxorem secum duxisset in Ægyptum, non enim habitandi, sed Israelem ex Ægypto educendi gratia mittebatur. Quod postquam perspexisset, dimisit uxorem. Unde vero patet quod dimiserit? Egredienti ex Ægypto occurrit cum conjuge Sepphora, socer Jothor.

Pergit dein ad alia P. Simonius, sed adeo desultorie, ut nusquam subsistat, nusquam pedem figat, nullum persequatur argumentum. Ubique incipit, ubique desinit. Dicit ignotas mihi esse œconomiæ leges, quas veteres secuti sunt Patres, meque ignorare illos aliter apud plebem, aliter apud doctos fuisse locutos. Mox transit ad portentosos Aristæi de LXX interpretibus sermones; verum non addit quinam illi sint, & ubinam legantur: nam certe in illis quæ vulgo teruntur nihil tale occurrit exemplaribus. Scribit dein se maxime accedere ad sententiam semichristiani istius Thalmudistæ, de quo in priori egimus responsione, affirmantis istam versionem, quæ vulgo LXX tribuitur interpretibus, ita dictam esse, quod à LXX magni synedrii sacerdotibus, quos supra prophetas fuisse asseruit, conficta & approbata sit. Illam tamen versionem licet approbatam ab istis quos vocat senatoribus seu prophetis, non sinceram & legitimam, sed dolosam, perfidam & summa cum astutia ad decipiendas concinnatam fuisse gentes. Diximus jam qua ratione iste Thalmudicarum in Evangelia explicationum scriptor occurrat testimoniis Christi & Apostolorum. Nempe uti P. Simonius existimat nos non habere scripta prophetarum veteris testamenti integra, sed ampliata, decurtata & variis modis pro lubitu & ratione temporum à sacerdotibus magni synedrii interpolata: ita quoque iste Evangelista Rabbinus negat nos vera habere Evangelia & Apostolica monumenta prout ab

ipſis exarata fuere Evangeliſtis & Apoſtolis, ſed demum qualia nobis obtruſerunt Evangeliſtarum & Apoſtolorum amanuenſes. Qua vero ratione factum ſit, ut in perfida & fraudulenta ſacrarum literarum procudenda verſione conſpirarint omnes iſti qui ſynedrium magnum conſtituerent Judæorum prophetæ, id non explicat P. Simonius, ſed ſimilitudine declarat; dicit enim id eadem factum fuiſſe ratione, qua verſio vulgaris Latina approbata & introducta fuit à Tridentini Concilii patribus. Sed certe non conſenſiſſent patres Tridentini in approbanda hac verſione, niſi eam optimam eſſe exiſtimaſſent: utique illam condemnaturi & anathemate proſcripturi, ſi peſſimam & ad fallendos tantum fabricatam fuiſſe credidiſſent homines, quemadmodum de Græca verſione cenſuit Thalmudiſta iſte, cujus ſententiam hoc in loco probat P. Simonius. Alterutrum itaque neceſſe, aut omnes illos magni ſynedrii ſacerdotes ſeu prophetas qui improbam iſtam procuderunt & approbarunt verſionem, nebulones fuiſſe ſceleſtiſſimos; aut ſi relicto ſuo Thalmudiſta modeſtius de hac verſione ſentiat P. Simonius, tantumdem huic tribuat auctoritatis, quantam verſioni vulgari attribuerunt Tridentini Concilii patres.

Prodit tandem Helleniſtica, quam jamdudum mortuam, ſepultam & ad inferos à Salmaſio miſſam, denuo ſuſcitare & in vitam reducere conatur P. Simonius. Dicit Salmaſium *de umbra aſini diſputantem de nomine tantum litigaſſe.* Verum ſic vulgus loquitur qui neſciunt res eſſe mortuas niſi verborum acceſſerit poteſtas. Eſt quidem verum cum quæritur quinam ſint helleniſtæ & quænam helleniſtica, diſputationem fieri de nomine, ſed ſine nominum intellectu, res ipſæ intelligi non poſſunt. Quod ſi res non conveniant cum ſuis nominibus, certum eſt nomina non recte eſſe indita. Ut autem ſciamus quænam ſit lingua helleniſtica, velim vel tria ſolum P. Simonius helleniſtica edat vocabula, unde colligere poſſimus, an

Græca

Græca, an Hebræa, an ex utriſque mixta, an vero peculiaris & ſui generis aliqua exſtiterit lingua. Sed vero, ut paſſim alibi ſolet P. Simonius, quandocunque aliqua occurrit difficultas, ad alia etiam nihil ad rem pertinentia ſe conferre, ita quoque hic relicta lingua Helleniſtica, ilico ad κακοζηλίαν Judaicorum tranſit interpretum. nec tamen addit de quibus loquatur interpretibus. Si Aquilam intelligat, recte ſentit, utpote cujus κακοζηλία merito ab omnibus taxatur. Recte quoque in Hiſpanica Ferrarienſi, aliiſque verſionibus hodiernis idem reprehendit vitium. At vero in verſione LXX interpretum nemo unquam vel Chriſtianus, vel Judæus κακοζηλίαν ſomniavit. Pergit dein ad Helleniſtas, ſed necdum Helleniſticam aut ſynagogæ video linguam. Quæ de vera ſignificatione vocis Ἑλληνίζειν ſcripſi, ea dicit me oſtentandæ ſcientiæ gratia ſcripſiſſe. Sed ſi vera ſunt quæ dixi, utique non eſt opus oſtentatione. Audiamus vero quid ad ea quæ ſcripſi de vocibus Ἑλληνίζειν, Ἀντιγονίζειν, & Μηδίζειν reponat P. Simonius; *Verum perinde eſt ac ſi dixerim in præſenti negotio, ubi de re critica lis movetur cum Voſſio, non modo Voſſium eſſe rei criticæ peritiſſimum, ſed & canonicum Vuinſorienſem, qui liturgiam Anglicanam in templo belle decantet.* Inexplicabile profecto hoc ænigma, quodque ne ipſe quidem qui proponit diſſolvat: quin potius tanto ſemper fiet obſcurius, quanto prolixior acceſſerit expoſitio. Fieri tamen poteſt ut aliquid inaudierit P. Simonius, me non ſolere in Eccleſia vel alibi canere, ideo forſan dicit, ea quæ de voce Ἑλληνίζειν ſcripſi, eſſe tam vera, quam verum ſit me belle decantare liturgias in Eccleſia. Id ſi ſit, facetus profecto & dictioſus homo & P. Simonius, qui profundi adeo acuminis norit conſtruere griphos.

Longe dein lateque per totum P. Simonius peregrinatur Orientem, & vagatur tanquam ovicula ſine paſtore, ut omnes undique inquirat helleniſtas, & quamvis illos

etiam nominet qui non fuere hellenistæ, ut Parthici generis & τοὺς τῆς διασπορᾶς Judæos, præcipuos tamen neglexit, recutitos nempe, qui utique in summo gradu fuere hellenistæ. Si potuisset ostendere recutitos peculiarem & distinctam ab aliis Judæis habuisse linguam, confecisset negotium & gloriari potuisset inventam à se tandem linguam esse hellenisticam. Sed ipse recutitorum linguam non uno loco vocat Rabbinicam, cum tamen Rabbini non soliti fuerint sibi præputium adducere, ne Romæ quidem, ubi tamen pars hæc vectigalis erat.

Iterum dein ad LXX relabitur interpretes & iterum negat eos recte vertisse initio geneseos εἰς ἀρχὰς ἡμέρας καὶ εἰς ἀρχὰς νοκτός. Dicit ancipitem esse vocem ἀρχὰς, cum & principatum & principium notet. Addit diligentis esse interpretis vitare ambiguitatem, quam ipse amphibologiam, sed qui Græce norunt amphiboliam vocant. Cur non & Christum & Apostolos carpit, qui passim similiter loquuntur? Quis non primo statim aspectu videat, utrum vox hæc accipienda sit pro principio, ut cum in actibus Apostolorum vas seu linteum cœlo dimittitur τέτταρσι ἀρχαῖς; an vero pro principatu, ut cum dicitur εἴτε ἄγγελοι, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι? Adeone quis ineptus sit, ut cum Deus conderet solem & lunam, ut præsint diei & nocti, τοῦ ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός, vocem ἄρχειν accipiendam esse existimet de principio diei & noctis, cum sæpe totis noctibus absit luna, quamobrem additur καὶ τοὺς ἀστέρας, sive stellas, quæ nempe noctu silente luna lucem funderent vicariam? Recte itaque ἀρχαὶ, & quidem plurali id est amplificativo numero ut solent Græci, ad declarandam majoris principatus significationem. Sed P. Simonius præfert Aquilam, qui ἐξουσίαν hoc loco posuit, quia nempe LXX interpretes vocem Hebræam aliis in locis sic reddiderunt. Sed profecto si & hoc loco ἐξουσίαν possuissent interpretes, alteram ineptus iste interpres reduxisset lectionem: utpote cujus unicum fuit studium

dium invertere ordinem verborum quem LXX posuere interpretes, ut hac ratione sensum Scripturæ obscuraret & in nihilum redigeret & admirationi esset fatuis;

Omnia enim stolidi magis admirantur, amantque
Inversis quæ sub verbis latitantia cernunt.

Et tamen hic est ille Aquila quem deperit P. Simonius & quo præcipue duce novam S. literarum meditatur editionem. Quod autem addit ab Origene magis probatam hoc in loco Aquilæ fuisse lectionem, & hoc quoque aliter se habere jam ante diximus,

Repetit dein locum Genes. iii. 14. ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ πάντων τῶν κτηνῶν. Negat P. Simonius ἀπὸ hic locum habere, comparative enim hæc dici existimat. Sed fallitur, plane enim est prosopopoia, qua ut passim, non brutis tantum animalibus, sed & mutis & inanimis rebus sermo & ratio tribuitur. Imprecatur enim serpenti deus ut omnia animalia tam fera quam mansueta maledictis illam incessant. Capite sequenti v. 11. de Caino similiter ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ τῆς γῆς, *maledictus tu à terra.* Perperam & hæc quoque comparative vulgo dici existimant.

Paulo post eodem cap. ubi vulgo τηρήσει legitur, dixeram si quid mutandum sit, scribi posse τερήσει, neque enim Græcum esse τειρήσει pro τερεῖ. P. Simonius tanquam rem novam monet verbum τείρω habere futurum primum τέρσω. Verum egregie fallitur, quamvis non solus, quod nesciat multa esse verba, quæ si habeant futurum prius, careant altero; & contrá si primum habeant futurum, carent secundo. Itaque futurum primum hujus verbi nusquam invenias. Nam τέρσω quod apud poetas passim occurrit, non posse esse à τείρω, vel ipsa docet significatio. Omnino verum est quod notant Grammatici

veteres futurum Æolicum τέρσω, esse ab Æolico τέῤῥειν id est, *siccare, calefacere, urere*. At vero istæ significationes in hoc Genes. loco plane sunt alienæ. Quidquid contradicant Rabbinistæ, recte se habet versio LXX interpretum, τηρεῖν enim non tantum servare sed & observare & insidias struere significat, idemque prorsus quod φυλάττειν. Itaque recte apud Procopium Gazæum & in catenis adducitur hoc loco è Psalm. LV. αὐτοὶ τὴν πτέρναν μου φυλάξουσι.

Quærit dein quare non possit navis construi ex plancis quadratis? Sed vero jam dixi tam futilem istiusmodi fore navem, quam sit futilis ipsa locutio. Demus tamen posse construi, quomodo istæc verba convenient cum Hebraicis? At vero nostram expositionem ad amussim convenire, nemo ut opinor negaverit præter Simonium, qui videtur nescire quid rei sit navis.

Tandem relictis LXX interpretibus & meis ad suas objectiones responsis, ad ea quæ majoris dicit esse momenti se confert P. Simonius. Scribit me maligno animo invidiam ipsi velle creare, quod dixerim, de incerto scriptorum veteris testamenti, ipsum paria sentire ac senserit Spinosa. Si hæc ægre fert, quare ergo subjicit; *Verum indoctiores ipso Spinosa se ostendunt, qui libros scripturæ sacræ statim tribuendos esse existimant quorum nomina præferunt.* Ut hanc suam stabiliat opinionem, relegat ad Theodoretum & alios Patres, in quibus tamen nihil occurrit, quod non libenter legant & approbent Christiani.

Singulos dein producit Prophetas & primo quidem in aciem prodit Moses. Postquam dixit Judæos credere, ne unam quidem dictionem vel Syllabam in lege extare, quæ Mosi à Deo non fuerit dictata, addit; *secus sentiunt Christianorum plerique, qui aliqua libris Moysis vel ab Esdra, vel ab aliis qui eos recognoverunt, longo post tempore*

adjecta

adjecta fuisse libere affirmant. Scio quidem ſic ſentire P. Simonium, qui non uno affirmat in loco, prophetis & ſcribis licitum fuiſſe impune in alienis graſſari operibus, & ipſa quoque Moyſis ſcripta pro ratione temporis & ſtatu rerum interpolare, & addere vel demere quicquid placuiſſet, cum tantundem in reformandis quæ vellent, quam Moyſi in ſcribendo quæ vellet haberent poteſtatis, utpote cum illo quo Moyſes, eodem quoque & ipſi, ut affirmat P. Simonius, inſpirarentur Dei ſpiritu: ſed quod dicit pleroſque ſic ſentire Chriſtianos, id tantum abeſt ut verum ſit, ut ex omnibus antiquæ Eccleſiæ patribus ne unum quidem poſſit ſiſtere teſtem, cui tale quid exciderit. Scio quidem Hieronymum ultima pentateuchi verba de morte Moyſis & præterea illud de ſepulchro Rachelis *uſque in hodiernum diem,* exiſtimaſſe ab Eſdra fuiſſe addita, ſed illum manifeſti erroris convincit Samariticum exemplar, in quo totidem verbis hæc ipſa leguntur. Illud autem ab Eſdra fuiſſe interpolatum, nemo ſanæ mentis dixerit.

Ut tamen efficiat P. Simonius ab ipſo Moyſe non fuiſſe conſcriptos libros, qui ſub ejus leguntur nomine, dicit, non conſtare *utrum Moyſes ipſe eam quam ſub ejus nomine habemus hiſtoriam totam literis mandarit, vel ex parte à notariis illis qui res ætatis ſuæ conſcribebant, chartis excipi juſſerit;* & demum concludit, optime ſe demonſtraſſe, perinde eſſe utrum Moyſes ipſe, an vero à notariis ſit conſcriptus Pentateuchus. Verum libenter hic quæram, an ergo mentitus ſit Moyſes Deuteron. xxxi, cum ſe hæc ſcripſiſſe affirmat, & poſtquam ſcripſiſſet, tradidiſſe ſacerdotibus & Levitis conſervanda in arca fœderis? Valeant itaque iſti, quos P. Simonius fingit, notarii: valeant quoque omnes iſti commentitii ſcribæ & prophetæ interpolatores & inſeſſores ſacrorum librorum. Si tale quid licitum fuiſſet, quam ridiculus fuiſſet Joſephus primo contra Appio-

nem affirmans, jam à bis mille annis, qui à Moyſis temporibus ad ſuam uſque effluxerint ætatem, neminem tantæ temeritatis fuiſſe repertum, qui in libris Moyſis vel addere, vel demere vel quidquam auſus fuerit tranſponere. Et tamen ridet me P. Simonius velut hominem ad ſuperſtitionem uſque religioſum, meque delicatulum vocat, quod crudas iſtiuſmodi & à nemine digerendas non poſſim concoquere offas.

Poſt longam dein de ſacrorum librorum ſcriptoribus digreſſionem, ex Rabbinis & recentibus compilatam theologis, non valde bonam, neque quidquam facientem ad propoſitum, tandem in libris P. Simonius deſinit apocryphis; quos ideo vel ipſo atteſtante vocabulo ſic dictos eſſe affirmat, quod illorum auctores occulti ſint & incerti. Verum ſi hæc vocis hujus legitima ſit expoſitio, omnino oportet ut major pars librorum veteris teſtamenti ſint apocryphi, aut, ſi P. Simonium audiamus, omnes; utpote qui, neſcio an vel unum certo alicui relinquat auctori. Ego tamen libenter concedo omnes veteris teſtamenti & ipſos quoque Moyſis libros fuiſſe olim apocryphos, ſed non illo ſenſu, quo apocryphorum vox poſt tempora Aquilæ accipiebatur, ſed antiquo & legitimo ſignificatu, quo apocryphi iidem ſunt qui ſacri, & digni qui in armariis & arcis templi conſervarentur, unde & arcani dicti, uti apud Juvenalem,

Tradidit arcano quodcunque volumine Moſes.

Nec aliter inter ſe differunt arcanum & apocryphum, niſi quod iſtud ſit Græcum, alterum Latinum.

In fine caſtigationum poſtulat à me P. Simonius, ut deſinam illum allatrare. Verum amicus quidam monuit, ab iſtoc nugatore qui præfationem addidit, attextam fuiſſe hanc clauſulam. Libenter ſic credo, cum P. Simonius optime norit ſe primum in ſcenam contra me prodiiſſe. Sed &

cum

cum sibi conscius sit vitæ Petri Morini, quam scripsit; non ut puto illo quo desinit me signasset elogio; *In maledicam animam non introibit sapientia.* Ut cognoscat P. Simonius me non esse malignum, nec velle maledictis cum illo contendere, cum fausta apprecatione desinam, vicissim rogans, ut missis minutis cavillationibus, fortior & paratior in arenam descendat; id si fecerit, dabit quoque mihi meliora scribendi occasionem.

FINIS.

ERRATA præcipua sic corrigantur.

PAg.12.v.15. Ostiam, *p*.16. v.22. ipsæ urbis portæ, *p*.19.v. *penult*, summaq; ibi columnarum, *p*.22. v.5. addit mensuram, *p*.25. v.5. Januclensis, Ib.v.15. plurium. *p*.26. v.6. eorum neglectum & omissionem certissimum, *p*. 27. v.1. civium, *p*. 29. v.19. ἠλέγχθη, ἦν; *p*.31. v.25. crearit, Ib 32. numerarentur, *p*.35. v.33. muri. Omnino, *p*. 39. v. Lyci, *p*. 42. v.19, *& Carthagine, Dele*, *p* 45. v.6. fieri, *p*.49. v.4. ἐπέτρεψαν. Ib. v.16. Aricinum, Ib. v.18. tum temporis, *p*.50. v. 15. cavebant, *p*.51. v. 3. paulatim, Ib. v.19. plus, quam quartam, *p*.52. v.9. scribit, *p*.53. v.15. Hannonis, *p*. 54. v.12. sociatis viribus, *p*. 61. v. penult. *contratam*, *p*. 64.v. 24. *post* appendices, *pone asteriscum, multa enim hic omissa sunt*. *p*.64. v.33. quibusvis gentibus, *p*.69. v. 1. *dele inscriptionem & scribe majusculis literis* DE ARTIBUS ET SCIENTIIS SINARUM, *p*.70. v.5. quotve, *p*. 74. v.30. intra biennium, *p*.78. v.7. vectibus, *p*.79. v.21. Parci. *p*.88. v.23. Dyrracheno. Ib. v.29. *Post* incendium *adde*; Rectius chronicon meum vetus, quod igni sulphureo totum hoc adscribit, Ib. v.31. περιδεύων, *p*.89. v.1. Rectius Chronicon *&c. usque ad* adscribit, *repone eo quo diximus loco*, Ib. v.5. dicemus, Ib. v.9. Pogonato, *p*.91. v.2. ante quadringentos & triginta sex gessit annos, Ib. v.14. commentis, Ib. v.31. Cyrestidis, *p*.92. v.16. *d' enfer*, V. Seq. prodigiosam, *p*.93. v.8. Chalcondylas etiam mentionem, *p*.94. v.17. peritius, Ib. 17. audendum, *p*.95. v.15. & in lyra, *p*. 96. v.16. *dele ista verba*, ut vero cognoscamus *& post* Veterum *adde* autem, *p*.97. v.20. palmos majores, *p*.105. v.31. prodidere, *p*.113. v.8. τειχήρεσι, Ib. v.29. ἀπὸ τοίχου, *p*.121. v.8. καταπεπηγτόν, *p*.123. v. *ult*. novem, *p*.130. v.4. saburræ, *p*.131. v.19. undas secent, *p*.132. v. penult. earum, *p*.137. v.15. nullum, Ib. v. 22. crebris, 141. v.16. persequuntur, *p*. 143. v.8. Caralin, *p*.144. v.12. Cretæ, Ib. v. *ult*. *post* Græca adde, qua Italica conscriptos examinet lingua, quanto quis, *p*.145. v.16. unguem, *p*.148. v.4. Romano, *p*.151. v.30. Africum, *p*.152. v.4. collocarit, *p*.153. v.24. rectitudinem, v. seq. exigere, *p*.158. v. 10. inter meridianos, *p*. 162. v.18. conficiant, Ib. v.29. non fere minus quam, *p*. 164. v. 1. negari. *p*. 177. v.33. relictis fere, *p*. 179. v. 6. usque ad, *p*.191. v.22. longo, *p*.193. v.7. veluti quæ, Ib. v.10. nivibus, *p*.197. v.24. luce, Ib. v. 32. vanas, Ib. v. *ult*. possint, *p*.203. v.16. ipsa. *p*.209. v.10. potuisset, *p*. 219. v.17. inserta, *p*. 230. v.18. διηθύνουσα Ib. v.23. οἰκτρῷ, *p*. 234. v.16. ut pauca, *p*. 235. v. 3. χαλκός *p*.236. v.1. Pythagorici, *p*.237. v.15. πεποιημένοι, V. seq. φύσεως, *p*.239. v.9. menium. Ib, v.30. αἰῶνος, *p*.243. v. 25. videamus, *p*. 244. v.10. everlisque, Ib. v.23. διατερεύειν, *p*. 251. v.11. distribuerunt, Ib. v.24. Ultimum, *p*.252. v. 21. exprimitur, *p*.253. v. 7. πειωθῆναι, Ib. v.10. ἀνέγραψεν, Ib. v.16. de monte, *p*.255. v.13. σαρκοτόμη, *p*.256. v.27. πληθομένη, *p*.259. v.1. *Ægypti ali*, *p*.261. v.8. convincant, *p*.263. v. 2. *quam*, *p*. 267. v.15. & donum, Ib. v. 22. τελισκόμενον, *p*.270. v.3. נחב, Ib. v. seq. Nec hoc, Ib v.20. בנות יענה, *p*.271. v.2. κλαυθμυρίζειν, Ib. v.21. sacrarum, Ib. v.25. ut incautos circumveniant. Ib. habeant sibi, *p*.272. v.22. a multis, *p*.273. v.32. quos propria. *p*. 276. v.16. tueatur, *p*. 268. v.2. satis sic sentientibus, *p*.279. v.14. כ cum K, *p*.289. v.13. *l*. 11. Machab. *p*.294. v.8. nolitis, *p*.303. v.21. πολλὰ εἶναι, *p*.304. v.1. fœcundi, *p*.305. v.9. censum, Ib. v.10. Origenes, *p*.307. v.3. receptam, Ib. v.18. poterunt, Ib. v.26. eundem ac Atticus, *p*.313. v.18. cedere, Ib. v.26. τῶν Ο ἑρμηνείας, Ib. v.28. ταύτῃ, Ib. v.31. τῆς σωτῆρος, *p*.317. v.5. illos, Ib. v. *ult*. θινῶν, *p*.320. v.33. δειλινόν, *p*.321. v.27. cui jam antea, *p*.322. v.10, ἕλκει, *p*. 331. v.19. Non satis amat, *p*.333. v.22. summam, *p*.346. v.26. in vitis, *p*.347. v. *ult*. præditus, *p*.349. v.24. explicans. affirmat, *p*.351. v.21. Judæi in, Ib. v.28. λόγου, *p*. 352. v.20. διαπερώσεων, *p*.353. v.7. כדברים Ib. v.10. נרים Ib. a ־ם, Ib. v.17. in eruendo istorum, Ib. v.31. פלא יועץ אל. *p*.354. v.3. Gabaa, Ib. v.21. nonnulli, *p*.357. v.24. Nec, *p*.358. v.3. paulo, Ib. v.7. Sed nos, *p*.361. v.4. opprobrium, *p*.362. v.3. nullus, Ib. v.15. exercitati, ut in, *p*.363. v.25. cognoscat, Ib. v.30. τὰ ἄθικτα ἀρχεῖα, *p*.368. v.14. ergo, *p*.371. v. 22. Montaltus, *p*.377. v.5. & esse desiit, *p*.378. v.29. adscitum, *p*.379. v.25. Dixerat, *p*.383. v.14. ullos, *p*.384. v.13. scripsi, ad rem.

ISAACI VOSSII
OBSERVATIONUM
AD
POMP. MELAM
APPENDIX.

Accedit ejuſdem ad

Tertias *P. Simonii* Objectiones Reſponſio.

Subjungitur

Pauli Colomeſii ad *Henricum Juſtellum*
EPISTOLA.

Londini, Proſtant apud *Robertum Scott*,
Bibliopolam, MDCLXXXVI.

£

V. Bibl: Univ. 1686. T. 2. p. 400. 415.
Gronov. ad Lucian. T. 2. p. 921.

Isaacus Vossius

Jo. Georgio Grævio

Viro Doctissimo Salutem.

NOvam Pomponii Melæ editionem una cum novis Jacobi Gronovii annotatis traditam mihi ab illo, cui eam commiseras amico, non libenter tantúm, sed avide etiam evolvi. Quid de hoc sentiam scripto ut tibi significem proculdubio expectas. Paucis expediam, juvenis iste valde est iracundus, magnoque mihi in periculo versari videtur, ni medici aut venæ sectione, aut alio remedio effervescentis circa cor sanguinis compescant redundantiam. Verum de hoc viderint Æsculapii vestri, mihi enim nondum satis constat, num ex prava corporis constitutione, an vero ex animi vitio istæ quæ eum tenent & macerant proveniant intemperiæ. Tu cum à multis jam annis perspectam & exploratam ejus habeas indolem, optime de his judicabis. Nam quod ipse prætendit, non se potuisse nisi ægris & lacrymantibus oculis legere ea, quæ olim contra Salmasium scripsi, recente & cruda etiamnum memoria injuriæ & damni quod ab eo fueram perpessus; id nemini facile persuaserit, & certe cui tam futili de causa profluentes risum non excutiant lacrymæ? Si tanto affectus fervore magnum illum prosequatur virum, cur eum ab injustis, si ita existimat, non vindicat reprehensionibus? Ne semel quidem id facit, quin potius spretis & neglectis Salmasii lectionibus,

ſi non ſemper veris, doctis tamen & præclaris, ſuas obtrudere conatur ineptias, in quibus nec Græci nec Romani ſermonis conſtat ratio. Ipſe tamen utriuſque me linguæ hoſpitem eſſe cenſet, & ut me Græce neſcire evincat, locum producit Arriani, quem male à me intellectum fuiſſe affirmat. Verba Arriani hæc ſunt; περελθόντι δὲ ὅσον σαδίους τριάκοντα ὑπόπετρος ἡ γῆ ἐφαίνετο οἷα διακοπεῖσα. Iſta ſic reddidi, *Quumque ad ſtadia triginta progreſſus eſſet petroſa occurrit terra quamque interciſam fuiſſe comparebat.* Mirifice hic excandeſcit minime ſui potens juvenis & quærit; *Unde iſtud occurrit & comparebat? Etenim ſi* ἐφαίνετο *ad priora jungi debet, non niſi occurrit ſignificare poteſt: ſi ad poſteriora & notabit comparebat, unde petiit illud* occurrit? *Alterutrum certe eſt merum commentum cerebri Voſſiani*, &c. Æquum ſane eſt ut meo qualicunque contentus ſim cerebro, cum iſte juvenis, etiamſi nullum habeat, adeo tamen ſit contentus. Si quid enim haberet, utique vidiſſet eſſe, ellipſin participii, cujus integrum ſit, ὑπόπετρος οὖσα ἡ γῆ ἐφαίνετο οἷα διακοπεῖσα. Ad verbum id fuerit, *Progreſſo vero ad ſtadia triginta petroſa terra exiſtens apparebat veluti interciſa.* Verum nos eam quam dedimus præferendam cenſuimus verſionem. Quærit dein *an ſic interciſa fuerit ea foſſa, ut jam non amplius eſſet interciſa?* Ineptum quæſitum, quid enim clarius eo quod ſcribit Arrianus foſſam eam fuiſſe apertam; id enim ſi non ſit, an non ſtultum fuiſſet Alexandri de obſtruenda ea propoſitum? Poſt futilem dein exclamationem iterum quærit, quomodo appareret foſſam eam interciſam fuiſſe? Vel puer hoc intelligat: per triginta enim ſtadia, quod tellus eſſet paluſtris & cœnoſa, nulla poterant foſſionis ſupereſſe veſtigia, At vero ſaxeo occurrente ſolo, jam clare ut habet Arrianus interciſionis apparuere ſigna. Pergit; *atqui nunquam interciſa fuerat.* Quomodo foſſa, quomodo διῶρυξ ſine interciſione poteſt ſubſiſtere? Addit dein, *inepte me* ἀποστροφὴν *vertiſſe divortium, cum notet repreſſionem & continentiam Euphratis intra*

ripas

ripas & averſionem ab alveo in foſſam. Quis hæc intelligat aut quomodo hæc cohærent? Si ἀποστροφὴ hoc in loco ſignificet repreſſionem & continentiam Euphratis intra ripas, quomodo poteſt notare averſionem ab alveo in foſſam, cum iſtæc maniſeſte ſibi invicem ſint contraria? Sed & unde habet ἀποστροφὴν notare repreſſionem ſeu continentiam intra ripas, ipſa vocis reclamante natura? Quod ſi alteram quam ponit admittat expoſitionem, habemus divortium, habemus quod volumus, & ipſe in perniciem ſuam proprio miſer ſe oblinit viſco. Fruſtra ad Salmaſium provocat cum ſcribit divortia, diverticula ſeu divergia fluminum à Ptolemæo vocari ἐκτροπάς, & recte quidem, cum ἀποστροφαὶ & ἐκτροπαὶ ſubſiſtere nequeant, niſi à recto curſu detorqueantur flumina, ſive illa ſimplici decurrant alveo, ſive dividantur & partem aquarum in alium transferant alveum. Pergit tamen nugari & ſic argumentatur; *Si firmiter obſtrueretur oſtium, qua in Pallacopam exit Euphrates, etſi quoque illa pars, quam interciſam fuiſſe comparebat, denuo conjungeretur, quo igitur iturus erat Euphrates? Quo illud divortium fluminis ducetur, ſi nullum ex duabus ripæ aperturis pateret?* Multa quidem hic ſunt verba, ſed multo plures ineptiæ, nec Arrianum imtelligit & ipſe quid ſcribit neſcit. Ut reliqua taceam, unde demum colligit duas iſtas obſtructiones, cum de uno tantum Pallacopæ Arrianus loquatur oſtio, quod obſtruatur, ecquis dubitat, quin ſolo nativo contentus Euphrates fluat alveo? Ignorat quid ſit ξυναφὴς; & quidquid non intelligit monſtroſum putat. Adeóne quis in lingua Græca hoſpes ſit, ut Græcum eſſe neget id quod in verſione poſuimus, εἰ ξυναφὴς γένοιτο, τῇ πάλαι διώρυγι τῇ κατὰ τὴν Παλλακόπαν οὔτ᾽ ἂν διαχεῖσθαι παρέχειν τὸ ὕδωρ ὑπὸ στερρότητος τῆς γῆς, τήν τε ἀποστροφὴν αὐτοῦ τῇ τεταγμένῃ ὥρᾳ μὴ χαλεπῶς γίγνεσθαι. De ea nempe ſaxea & interciſa terra dicit, ſi ut olim, ita quoque nunc ſaxeo aggere conjungatur & continua fiat, non amplius in antiquam Pallacopæ foſſam propter ſoliditatem lapidei operis aquas

ſuas tranſmiſſurum Euphratem, nec Alexandro difficile fore quandocunque vellet Euphratem ad priſtinum & naturalem revocare alveum. Illa tamen tam clara & manifeſta non capit iſte juvenis, cui ſtulta iracundia non rectos tantum, ſed & omnes prorſus excuſſit ſenſus. Pergit tamen ineptire & negat foſſam hanc Arabas habere auctores, & ex Arriano perſpicue conſtare ab Aſſyriis eam fuiſſe factam, ut ab inundationibus Euphratis terras ſuas liberarent. Itaque Alexandrum renovaturum eam foſſam, non Arabibus, ſed Aſſyriis voluiſſe gratificari, idque diſerte teſtare Arrianum. Facile aliquis hinc colligat iſtum infelicis judicii juvenem quantumvis antiquos legat ſcriptores, illos tamen non intelligere. Errorum texit Odyſſeam, cum ne vel unum quidem eorum, quæ hic affirmat, apud Arrianum reperiatur, quin potius omnia habeat contraria. Manifeſte & pluribus verbis docet is, niſi obſtruatur alveus Pallacopæ, qui totus fluit in ditione Arabum, fore ut univerſum exhauriat & abſorbeat Euphratem, adeo ut nihil aquæ ſuperſit, qua Aſſyriorum irrigentur terræ. Nihil ille de nimia Euphratis in campos Aſſyrios exundatione, cum majorem inundationem major ubertas & rerum conſequatur copia. Nuſquam Aſſyrios foſſæ hujus auctores facit, ſed illos ipſos laborantes inducit in obturando foſſæ hujus oſtio. Nuſquam etiam apud illum de reparanda, ſed obſtruenda hac foſſa cogitantem invenias Alexandrum. Quod ſi non contentus Arriano alium quoque poſtulet teſtem, audiat Appianum, ſecundo Civil. Bellorum, hæc eadem narrantem; Ἐσελθὼν γε μὴν καὶ πλέων κατὰ τὸν Εὐφράτην ἐπὶ τὸν ποταμὸν Παλλακότταν, ὃς τὸν Εὐφράτην ὑπολαμβάνων ἐς ἕλη καὶ λίμνας ἐκφέρει καὶ κωλύει τὴν Ἀσσυρίδα γῆν ἄρδην ἐπιπλέειν· ἐπινοοῦντα δὲ τοῦτον διατειχίσαι τὸν ποταμὸν, καὶ ἐπὶ τοῦτον ἐκπλέοντα, &c. *Navigans per Euphratem ad Pallacottam fluvium, qui Euphratem excipiens in paludes & ſtagna abducit, & impedit quominus* Euphrates *Aſſyriam terram penitus inundet. Illum fluvium* [Pallacottam nempe] *cum*

muro

muro interjecto in animo haberet obstruere. &c. Quem Pallacopam Arrianus, eum Pallacottam vocat Appianus, & sic fere vetera Plinii exemplaria. Clarum est itaque ab Arabibus & Chaldæis, qui & ipsi fuere Arabes, ductam fuisse antiquam hanc Pallacopæ seu Pallacottæ fossam, quæ totam Babyloniam ejusque portionem Chaldæam ad sinum pene usque Persicum irrigabat. Quod siquis miretur quomodo in detrimentum terrarum trans Euphratem reges Assyriorum fossam istam fieri permiserint, habeat is pro responso tredecim primos Assyriorum reges omnes Chaldæos fuisse vel Arabas, ut ex Beroso testatur Africanus, & ex illo Syncellus. Atque hæc de loco Arriani dicta sufficiant. Ut vero cognoscas, mi Grævi, feliciórne in cæteris iste sit juvenis, excutiamus ea & videamus ecquid in recessu contineant.

AD PROOEMIUM.

E*T quod sine ope ingenii orantis at ipsa sui contemplatione.*] Monui antitheton *at* expungendum esse, utpote quod sensum turbet & manifeste additum sit ab iis, qui cum *si non* pro *sine* in vitiosis scriptum invenissent exemplaribus, imperfectam esse crederent orationem, si abesset antitheton. Anonymus juvenis meam hic admiratur audaciam: ego vero magnam ejus miror impudentiam. Pro *at* ipse *ac* legendum esse affirmat & sic confectam sese rem habere existimat. Nempe ut ostendat solemne esse Pomponio sic balbutire complura profert exempla, quorum ne unum quidem succedit. Nam quod attinet locum de Colubraria ad finem lib. II. in eo omnino fallitur, neque enim est Latinum *Colubria sine pernicie & rata est.* Libri veteres non consentiunt. In Vaticano sic legitur, *tamen ingressis eam intra id spatium, quod Ebusitana humo circum* (at. *septum.*) *signaverunt, sine pernicie & rara est.* In illo cui multum tribuimus, *sine pernicie tarra est.*

Vinetus

Vinetus è suis libris edidit, *sine pernicie terra est*. In Arundelliano est lacuna, abestque ab eo vox penultima, uti fere fieri solet quandocunque non usitatæ & non intellectæ occurrunt voces. Scripserat nempe Mela *sine pernicie & terre est*. *Terre* pro *terrore* ut alibi monuimus, habetque & activam & passivam significationem. Fallitur quoque cum adducit hæc verba; *Araxes ingenti cum murmure sonansque devolvitur*. Plus est enim sonus quam murmur, quod quantumvis magnum sit, obscurum tamen & compressum minimeque apertum efficit sonitum. Nihilo melius est quod sequitur de Ægyptiis, *Cibos palam & extra sua tecta capiunt*. Etiam qui apertis foribus in ipso accumbunt vestibulo, palam cibos possunt capere. At vero longe apertius cœnant & prandent, qui mensas in viis instruunt publicis, uti faciebant Ægyptii. Ultimum quod adducit exemplum, nec hoc quidquam ad rem facit; *Terret ingredientes sonitu cymbalorum divinitus & magno fragore crepitantium*. Quis enim neget plus esse fragorem quam sonitum. Recte itaque dicit non redundare in his locis copulam, sed quod addit explicationis gratia accedere prioribus, quod nimis absolute dicta videantur, id quid sibi velit nemo facile dixerit. In tribus enim quæ præcessere locis, non explicationis, aut coercendi sermonis ergo posteriora accedunt verba; sed ut incrementum habeat oratio. Ut itaque vitetur vitiosus & sententiam turbans pleonasmus, aut admittenda est ea quam dedimus lectio, aut retinenda librorum scriptura, quam non mutasset juvenis iste, scribendo *ac* pro *at*, si judicio valeret. *At* enim sæpe accipitur pro *saltem*, *at saltem*.

AD CAP. I.

H*Ujus medio terra sublimis*] Sic Vaticanus & meliores libri, ipsaque sic legi debere exigit ratio. Postquam mundi cœlique & partium ejus mentionem fecit, addit, *hujus*

hujus ſcilicet mundi cœlique medium occupari à tellure. Novus tamen iſte interpres putat Melam ſcripſiſſe *horum* vel *harum medio*, nempe partium. Verum putida eſt hæc conjectura & nullius ſignificationis. Ipſe tamen pertendit Græcos ſic loqui, cum dicunt γῆν εἶναι ἐν μέσῳ οὐρανῷ. Sed hoc rectum eſſe etiam pueri intelligunt. Debuiſſet aliquem oſtendere qui ſcripſiſſet γῆν εἶναι ἐν μέσῳ μερῶν οὐρανοῦ, quomodo nemo ſanæ mentis unquam locutus eſt; cum ſiquid ſit in medio partium univerſi, deſinat eſſe in medio univerſi.

Ingens iterum & magno ſe extendit ambitu] Quod in Vaticano & in aliis libris legitur *magno paludi*, ſatis id arguit vitium ſubeſſe. In quibuſdam correctum *Magnæ paludi.* Sed veram lectionem dedit Aldus, de qua non dubitaſſet Pintianus, ſi complura vetuſta quæ conſuluimus vidiſſet exemplaria, & præ cæteris optimæ notæ Arundellianum, in quibus ea quam dedimus ſine ulla litura occurrit lectio. Ferociter hic inſurgit bilioſus juvenis, falſam eſſe pertendit hanc ſcripturam, negat ex ſententia Melæ Latinum eſſe *extendere ſe magno ambitu*; extendere enim nunquam ab eo poni, niſi de rectis litoribus, non incurvis aut *ambitum facientibus.* Novem profert loca in quibus *extendi* nunquam de quodam ambitu ſumatur. Sed compeſcat ſtomachum bonus juvenis. Si diſcutiat veternum, ſentiet ex omnibus quæ adducit ne unum quidem eſſe qui pro ipſo faciant locis. Quomodo enim litora ſeu oræ in orbem poſſunt extendi, & tamen rectam conſtituere lineam? Ecqua poſſit peninſula fingi quæ ambitum non habeat, quemadmodum illa in cujus iſthmo Teos & Clazomenæ, quam dicit *anguſtis cervicibus reliqua extendere?* De Peloponneſo, quam folio platani ſimillimam facit, ſic ſcribit, *ingens tamen iterum, & quaſi peninſula extenditur.* Expediat bonus juvenis quomodo linea, quæ totum pene abſolvit circulum, recta eſſe poſſit. Denique ſi unica vox ſuffeciſſet, non toties addidiſſet, *recto* vel *directo limite, recto margine.*

In

In tres partes universum dividitur] Cum in hac lectione conspirent Vaticanus & plerique mei libri, quærit tamen bonus juvenis, quid illud *universum*? Ecquis dubitet, quin illud accipi debeat de universo terrarum, & toto veteribus cognito orbe, quem à mari interno, Tanai & Nilo in tres partes dividi & secari omnis fere credidit antiquitas? Iste tamen juvenis quod in vitiosis exemplaribus repererit *universa*, affirmat hanc esse verissimam Pomponii manum, *subintelligi enim Zonam quæ cognita est, & cujus situm dicendum sibi proposuit, quod & facit.* Quænam est ea Zona quæ ab austro in septentrionem procurrit? Veteres plerique crediderunt ducta linea à summo Tanai ad ultima Nili omnes zonas secari. Mirum sane eum qui vult videri aliquid in Geographicis profecisse, nescire quid sit Zona.

AD CAP. II.

QUod in libris quibusdam aliquando *Europe*, alias *Europa* legatur, ea monere non fuit nostri otii. Multa similia neglexímus qualia sunt *Deum* pro *deorum*, *arctat* pro *coarctat*, & alia id genus, iis ea relinquentes, qui meliora quæ agant non inveniunt.

Ad Hellespontium fretum] Cum in optimo libro invenerimus Hellespontum, quomodo etiam in suo reperit Ciacconius, unde ipse faciebat *ad Hellesponti fretum*; nos eam quam dedimus prætulimus lectionem. Sic Catullo *Hellespontia ora*. Quod autem musteus interpres, pertendit hac ratione pauli post *Pontium* dicendum fuisse, minime id succedit, cum compositorum & simplicium non eadem semper sit ratio. Sic Hellespontiacus passim occurrit, non autem Pontiacus.

Ipsam gremio ad Tanain usque complexa] Et hic quoque miror infelix judicium nuperi editoris, qui relicta lectione clara, manifesta & optimorum librorum autoritate confirmata, aliam profert ex vitioso codice, quæ neque Latina est,

neque

neque explicabilis. Quid enim ſibi vult *ipſa gremio compreſſa?* Siquis ineptias amet, legat inficetam quam addit expoſitionem. Tantum abeſt ut Aſia ad excipiendam Mæotin gremium comprimat, ut potius longe lateque expandat ſinum quo tam vaſtam admittat paludem. Exempla quæ addit nihil ad rem faciunt, recte enim dicitur dare gremium ad aliquid excipiendum, non autem comprimere.

Indi & Scythæ ultima] A libro meo membraneo abſunt utrobique Scythæ, in aliis poſteriore hoc non comparent, cum tamen neutro poſſint abeſſe loco. Novitius caſtigator rem feliciter ſe componere exiſtimat reſcribendo *illi* pro *Indi*. Sed profecto nollet ſic ſcripſiſſe Pomponius, & ſane multo frequentius in omittendis, quam in permutandis hac ratione librarii peccant vocibus, Si pronomen *illi* ad unam tantum referendum fuiſſet gentem, jam aliquanto melius conveniſſet cum eo quod ſequitur *ambo*. Quod autem dicit nimiam hic fieri repetitionem, in eo fugit illum ratio, cum non poſſit eſſe nimium, id quod ſit neceſſarium. Seras quoque ſi malit, quam Seres, per me licet, cum in proſa oratione pili non interſit, utrum Græco, an vero Latino utamur accuſativo.

Niſi quoad æſtus inhabitabilem efficiunt] Non eſt ut fidem meam parum verecundus juvenis habeat ſuſpectam. Non in Vaticano tantum, ſed & in tribus meis membranaceis etiam integris literis legitur *quod*, non *qua*, quemadmodum in aliis ſcriptum occurrit libris. Credibile eſt eo id factum, quod non intellecta, ideoque expuncta fuerit ultima ſyllaba in *quaad*, quomodo etiam veteres locutos fuiſſe pro quoad, ſive quouſque, certo ſcimus ex vetuſtioribus libris, in quibus iſta ſæpe comparet ſcriptura. Quod vero alia etiam in loca hanc intrudat particulam, in iis nihilo felicius ejus ſuccedunt conatus. Ecquid enim planius eo quod de Cyrenicis ſcribit Pomponius, eos cum ſolum habeant opimum, abſtinere, quoad fieri poſſit, ab alendis lanigeris gregibus,

C quibus

quibus etiam ſterilia & deſerta ſufficiunt loca? At vero ſi pro *quoad* legas *qua* & interpreteris *ubi*, omnia frigeſcunt, & fruſtra quæres quare dixerit *ubi poteſt*, de eo quod ubique fieri poteſt. Æque intempeſtiva eſt medicina quam huic adhibet loco; *Tyros aliquando inſula nunc annexa terris deficit, qua ab impugnante quondam Alexandro jacta opera.* Ac ſi Tyrus non in ſuo loco, ſed in aggere, ubi nunquam fuit, potuiſſet deficere, ſiquid bonæ mentis haberet & ſciret libris ſcriptis uti, compendiarium iſtam ſcripturam interpretatus fuiſſet non *qua*, ſed *quo*, id eſt *ex quo* uti paſſim. Adeo tamen placent bono huic juveni abſurdæ iſtiuſmodi phraſes, ut & initio capitis de Macedonia, non dubitet verba Pomponii ſic reformare; *Tum Macedonum populi, qua urbes habitant.* Cum optima, certiſſima & Plinii & M. Capellæ auctoritate ſuffulta ſit Pintiani lectio, quam ſtultum eſt Melam ita loquentem inducere, ut dicat, ubicunque in Macedonia ſunt urbes, ibi quoque eſſe Macedonas. Tuto ſane à Mela iſtiuſmodi abeſſe poſſint elegantiæ.

Indis proxima eſt Ariane, deinde Aria] Ut in aliis paſſim, ita quoque hoc ex loco ſatis colligi poteſt, quam parum firmo judicio, quamque parum in Geographicis inſtructus bonus iſte in arenam deſcendat juvenis. Quærit unde conſtet Melam ſecutum fuiſſe illos, qui poſt Alexandrum floruere ſcriptores, unde ſuam hauriret Arianam? Verum ſi non ex illis. unde demum terrarum Orientis potuit cognoſcere ſitum, cum certum ſit ante Alexandri victorias Græcis pleriſque ignotas fuiſſe Aſiæ profundioris partes? Non potuiſſe vero Melam prætermittere Arianam id ſic conficio. Aria & Drangiana abſunt quam longiſſime ab Indis, interſunt quippe duæ magnæ provinciæ Arachoſia & Paropaniſus, quarum nullam Mela facit mentionem, præſertim ſi non admittamus ut ex Rophanes fiant Paropaniſii. Montis quidem Paropaniſi meminit, ſed non regionis. Quæro jam ſi non Arianes, quo ergo nomine vaſtum

vastum istum signarit tractum, Arachosiam nempe & Paropanisum, non minus spatium occupantes, quam Gallia Hispaniaque simul junctæ? Quod autem putat libros veteres in eo conspirare ut habeant *Ariadne*, in eo fallitur, in pluribus quippe meis scribitur *Ariacne*, in Vaticano omnium antiquissimo *Ariatne*. Errat quoque cum Hermolaum Barbarum primum fuisse contendit, qui eam quam dedimus introduxerit lectionem. In editione enim principe quæ prodiit Mediolani anno 1472, planissime legitur *Ariane*. Iste tamen juvenis neglecta tam clara & manifesta lectione, dicit se non dubitare quin legendum sit *Arbiane*. Sic dictam fuisse affirmat regionem ab Arbiis populo, ut loquitur, notissimo & ripis Indi finitimo. Sed profecto qui Arbianes meminerit inveneris neminem. Est quidem Arbis seu Arabis Gedrosorum oppidum situm ad Arabim fluvium, cujus incolæ & accolæ ab Arriano, Ptolemæo, Marciano Heracleota & pluribus aliis Arabitæ dicuntur, à Dionysio Aribes, à Strabone Arbies, unde licet Arbiane possit formari, nusquam tamen illa comparet. Adeone vero ineptus fuit Mela ut scripserit Indis proximos esse Arabitas, deinde vero Gedrosos, cum in Gedrosis sint Arabitæ, & quidem in ea Gedrosiæ parte quæ quam longissime ab Indis recedit? Quis præterea ferat scriptorem ita futiliter loquentem, ut tribus maximis universi orbis gentibus Scythis, Seribus & Indis, sine mora mox subjungat popellum unius oppidi habitatorem, & qui vel ad solum armorum strepitum totus ad solitudinem, ut Arrianus docet, confugerit? At vero si vulgatam sequamur lectionem, pro qua etiam vetera stant exemplaria, cessant omnes istæ difficultates, cum ætate Melæ, quamvis Aria, Drangiane, Carmania & pars Gedrosiæ sub Parthorum essent ditione, ideoque minus late pateret Arianes nomen, totum tamen etiamnum id comprehenderet, quod à Paropaniso monte usque ad Oceanum Indo adjacet flumini. Itaque Dionysius Alexandrinus Arianorum nomine comprehendi scribit

Paropanisios, Arachotas, Chatraidas, Oritas & Arabitas.

Bactri & Sugdiani] In Vaticano & pluribus libris copula ponitur ante *Bactri*, sed vero in aliis sequitur *Bactri & Subsiani*. Sic Vineti editio, sic quoque in suis libris reperisse se affirmat Ciacconius; quamvis ipse redundare hoc in loco istam existimet particulam, quæ tamen recte se habet. Ut passim ab aliis, ita quoque à Mela uterque populus conjungitur, quod in Bactrianorum ditione essent Sogdiani, utpote qui ab illis fuerint subjugati, quemadmodum constat ex Strabone & aliis. Eadem est ratio quamobrem Parion & Priapos conjungantur, cum Priapeni obnoxii fuerint Parianis, ut idem docet Strabo. In eo quem postea adducit loco, secuti sumus fidem librorum veterum, quamvis pili non intersit, utrum hanc an istam sequamur lectionem. De Simlero opus non fuit monere si Scottus monuerit.

Mantiani, Tibarani] Parum profecto acutus est iste juvenis, qui negat ex Herodoto constare Matianos vicinos fuisse Tibarenis, cum adeo clara ejus sint verba, ubi eos ad dextram Halyos fluminis collocat. Putat nempe Tibarenos longe adeo ab hoc flumine abfuisse, ut non potuerint Matianis esse vicini. Verum errat quam maxime. Non tantum ubi erant Mosschi, Macrones & Mossynœci fuerunt Tibareni, sed & adeo vastum in Mediterraneis terrarum possidebant tractum, ut non solum ad Halyn, sed & longe ulterius ad Cytorum usque eorum extenderetur ditio, siquidem Cytorum Tibarenorum fuisse urbem testatur Xenophon. Frustra quærit quare Tibarani istoc vocentur loco, qui infra Tibareni, cum utrunque rectum sit. Sic Matieni & Matiani, Arieni & Ariani, & infinita similia promiscue ponuntur. Sic quoque Strabo cum alibi Tibarenos vocet, lib. 2. Tibaranicas gentes nominat populos Ponticos terras Tibarenorum occupantes. Cum vero scribit Amardos non esse notioris nominis, quam sint Tibareni; facile

facile exin colligi poteſt, illum non intellexiſſe Melam,cujus tamen admodum clara ſunt verba. Poſtquam enim in recenſendis gentibus à Mari Caſpio uſque ad Bithyniam, de qua poſtea agit, poſuit nomina vetuſta, ſed magna ex parte obſoleta, eundem tractum & eaſdem terras iterum perſtringens addit *& notiora jam nomina,* illa nempe quæ ſequuntur, quæque ſua ætate magis eſſent nota & uſitata, non autem illa, quæ in vetuſtioribus Græcorum exſtarent monumentis,qualia fere ſunt iſta quæ præceſſerunt. Cum vero in omnibus libris manifeſte appareant Tibarani, quam futile eſt fingere novam gentem Ibaranos, qui nuſquam terrarum unquam exſtiterunt, aut etiam Obarenos, non Romanis maribus, ſed Caſpio vicinos, idque nulla alia de cauſa, quam quod nullos niſi in Media norit Mantianos. Quod pro Medis repoſuerim Amardos, feci id auctoritate librorum. Cum alii, tum quoque optimus ſic habet Arundellianus codex. Mardos & Amardos eoſdem eſſe monet Strabo. Quam magna & bellicoſa fuerit hæc natio, conſtat non modo ex iis qui res Alexandri tradidere, ſed & ex multis aliis. Illorum præcipue ope ad regnum provectus eſt Arſaces. Poſtea tamen rebelles, non niſi magno labore à Phraate fuere ſubacti & in unum locum concluſi. Ex *Murrani* vel *Mirorani,* quod fecerim *Maryandini,* de eo judicent periti. Ferociter tamen in Melam inſurgit bonus juvenis ſi ſic ſcripſerit. Verum ex iis quæ habet, aliud nihil colligas, niſi quod Melam non intelligat & neſciat quid ſcribat. Cum negat Gallogræcos in ullis manu exaratis comparere libris, & tum quoque fallitur. In optimo meo codice integris literis extant. In altero & ipſo membranaceo adparet lacuna ante *Græci.* Iſte tamen juvenis mira facilitate Græcos mutat in Pterios, idque ex notiſſimo ut ipſe loquitur Herodoti loco, ubi ignoti iſtius Sinopenſium oppiduli fecit mentionem, ut ſignaret locum ubi inter Cyrum & Crœſum commiſſum fuit prælium, aliter enim ne meminiſſet quidem. Iſtos tamen Pterios funditus à Crœſo everſos, ſexcentis & pluribus

pluribus annis poſtquam eſſe deſierunt, denuo ab inferis revocat, ut nempe horum umbræ ejectis Gallogræcis, vaſtas illorum impleant terras.

Ripis Nili amnis & mari proxima iidem Ægyptii poſſident] Quamvis ripæ dicantur totum illud quod inundatione ſua flumina occupant ſpatium, proprie tamen Ulpianus cenſet, ripas dici id quod flumen continet naturalem rigorem curſus ſui tenens. Si latius ſe explicent aquæ, jam flumina ripas ſuas excedere dicuntur. Clarum itaque quod hic ſcribit Mela, Ægyptios poſſidere ea, quæ ſunt proxima ripis Nili, ut oſtendat quam arcti ſint Ægypti limites, qui vix latius patent, quam latiſſima Nili pateat exundatio. Si ſcripſiſſet *ripas*, non totum dixiſſet, ſunt enim multæ Ægyptiorum urbes quæ ſunt extra ripas, quaſque vel nunquam, vel certe quam rariſſime Nilus attingat. Itaque illas non ἐπὶ ποταμοῦ, ſed ἀναμέσους fuiſſe affirmat Herodotus, veluti medias inter ſiccam & riguam tellurem. Iſte tamen juvenis ut oſtendat mendoſum eſſe hunc locum, affert verba Pomponii de Sauromatis dextram Tanaidis ripam accolentibus, cum alteram teneant Scythæ Aſiatici, *Ripas ejus Sauromatæ & ripis hærentia poſſident.* His verbis ſubjicit; *Ripis hærentia & ripis proxima ſunt eadem. Id de Ægyptiis dici nequit, quorum omnino medius eſt Nilus.* Nempe quia Tanais hinc à Scythis Aſiaticis, inde à Sauromatis Europæis accollitur, ideo poteſt ripas habere & ripis proxima. Nilus autem quia utraſque ejus ripas tenent Ægyptii, ideo non poteſt habere ripas & ripis proxima. Quis hæc intelligat?

Omnes uno nomine Pontici dicuntur] A libris ſcriptis abeſt ultima vox, non male, cum utrunque rectum ſit. Sed addi debuerat in iiſdem libris ſic legi; *Uno omnes nomine Pontici*, quod concinnius.

AD

AD CAP. III.

E*Xtra fretum ad occidentem inæqualis admodum, præcipue media. Qua procurrit ad ſeptentrionem, niſi ubi ſemel iterumque grandi receſſu abducitur, pene ut directo limite extenta eſt*] Hæc eſt vera lectio & diſtinctio. Dicit Europæ oram extra fretum valde eſſe inæqualem, præſertim in medio, propter vaſtum illum Sinum qui promuntorium Artabrum & Oſiſmios intercedit. Sequentem tractum qui ad ſeptentrionem procurrit, pene rectum eſſe credebat, quemadmodum etiam multi è veteribus ſenſere. Et hæc quoque, quia non intellexit, pervertere conatur juvenis, & tractum iſtum, qui ab Oſiſmiis demum incipit, à Garumna incipiendum eſſe ſcribit. Expuncta præterea vocula *qua*, quæ in melioribus extat libris, verbum *procurrit* ad præcedentia refert, ubi non redundat modo, ſed & improprium eſt; cum in ſequentibus non impleat tantum, ſed & perficiat ſententiam.

Gentium prima eſt Scythia, alia quam dicta eſt, à Tanai in media fere Pontici lateris, hinc in Ægei partem pertinens Thracia] Sic diſtinguit juvenis inconſultus, & me quoque ſic voluiſſe exiſtimat. Sed ſui ſimilibus & omni prorſus judicio deſtitutis hæc perſuadeat. Dicit quod τὸ *pertinens* dependet à verbo præcedente *eſt*. Miſerum hominem qui non videt quam multa hinc conſequantur abſurda! Adeone quis puer, ut neſciat, qnemadmodum paſſim, ita quoque hic *pertinens* poni, pro *quæ pertinet*.

AD CAP. IV.

S*Ine tectis paſſim ac ſedibus vagi*] Si manum Melæ attendas, inquit juvenis, rectius abeſſet τὸ *ſedibus*. Sic nempe dicit illum loqui cap. hujus libri viii. *Paſſim ac ſine lege diſperſi*. Et ibidem; *confuſo parentum coitu paſſim*

incertique.

incertique. Scire velim quid iſtæc loca ad rem faciant, aut quomodo ex iis effici poſſit, ut τὸ *ſedibus* redundet? Si putat tecta & ſedes idem notare, fallitur, cum ſedes accipiantur pro fixa habitatione. Ita multi Indi, licet tectis careant, ſtatas tamen habent ſedes. Scythæ vero hamaxobii, licet tectis non careant, ſtatas tamen non habent ſedes. Quod monet in libro ſcripto ſe reperiſſe *ſine tectis, ſedibus ac paſſim vagi,* id quidem credo, ſed in Vaticano & melioribus libris concinnius hæc ſic concipiuntur; *ſine tecto ac ſedibus paſſim vagi.*

AD CAP. VI.

D*Einde munimentum commune regiæ gentis. Vltra Icoſium*] Tranſpoſitis duabus vocibus monui ſic recurandam eſſe hunc locum, & quibus vel aliquid ſit judicii, libenter ut puto iſtam admittent medicinam. Mirifice hic excandeſcit feroculus juvenis, & lectionem *ab omnibus confirmatam MSS. ita fervide contemnere meram vocat impotentiam.* Quid ſibi hoc in loco velit impotentia equidem neſcio, hoc ſcio iſtum juvenem minime ſui eſſe potentem & egere pædagogo. In libris ſcriptis quibuſdam vox *ultra* legitur poſt *monimentum,* quod quamvis leve poſſit videri, ſufficit tamen ut cognoſcamus, in ordine verborum non ſibi conſtare vetera exemplaria. Sed ut videamus quam fortiter ratiocinetur, excutiamus ſingula argumenta. Quærit cur hanc notabilem deſcriptionem non adjunxit capiti præcedenti & ipſi mentioni amnis Muluchæ? Atqui hujus rei cauſam dedimus manifeſtam. Poſtquam ſummatim perſtrinxit oram Tingitanæ provinciæ à freto ad Mulucham amnem, aggreditur Numidiam, incipiens à medio ejus, nempe à Cæſarea, & contrario jam ordine ab ortu in occaſum procedens recenſet omnia loca intermedia, donec ad eundem à quo digreſſus fuerat revertatur terminum, Mulucham ſcilicet amnem, aliis quidem verbis ſed idem ſignificantibus illum deſignans. Pergit deinde,

Mulucham

Mulucham non magis esse munimentum Numidiæ quam Mauritaniæ. Ecquis dubitet, cum non Mela tantum, sed & plerique alii id ipsum confirment? Sed quorsum hæc, aut quomodo cum sequentibus cohærent, cum dicit, *non esse eruditi Latini munimentum regiæ gentis, pro munimento regnorum.* Nescit profecto quid scribat. Si dixisset, non esse Romani moris sic loqui, aliquid dixisset. Notum nullos pro regibus agnitos fuisse, nisi quos populus Romanus reges appellavisset. Itaque post mortem Jubæ desierunt Numidia & Mauritania regna vocari, ideo scribit Mela hunc amnem nunc gentium, olim regnorum quoque fuisse terminum. Si simpliciter dixisset Mulucham esse terminum regnorum, non recte locutus fuisset, siquidem cum ista scriberet Mela, nulla amplius in hoc tractu erant regna. Quod attinet locum Curtii, ubi Tigrim & Euphratem vocat munimentum regni Persici, in eo omnia bene se habent, cum & Græci & Romani Persarum & Parthorum semper agnoverint reges. At vero in Mauritania & Numidia post mortem Jubæ, cessaverunt omnia regia & regalia, non servi, non equites & exercitus regii, non domus & familiæ & ne urbes quidem ullæ fuere regiæ, omnia facta fuere Cæsariana. Clare Plinius lib. v. cap. 11. postquam recensuit Sigam urbem Siphacis regiam addit; *Namque diu regum nomina obtinuere, ut bogudiana appellaretur extima, itemque Bocchi quæ nunc Cæsariensis.* Minime vero opus ad Scythas peregrinari, ut habeamus regiam gentem, cum ipse seipsum satis interpretetur Mela. Regia gens sunt ipsi reges, οἱ περὶ τοὺς βασιλέας. Idem itaque dicit quod prius, & ut solet ad priorem, à quo digressus fuerat, revertitur terminum, quem si non iterum signasset, utique vitiosa ejus fuisset oratio. Iste tamen juvenis regiam gentem hic interpretatur familiam regum Numidarum, & commune monumentum affirmat fuisse commune istorum regum sepulchrum. Hæc vero ut adstruat, primo adfert Erythræ regis monumentum, cujus Mela mentionem facit

in ſinu Perſico. Verum ex eo nihil aliud quod ad rem faciat poteſt effici, niſi id tantum, etiam reges olim humari ſolitos, quod ſane libenter credimus. Debuiſſet oſtendere, cum regibus ſingulis ſingula olim conſtruerentur Mauſolea, qui fieri potuerit ut omnes Numidarum & Maurorum reges uno communi contenti fuerint ſepulchro, & quomodo qui in vita tantis inter ſe flagrarint odiis, paſſi ſint cineres ſuos poſt fata cum inimicorum miſceri cineribus. Cum nihil horum probet, pergit tamen in deſcriptione imaginarii ſepulchri, & rebus non exiſtentibus tribuit qualitates. Affirmat enim locum hunc ſecretum fuiſſe & immunitum, ac habuiſſe Numidicas inſcriptiones tale quid ſignificantes, ac ſint ea quæ poſuit Mela. Sine hæſitatione itaque dicit ſe ſtatuere, idem in hoc communi omnium regum Numidarum ſepulchro facere Melam, quod fecit in deſcribendo Arati poetæ monumento. Quemadmodum enim iſtoc loco refert, ſitum id fuiſſe in parvo tumulo: ita quoque hic deſcribens tot regum ſepulcrum; non addere ubinam ſitum fuerit iſtud monumentum. Siquis quærat quo pacto hæc ſimilitudo ſubſiſtat, promte & acute reſpondet, Melam quidem facere mentionem Aratei ſepulcri in parvo tumulo ſiti juxta Solos, non tamen addidiſſe, quod nam iſtius parvi tumuli fuerit nomen, quod tantundem eſt ac ſi nullam feciſſet mentionem. Demum concludit iſtud tot regum monumentum fuiſſe in litore, quia in litore etiam circa Trojam multorum heroum fuere ſepulcra, & ipſum quoque Cadmi & Harmoniæ monimentum præterpropter fuiſſe in litore, utpote non multis paraſangis ab eo remotum. Sed ſinguli iſti heroes, ſingula etiam obtinuere templa ſeu heroa: ut vero monumentum habeamus quo omnes Numidarum & Maurorum reges eorumque gentiles & agnati componantur, opus fuit molem erigere parem Pyramidibus aut etiam Labyrintho. Verum iſte juvenis ſine architectis, marmorariis, ſculptoribus aliiſque artificibus, quos fruſtra inter vagos & agreſtes etiamnum

quæras

quæras Numidas, denique ſine cantu, neque enim Orphei poſſidet lyram; ſtruit Mauſoleum quod omnia orbis miracula longe poſt ſe relinquat. Et quidem quod magis mirere in loco ſecreto & cujus ſitum ipſe ſe neſcire fatetur. Dicit quidem fuiſſe in litore circa Iol ſive Cæſaream, ſed litoralem tractum non in Numidarum, ſed Carthaginenſium fuiſſe ditione, ex iis quæ jam dicentur clarum fiet.

AD CAP. VII.

R*Egio quæ ſequitur à promuntorio Metagonio*] Et hic quoque ſatis oſtendit quam nullius prorſus ſit judicii iſte juvenis, cum Metagonitas non freto, ſed Carthagini vicinos fuiſſe ex Polybio evincere conatur. Siquis Polybii examinet verba dicit perſpicue ex illis cognoſci *Metagonia fuiſſe ſub imperio Carthaginenſium. At Mauritania vel propinqua flumini Molochath nunquam probabuntur fuiſſe ſub Carthaginienſibus hoc tempore, de quo Polybius, cum in Numidia eſſet Syphax, Mauritania diu adhuc poſt habuerit reges ſuos.* Atqui vel ex ipſo Polybio clariſſime evinci poteſt initio belli Hannibalici, de quo loquitur, totam oram maritimam quæ eſt à Carthagine ad fretum uſque ſub ditione fuiſſe Carthaginenſium. Si enim id non ſit, quomodo dux ille Pœnus ad impediendam rebellionem, ſive τοῦ ἐκδεσμεύειν ut loquitur Polybius, potuiſſet Numidarum & Maurorum tam multa millia in Hiſpaniam trajicere, & viciſſim Hiſpanis à ſe victis illorum ſedes aſſignare? Iſtiuſmodi μετοικισμοὶ non fiunt niſi ubi ſumma & tyrannica eſt poteſtas. Recte itaque ſcriptor ille, qui ſub Scylacis nomine legitur, quique ſeſquiſeculo pluſminus bellum hoc præceſſit, affirmat omnia ea loca, quæ ſunt à Syrtibus uſque ad columnas Herculis, ſub Carthaginenſium eſſe ditione. Quod ſiquis exiſtimet intermedio tempore Mauros & Numidas maritima loca occupaſſe, velim is vel unum ſiſtat

 teſtem

teſtem qui litoralium Maurorum aut Numidarum iſto tempore iſtoc in loco meminerit. Totam iſtam oram uſque ad finem Libyæ ſub Pœnis fuiſſe clare cognoſcimus ex XVI Theocriti Idyllio. Quod dicit jam tunc nempe initio belli Hannibalici, Numidiæ regem fuiſſe Syphacem, id tantum abeſt ut verum ſit, ut ne nomen quidem Syphacis vel Numidiæ, niſi multis demum poſt annis uſquam occurrat. Cum vero addit, *Mauritaniam diu adhuc poſt habuiſſe reges ſuos,* videtur neſcire quid ſcribat. Quid enim ad rem faciunt iſti qui poſtea fuere Mauritaniæ reges? Debuiſſet indicare illo quo Hannibal in Hiſpaniam trajecit tempore, aut ante, fuiſſe Mauritaniam, vel regem Maurorum cui ora eſſet ſubjecta maritima. Profecto quamdiu Pœni univerſi litoris fuere domini, adeo illis obnoxii fuere Numidarum & Maurorum reguli, ut contra illos ne hiſcere quidem fuerit auſi, & ſiquid auderent, illico velut rebelles in crucem agerentur. Poſtquam res Romana cœpit prævalere, tum demum Sigam cum adſito portu occupavit Syphax. Nam certe ante illum non invenias Numidam aut Maurum quenquam, in cujus ditione fuerit vel portus, vel urbs aliqua mari adſita. Primus qui totam litoralem oram poſſedit fuit Maſiniſſa, cui ob ſtrenuam contra Carthaginenſes navatam operam aſſignatus à Romanis fuit maritimus tractus. Primus quoque ille fuit qui ad civilem vitam Numidas tranſtulit & urbium fecit incolas. Quod ſi ante illum aliqui fuiſſent urbani, non fuiſſent vagi, agreſtes & mapalium habitatores. Sed quid verbis opus cum ipſe Polybius eodem libro omne id quod eſt ab aris Philænorum uſque ad columnas Herculis ſub Carthaginenſibus fuiſſe manifeſte teſtetur? Καρχηδόνιοι γὰρ ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς τῆς μὲν Λιβύης ἐκυρίευον πάντων τῶν ἐπὶ τὴν ἔσω θάλατταν νευόντων μερῶν, ἀπὸ τῶν Φιλαίνου βωμῶν, οἳ κεῖνται κατὰ τὴν μεγάλην Σύρτιν, ἕως ἐφ' Ἡρακλέους στήλας. Quin & amplius jam addo, non litoralem tantum tractum, ſed & Mediterraneos Afros uſque ad interiores Nomadas ſub Carthaginen-

ſium

ſium fuiſſe imperio. Quadrifariam enim diſpertita erat tota Carthaginenſium ditio, in Pœnos ſeu Carthaginenſes: in Libyphœnices, qui oram maritimam poſſidebant & erant Pœnis permixti, quibuſcum etiam connubiis jungebantur: In Afros præterea antiqui generis, qui licet propter durum imperium odiſſent Pœnos, inviti tamen illis parere cogebantur: & denique in Afros Nomadas à mari multum remotos, & ipſos tamen obnoxios Pœnis. Sic Diodorus.

Hadrumentum, Leptis, Clupea, Abrotonum, Taphryre] Pro Abrotonum in Vaticano legi monuimus *Habromacte*. Nuperus Melæ editor multus eſt ut oſtendat legendum eſſe *Acholla*, & putat nihil tam ſimile eſſe quam iſtas duas voces. Sed quantumvis ſurſum deorſum & quaquaverſum literas verſet & revolvat, nunquam tamen efficiet, ut ex Habromacte fiat Acholla. Quamvis ea quæ ſcripſi valde ſint veriſimilia, ſiquis tamen iis non contentus aliud quærat, per me licet ut ex *Habromacte* fiat *Macomade*, vel *Macomades*, quomodo habent Plinius, Ptolemæus & Antoninus hoc ipſo in loco. In verbis Scylacis aliqua ratione ferri poteſt ea quam profert lectio. Sed vero infeliciter vexat ea quæ ſequuntur quæque optime ſe habent, κόλπος εἴσω ἐν ᾧ ἡ Σύρτις ἐστὶ ἡ μικρὰ κερκινῖτις καλουμένη. Cum enim Sinum hunc in quo eſt Syrtis terminent hinc Cercinna, inde Lotophagorum inſula, cur non æque bene Syrtis iſta dicatur Κερκινῖτις, quam Λωτοφαγῖτις;

Promuntorium Bryon] Sic Melam & Plinium ſcripſiſſe monuimus. Nec improbo quod in novam Melæ editionem id ipſum admiſerit. Sed quod Borion fictitium vocet, id non laudo, cum ex Strabone, Ptolemæo & aliis utrunque rectum eſſe conſtet.

AD

AD CAP. VIII.

M*Ox & paulatim tepeſcens*] *Perpaulatim* eſt in quibuſdam libris, verum non in Vaticano aut aliis melioris notæ, itaque non admiſi. Juvenis tamen iſte Latinam eſſe contendit vocem, ideoque admittendam. Credam ubi vel unum attulerit exemplum. Ad rem non faciunt pernobilis, percelebris & ſimilia. Ipſe tamen in locupletanda Latini ſermonis egeſtate adeo eſt liberalis, ut etiam infra initio lib. iii. ubi legitur, *an Luna cauſas tantis meatibus præbeat,* probet *permeatibus,* uti in libro ſcripto ſe reperiſſe teſtatur. Verum nec in Vaticano, nec in ullis omnino eorum quos viderim vox ea comparet libris, & proculdubio eſt commentum alicujus ſemibarbari, exiſtimantis vocem hanc magis eſſe ſignificativam. Quales non deſunt etiam noſtro hoc ſeculo, qui cum meatus de poris accipiendum eſt, malunt dicere *tranſmeatus.* Sed non hic agitur de poris, ſed de motibus maris & Lunæ, in quibus locum non habet permeatus. Suffecit Pomponio Virgilium & Lucretium ſequi, cum dicunt *ſolis lunæque meatus.*

AD CAP. VIII.

C*Ultu deorum quos patrios ſervant*] Hoc in loco tanquam rem magnam è libro ſcripto *deum* pro *deorum* profert novæ editionis auctor. Dicit hoc debuiſſe ſino mora admitti. Sed nimis properat. Quamvis perinde ſit, utrum hoc an iſtoc legas modo, quia tamen Salivam movebat id quod ſcribit hoc loco Mela, eſſe in Lybia gentem quæ deos ſervaret, denuo conſului libros veteres. In optimo, cui plurimum tribuo, pro *deorum,* ſcriptum inveni *dm̄.* In tribus meis in membrana exaratis exſtat *dium,* in uno *divum,* in cæteris *deum.* Hæc varietas non aliunde

provenit,

provenit, quam ex compendiaria ſcriptura *dm̄.* quæ certe non poteſt notare *deum*, niſi in ſingulari numero. Ponamus tamen poſſe, & ponamus ſervare hic accipi pro obſervare & religioſe colere; tamen quis credat Melam tanquam rem miram retuliſſe, eſſe gentem in Libya, quæ deos patrios coluerit, quod omnes faciunt gentes? Quapropter literas iſtas D. M. ut paſſim alibi, ita quoque hoc loco accipiendas eſſe cenſeo de diis Manibus, & Pomponium ſcripſiſſe, *cultu deorum manium, quos patrios ſervant.* Intelligendum hoc, niſi fallor, de Panebis Libyæ gente, de quibus Damaſcenus ſcribit, illos regum defunctorum reliquum quidem corpus terra obruere, capita vero amputata & inaurata in templis conſecrare. Differunt itaque ab Augilis, quos eodem Mela recenſet capite, qui & ipſi manes colebant, ſed tantum ſepultos.

AD CAP. IX.

JAm *bene navigabilis*] Sic omnia ſcripta exemplaria, ſic quoque editio Vineti, quam interpolatam & per capita digerendam Typographo tradideram. Verum neſcio qua ratione factum ſit, ut me abſente, Bruxellis ſiquidem verſabar, vir doctus qui curam editionis ſuſceperat, relicta Vineti alias ſecutus ſit editiones, & *bene* in *pene* immutarit.

In litore Alexandria Africæ contermina, Peluſium Arabiæ ipſas oras ſecant] Poſtrema tria *ipſas oras ſecant* referentur ad ſequentia in editione Vineti, quam lectionem quamvis nonnulli etiam ante illum probarint, ego tamen ideo non admittendam cenſui, quod ut alii, ita quoque Mela magnas tantum continentes aut longos litorum tractus oras appellare ſoleat, non autem brevia intervalla, qualia inter oſtia Nili intercedunt. Si ſcripſiſſet Mela *ipſam oram ſecant,* jam potuiſſet hæc diſtinctio admitti. Quod ſi de magnis continentibus Aſia nempe & Africa hæc intelligantur, jam

abſurdus fuiſſet Mela, ſi terminos adſignaturus utrique continenti,omnia Nili nominaſſet oſtia. Terminos præterea Ægypti ad mare deſignans, Peluſium nempe & Alexandriam, non recte facturus fuiſſe videtur, ſi illos nominaſſet tantum, & non addidiſſet illos eſſe terminos. Rectius itaque ad præcedentia hæc referuntur. Ut paſſim alibi ita quoque hoc loco Herodotum ſequitur, qui Ægyptum inferiorem. Delta nempe, neque Aſiæ, neque Africæ adſcribit ſed mediam facit inter utranque. Libyam enim Canopico, Aſiam vero Peluſiaco terminat oſtio. Sed vero Herodoti, ætate nondum erat Alexandria, poſtea demum condita & Ægypto attributa. Hac itaque in parte ab Herodoto receſſit Mela, poſteriorem ſecutus diſtributionem & totum Alexandrinum tractum Ægypto tribuens. Attamen inquiunt nonnulli non urbium, ſed fluminum proprium eſſe ſecare. Verum longe aliud eſt ſecare campos & agros, quam ſit oras ſeu litora ſecare,cum altera ſectio non fiat niſi in longo tractu,iſta vero etiam in puncto ſpatii. Sic via viam,ſemita ſemitam,limes limitem & denique linea lineam ſecant in puncto,aut certe in brevi ſpatio: æque enim dicitur ſecare, qui capillum ſecat ſeu Ariſtam, quam qui arborem à vertice findit. Nec intereſt utrum lapis, foſſa, civitas aut quælibet alia res intercedat, quidquid enim dirimit aut ſolvit continuitatem id ipſum etiam ſecat & dividit. Recte itaque Peluſium & Alexandriam oras ſecare dicit, cum in ipſo ſectionis ſeu decuſſationis puncto ſitæ ſint hæ civitates.

Mendeſium, Taniticum, Peluſiacum Nili oſtia] Cum pro Tanitico in libris vetuſtis exſtet *Captatiſcum* vel *Catapty-ſtum*, propoſui conjecturam meam & dixi forſan καταπλευστὸν ſcripſiſſe Melam. Riſum hic non tenet bonus juvenis, *quod inter cætera Nili oſtia, omnia vere Ægyptiaci ſermonis, ſtatim ob literarum convenientiam Græci aliquid infulciam.* An ergo Agathodæmon & Heracleoticum oſtium, an Bucolicum, Naucraticum, & Diolcos oſtia non ſunt Græca nomina? An Peluſium, Alexandrinum, & Ceramicum

Ceramicum oſtia voces ſunt Ægyptiæ? Iſte tamen οἰκματίας & ſui plenus juvenis, cum propriis conſiſtere neſciat talis, cum ubique turpiter adeo impingat, opem nihilominus ferre conatur Salmaſio, ac ſi vir ille magnus unquam admiſſurus fuerit auxiliatorem armatura tectum vitrea & tamen audacter alios inceſſentem lapidibus. Pergit tamen & confidenter affirmat pro *Cataptyſtum* legendum eſſe vel *Aphthiticum*, vel *Cabaſiticum*. Dicit literas eſſe perſimiles. Si terminationem auferas vix aliquid ſimile ſupererit, ſitus vero non permittit ut alterutrum admittatur. Si enim à Cabaſa ullum unquam appellari potuiſſet oſtium, fuiſſet hoc Sebennyticum. Illud autem octoginta minimum paſſuum millibus abeſt à Tanitico. Aphthiticus nomus & ipſe quoque quam longiſſime abeſt à Tanitico, cum ſitus fuerit ultra omnia Nili oſtia in illo inferioris Ægypti nomo, quem Arabicum vocat Ptolomæus. Vide quam bellam novitius iſte geographus inducat geographiam. At vero ſi καταπλευςὸν legas, omnia bene ſe habebunt. Ex omnibus enim Nili oſtiis tutiſſima & maxime navigabilia & olim & nunc habita ſemper fuere Naucraticum & Taniticum, vulgo dictum Damiatæ olim Thamiathicum à Thamiathi oppido. Ut itaque Naucratis & Naucraticum dictum quod navium capax eſſet iſte Nili alveus, ita quoque ſimili de cauſa Taniticum dictum καταπλευςὸν quod navigabile eſſet, cum Peluſiacum & alia vicina oſtia non eſſent navigabilia.

AD CAP. XI.

ET *Babylonia, & Judæa & Sophene*] Et hic quoque turpiter ſe proſtituit infelix geographus. Negat Sophenen eſſe in Syria, negat quoque Melam ſic ſcripſiſſe, cum tamen ex Plinio contrarium conſtet. Sed dicit Plinium erraſſe & vitioſam ſecutum fuiſſe Melæ lectionem, utpote qui & Commagenen quoque Syriæ annectat. An ergo Samoſata Commagenes metropolis non eſt in Syria? An

Lucianus non fuit Syrus? Dicit Sophenen esse in Armenia & quidem in illa hujus parte ubi Tigris dicitur emergere. Et hoc quoque pessime. Solas inspexit Ptolemæi tabulas & tamen ne illas quidem intellexit. Ptolemæus Sophenos ponit in ulteriore Euphratis ripa & quidem in loco qui minimum centum & quinquaginta passuum millibus abest à fontibus Tigris. Iste vero juvenis misere deceptus Eufraten sumsit pro Tigri & ἐκτροπὴν Euphratis putavit esse fontes Tigris, & demum exclamat; *nulla miserabilior Geographia*, & sane verum dicit, si illa qua ipse facit ratione tractentur geographica. Ut vero sciamus magnam Syriæ partem fuisse Sophenam, non solæ Ptolemæi tabulæ, sed & alii & præcipue Strabo, erant consulendi. Quam late ripas Euphratis accoluerint Sopheni, vel ex eo intelligas, quod lib. xii. adfirmat Strabo eos oppositam Commagenis Euphratis tenuisse ripam, eorumque regionem in meridiem pertinuisse usque ad montem Masium & Nisibin, unde satis cognoscas, quantam Mesopotamiæ partem insederint Sopheni. Superest jam ut Mesopotamiam quoque neget Syriæ fuisse portionem. Pergit tamen novitius iste Geographus & expulsis è Syria Sophenis, gentem comminiscitur nusquam terrarum reperiendam. Scribit Stephanus Phœnicen dictam fuisse Ῥαββωθὶν vel Ῥαββώθη uti est in libris scriptis. Huic Syriacæ voci, ut placet doctis, expositionem addit κολπίτης. Cum ipsa Phœnice nihil aliud sit quam ora maritima Syriæ, ut Plinius & alii loquuntur, non male Phœnicum populus dicitur κολπίτης. Nec in Syria tantum sed & ubique terrarum, cum portuum, Sinuum & litorum maris accolæ fuerint Phœnices, recte appellentur κολπίται Ex isto tamen Phœnissæ gentis epitheto mirifica sane analogia fingit regionem Colpitenam vel etiam Colopitenam, & istam gentem dicit tenuisse partem Syriæ, imprimis circa Phœnicen & Judæam. Exploso denique Plinii testimonio, & jussis ad Tigridis fontes migrare Sophenis, imaginario Populo sedes quoque adscribit imaginarias,

ginarias, & quibus rerum natura nullum unquam concessit locum, illis locum, illis locum vindicat apud Melam. Verum optime juvenis iste mereatur de Mela, si ab illo manus abstineat.

AD CAP. XII.

V*ici tenent ulteriora & adhuc opulenta Tyros*] Cum ipsa luce clariora sint istæc verba & minuta quæ Tyrum & Sidonem intercedunt oppida vocet vicos, infelicis tamen iste judicii juvenis, ex vitioso aliquo libro reponere conatur; *Vici tenent. Ulterior & adhuc opulenta Sidon.* Sed profecto lectio hæc non ineptam tantum continet locutionem, sed & manifeste falsa est. Ipse tamen sic exponit; Tyri peninsulam ætate Pomponii non magna aliqua urbe fuisse conspicuam, sed omnia ruinis fuisse intercisa & vicos tantum tenuisse quorum uni nomen Tyri adhæserit, qui beneficio Cæsarum paulatim rursus accreverit. Quot verba, totidem quoque errores, & quidem valde absurdi. Post instauratam ab Alexandro Tyrum & postea sub regibus Syriæ & demum tempore Strabonis, adeo habitata fuit hæc peninsula, ut nullus omnino locus in ea reperiretur ædificiis vacuus. Itaque Strabo illam eadem ratione inhabitari scribit atque Aradum, & propter angustiam peninsulæ, utpote cujus ambitus dempta cervice non excedebat stadia xxii, domus ibi altiores & plurium fuisse tectorum, quam Romæ. Nulla ibi ruinarum vestigia, nulli vici, nisi quales in media quoque erant Roma. Cum vero post ætatem Melæ beneficio Cæsarum incrementa accepisse dicit, apparet illum credere Melam esse vetustiorem Strabone, cum tamen hic sub initium Tiberii, alter demum sub Claudio scripserit.

Lycos & Paltos & Orontes] Quicquid vel in somnis vel interdiu cogitat iste juvenis, omnia ea statim chartæ committit, nunquam vero aliquid cogitat boni. Ut

oſtendat Paltum & Baldum non eſſe eandem, eo utitur argumento, quod Palton Syriæ, Baldum vero Phœnices urbem faciat Stephanus. Verum exinde manifeſte patet utramque in Phœnice & eandem fuiſſe urbem. Cum enim in ſitu Palti omnes conveniant, clarum eſt per Syriam hic intelligi Phœnicen. Si Baldum Syriæ eſſe dixiſſet, jam aliquid potuiſſet videri habere coloris, cum dicit eandem eſſe ac ſint Baalath oppida, quæ & in tribu Dan & Symeonis fuiſſe memorantur. Nunc cum in Phœnice fuerit Baldus, non poteſt vel de hoc, vel de iſtoc Meditterraneo Judæorum accipi oppido. Pergit dein ad locum Strabonis & rivum Baldon ſeu Baudon Paltenis vicinum. Dicit illum à Prinio lib. x. cap. 26. vocari Badam. Verum nuſquam hoc loco iſte comparet. Addit illum à Joſepho vocari Beleum. Et hoc quoque male, cum ſexaginta plus minus paſſ. millibus Belus à Paltenis abfuerit, utpote duobus tantum ſtadiis teſte Joſepho à Ptolemaide remotus. Sed tamen ut Strabo Paltenis, ita Joſephus Ptolemaitis adſcribit Memnonis ſepulchrum. Hinc facile colligas quam multæ gentes & urbes herois ſeu dei iſtius ſibi vindicarint ſepulcrum, nec Æthiopas, Ægyptios, Perſas & Ilienſes tantum, ſed & Phœnices de eo inter ſe concertaſſe; cum tamen Philoſtratus in icone Memnonis nuſquam ejus exſtare ſepulcrum, ſed in lapidem nigrum converſum fuiſſe adfirmet. Nempe quem Memnonem Græci dixerunt, is erat Baalthis, Belthis ſeu Baalthus deus ſeu dea non Phœnicum tantum, ſed & omnium Syrorum, eadem, & ἀνδρόγυνος & ἀφρόδιτος à Græcis dicta. Sub lapidis forma cultum fuiſſe hoc numen teſtantur complures & præcipue nummi veteres qui paſſim reperiuntur, in quibus ſaxum ingens apparet in medio perforatum & quaſi antrum continens. Hujus itaque Memnonis ſive Baalthis ſepulcrum ſibi vindicabant Palteni propter cognomine flumen Baldi. Ptolemaitæ vero ut ex Joſepho conſtat ſibi adſcribebant propter minutum Beli flumen, quod & ipſum ſic appellatum fuiſſe colligo ex Plinio cum

lib. v.

lib.v.cap.19.scribit *rivus Placida sive Belus, vitri fertiles harenas parvo litori miscens.* Sic in omnibus quos consului scriptum inveni libris excepto uno in quo inveni *Plaada*, pro *Paalda* nempe. Literas vero P & B & item T & D promiscuas esse apud Hebræos & Syros opus non est monere. Apud Strabonem siquis retineat Baudos pro Baldos per me licet, cum in omnibus fere linguis & istæ literæ sint promiscuæ. In Mela vero licet in multis *Hypatos* legatur libris, tres tamen melioris notæ possim ostendere in quibus *Ipatos* scriptum sit, ut non dubitandum sit quin Paltos utrobique sit scribendum. Pro *Bactros* vero in iisdem invenio *Butros*, manifeste pro *Botrus*. Quod ipse Berytum reponat, id omnino facit sine judicio, cum illa mox sequatur, & absurdum bis eandem recensere urbem.

AD CAP. XIII.

M*Allon præterfluit*] Libri manu exarati exhibent *Mallosen* aut *Malloson*. Nempe ineptus librarius Mallon in Mallos permutarat. Ex hac duplici lectione vitiosam istam prodiisse scripturam facile quilibet videat.

Post piratis Pompeio adsignante possessæ] Licet hæc lectio in multis recentioribus occurrat libris, quia tamen in melioribus *pro* non *post* scriptum inveni, monui rectiorem nos habituros lectionem si *porro* reponamus. Indocti librarii quod existimarent *post* melius conjungi cum *prius* quam cum altero, hanc nisi fallor induxerunt scripturam. Sed longe plus dicit Mela, quam si *post* scripsisset, quod etiam de brevi tempore potest accipi. *Porro* ut passim alibi, ita quoque hic notat τὸ λοιπὸν, accipiturque de toto quod superest tempore. Constat enim ex antiquis piratas istos Cilices, non tantum ad ætatem Melæ, sed & semper postea tenuisse Solos aliaque à Pompeio adsignata loca, & placuisse illorum fidem populo Romano. Frustra itaque altera præfertur lectio.

AD

AD CAP. XVI.

Portus duo, Gelos, & cui ex urbe quam amplectitur Tisanusa cognomen est] Helos vel Helûs ex Plinio & Strabone legendum esse monuimus. Situs convenit quam exactissime. Nominis causam siquis quærat illam exhibebunt Portolani recentiorum Græcorum, in quibus hoc ipso in loco stagnantes istæ discribuntur insulæ, minutæ quidem & inhabitatæ hoc tempore, portum tamen efficientes satis commodum. Novo tamen geographo ista non placent, itaque legendum censet *Portus Syagelos*. Syagela nempe Stephano Cariæ oppidum, quod ipse mutat in Syagelos. Atqui si Syagela una è præcipuis Cariæ fuerit urbibus, ut ex Strabone satis cognoscimus, & insuper portu instructa, qui fit ut à nullo eorum qui oram maritimam singulaque etiam minutissima diligenter persequuntur; non etiam recenseatur urbs ista, non portu tantum, sed & regio nobilis sepulcro? Hinc manifeste intelligas Suagela mediterraneam fuisse urbem & juvenem istum nugari, cum regium in litore struit sepulcrum.

AD CAP. XIX.

Alter Olbianos in promuntorio fert Neptuni fanum; in gremio Astacum] Sic editio Vineti, quam exprimendam typographo tradideram, mutatis iis, quorum in observationibus fecissem mentionem. Quod autem hoc loco monet novus Melæ interpres, Cianum sinum æque nobilem fuisse ac Olbianum, id minime verum præsertim ætate Melæ. Eversa enim Cio, cessavit quoque nomen sinus Ciani, qui omnino factus est ignobilis. Sed Mela, ut sæpe alias, de Cio loquitur velut etiamnum superstite. In verbis quæ paulo post sequuntur, cum novam inducit distinctionem, & tum quoque frustra est. Si *disterminans* scripsisset Mela, jam illa potuisset videri necessaria.

Tum

Tum Cinolis, Anticinolis] Ita Pintianus reſtituit, quem libenter secuti ſumus, cum antea legeretur; *Tum Cinolis & Colliris*. Nec diſcrepant libri, niſi quod in uno alteroque pro & ſcriptum invenerim *etiam*, quod quamvis leve poſſit videri, facit tamen ad ſtabiliendam Pintiani ſcripturam, quam & Artemidorus & Strabo confirmant. Non admittit tamen hanc lectionem juvenis geographus, & ex Scylace mavult reponere Coluſſam, & putet hoc propius accedere ad ſcriptorum librorum lectionem, quam alterum. Verum hoc ſibi, non aliis perſuaſerit. Ut ſciamus vocem iſtam in Scylace recte ſe habere, vel unum proferat teſtem. Præterea non eſt cordati ſcriptoris relictis & omiſſis notioribus, ignotiora & jamdudum obſoleta recenſere loca. Cauſam tamen affert quamobrem explodenda ſit Cinolis & Anticinolis, dicit enim *varia talia occurrere loca à Græcis ſic appellata quod ſibi invicem adverſa ſint : ſed ea nuſquam à Mela agnoſci*. Nempe quia Mela Rhii facit mentionem, non autem Antirrhii ; inde præclarum hoc conficit argumentum, potuiſſe quidem Melam Cinolidis meminiſſe, non autem Anticinolidis. Cum vero putat loca hæc ſic dicta quod ſibi invicem eſſent oppoſita, & tum quoque fallitur. Locum hoc habere poteſt in Rhio & Antirrhio, Rhodo & Antirrhodo, non autem in Cinoli & Anticinoli, Phello & Antiphello aliiſque in eadem continente vicinis ſibi invicem oppidis, ubi ἀντὶ æqualitatem & ſimilitudinem notat. Sic ἀντίπυργος ἰσόπυργος, ἀντίχορδον ἰσόχορδον ἀντίῤῥοπον ἰσόῤῥοπον, & infinita alia. Sic quoque Antitaurus, Antilibanus, Anticaſius, quod Tauro, Libano & Caſio montibus pares & æquales eſſe crederentur. Hæc cum ita ſe habeant, negat tamen iſte juvenis ullam unquam fuiſſe Anticinolin, & mentitum fuiſſe Strabonem & Artemidorum, & oppidum iſtud æque eſſe fabuloſum ac ſint Antiſcythæ Soliniani. Sed profecto nimium liberalis eſt in interponendo judicio, cui tamen cum non admodum abundet, parcere debebat. Quærebatur olim ſi ſit aliqua Antichthon, quinam eam inhabitarent,

&

& ſi in noſtro orbe ultimi ad ſeptentrionem eſſent Hyperborei, num in Antichthone ſimiliter reperirentur Hypernotii. Non admittit illos Herodotus, quia neque Hyperboreos admittebat, quos prudentiores plerique merito explodunt, cum vita humana in ſemeſtri luce ſubſiſtere nequeat. Magis itaque placuit, ſi ab adverſa gente in eodem vivente hemiſphærio eſſent denominandi iſti Scytharum antœci, ut potius auſtrales Scythæ vel Antiſcythæ vocarentur. Nec ſolus eſt Solinus qui ea utitur voce, verum & in ſcholiis ad Aratea Germanici in præfatione ita ſcriptum inveni in optimis & vetuſtiſſimis membranis. *Diviſi autem ſunt à nobis circulo æquinoctiali qui antichthones nominantur & videntur humiles atque depreſſi, quibus antipodes infra ſunt: quod ut poſſe videatur, efficiunt flexus obliquitateſque terrarum, quas ἀντίχθονες, ἀντίστοιχοι & ἀντισκύθαι inhabitare dicuntur.* eadem fere habet Cenſorinus, qui omnia hæc deſcripſit, niſi quod apud illum minus bene Antiſchepæ pro Antiſcythæ vulgo legatur.

Hic Phaſis deſcendit] Prius non bene *hinc* legebatur, quod mutavit Pintianus. Utrum vero *hic*, *heic* an *huc* ſcribas, uti habet editio Vineti, cum perinde ſit, de eo utique non litigaſſet Pintianus & ne quidem Mela.

Proximi Examatæ] Probat lectionem Holſtenii & cauſam affert, quæ ſi bona eſt, & tum quoque ſcribendum erit *Examatæ*. In melioribus enim libris magno conſenſu legitur *proxime Xamatæ*. Plinio & Valerio Flacco non uno loco vocantur Exomatæ.

AD LIB. II. CAP. I.

SIniſtro lateri innavigantium appoſita ac Riphæis montibus] Et hic quoque rem acu ſe tetigiſſe exiſtimat novus Melæ interpres, ſed ut ubique, ita quoque hic miſere fallitur. Sic nempe conſtituendus hic locus faventibus Vaticano & omnibus

omnibus fere antiquis exemplaribus; *Agrippæis montibus proxima, & huc enim pertinent, cadentes assidue nives adeo invia efficiunt*, &c. Agrippæi sunt qui paulo ante Arimphæi vitiose vocantur. Verum illorum nomen ex Herodoto petendum esse monuit Pintianus. Ille vero, si bene se habet lectio vulgata, Argippæos appellat. Pro eo, 'Αργιμπαίους substituit Salmasius. Sed rectius 'Αγριππαίους legas siquid mutandum sit, quod tamen opus non est, cum in istiusmodi nominibus familiaris admodum Latinis literarum sit transpositio. Quod autem paulo aute in fine libri prioris occurrit; *Ultra surgit mons Rhiphæus*, & hoc quoque mutandum, cum in compluribus & quidem melioris notæ libris legatur *mons gripes*, in aliis *nigripes*, in optimo vero *mons ægripes*, ut non dubitandum sit, quin Mela scripserit *mons Argippæus*. Sic nempe Mela vocat altum istum montem, cujus accolas esse Argippæos vel Agrippæos scribit Herodotus. Cum vero idem Mela Tanain in Rhiphæis vel potius Rhipæis montibus oriri dicit, in eo recessit ab Herodoto, qui nusquam Rhipæorum facit mentionem & Tanain è lacu profluere affirmat, quod verum est. Agrippæos vero ab antiquis Latinis dictos fuisse istos populos vel Agripparum satis testatur agnomen. Ut enim vicinam Arimasporum gentem, quod unum tantum habere oculum crederentur detorta voce à Cyclopibus Coclites appellat Ennius; ita quoque illos, qui difficili partu ederentur, contracta ab Agrippæis voce. Agrippas vocaverunt. Ut enim scribit Herodotus calvi nascebantur omnes Argippæi, quales quoque multos fuisse Myconidos testatur Plinius. Talium autem propter duritiem capites difficiles admodum sunt partus.

Nymphæo specu, quod in arce ei sacratum est, maxime illustre] Sic reposui, cum & Arundelliano & in aliis melioris notæ libris invenerim *eis sacratum est*. Ex glossemate alterum accessisse facile colligas ex scripto quem possim ostendere libro, in quo verbis istis suprascriptum, *scilicet*

F *Nymphis*.

Nymphis. In quibuſdam correctum *ejus Nymphis,* quod æque ineptum ac ſit illud quod adſtruere conatur infelicis judicii juvenis, *ei & Nymphis.* Si conjeciſſet *ei à Nymphis,* aliquid dixiſſet. Profecto dea iſta zelotypa, ipſa nimirum Nemeſis, non ut puto admiſiſſet delubrum aliquod ſibi & ſuo ſimul conſecratum famulitio. In tot millibus inſcriptionum factis in honorem Dianæ nihil tale invenias. Mirificum tamen quod addit in fontibus & antris moris fuiſſe ut tres ſtatuerentur Nymphæ, *& plerunque illis vel deum addi ex agreſtium numero, vel aliquam ex deabus, & maxime in iis Dianam.* Undenam rogo tam bellam Nymphæi hauſit deſcriptionem, ubi Diana trium Numpharum appendix, & Fauni vel Satyri lavantis ſeſe Dianæ fiant ſpectatores?

Hypacaris per Nomadas] Et hic quoque bonus juvenis mavult nugari quam tacere. Dicit Plinium ſcribere non tantum per Nomadas, ſed etiam per Hylæos fluere Hypacarin. Nuſquam hoc de Hypacari dicit Plinius, ſed de Hypani, quem ſcribit per Nomadas & Hylæos fluere. Pergit non conſtare utrum Mela ſcripſerit *per Nomadas,* an vero *juxta* vel *ſecundum,* quod ex Herodoto colligi poſſe affirmat ; ſed & tum quoque nugatur. Herodotus Hypacarin διὰ μέσων τῶν νομάδων fluere teſtatur. Διὰ vero non poteſt ſignificare *juxta* vel *ſecundum.*

Axiaces proximus intra Callipidas Axiacaſque deſcendit] Recta eſt hæc lectio quam & Vaticanum & meliora confirmant exemplaria. Utrunque enim hunc populum medium ſecat iſte fluvius. De Axiacis quidem, qui propiores ſunt mari, res clara eſt, cum abſurdum ſit exiſtimare gentem fluvio cognominem alteram tantum tenuiſſe ripam. Callipidas vero gentem mediterraneam, & illos quoque utramque ripam inſediſſe conſtat ex omnibus & ex ipſo quem paſſim ſequitur Herodoto, qui eos ſupra Olbiam longe à mari remotos deſcribit. Cum vero Callipidæ tenuerint totum illum tractum qui eſt à Tyra fluvio ad Hypanim manifeſtum

manifeſtum eſt Axiacen fluvium medias Callipidum terras ſecuiſſe & Melam ambiguitatis vitandæ gratiæ maluiſſe ſcribere *intra* quam *inter.*

Is inter Auchetas honos præcipuus eſt] In Vaticanis duobus quos olim contuli legitur *interlocantis*, vel *interloquentes* quomodo & in aliis nonnullis. In recentioribus quibuſdam *inter jocantes*, quam lectionem proponit quidem Salmaſius, Sed mox rejicit, & merito; cum non conſentiat cum iis quæ ſcribit Herodotus, & in lite tam ſeria intempeſtivi ſint joci. Iſtam tamen jocoſam & ridiculam lectionem tanquam gemmulam aliquam exoſculatur infelicis judicii juvenis. Dicit Melam *nullam aliorum populorum mentionem feciſſe aut facere voluiſſe in deſcribendis moribus, quam quorum meminit in ipſa Geographia & notitia regionis.* Hæc licet valde ſint intricata, puto tamen hoc dicere voluiſſe, Melam non deſcribere mores populorum, niſi quorum bis meminerit. Hoc autem quam verum ſit, cum paſſim alibi, tum ex hoc ipſo ſatis colligi poſſit capite. Pergit; *Nullibi Auchetarum meminit Mela, nullibi eis ſedem aliquam tribuit.* Imo ſedem iis tribuit inter Scythas interius habitantes, qui præceſſere: quia vero alibi non meminit ideo hic fuerunt reducendi, & quidem loco commodo & convenienti ipſorum nomini, cum αὐχηταὶ à Græcis jactabundi vocentur, quales ſunt iſti Scythæ, quos hic deſcribit Mela.

AD CAP. II.

M*Irum atque ingens facinus*] Brevis, perſpicua & concinna eſt hæc parentheſis & quæ totidem verbis apud optimos etiam occurrit ſcriptores. Iſte tamen juvenis mirifico ſane loquendi genere eam vocat *Ludibrioſæ copiæ parentheſin.* Quia vero in vitioſo aliquo libro abeſt vox prima, ideo reſcribit; *atque (ingens facinus!) ex Aſia,* &c. Nihil nempe amat, niſi quod durum, diſtortum

& cacozelum ſit. Nihilo felicior eſt in ſequentibus, quæ ſic inpoſterum legi jubet; *pedes & non navigatu maria tranſgreſſus eſt.* Cum riſum excitare volunt mimi, eadem plane ratione loquentes introducunt fatuos. Altera vero quam dedimus lectio, quæ omnium librorum auctoritate fulcitur, caret inepta iſta macrologia, & ne ipſi quidem diſplicuiſſet Quintiliano.

Eximia eſt Ænos] Eximiam vocat quod ab Ænea condita crederetur, quomodo & Virgilius, quamvis ex Homero contrarium conſtet. Oppidum quidem non admodum magnum, ætate tamen Melæ inter everſas bello Macedonico pleraſque fere in hoc litore civitates etiamnum illuſtre, utpote libertate donatum à Romanis, nec Polydori tantum tumulo, ſed & Cæpionis ſepulchro, quod in medio hujus foro exſtruxerat Uticenſis Cato, & multis quoque aliis Romanorum ornatum operibus, quorum etiamnum ſuperſunt veſtigia. Si cui hæc non ſatisfaciant, monui legendum forſan eſſe *Exin*, vel *Exinde eſt Ænos*. Iſte tamen juvenis conſulto Pomponii genio, quem ſcilicet in pyxide reconditum ſervat, alte exclamat; *Conjecturam hanc à genio Pomponii alienam eſſe, non utentis illo adverbio niſi in deſcribendis urbibus ordine in recto litore poſitis, non etiam ſinu diſtinctis*, &c. Si quis colligat quidquid uſquam occurrit ineptiarum, vix tamen ullam huic ſimilem inveniet. Non Mela tantum, ſed & quotquot ſunt vel olim fuere ſcriptores, cum oræ Maritimæ loca recenſent, fideliter ſemper perſequuntur litus, nullo habito diſcrimine, utrum illud magnis, minutis, aut etiam nullis inflectatur ſinubus: ſive enim recta ſive curva ſint litora, unum tantum admittunt ordinem, unamque quamdiu continua ſunt, deſcribunt lineam. Undenam rogo nugator iſte hauſit *exin* rectum ſignificare litus? Porro ſiquis Pintiani probet lectionem legentis, *Extra eſt Ænos*, per me licet ut unuſquiſque pro captu ſuo ſtatuat. Ego vulgatam omnium librorum auctoritate confirmatam retinendam cenſui.

Et

Et quo canentem Orphea ſecuta narrantur nemora, Zonæ] Vinetus edidit *etiam nemora*, & ſic habent libri nonnulli, ſed recentiores, in quorum nonnullis etiam ſic ſcribitur hic locus; *Ex quo Canentem Orphea ſecuta narrantur nemora & Zone.* In uno & altero & ponitur ante *narrantur*, quomodo & in editione principe. Inde facile conjicias additum eſſe conjunctivum & vel *etiam* ab illis, qui *ex quo* in ſuis reperiſſent exemplaribus. Sed vero iſtam particulam non agnoſcunt vetuſtiora exemplaria & ſane tuto poteſt abeſt. Quod autem juvenis iſte auctoritate genii Pomponiani, valde nempe ſibi familiaris affirmat voculam *etiam* habere vim & poteſtatem aliquam peculiarem, id ex iis quæ producit non liquet locis, è quibus nihil aliud colligas, niſi iſtud, particulam hanc, eo quo paſſim & ubique occurrit acceptam ſenſu, eſſe Latinam.

Tum Neſtos fluvius, & ripis ejus adjacens Maronia] Ferocutus juvenis meam hic miratur licentiam, utpote qui alia aliaque fluminibus ſine auctoritate, ut ſcribit, tribuam nomina. Verum ut cognoſcat quam inaniter ferociat, quamque ſibi ipſi plagas infligat, ſufficit vel ſolus ad quem provocat Scylacis locus. Dicit flumen, cujus hic mentionem facit Mela, ab illo vocari Cudetum. Recte ſane, & hoc ipſum eſt quod volumus. Sed vero fluminis hujus nemo alius meminit, itaque audacter affirmo pro Κύδητος legendum eſſe Κύσητος. Coſetus enim vel Coſatus idem eſt qui Neſſos vel Neſtos. Hoc ſic conficio. Pythagoram cum tranſiret Neſſon vel Neſton flumen ab eo ſalutatum *Pythagora ſalve* teſtantur Diogenes Laertius, Jamblichus, alii. Iſtud vero flumen idem eſſe, ac ſit illud de quo loquimur, docet ſatis Ariſtoteles apud Apollonium Dyſcolum cum vicinum Samothraciæ fuiſſe ſcribit. Jam vero Neſton vel Neſſon, promiſcue enim ſcribitur, dictum quoque Coſatum, teſtis mihi Ælianus Var. lib. iv. cap. xvii. eandem narrans hiſtoriam; Ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τοῦ Κοσύτου ποταμοῦ διαβαίνων προσερρήθη, τοῦ ποταμοῦ εἰπόντος αὐτῷ, χαῖρε πυθαγόρα.

πυθαγόρεα. Sic quoque legendum lib. ii. cap. xxvi. apud eundem, annuente fere libro noſtro ſcripto in quo legitur ἐπὶ τὸ Κόσαον ποταμόν. Porphyrius in vita Pythagoræ hæc ipſa referens habet Καύκασον, ſed vitioſe, niſi fallor, pro Κύσατον. Herodoto eſt Κόμψατος, nempe inſerto ut ſæpe M, ſi ſequatur Σ, tum ſibilans iſta litera mutatur in Ψ, non apud Græcos tantum & Romanos, ſed & omnes fere gentes. Alter Ælianus, qui de animalibus ſcripſit, integro fere ſeculo junior illo priore, Coſſiniten vocat hoc flumen, cognomine nempe adſito oppido Coſinto. Unde apparet verum eſſe id quod olim puer quatuordecim aut quindecim annorum ſcripſi, & errare juvenem grandævum, cum id ipſum negat. Argumentum quod affert Scylacem in ora maritima deſcribenda non potuiſſe mentionem facere fluminis, non in mare, ut loquitur, ſed in paludem ſe exonerante Biſtonidem; clare ſatis oſtendit, ipſum neſcire quid rei ſit palus Biſtonis. Vulgaribus nempe Ptolemæi, quas concinnavit Mercator, deceptus tabulis; putavit Biſtonidem paludem eſſe ſtagnum Mediterraneum undique clauſum & quod nullum in mare habeat exitum. Atqui ex ipſo Ptolemæo manifeſte colligi poteſt eſſe ſtagnum maris, ubi enim de Neſſo & Hebro agit hæc habet ; ὧν μεταξύ πως πρὸς τῇ θαλάσσῃ λίμνη ἐστὶν, ἥτις καλεῖται Βιστονὶς λίμνη. Rectius itaque in ſuis Ptolemaicis tabulis ſtagni hujus formam expreſſit Regio montanus. Simile eſt hoc ſtagnum Venetorum & præcipue Volcarum ſtagnis, nam & Salſum eſt & ab iiſdem fere marinis frequentatur piſcibus, & poſtremo huic non forma tantum, ſed & magnitudine pene equale eſt ; ſiquidem ab Hebro flumine uſque ad Abderam fere protenditur. Itaque Ariſtoteles viii. de animalibus λιμνοθάλατταν ſive ſtagnum marinum appellat. In portolanis Græcorum vocatur Ἀσπρόζας ἢ Μαρωνείας κόρφος, id eſt Abderæ ſeu Maroneæ ſinus.

Et portus Κάπρου λιμήν] Cum ſic in melioribus legatur libris, dixi redundare vocem *portus*. At vero inops iſte &

tamen

tamen prodigus judicii juvenis postremam ejicit vocem, ac si à librariis, qui Græca ne legere quidem norant, ea tam opportune addi potuerint. Aliquid dixisset, si utrunque retinendum esse affirmasset, ut nempe subintelligatur *dictus* vel *qui dicitur*. Sed profecto quæ deteriora sunt, ea plerunque sequitur.

Strymon sicut diximus amnis est] Tollendam inquit juvenis Parenthesin, neque enim dixerat amnem esse. Imo clare dixit hoc ipso capite haud procul initio. Cæterum hoc obiter moneo parenthes non esse à me, qui eas libenter in Mela expunctas velim more antiquo, aut certe commatis permutatas.

Perfossus transjugatusque factus freto navigabili pervius] Dedimus lectionem quam in melioribus invenimus libris. Transjugare pro jugum montis superare alibi non occurrit: sed solemne est quibusvis scriptoribus res novas & inusitatas, novis etiam & non usitatis explicare vocibus. Et hic quoque juvenis noster ostendit quam acri sit judicio, quum negat non potuisse isthmum hujus montis transjugari, utpote qui teste Herodoto contineret πεδίον & κολωνὺς ὐ μεγάλυς. An ergo colles quantumvis minuti possunt esse sine jugis & verticibus? *Transnavigatusque*, quod vulgo obtinet, ideo minus placet, quia sequitur *navigabili*. Ipse tamen laudat, set mox quasi resipiscens post longam meditationem hanc demum commentus est lectionem; *Perfossus ad Sanen abusque Thysso factus freto navigabili pervius*. Quis istius non miretur acumen juvenis, tam feliciter conjectantis, ut lectionem invenerit, quæ librorum veterum scripturam præterpropter tam bene referat, quam simiam referat Asinus! Iste tamen juvenis qui nihil pudoris & minus etiamnum habet judicii, dicit me laqueum mihi nectere quod scripserim Herodotum fossam Xerxis ab Acantho urbe cœpisse, quam ne tetigisse quidem affirmat. Atqui an non satis clare scriptor ille loquitur cum libro vi. & iterum lib. vii. refert Artachæum à Xerxe præmissum fuisse Acanthum,

Acanthum, ut inde foſſa ad Sanen perduceretur? Cum vero eodem libro dicit ab Acanthiorum mari cœptam fuiſſe foſſionem, idem dicit, ſiquidem in intimo Acanthii maris receſſu, in ipſo iſthmo, ſita erat Acanthus; ita ut Acanthus & Sane non niſi ſeptem ſtadiorum intervallo à ſe invicem abeſſent, unde ab Anonymo in periegeſi ad Nicomedem διῶρυξ illa dicitur ἑπταστάδιος, quam tamen Herodotus, Plinius & alii habita totius iſthmi ratione duodecim ſtadiorum, ſeu mille quingentorum faciunt paſſuum. Iſte iſte tamen bonus juvenis, qui recoctam ſatagit tradere Geographiam, rejecta Acantho omnium veterum autoritate ſuffulta, Thyſſum ſubſtituit, oppidum eidem litori & eidem quo Sane Singitico appoſitum Sinui, & pluribus quam ducentis ſtadiis à foſſa remotum, ut nempe conficiat, non Athonem, ſed ipſum à Xerxe perfoſſum fuiſſe pelagus.

AD CAP. III.

GYrtona, Melibœa, Caſtanæa] Sic ſcribendum monui, ſed ſemidoctus librarius Gortynam exhibuit veluti notiorem.

Ac proxime ſpatioſa, Hellas nomine] In libris *& Hellas nomine*, quod & ipſum rectum. Quum autem novitius editor, quia in vitioſis quibuſdam libris legitur *ac proximos*, confidenter reſcribit *à proximo ſpatioſa*, omnino id facit ſine ratione & judicio. Sive enim referas ad Theſſaliam & Macedoniam quæ præceſſere, ſive ad Hellada quæ ſequitur, non ſubſiſtit hæc lectio. Quis enim ferat ſcriptorem ita loquentem, à proximo loco incipere Hellada? Quod ſi *à proximo* accipias pro ab initio, jam ne quidem Latine loquatur Mela, debuiſſet enim dicere *in proximo*. Quamvis neque iſtud huic conveniat loco, cum non ſtatim, ſed paulatim in majorem majoremque ſeſe Hellas explicet latitudinem. Retinenda itaque lectio vulgata, quam melioris notæ exemplaria & prima editio nullos paſſa correctores confirmant, nec diſtrahenda hæc à ſuperioribus, *proxime* enim

enim conſtruendum cum Ægeis & Ioniis fluctibus. A Macedonia enim incipiens Hellas primo eſt anguſta, in Magneſia nempe Theſſaliaque, hujus ſiquidem partes à mari remotiores non accenſentur Helladi. Deinde fit latior. Ubi vero Ægeis & Ioniis fluctibus grandi fronte objacet, à Sunio nempe ad Ambraciam, ibi demum eſt latiſſima.

Ipſo quidem tamen ſimulacro] Monui abeſſe à quibuſdam libris *tamen.* Juvenis autem Leidenſis loca profert unde oſtendat *tamen* eſſe Latinum. Libenter ſane id credimus, ſed quæritur utrum *quidem tamen* conjunctum ſit Latinum. E libro quem contulit hanc profert lectionem; *ipſoque tamen ſimulacro.* Unde confici poteſt librarios offenſos hac loquendi formula alterutram vocem expungendam eſſe cenſuiſſe. Si ſciret libris uti facile ex hac varietate potuiſſet colligere vocem *quidem* non in ſuo verſari loco & transferendam eſſe ante *ipſo,* ſic nempe; *Numen delubrumque Olympii Jovis certamine gymnico & ſingulari ſanctitate quidem: ipſo tamen ſimulacro, quod Phidiæ opus eſt, maxime nobile.*

Quod ſpectat ad orientem] Cum utrunque rectum ſit ſpectare orientem & ſpectare ad orientem, & non hoc tantum loco, ſed & paſſim alibi promiſcue in libris utraque occurrat ſcriptura, contenti fuimus eam ubique ſequi lectionem, quam in antiquioribus & magis emendatis invenimus exemplaribus. Sed iſte nimis feſtinus juvenis auferendam hoc loco affirmat præpoſitionem, quod eam duo MSS non agnoſcant. Verum ego longe plures & meliores poſſim oſtendere à quibus non abſit. In eo quod ſequitur *ad ſeptentriones* ubi aliter in obſervationibus ac in ipſo Mela additur præpoſitio, id ut paſſim alibi, ita quoque hoc factum eſt loco ad ſignandam variantem lectionem, liberum relinquentes lectori quam vellet eligere. Quod negligenter id à me factum exiſtimet, id ſane libenter audio. Ingrato & inepto labori quantumvis ſupinam præfero negligentiam. Fruſtra vero eſt cum fidem noſtram infirmare

conatur & in hoc & in eo qui proxime ſequitur loco; *Tigris ut natus eſt, ita deſcendens in litora permeat*, ac ſi librorum auctoritate deſtitueretur hæc lectio, cum & Arundellianum ſic habeat exemplar & Ciacconius in ſuis ſic ſcriptum invenerit codicibus. Quin & optimus ille liber quem præcipue ſecuti ſumus eandem exhibet lectionem, cui demum à manu recentiore ſuperſcriptum erat *uſque ad litora*. Cum bibliotheca & libri mei omnibus pateant ſatis iſti teſtabuntur, non me malæ fidei hominem, ſed iſtum juvenem gnaviter eſſe impudentem.

Rhion deinde maris id nomen eſt anguſte ut velut freto latus oræ ſequentis incidens inter Ætolos & Peloponneſiacos uſque ad Iſthmum irrumpit] Certum eſt ſic ſcripſiſſe Melam, utpote qui nullas parentheſes, commata, cola ſeu alias Grammaticorum notas ſcripto ſuo inſeruerit. Obſecuti tamen aliqua ex parte illorum, qui proximis vixere ſeculis, Grammaticorum placitis, ſola iſtæc verba, *maris id nomen eſt*, commatis incluſimus. Si penitus horum inſiſtere voluiſſemus monitis & præceptis, non hæc ſolum, ſed & ſequentia *& velut freto*, & denique iſta *inter Ætolos & Peloponneſiacos*, parentheſibus ſeu commatis, uti in editione Vineti, fuiſſent diſtinguenda. Verum nos, neglectis iis, quæ ipſe etiam neglexit Mela; majorem priſci moris habendam cenſemus rationem, quam Grammaticorum parum inter ſe conſentientium commentis; præſertim cum etiam abſque illis plana ſint hujus ſcriptoris verba. Nam quod dicit novitius annotator falſum eſſe Ætolos pertingere ad Iſthmum, id nihil omnino ad rem facit, nec confici poteſt ex verbis Melæ, quamcunque demum ſequaris diſtinctionem. Non Ætolos, ſed ſinum Corinthiacum uſque ad Iſthmum pertingere ſcribit, nec opus eſt quia Peloponneſii, ideo quoque Ætoli in oppoſito litore uſque ad Iſthmum continenter habitarint. Si dixiſſet ſinum Corinthium inter Rhium & Antirrhium, ſeu ut Livius habet inter Naupactum & Patros uſque ad Iſthmum irrumpere, & ſic quoque recte

recte fuisset locutus. In altero quem subjungit loco, ubi de Rhodano agit Mela, misere omnino decipitur, quum verba ejus simili distinctionis vitio scribit laborare. Nam quod negat flumen hoc inter Volcas & Cavaras in mare effluere, quod Cavares ut ipse putat non sint litorales, in eo quantum fallatur satis docet Strabo, ex quo manifeste cognoscimus Cavaras non tantum dictos illos qui inter Isaram & Druentiam habitarent, sed & Salyas & omnes à Druentia ad mare Rhodanum accolentes gentes, Cavarum censas fuisse nomine. Hoc tamen errore cæcatus verba Melæ sic distinguit; *post cursu in meridiem abducto hac intrat, accessuque aliorum amnium jam grandis & subinde grandior inter Volcas & Cavaras, emittitur.* Hac distinctione facta quia locus ostiorum Rhodani desideratur, dicit post vocem *emittitur* subintelligi, *ita per Araticos,* istas autem voces non additas à Mela *ne ingenii sui sincerum nectar acidum redderet.* Iste profecto juvenis nauteam pro nectare propinat, & putat bene se de Mela mereri, si illum sibi similem & nullius judicii faciat hominem. Nam certe talia vel scribat vel cogitet nemo cui luxatum non fuerit cerebrum.

Ab eo Frentani, Apuli ac Marucini. Habent Aterni fluminis ostia.] Quibus librorum suppetit copia, quique eo valent judicio ut recte iis uti norint, per me licet ut ea quæ scripsi expendant. At vero animosus juvenis monstrose à me deformata hæc esse affirmat, fortemque in oppugnandis iis spondet operam. Sed dum inconsulte properat, in ipso statim limine misere admodum impingit, cum dicit pessime apud Melam legi *Tiberina Ostia.* Ipse *Ostia* rescribit majuscula nempe litera & accipi vult de urbecula ut loquitur Ostia, quæ tamen magna fuit civitas & per quatuor minimum pass. millia in directum habitata. Quam parum triverit Virgilium, vel exinde cognoscas, quod & apud illum statim in initio Æneid. occurrat *Tiberinaque contra Ostia,* quod tamen nemo integræ mentis de urbe Ostia interpretetur.

Sed putavit bonus iste juvenis Tiberim non duobus, sed uno tantum in mare effluere Ostio. Porro siquis velit hominem videre sine corde ambulantem & audire linguam sine capite loquentem, legat ea quæ sequuntur; in quibus priori plane contrarium committit errorem. Uti enim ante Tiberina Ostia pro civitate, ita hic civitatem pro Ostio accipit. Aterni enim Ostia, seu etiam absolute Ostia, est ipsum Aternum oppidum, situm ad Ostium fluminis Aterni. Vibius sequester; *Aternus Hadriæ, decurrens per Marsos, ubi & Ostia civitas.* Sed & Antoninus & alii Ostiorum Aterni faciunt mentionem.

Circes domus aliquando Circeii] Redundare comma, temere à librariis me absente additum, recte monet juvenis. Si minutis istiusmodi curis totum se tradat, utilem sane præstare possit operam inter typographicas operas, quibus si sese contineat, habebit ubi regnet. Istos enim si excedat limites, omnino extra chorum saltat & nescit quid agat.

AD CAP. V.

Tunc post Athenopolis & Olbia & Taurois] Alteram lectionem quæ propius aliquanto ad veteres accedat libros exhibuit Vinetus; sed nos eam quam dedimus probatam etiam ab aliis prætulimus. *Tunc post*, an alibi apud Melam occurrat, quærant qui nugas bonis volunt redimere horis. Sufficit optimos quosque sic loqui scriptores & Melam scivisse Latine. Quod vero juvenis iste verba istæc; *Tunc post Athenopolin & Olbiam & Tauroin & Citharisten est Lacydon* vocet consummatissimam periodum, exinde facile intelligas illum nescire quid rei sit periodus. Istud vero *Tauroin* perquam ineptum, cum nec Græcum sit nec Latinum. Taurentum Latini, Græci Tauroenta vocant, & sic Cæsar.

Lacydon Massiliensium portus & in eo ipsa Massilia] De Tisanusa quæ scribit Leidensis juvenis illa nihil ad rem faciunt.

Magni

Magni enim ſi ſint portus fieri poteſt ut amplectantur urbes illis minores, præſertim ſi inſulæ ſint aut peninſulæ. At vero minuti portus, qualis eſt iſte Maſſilienſium, quomodo illi ambire magnas poſſunt civitates, qualis erat Maſſilia? Dicat ſi poſſit utinam fuerit portus Lacydon, quemcunque huic locum & ſitum adſcribat, nunquam efficiet ut Maſſilia ſita fuerit in portu.

Contra Albionem & Bergiona Neptuni liberos] Hanc lectionem è ſuis libris dederunt & Vinetus & alii. Albiona an Albionem utrum legas perinde eſt. Pro Bergiona audacter juvenis Leidenſis reponit *Bergion.* Sed variantibus libris ſi vel unum poſſit producere teſtem à quo iſte Neptuni filius ſic nominetur, credam libenter. Aliquid dixiſſet ſi Dercynum aut etiam Berginum ſcribendum cenſuiſſet, habuiſſet enim ſi non juſtam, aliquam tamen ſic ſentiendi cauſam. In iis vero quæ ſubjungit, cum aliam ab ea quam dedimus facit diſtinctionem, miſere fallitur & omnino non intellexit Melam, cum ſcribit campum lapideum non eſſe ignobilem, & efficere ut litus ſatis ſit nobile. Dicit Mela litus hoc lapideum & annexos huic campos lapideos fore ignobiles, niſi foſſa eſſet Mariana, qua parte Rhodani illuc tranſlata, campi iſti irrigantur. Hujus enim foſſæ beneficio campi alias ſteriles & inutiles, facti ſunt habitabiles & fertiles, vinumque producunt non ignobile.

Atax ex Pyrenæo monte digreſſus] Invitis etiam libris juvenis Leidenſis monet ſcribendum eſſe *degreſſus*, quia nempe ſic jubent nonnulli Grammatici. Sed ex antiquioribus Grammaticis conſtat utrunque rectum eſſe, cum particula *dis* in compoſitis idem ſæpe valeat quod *de*, unde in Philoxeni gloſſis exponitur non tantum διὰ, ſet & κατὰ & ἀπό. Idem utrumque *degredi* & *digredi* habet, non tantum pro diſcedere, ſed & deſcendere. Sic *dimiſſum* pro *demiſſum* in antiquiſſimis Bembi membranis paſſim ſcriptum fuiſſe teſtatur Pierius, eamque lectionem pluribus exemplis confirmat Nonius Marcellus, ut audiendi non ſint, qui

pleraque

pleraque istæc immutarunt loca, & Nonium erraſſe exiſtimant.

Et ingentis alioquin alvei capax] Idem juvenis è libris ſcriptis ſic reformat hunc locum, *etiam ingentis alioquin alvei capax*. Sed debuiſſet oſtendere *etiam alioqui* eſſet Latinum. Eſto in libris pluribus ſic legatur, ſed ſi illi ſequendi ſunt, jam ſic diſtinguendus erat locus; *exiguus vaduſque eſt etiam, ingentis alioquin alvei capax.*

AD CAP. VI.

INter *Subin & Telobin amnes Tarraco urbs*] Et hæc quoque abſurda vocat infelicis judicii juvenis. *Quid enim*, inquit, *an mela tribus fluviis Tarraconem cingi ſcripſit?* Profecto non intellexit Melam. Ille ut ignobilium alias inter Pyrenæum & Iberum fluminum ſitum oſtendat; illuſtriora jam apponit nomina, unde quo in loco ſint iſta flumina cognoſcamus. Itaque Ticer ipſi eſt ad Rhodam, Clodianum ad Emporias, Bætullo ad ſcalas Annibalis, Rubricatus in litore Barcinonis, denique Subin & Telobin quo loco ſint declarat, quum dicit inter hæc duo flumina ſitam eſſe Tarroconem. Ipſam vero Tarroconem præterfluit Tulcis, qui æque ac ipſa Tarraco medius eſt inter Subin & Telobin. Plana hæc ſunt, ut opus non ſit fingere aliquod flumen quale nunquam exſtitit, & Melam adeo facere ineptum ut ignota per ignotiora declarare voluerit. Quare autem *amnis* in *majus* à ſemidoctis mutatum fuerit librariis, ratio eſt manifeſta, quia nempe pravam ſecuti diſtinctionem cum Telobis parva præcederet exiſtimarent alteram deeſſe quæ nominaretur *Telobi majus*. Sed & in eo peccat iſte juvenis, quod librariorum ſecutus errorem *ſuper* conſtruat cum Tulci, cum ſit diſtinguendus ſit locus; *Tulcis eam modicus amnis, ſuper ingens Iberus Dertoſam attingit.*

Atque

Atque unde nos ſumus Tinge Cætraria] Diximus conjecturam Salmaſii pro *Tingentera* legentis *Tinge altera,* quamvis pulchra & ſpecioſa ſit, de hujus veritate tamen ideo dubitare, quod non potuerit tale cognomen habere oppidum in quo natus fuerit Mela, cum nullum exſtet exemplum, ut ſi plures ejuſdem nominis ſint civitates, ut hæc aut iſta abſolute altera vocetur. Quid ad hæc juvenis? Dicit nihil eſſe hoc argumento vanius, cum ipſe Mela poſtquam minorem Leptin recenſuit, addat *tum Leptis altera.* An ergo Leptis magna cognominata fuit Leptis altera? Oſtendere debuiſſet ullum locum aut ullam civitatem abſolute alteram dictum fuiſſe. Recte quidem Salmaſius Hiſpanicam Tingin vocat alteram reſpectu Tingis illius quæ in oppoſito erat litore, ſed negavimus illam abſolute ſic fuiſſe appellatam, cum Julia Joza, Julia traducta vel cætraria fuerit cognominata, non altera. Quærit quare potius cætraria quam cætrata fuerit vocata? Verum ipſe promat teſtem qui cætratæ meminerit, ego teſtem dedi alterius cognominis. Dicit ſe jam etiam *haſtariam* & *ſariſſariam* expectare. Sed bonus iſte juvenis diu quæret antequam Mauros & Hiſpanos inveniat ſarriſſatos, cum cætrati trecentis & pluribus occurrant in locis. De Neſto opus non eſt ut plura addamus, ſufficiunt ea quæ diximus. Mirum vero quod relicta illa quam paulo ante adſerebat Salmaſii conjectura, putidiſſimam conetur inducere lectionem, pro *Tingentera* enim, ſcribendum cenſet *Tinge hiera.* Verum quid ſibi vult iſtud *hiera*? Si Græcum eſt & ſacram ſignificet, quis riſum contineat inter Mauros & ultimos Hiſpanos recenſeri coloniam Romanam cum Græco cognomento? An ergo iſti rerum domini, qui ne in ipſa quidem Græcia alia quam Latina indidere cognomina, cum ſacram dicere potuiſſent, contra mores & inſtituta ſua Græcam prætulerunt appellationem? Sed & quare & quorſum ſacra? Fierine poteſt ut ſenſibus integris quiſquam talia vel ſcribat vel cogitet?

AD

AD CAP. VII.

ARados etiam in Phœnice*] A multis quidem libris abeſt *etiam*, ſed exſtat in antiquioribus & nihil minus quam otioſa. Pro Meninx quod Menix reponat & hoc quoque fruſtra, cum Meninga non Meniga plerique appellent, & dubia apud Polybium ſit lectio.

Ægates Romana clade memorabiles] Et hic quoque cenſoriam gravitatem induit juvenis ridiculus, & negat vocem cladis eodem ac apud Melam ſenſu accipi apud Livium cum ſcribit introductos eſſe in ſenatum legatos *Eumenis & Pharnacis regum & Rhodiorum querentium de Sinopenſium clade.* Dicit hic agi de clade *quam acceperunt, non quam dederunt Sinopenſes*, idque apparere ex Polybio ſic ſcribente, ἧκον δὲ καὶ Ῥόδιοι πρεσβεύοντες ὑπὲρ τῆς Σινωπέων ἀτυχίας. Quid dicat aut quid ſcribat neſcit bonus iſte juvenis, & nec Livium nec Polybium intellexit. An non ridiculi fuiſſent & Livius ita ſcribens, & iſti Rhodiorum legati ſi apud ſenatum conqueſtum veniſſent de clade quam ipſi intuliſſent? Ἀτυχία non eſt id quod juvenis iſte putat, neque etiam illud quod nonnulli exiſtimarunt, qui cum viderent ſenſum eſſe abſurdum ſi vox hæc, ita ut vulgo fit, exponatur; ἀτυχίαν apud Polybium interpretati ſunt perverſitatem ſeu nequitiam; ſed vero quid ſit ἀτυχία ſeu ἀτύχημα optime declarat Ariſtoteles Nicomachiorum quinto, ubi diſtinguit ἀτύχημα, ἁμάρτημα, & ἀδίκημα. Ibi enim docet ἀτύχημα eſſe damnum ſeu cladem præter voluntatem & ſine malitia illatam. Clemens Alexandrinus Strom. ii. fuſe hunc locum enarrans dicit ἀτύχημα eſſe, τὸ φίλον ὡς πολέμιον ὑπ᾽ ἀγνοίας βαλεῖν. Et poſtea ἀτυχία δ᾽ ἐστὶν ἄλλου εἰς ἐμὲ πρᾶξις ἀκούσιος. Clarum eſt ergo quid ἀτυχίαν vocet Polybius. Sinopenſes amici erant Rhodiorum, quorum crebræ naves mercium Ponticarum gratia ad illos commeabant. Sed vero poſtquam Sinopen occupavit Pharnaces, Sinopenſes inviti à

Tyranno

Tyranno coacti fuere invadere naves Rhodiorum. Post infelicem istam locorum Polybii & Livii expositionem, redit ad Melam dicens nunquam se dubitasse quin scripserit ille *Ægates Romana classe memorabiles.* Ut tam absurdum adstruat sermonem tria affert Pomponii loca, *Salamin excidio classis Persicæ notior*; item *Laconicæ classis signatus excidio*; nec non, *naufragio classis Atticæ.* Verum si nasum habuisset, hæc ipsa loca sufficere debuissent unde cognosceret Melam non scripturum fuisse *Romana classe*, pro *Romanæ classis victoria.* Vel unum debuisset adducere testem qui classem posuerit pro victoria navali.

Pelorias] In duobus libris manu exaratis *Pelorus* scriptum se reperisse dicit juvenis Leidensis, unde ipse facit *Peloris*, quia infra sequitur *Pelorida.* Sed nos quatuor membraneos & totidem alios, in charta descriptos lintea, possumus ostendere; in quibus legatur Pelorias, quod utique admittendum censuimus. Pelorida quod postea sequitur & hoc quoque rectum esse etiam pueri intelligant. Sic & Strabo quam πελωριάδα vocat alibi πελωρίδα appellat, nec tamen propterea est ineptus. Quod postea monet & hoc quoque futile, cum elephas, elephanti & elephantes promiscue positum apud Plinium, Solinum & alios passim occurrat complures. Ab elephas autem æque ac ab elephantus in plurium numero fit elephantis mutata ut sæpissime declinatione, non elephantibus, quod nusquam quod sciam legitur.

Preterquam ubi Aleria & Marianæ coloniæ sunt, à barbaris colitur] Sic in optimis nostris invenimus membranis, non Mariana, uti vult sciolus juvenis. Putavit nempe unam tantum in Corsica esse Marianam coloniam, cum duas recenseat Ptolemæus, quarum una ad Marianum erat promuntorium, altera vicina Aleriæ. Utranque autem recensuisse Melam exinde patet, quod si de una tantum intellexisset, sequeretur alteram Marianam à barbaris fuisse occupatam. Sulchi an Sulci scribas perinde, cum utrunque rectum sit.

AD LIB. III. CAP. I.

N*On alio alioque invicem*] Ipſa poſtulante ſententia ſic repoſuimus, cum in libris legatur *non alios alioſque invicem.* Hanc tamen ſcripturam tuetur juvenis infelicis judicii, dicens & hæc & omnia ſequentia referenda eſſe ad *campos* qui præceſſere, ac ſi omnia litora eſſent campi & exundationem Oceani admitterent. Si alios alioſque interpretatus fuiſſet homines aut populos, rectius aliquanto dixiſſet. Sed profecto etiam ſic orator parum efficax hic noſter fuiſſet ſcriptor ſi in explicando Oceani æſtu planorum tantum litorum feciſſet mentionem & toties idem inculcaret. Dicit Oceanum non campos tantum inundare, neque alio alioque terrarum, modo in hos modo in illos populos per vices & quaſi ſucceſſive, ſed ſimul & pariter in omnia litora qualiacunque demum illa ſint impetum ſuum convertere. Recta eſt ergo ea quam dedimus lectio.

Myrtilis, Balſa] Sic ab omnibus appellantur hæc oppida, à nemine autem Myrtil vel Ibalſa, Nam quod Marcianum Heracleotam attinet, ille non potuit aliter ſcripſiſſe quam Ptolemæus, & manifeſte apud hunc ultima præcedentis vocis litera adhæſit initio ſequentis.

Vſque adeo ſemet & terras anguſtantibus] *Anguſtantis* hic reſcribendum cenſet Leidenſis juvenis & ad Hiſpaniam refert. Sed quid ſibi vult *ſemet & terras*? Quis non videat alterutrum inepte redundare? Rectius itaque Vineti editio *anguſtantes*; nempe oras, quæ æque ac terræ anguſtentur. Sic quoque habent meæ membranæ. Vaticanus tamen & alii certioris fidei libri in ablativo abſolute poſito & in ea quam dedimus conſpirant lectione. Arundelianus fere confirmat lectionem Pintiani, ſic enim legit; *uſque adeo ſemet à terris anguſtantibus.*

AD CAP. IV.

NON *ſe urbibus tenet*] Recta quoque eſt illa lectio quam in libris reperiſſe ſe teſtatur Leidenſis juvenis *tenent & habitant*, quamvis enim ſingulare ſit gens, pluralem tamen habet ſignificationem. Sed vero quod libri largiuntur, idem mox deſtruit beneficium cum addit; *haud dubie tenore eodem loquendi uſum Melam ſcripſiſſe tenens habitans.* Quis enim non explodat ſcriptorem abſque ulla neceſſitate quinque ſimul jungentem participia?

AD CAP. V.

ALIQUAMDIU *ad occaſum ab oriente currens*] In quibuſdam libris *occurrens*; ſed quomodo flumen, ubi nullus eſt æſtus, ſibi occurrere poteſt? Vel itaque vulgata, vel Vaticani libri, in quo *excurrens*, retinenda eſt ſcriptura.

AD CAP. VI.

HIS *oris quas ab angulo Bæticæ huc uſque perſtrinximus*] Particulam *ab*, quæ à libris abeſt, addendam eſſe monuerunt viri docti. Quærit hic juvenis, ubi iſtius anguli meminerit Mela? Atqui an non ſatis clare angulum illum deſcribit, cum dicit Bæticam maria utraque proſpicere; ad occidentem, Atlanticum; ad meridiem noſtrum? Sed & quomodo poteſt Junonis promuntorium obliquo jugo in occidentem excurrere, niſi fiat angulus? Hæc cum manifeſta & omnium oculis ſint expoſita; iſte tamen juvenis legendum cenſet; *quas ab jugo Bæticæ*, addens Melam alludere ad promuntorium Junonis, de quo præcedenti egit libro. Verum an non recte loquatur Mela niſi ænigmata ſcribat? Cum mille in Bætica magis conſpicua occurrant

Juga ac ſit illud Junonis promuntorium ubi nullus mons & vix modici occurrunt colles, quis demum vel divinando aſſequatur per jugum Bæticæ hic ſignari promuntorium Junonis? At vero ſi vulgatam ſequamur lectionem, jam ſtatim intelligimus non alium hic ſignari angulum, quam illum quem jam deſcripſit flexum litoris, ubi nempe ora Bæticæ quæ meridiem ſpectat, in ſeptentrionem abducitur, & occidentem aſpicere incipit.

Qui propriarum rerum fidem] *Qui* abeſt à pluribus libris, ſed non à duobus optimis, quos præcipue ſecuti ſumus. Quod autem hoc pronomen non ſe deſiderare dicat juvenis, eſto, ſed deſiderat ipſa ratio. Valde enim hiulca & inconcinna erit compoſitio ſi omittatur. Quod poſtea è libris producit ab tergo obducta, id poteſt admitti, cum & ultimo libri primi capite, & hoc ipſo libro de Germania ſic loquatur. Siquis vulgatam ſequatur lectionem, quæ & in Vaticano & pleriſque fere extat libris, ad ſignificandam facit Britanniæ magnitudinem. Cum tamen in veteribus membranis invenerim *ab tergore ducta*, pro *ab tergo reducta*, libenter credo ſic Melam ſcripſiſſe. Paulo poſt quod *autem* dederim pro *tamen*, & in eo quoque veteres ſecutus ſum membranas & editionem principem: cum cauſa quamobrem bella contrahant, clarius ex iis quæ ſequuntur, quam iſtis quæ præceſſere intelligatur. Quod expunxerim ea quæ de Juvernæ inſulæ cultoribus ſequuntur *pietatis admodum expertes*, id ideo feci, quod manifeſte appareat ea eſſe appendicem gloſſematis præcedentis *magis quam aliæ gentes, aliquatenus tamen gnari, pietatis admodum expertes*, quomodo in Vaticano & in omnibus quæ vidi antiquioribus ſcriptum inveni libris. In quibuſdam ſed recentioribus, omiſſis prioribus ſequentia tantum comparent, quod non probo; neque enim juvat ſiquis exiſtimet ideo hæc à Mela dici, quod Strabo referat incolas Juvernæ cum matribus & ſororibus miſceri. Idem enim de omnibus Britannis affirmat Cæſar; *Uxores habent deni duodenique inter ſe communes,*

& maxime fratres cum fratribus, & parentes cum liberis.

Contra Germaniam Vecta in illo ſinu quem Codanum diximus. Exin Scandinovia] Hæc eſt vera lectio & ſic fere libri veteres, niſi quod in quibuſdam legatur *& hinc Candanovia*,in aliis *ex his Candanovia*, unde facimus ; *Exin Scandinovia*. Hæc lectio cum & libros habeat auctores, & ad unguem cum antiquis conſentiat ſcriptoribus, eam tamen mirifice vexat infelicis judicii juvenis. Expuncta enim Vecta, quam hoc ipſo in loco & Ptolemæus & ex Timæo agnoſcit Plinius, invitis omnibus libris ſex inſerit inſulas veteribus prorſus ignotas. Sic enim legit ; *Contra Germaniam Vectæ, in illo ſinu quem Codanum diximus, ſex. Ex iis Scandinovia*. Dicit Melam ſic alibi loqui cum ſcribit ; Græcia *à ſeptentrione in meridiem vecta*. Verum iſtic ea vox non poteſt abeſſe, hic autem plane redundat & nullius eſt ſignificationis, ſufficit enim dixiſſe *contra Germaniam*. Jam vero ad ea quæ de Thule ſequuntur ; *in ea quod ibi ſol longe occaſurus*, monueram deeſſe particulam negativam, ideoque ſcribendum videri *haud longe*. Ipſe hoc valde miratur, & legendum dicit *non longe*, Cauſam adfert quod *non* propius accedat ad *O* vel *lon* quod ſequitur, quam *haud*. Verum ad hæc aliud quod reponam non habeo niſi id ſolum ; ſi non aliam laborum ſuorum juvenis iſte referat mercedem, tanti non eſſe didiciſſe literas.

Oæones] Miratur hic juvenis, qui valde ſibi videtur Græculus, & me quoque Græciſſare, quia Oæonas interpretatus ſum ovis victitantes, vocemque eam eadem ratione compoſitam eſſe dixerim atque ὀναίων, μακραίων. Ut oſtendat quam abſurdum hoc ſit, & ut Horatium elegantius loquentem introducat, ſic legit & reformat ejus verba ; *Humano capiti cervinam*, &c. Pergit ; *cum in ϛαίων ſimplex modo ſit ω, quis deus inſpirabit venire ab ὠόν, cum tot ſimplices Græcæ voces ab eadem vocali incipiant? Imo habeamus ipſum ὤα*. Non opus eſt deo aliquo, vel puer videat non poſſe

posse aliunde hanc vocem formari quam ab ovis. Quis vero tam fatuus sit ut ab ὤα eam arcessat, ac si homines pellibus vescantur lanatis? Hac ratione ἐπωάζειν fuerit non ἐπ' ὠοῖς καθῆσθαι, sed pellibus incubare. Quod autem una tantum supersit litera, ad rem non facit, cum dentur etiam voces in quibus nulla remaneat litera, quarum tamen originem & compositionem assequantur Græci. Sive à singulari, sive à plurium numero vocem hanc arcessas, utrunque recte se habet, ut enim ex μακεραίωνες contractum μακραίωνες, ita ex ὠοαίωνες fiunt ὠαίωνες. Infinita enim exempla & præcepta grammaticorum non permittunt tantum, sed & jubent ut fiat contractio, si in compositis, quæ in fine est vox, à vocali incipiat, exceptis tantum nonnullis in εἶδος aut εἴδης terminatis, quanquam in illis quoque nonnunquam fiat contractio. Quod si à plurali ὠὰ fiat compositio, uti sæpe, jam omnes in ὠαίωνες comparebunt literæ. Iste tamen juvenis audacter affirmat *Ooæonas* vel *Oonæonas* esse legendum; sed debuisset promere aliquem scriptorem à quo iste populus vel hoc, vel illo appelletur nomine. In hac autem quam dedi lectione, omnia antiqua Plinii & Solini conveniunt exemplaria.

Panotos] Admisimus Panotos, vel si maris, Panotios, veluti lectionem magis verisimilem: addidimus tamen fieri posse ut Tanuotos scripserit Mela, utpote quod & ipsum non multum recedat à scriptorum librorum lectione. Verum utrunque explodit infelicis judicii juvenis, & ex eo quod in scriptis reperit codicibus *& analos* vel *satinales* audacter affirmat legendum esse *Ouatmallos*. Si Melam Sarmatice loquentem in scenam producere voluisset, aptius non potuisset invenire vocabulum. Iste tamen Græculus juvenis Græcam esse contendit hanc vocem & quidem tam claram, ut expositione non egeat. Ut hoc efficiat addit; *sic* δρακοντόμαλλοι Γοργόνες *Æschilo in Prometheo, quia habebant* κεφαλὰς περιεσπειραμένας φολίσι δρακόντων. Misere fallitur. Quis enim nescit Gorgonibus attribui capillitium angui-

anguinum? Quis item non videat in hoc Apollodori loco legendum eſſe σκολλύσι δρακόντων; Sed & quis ignorat μαλλὸν & σκόλλυν idem eſſe accipique pro comis & cirris anguium ſeu draconum inſtar contortis? At vero ſi barbaram iſtam admittamus vocem, cui ſimilem in tota lingua Græca nemo inveniat, Mallouatos enim aut Mallotios non Ouatmallos dixiſſent, jam non magnas & patulas, ſed laneas vel cirratas habebimus aures, quod quid ſibi velit, aut quomodo ad Panotios pertineat, nemo expediat; cum non niſi æque ineptam ac ſit ipſa compoſitio, vox iſtæc admittat expoſitionem.

AD CAP. VII.

P*Rudentiores eis quibus ars ſtudiumque ſapientiæ contingit*] Quia in ſuo libro pro *eis* juvenis Leidenſis *ei* invenit, ideo locum hunc ſic legendum cenſet; *prudentiores & quibus ars ſtudiumque*, promittitque ſe ubi otium fuerit hæc probaturum. Sed operam perdet, non enim intellexit Melam, nec vidit ubi ulcus lateat. Quid enim hoc in loco ſibi vult ars ſapientiæ? Iterum itaque conſului veteres libros, in quorum nonnullis abeſt ultima vox *contingit*. Sed veram exhibet lectionem codex optimus; *Prudentiores eis, quibus ars ſtudium eſt ſapientiæ, non exſpectant eam*, &c. Convenit codex Arundellianus, niſi quod pro *eis* habeat *enim*. Priora ad verbum pene deſcripſit ex Thalia Herodoti. Hæc quæ ſequuntur, pertinent ad Calanum Indum paraſitum menſæ Alexandri; & præterea ad Zarmanum Chagam uti Strabo, vel Zarmarum ut eum Dio appellat, & ipſum ſophiſtam Indum, quorum iſte Babylone præſente Alexandro, alter Athenis ſub Auguſto ambitioſo funere vivos ſe combuſſere. Hos dicit prudentiores fuiſſe illis Indis, qui in ſolitudine ingloria morte perirent, utpote qui ſtudium ſapientiæ convertiſſent in artem vivendi, & non niſi demum vitæ pleni, læti & unguentis delibuti, glorioſam ſibi accerciſſent mortem.

Poſt

Post ubi aliquot sæpe magnis flexibus cingit jugum ingens iterum rectus solidusque descendit] In multis manu exaratis libris post *ingens* ponitur distinctio, quam lectionem probat juvenis Leidensis. Sed non sic rem confectam habemus. Quomodo enim Indus rectus solidusque potest descendere, ubi magnis flexibus cingit jugum ingens? Non ubi flexus agit & jugum vel insulam cingit, sed demum ubi iterum conjungitur rectus solidusque potest fluere. Olim *cinxit*, non cingit legendum esse existimari. Eam tamen lectionem non admisi, quod in antiquioribus libris pro *jugum* scriptum esset *jugum ejus*, in omnium vero optimo *jugumenis*. Statim postea cum tollit voculam *sed*, nec hoc quoque admittendum. Quamvis enim à multis absit libris, exstat tamen in antiquioribus. Locus quem affert ille nihil ad rem facit, cum quod ibi occurrit *non tantum*, & oppositum his *etiam*, omnem ambiguitatem & confusionem prorsus tollat.

Putrescentium membrorum tabe concrescens ipsa se concipit] *Tabo* legendum censet juvenis Leidensis, & causam addit, quod ex tabe nihil concrescit, nec tabem dici de putrescentibus membris. Sed nusquam invenias ex putrescentibus membris nasci tabum, passim vero invenias putridam tabem. Nusquam quoque reperias ex tabo seu atro cruore nasci phœnicem, sed vel ex sanie alba, vel ex cinere ossium permixto medullis. Nec dicit Mela phœnicem ex tabe concrescere, sed solvi tabe putrecsentium membrorum. Tabes enim sive diminutio membrorum est via ad ultimam corruptionem, quam putrefactionem passim vocat Aristoteles. Istam vero ultimam corruptionem seu putrefactionem sequitur dissolutio, dissolutionem vero nova concretio & demum generatio. Si pravam librarii tollas distinctionem, omnia clara erunt; *sibi ipsa incubat, solviturque deinde putrescentium membrorum tabe: concrescens ipsa se concipit, atque ex se rursus enascitur.*

AD

AD CAP. IX.

M*Iræ aves cornutæ Tragopanes.*] Et hic quoque nugatur Leidensis juvenis, cum dicit tragopanas non posse aliud significare quam hircos cornutos, non autem aves. Atqui si istis hircis cornutis accedant alæ, uti sæpe in antiquis Ægyptiorum Sculpturis,an non etiam fiunt aves? Eadem est ratio Ægiptanum, qui aliquando cum alis, alias vero absque iis finguntur. Nescit præterea inter aves non capellas tantum, sed & tityros, id est hircos, reperiri. Iste tamen Juvenis non contentus. Stabilita à viris doctis lectione, ut aliquid novi procudere videatur, fingit vocem ipsa magis monstrosam ave, pro tragopanes enim sine hæsitatione legendum esse affirmat *tragopaones.* Ut Græcum fiat dicendum fuisset tragotaones. Græco-Latinum non potest esse nisi fiat tragopavones.

Alit papyrum & minora quidem.] Ut toto passim hoc scripto, ita quoque in fine & clausula satis ostendit quanta bonæ mentis & rationis Juvenis iste laboret inopia, cum pro eo quod est in veteribus libris *alit & pyrum,* audacter reponit, *alit & scirpum.* Adeone ergo ineptus fuit Mela ut causam dicturus quamobrem Nilus ex hoc Mauritaniæ fonte creditus fuerit profluere, eo usus fuerit argumento, quod ibi scirpi nascantur, qui toto terrarum orbe in omnibus passim proveniunt paludibus, stagnis & fluminibus? Frustra ad testes provocat, cum nemo unquam tam ineptus & rerum imperitus fuerit, ut scirpos in sola provenire: dixerit Ægypto.

Habes, mi Grævi, unde satis colligas, quid de nova quam transmisisti pomponii sentiam editione. Persecutus sum singula si minutias quasdam excipias, uti sunt *est* vel positum vel omissum, *Scyron* pro *Scyrum, quis* pro *quibus,* & pauca quædam similia quæ libenter neglexi. Recte sane fecerit Juvenis iste si Bonæ litet Menti, & deposita feritate & iracundia pacatiores induat mores.

LECTORI BENIGNO

SALUTEM.

IIſdem fere diebus quibus ad manus meas pervenit Leidenſis juvenis ſcriptum, de quo hactenus egimus, prodiit quoque Oxoniæ contra Ariſteæ de LXX. Interpretibus hiſtoriam alterius juvenis diatriba, qua ea quæ olim de hoc ipſo ſcripſi Argumento ad examen revocantur. Modeſtior eſt quidem ille iſthoc Leidenſi juvene, ſed dum difficiliorem quam adminiſtrare poſſit ſuſcipit provinciam, non eſt ut miremur ſi operoſos ejus conatus nihilo felicior maneat exitus. In ipſo ſtatim titulo promittit oſtenſurum ſe iſtam Ariſteæ hiſtoriam *ab aliquo confictam fuiſſe Judæo ad conciliandam verſioni Græcæ auctoritatem.* Nempe ſi hoc obtineat, facile quoque obtinebit & Moyſis & prophetarum ſcripta ad amplificandam Moyſis & prophetarum auctoritatem ſimiliter ab aliquibus confićta fuiſſe Judæis. Sed miſſis illis quæ ad rem non faciunt, qualia ſunt illa quæ habet de nomine Ariſteæ & aliis nonnullis, de quibus tamen meliora ſcribi potuiſſent; excutiamus argumenta quibus ille confiſus labefactare & convellere conatur ſinceritatem ſcriptoris, de cujus fide jam à bis mille annis uſque ad noſtra tempora qui dubitarit repertus eſt nemo. Hermippi præcipue ſuffultus teſtimonio rem totam ſe conficere poſſe exiſtimat, in quo tamen plurimum fallitur. Licet enim verum eſſe conceſſerimus id quod ſcripſerunt Hermippus & ex illo Strabo, Demetrium Phalereum mortuo demum Caſſandro Ægyptum adiiſſe, nihil tamen aliud efficiemus,

ficiemus, niſi id ſolum, tempus quo in *Ægypto* vixerit Phalereus non viginti quatuor, ſed quatuordecim aut quindecim tantum fuiſſe annorum. At vero monuimus Hermippum geminum hoc loco commiſiſſe errorem, & veriorem videri illorum ſententiam, qui ſtatim poſt amiſſam tyrannidem, aut certe non diu poſtea, illum ad Ptolemæum Se contuliſſe ſcribunt, uti Diodorus, Plutarchus, Euſebius, & alii. Sed Diodori verba aliter accipienda eſſe affirmat juvenis Oxonienſis, & poſtrema illa de profectione in Ægyptum ideo addita, ut ſciamus quid demum de hoc Demetrio factum ſit decennio aut pluribus annis poſtea. Totos enim decem priores exilii ſui annos exegiſſe eum dicit Thebis, aut alibi, ſub patrocinio Caſſandri, huic ut putat amiciſſimi. Sed eſt exacti hiſtorici ſingula ſuis locis reddere, non autem res confundere & quæ tot annorum intervallo diſtincta ſunt ſine ſignificatione tam longi quod interceſſit temporis ſimul recenſere, ut excuſari non poſſit Diodorus, ſi non conjungenda ſine aliqua præfatione conjunxerit. Quod autem putat Phalereum iſtum poſt amiſſas Athenas gratum Caſſandro fuiſſe hoſpitem, fieri id qui poteſt, cum iſtac jactura omnes pene Caſſandri profligatæ fuerint opes, effeceritque ut lenta demum conſumtus tabe perierit? Tantum abeſt ut ſpendido apud Caſſandrum loco eſſe potuerit, ut credibile ſit ne vultum quidem ejus ſuſtinuiſſe; relictis enim Athenis illo quo Thebis fuit tempore ſine ullo vixit honore, male audiens & vilia quæque obiens ἀδοξῶν καὶ ταπεινὰ πράττων ut habet Plutarchus.

Utrum vero Demetrius Phalereus, poſtquam Athenarum excidit principatu, in animo ſtatim habuerit Ptolemæum adire, an vero aliquandiu poſtea, ad rem non facit & futilis omnino eſt quæſtio. Quod dicit ab Athenis non dari viam quæ per Thebas in Ægyptum ferat, & hoc quoque futile. Phalereo iſti non data fuit optio proficiſcendi quo vellet, ſatis illi fuit evaſiſſe furorem populi & in proximo exponi loco. A Caſſandri & Poliorcetæ copiis mi-

litaribus interclufo per maria itinere, neceſſum habuit non Thebas tantum, ſed & Macedoniam & Thraciam terreſtri adire itinere. Nam & Thraciam adiiſſe & illic quoque latuiſſe colligo ex Polyæno Lib. 3. circa finem, ubi ſcribit illum agnitum & jamjam comprehendendum à rege Thraciæ, abdidiſſe ſe in plauſtro onuſto fœno & ſic evaſiſſe. Satis ex his veriſimiliter cognoſcimus, poſt amiſſas Athenas, nuſquam diu ſubſtitiſſe Demetrium Phalereum, vitamque ejus fugam fuiſſe perpetuam donec Alexandriam tandem appelleret. Sed & quam vana ſint pleraque ea quæ de decennali hoſpitio & gratia qua apud Caſſandrum floruerit, Oxonienſis iſte ſcribit juvenis, & hoc quoque patet.

Veniamus nunc ad alterum quem mihi objicit errorem, & videamus num in coarguendo eo felicius rem gerat. Affirmat Diogenes Hermippum ſcripſiſſe Demetrium Phalereum metu Antigoni ad Ptolemæum Lagi ſe contuliſſe. Oxonienſis juvenis negat hunc Antigonum eſſe Antigonum magnum, ſed intelligenda hæc eſſe contendit de Antipatro Caſſandri filio quem & ipſum Antigonum dictum fuiſſe affirmat. Verum plurimum errat, cum nullum Caſſander hoc nomine filium habuerit. Nihil eum juvant Græca ex canone Euſebiano, quis enim neſcit illa eſſe fictitia & ex Hieronymo deſumpta? Si binomius fuiſſet Antipater, debuiſſet dici Antipater Caſſander, non Antipater Antigonus. „Apud Græcos enim cognomina addebantur aut à „parentibus, ut Arridæus philippus, Theocritus Simmichi„das, Eumedes Cratidas, Ptolemæus Lagus, & complura „ſimilia quæ Græci vocant πατρωνυμικὰ ἀπαραλλάκτως λε„γόμενα; Aut à præceptoribus ut Apollonius Molo, Manli„us Antiochus, Ariſtides Quintilianus & plures alii; Aut „denique à dominis, uti paſſim apud Romanos. Sed nihil horum locum habet in Antipatro, nec ulla poteſt fingi cauſa quamobrem Antigoni huic acceſſerit cognomentum. Non alio fundamento nititur hoc figmentum, quam verbis Hieronymi, qui cum libro primo recte ſcripſiſſet *Macedo-*

nibus

nibus regnavit XXVII. *Antigonus & Alexander Anno* 4. in posteriore tamen libro addit eos filios fuisse Cassandri, errore manifesto, cum iste Antigonus qui post mortem Cassandri appellatus fuit Rex Macedonum fuerit Antigonus Gonatas, filius Demetrii Poliorcetæ, qui & ipse duodecim annis, antequam solus in Græcia & Macedonia regnaret, æque ac pater & avus, Græcorum & Macedonum Rex audiebat. Si itaque Hermippum ab errore vindicare velimus, aut de Antigono Gonata accipienda sunt ejus verba, aut dicendum Antigonum nominari pro posteritate Antigoni; cum inter filios Cassandri nullus fuerit Antigonus, & etiamsi fuisset, nulla tamen fingi possit causa, quamobrem ab isto sibi timeret Demetrius Phalereus. Longe ille aberat terrarum & in tuto nisi fallor jam versabatur, & licet præsens fuisset, frustra tamen timuisset regulum vix in aliqua Macedoniæ regnantem parte & jugulatum antequam in solio confirmaretur, ipse præsertim in humili latitans loco & nullorum particeps consiliorum.

Plura dein contra Aristeam juvenis Oxoniensis profert argumenta, in quibus valde sibi placet, cum tamen ex omnibus ne unum quidem sit quod succedat. Quia nulla hoc loco in Aristea Ptolemæi patris fit mentio & omnia ad Philadelphum referuntur, ideo existimat illo tempore patrem non fuisse superstitem, Sed plurimum fallitur. Aliquot annis simul regnarunt pater & filius: Sed ultimo biennio, quo pater ut habet Justinus *Regno ei publice tradito, privatus Officium Regi inter satellites fecit*, mirum videri non debet, si nulla patris fiat mentio & omnia ad filium referantur. Sed & hoc clarum, quare in Epistola Eleazari nulla salus adscribatur patri & conjugi ejus, utpote qui non vivere, sed regnare desiissent.

Ex eadem Epistola quia memorantur regina & liberi Philadelphi, cum argumentum sumit non potuisse eam scribi, nisi diu post obitum Ptolomæi Lagi, & tum quoque fallitur. Locus quem affert Justini ubi Philadelphus jam

regnans

regnans juvenis vocatur, & alter Herodiani ubi idem dicitur regnum adiiſſe ἐν νεότητι id eſt in juventute, & alius ex fragmento porphyrii ubi eſt τῷ παιδὶ τὴν ἀρχὴν διαδεξαμένῳ nihil juvant, cum voces iſtæ certum non determinent ætatem, & ad triceſimum annum adoleſcentes, ad quadrageſimum vero ſextum juvenes appellentur apud Græcos quidem ſæpe, apud Romanos vero ſemper. Nihil itaque obſtat quo minus Ptolemæum Ceraunum cum occumberet immaturum juvenem & νέον παντελῶς fuiſſe credamus, etiamſi multo plures quam triginta vixiſſet annos, ut opus non ſit ſeptennem huic tribuere filiam, quam ea jam ætate Pyrrho elocarit. Sed neque conſtat utrum iſte Ceraunus major natu fuerit Philadelpho. Quamvis enim mater Ceरauni prius nupſerit Ptolemæo Lagi, ac mater Philadelphi, tamen cum hic poſterior à patre prælatus fuerit in ſucceſſione, videri poſſit ætatis id factum fuiſſe prærogativa. Quod ſi inter eos Ceraunus fuerit liberos, quos ex Eurydice genuit Ptolemæus antequam Berenicen haberet conjugem, quadrageſimum etiam ætatis potuit attingere annum, cum ſtatim in initio Eurydicen duxerit uxorem, & abſurdum videatur non niſi viceſimo aut decimo nono Regni Anno natum demum ex hoc conjugio fuiſſe Ceraunum. Minus etiamnum ſuccedit quod de Philadelpho ſcribit, illum cum Regnum adiret annorum fuiſſe ſedecim, mortuum vero anno ætatis quinquageſimo ſexto. Putat nempe hanc ætatem ſufficere ad explicandum Plutarchi locum, ubi Philadelphum in Regno conſenuiſſe ſcribit. Atqui hac ratione ne quidem attigit ſenium, cum qui breviſſimos vitæ humanæ ſtatuunt terminos, ſexageſimum annum faciant ſenectutis principium: à Dionyſio vero Halicarnaſſeo ſenes ab anno demum ſeptuageſimo vocari incipiant. Ut itaque conſenuerit Philadelphus ſeptuagenario majorem fuiſſe oportet, & trigeſimum annum diu exceſſiſſe cum ſolus regnare inciperet.

In

In pompa Philadelphi & patris ejus, quam describit Athenæus, quod nulla sororis Reginæ fiat mentio, quid mirum, cum ne legitimæ quidem conjugis nomen ibi appareat? Sed negat Philadelphum, cum regnare inciperet, ullam habuisse conjugem, & causam affert eam, quod Athenæus scribat Sotaden in Alexandria solitum fuisse dictis lacerare Lysimachum, apud Lysimachum vero probris incessere Ptolemæum Philadelphum, quod futurum fuisse negat, si affinitatis intercessisset vinculum. Sed ipsa Sotadis verba melius rem expediunt. Apud Lysimachum criminabatur Sotades Philadelphum, quod cum legitimam haberet conjugem filiam nempe Lysimachi & ipsam dictam Arsinoen, illa tamen posthabita incesto amore pollueretur cum Arsinoe sorore sua eademque conjuge Lysimachi. Idem vero apud Philadelphum accusabat Lysimachum, tanquam male de Philadelpho loquentem.

Pergit tamen Oxoniensis juvenis & multus est in eo, ut ostendat Philadelphum cum regnare cœpit nullam vel conjugem vel liberos habuisse, & demum affirmat Regem hunc postquam jam duodecim regnasset annos exarsisse amore sororis agentis quadragesimum sextum vel octavum ætatis annum, & ipsum totidem fere jam natum annos. Miror sane eum verba Herodiani tam clara & manifesta, adeo tamen infeliciter interpretari, ut quovis ea enigmate faciat obscuriora. Quis enim ista intelligat *Philadelphum præ immatura ætate mores tam malos didicisse, ut tandem sororiis amoribus implicaretur*? Istud *tandem* non est in Græco & totum destruit sensum, qui alias omnino perspicuus est. Jam à prima adolescentia illicito sororem amore prosequebatur Philadelphus vel ipso id attestante nomine. Quamvis à patre elocata Lysimacho, ne sic quidem cessavit incestus, ut ex Sotade cognoscimus. Ad Regnum vero provectus juvenis, non tamen ab illegitimis & vetitis abstinuit nuptiis, cum regibus liceat quicquid libet & pravæ primæ ætatis consuetudines diutissime inhereant & totam sæpe

perdurent

perdurent vitam accendente voluptatem ipſa criminis magnitudine.

Ex his quæ hactenus diximus ſatis liquet recte ſe habere omnia in Epiſtola Eleazari cum & Reginæ ſororis & libero- Philadelphi facit mentionem. Reginam vocat quod uxor eſſet Lyſimachi. Quamvis autem conjugis loco eſſet & omnia apud Ptolemæum poſſet, ſoror tamen vocabatur εὐφημίας ergo. Cum vero negat Philadelphum ullos hoc tempore habuiſſe liberos propter ſeras Euergetæ nuptias & tum quoque fruſtra eſt. Quis enim neſcit principes ſi ſagaces ſint, ad ipſam pene ſenectam abſtinere à legitimis nuptiis, metuentes ſibi à liberis, qui ſi grandes fiant, & ſceptro & vitæ eorum inſidiantur. De Ptolemaide quæ habet, nec illa quicquam faciunt contra Ariſteam. Et Ptolemæus pater à quo nomen accepit ea Civitas, & filius Philadelphus qui eam auxit & ornavit, & qui poſtea ſucceſſere Reges ſub quibus ad majorem etiamnum crevit amplitudinem; omnes recte κτίσται ſeu conditores dicuntur, cum κτίζειν paſſim ita accipiatur.

Multa deinceps confert loca ut conficiat non fuiſſe magnam Philadelphi gloriam niſi cum jam multos regnaſſet annos, ſero enim literis & bibliothecæ inſtruendæ animum applicuiſſe, & illo demum quo vivere deſiit anno conquirendis undique incubuiſſe libris: unde facile colligas, Philadelpho non à Prima inſtitutione: & continuo literarum & literatorum uſu & commercio, ſed ſubito & pene momento in ultima ætate magnam iſtam & tantopere prædicatam obtigiſſe doctrinam, & vaſtam illam bibliothecam cui congerendæ nulla humana videtur ſufficere vita cooperantibus etiam multis librariorum & calligraphorum millibus, paucis tamen menſibus à moribundo jamjam Rege perfici potuiſſe. Mira ſane ſunt iſta, ſed non minus mirifica ſunt argumenta quibus hæc adſtruere conatur, veluti cum ex ſilentio Theocriti affirmat Philadelphum quando iſta ſcribebat Theocritus, nullam habuiſſe bibliothecam

bibliothecam, quia nullam in iſtoc idyllio hujus fecerit mentionem. Africani locus ad quem remittit ille nuſquam comparet. Si tamen tale quid ſcripſerit ille, ita hoc accipiendum eſt, quod ut toto vitæ ſpatio, ita quoque illo quem ſignarit anno locupletandæ operam dederit bibliothecæ. In loco Joſephi plurimum fallitur. *Τὴν βασιλείαν παραλαβὼν* non poteſt id ſignificare quod ipſe vult. Millies & ubique id occurrit, & nunquam aliter accipitur, niſi de eo qui primum regnare incipit. Et ſane quam ridiculus fuiſſet Joſephus ſi ultimo vitæ anno Philadelphum ſuam inſtruxiſſe dixiſſet bibliothecam, & quidem curam ejus gerente Demetrio Phalereo. Poſito tamen hoc abſurdo, pergit ratiocinari & dubitat utrum Eleazarus, cum ſacræ literæ in Græcum ſermonem converterentur, fuerit Judæorum Pontifex, & num Menedemus Philoſophus iſtoc tempore in Ægypto eſſe potuerit. Sed dicat ſi non ſub Eleazaro, in quo omnes conveniunt, ſub quo ergo alio pontifice facta fuerit illa verſio? Menedemum dicit non niſi ſeptennio ſupervixiſſe Ptolemæo Lagi filio. Atqui ſi ne unum quidem diem huic ſupervixiſſet, omnia in Ariſtea & Joſepho recte ſe habere quis non videat, cum verſio illa peracta fuerit vivente etiamnum, licet non Regnante Lagi filio.

Multus eſt deinceps ut oſtendat non eſſe veriſimile Demetrium Phalereum poſtquam principatum Athenis tot annis tenuiſſet, bibliothecarii munere functum fuiſſe in Ægypto. Exemplis & argumentis pluribus evincere conatur præfecturam bibliothecarum non magis honorificam fuiſſe apud veteres, quam ſit apud hodiernos. Eſto ſane. Verum Oxonienſis iſte juvenis qui nunquam collegium exceſſit & neſcit quid rerum foras agatur, omnes bibliothecarios ſimiles eſſe exiſtimat illis, qui verſantur in iis quæ frequentat collegiis, quorum conditio inter Baccalaureos & Magiſtros artium præterpropter eſt media. Sed ſi in Galliam tranſeat, inveniet Archiepiſcopum Remenſem Primatem totius Galliæ

qui ſit regius bibliothecarius. Si Romam pergat, habebit primarium Cardinalem qui Romanæ Eccleſiæ bibliothecarii gaudeat titulo. Quod ſi non tantum à magnitudine & potentia Regum Egypti, ſed & à dignitate ipſius bibliothecæ argumentum ducamus, & tum quoque neceſſe eſt, tanto præſtantius id munus olim fuiſſe exiſtimemus, quanto Alexandrina olim bibliotheca præſtantior fuit Vaticana, additis etiam in cumulum omnibus totius Europæ bibliothecis: ut merito aliquis dixerit, non minus glorioſam Demetrio bibliothecæ præfecturam fuiſſe ſub Ptolemæo, quam Athenarum ſub Caſſandro. Sed iſte juvenis ex male intellectis Ariſteæ & Joſephi locis putat Demetrium fuiſſe librarium & compingendis & glutinandis operam locaſſe libris, quod ſane lepidum. Verba Ariſteæ bene ſe habent, διαπεπτωκότα βιβλία ſunt libri quorum ſcriptura vetuſtate aut aliqua contracta labe evaneſceret, quales etiam Reges & principes ſiqui prudentes & ſimul literarum ſint amantes ut inſtaurentur & de novo deſcribantur ſolent jubere.

Ariſtobulum dein aggreditur Oxonienſis juvenis. Adeo implacabile eſt odium quo Ariſteam perſequitur, ut hujus cauſa omnes quoque inſectetur, qui vel de illo vel de Demetrio Phalereo reddidere teſtimonium. Cum ex Epiſtola quæ exſtat II. Machab. conſtet illum præceptorem fuiſſe Ptolemæi Philemetoris, cum commentarios ejus probarint & laudent Clemens Alexandrinus, Origenes, Euſebius, alii: quis non meretur inficeto demum hoc noſtro ſeculo prodire aliquos adeo perſpicacis ingenii homines, ut ſpurios fuiſſe affirment, iſtos quos non legerunt commentarios; & illos qui eos legerunt omnes vel deceptos vel mentitos fuiſſe audacter adſtruant? Ne tamen de nihilo ita ſentire videantur, audiamus quam afferunt cauſam. Epiſtola in qua Ariſtobulus appellatur præceptor Ptolemæi ſcripta fuit viginti & uno annis poſt mortem Philometoris. Qui vero ſucceſſit frater Ptolemæus Phyſcon ſexageſimum jam exceſſerat ætatis annum. Abſurdum vero eſſe inquiunt tam

provectæ

provectæ ætatis Regem præceptoris obnoxium fuiſſe magiſterio. Futili hoc confiſi argumento juvenis Oxonienſis ſpuriam eſſe pertendit iſtam Epiſtolam, ſpuria quoque & falſa eſſe dicit quæcunque Ariſtobulus iſte vel ſcripſerit, vel alii de illo prodiderunt. Mirum ſane adeo eum imperitum eſſe rerum & conſuetudinum quæ omnibus locis & omnibus ſemper obtinuere temporibus quæque paſſim & ubique etiamnum fiunt. Quis enim neſciat nutritiorum, pædagogorum,& omnium eorum qui educationi & formandis adoleſcentiæ præſunt moribus, & nomina, & titulos, & emolumenta tamdiu perſeverare, quamdiu vel ipſi, vel Reges vivant? Pleni ſunt libri exemplis Regum etiam in extrema ætate præceptores ſuos hoc nomine ſalutantium. Quod ſiquis hodierna malit vel vicinam adeat galliam, in qua licet quam diutiſſime regnarit magnus ille Rex, præfecti tamen ſeu gubernatoris non ceſſat titulus.

Æque futile eſt quod ſubjicit argumentum, exinde petitum quia Ariſtobuli in ſcripturam commentariorum nullam Joſephus fecerit mentionem. Ecqua enim eſt cauſa quamobrem hujus operis in hiſtoria meminiſſe debuerit? Ne Philonis quidem operum meminit, & niſi legatione ad Caium cæſarem functus fuiſſet, ne nomen quidem Philonis apud Joſephum exſtaret.

Pergit tamen feroculus iſte juvenis aliis quoque ſed vanis & irritis Ariſteam impetere telis. Dicit illum delirare cum ſcribit Philadelphum anniverſariis ſacris & conviviis celebraſſe diem illum quo inſigni victoria pulſus fugatuſque fuerit Antigonus. Putat me nec Ariſteæ nec Diodori verba intellexiſſe. Dicit nihil illo bello geſtum fuiſſe quod victoriæ navalis nomen mereatur: nullum à Diodoro memorari prælium, nullam naumachiam præclaram. Si ſciret juvenis iſte quid ſit naumachia ſeu bellum navale, non hæc ſcriberet. Quod nullius prælii in hoc bello meminerit Diodorus, vel ob hoc ipſum præclarior & illuſtrior ea fuit victoria, quæque vel ſola ſuffecit ut Soteris no-

men meruerit Ptolomæus, conſervando ſuos & ſimul in fugam vertendo adverſarios. Quis neſcit Pompeium ideo laudatum, quod incruenta victoria bellum confecerit piraticum?

Cum dicit Philadelphum vix natum fuiſſe belli iſtius navalis tempore, & tum quoque fallitur, cum ille jam decimum quartum aut etiam quindecimum ætatis attingere potuerit annum. Verba autem Ariſteæ de hac victoria non intellexit. Putat enim Philadelphi eſſe verba quæ ſunt Ariſteæ. Regis verba ſunt illa quæ præceſſerunt, cum dicit feſtum ſibi fore quandiu viveret illum diem, quo interpretes illum conveniſſent. Per parentheſin inſerit hic Ariſteas; Forte enim ita accidit, ut eodem anni die, quo interpretes adveniſſent, olim quoque nobis contigerit victoria in navali contra Antigonum bello. Ἡμῖν non poteſt hoc loco eſſe quod dicit, ſed nobis Alexandrinis & Ægyptiis & omnibus τοῖς περὶ τοὺς βασιλέας. De convivio & ſacrificio annuo propter hanc victoriam inſtitutis, ſi quis ea quæ ſcripſi legat, videbit juvenem iſtum cavillari. Alium dein errorem impingit Ariſteæ, ac ſi ille confundiſſet primam & ſecundam Ptolemæi in Syriam expeditionem. Dicit in prima expeditione, quam per Nicanorem confecit Ptolemæus, omnia iſta capta fuiſſe mancipia, quibus poſtea libertatem conceſſit Philadelphus. Hoc ut efficiat mirifice ſane torquet Joſephi verba, & ex male intellecto loco, pejora etiamnum format conſequentia. Tria Joſephus memorat Judæorum genera quæ captis Hieroſolymis in Ægyptum & alias Ptolemæo obnoxias migrarunt terras. Primo recenſet illos qui in montanis locis & in vicinia viverent Jeroſolymorum, quos omnes bello captos mancipia fecit & in Ægyptum tranſtulit Ptolemæus. Deinde loquitur de Jeroſolymitis, quorum multos ſecum abduxit, & quod fidem illorum perſpectam haberet, tuendis arcibus præfecit & Civitatis Alexandrinæ jure donavit. Poſtremo agit de aliis qui vel Jeroſolymis vel alibi remanſiſſent Judæis

dæis, quos dicit ubertate terræ Ægyptiæ & munificentia Ptolemæi inductos & ipſos ſua ſponte in Ægyptum migraſſe. Quamvis autem non intelligam quid ſit *Judæorum multitudini libertatem præcidiſſe* puto tam hoc voluiſſe juvenem iſtum, Judæos iſtos qui ſponte ſua terras ſuas deſeruere, non tamen prius in Ægyptum migraſſe quam libertas redderetur iis, quos primo Joſephus recenſuit captivis. Sed ſcire velim unde tale haurire potuerit ſomnium, cum tam clara ſint Joſephi verba? Deſinat tandem ſcriptorum vexare loca & tam alienos illis affingere ſenſus. Credat Joſepho, & illi, cui & Joſephus & omnes credidere antiqui, Ariſteæ inquam qui rem clare explicat, cum in edicto Philadelphi, quod ſcripto ſuo inſeruit, non unius temporis Judaica recenſeat mancipia, utpote cum ſcribat, illa non tantum cum caperentur Jeroſolyma, ſed & antea & poſtea fuiſſe deportata. Quid enim verbis ejus manifeſtius! Ὁμοίως δὲ καὶ εἴτινες πρὸ ἦσαν, ἢ καὶ μετὰ ταῦτα εἰσὶν εἰσηγμένοι.

Quæ deinceps ſequuntur talia ſunt, ut merito maturius in hoc juvene judicium requiram. Dicit non eſſe credibile Demetrium Phalereum & alios iſtos in aula Regia viventes per Epiſtolam conveniſſe Philadelphum Regem. Servorum & vulgarium hominum hunc eſſe morem pertendit, non autem illorum qui tanta familiaritate Regi eſſent conjuncti. Sed parum gnarus eſt iſte juvenis eorum quæ in aulis Regum principumque geruntur. Notus quis & quantus fuerit Sejanus. Attamen etiam ille apud Tacitum IV. Annal. *Componit ad Cæſarem codicillos.* Addens, *Moris quippe tum erat, quanquam præſentem, ſcripto adire.* Non ſolum in magnis, ſed etiam in minimis quæ Reges conferunt beneficiis non ſufficit viva vox, ut ratum ſit beneficium, opus eſt reſcripto, veluti ſigno per quod cognoſcatur Regum voluntas. Reſcriptum vero non datur niſi præceſſerit libellus, codicillus aut Epiſtola. Futile eſt itaque quod de Onia objicit Scaligero. Si enim voce tantum annuiſſet Rex Oniæ, irrita fuiſſet ea conceſſio.

Per-

Pergit tamen nugari juvenis Oxonienſis & quærit à me ſi hiſtoriam Scripturus ſim, utrum huic inſerendas exiſtimem literas noſtri ſeculi principum ea qua ſcribuntur ratione Latine expreſſas, an vera in alium ſtylum reformatas? Ullumne juvenis iſte probæ notæ poſſit oſtendere hiſtoricum, qui Regum principumque literas, barbaro plerumque Cancellariæ ut loquuntur conſcriptas ſermone, ſuis inſeruerit laboribus? Si qui principes adeo infeliciter animati ſint ut id fieri cupiant, res ſuas committant ſervis mercenariis & vilibus ſcribis, non autem illis qui poſteritati commendata ſua eſſe velint ſcripta.

Epiſtolam Demetrii Phalerei nomine ſcriptam inſulſam & barbariſmis plenam eſſe dixit ſed nunquam probare potuit Valeſius. Inſtanti olim mihi ut cauſam redderet, aliud quod reponeret non habuit, niſi hoc tantum, omnes iſtas Epiſtolas ejuſdem videri eſſe autoris. Quod ſane libenter concedimus, cum omnium hiſtoricorum mos ſit ut etiam cum alios loquentes inducunt, proprium tamen dicendi obſervent characterem.

Iterum dein Ariſteam aggreditur, ſed adeo inanibus & futilibus inſtructus armis, ut non poſſim ejus non mirari fiduciam. Peracta tranſlatione rogant ſeniores ut omnia in ſtatu ſuo conſerventur. Conſentit Demetrius & jubet ut pro more Judæorum male precentur illis qui in ea tranlatione aliquid aut addant, aut demant, aut tranſponant. Iſte Oxonienſis juvenis ineptam ut paſſim alibi Aſtiſteæ ſecutus verſionem, multus eſt ut oſtendat neque Græcis neq; Romanis, neque Ægyptiis aut Judæis unquam uſitatum fuiſſe ut diras alicui pœnas imprecarentur, niſi in rebus magni momenti & magna neceſſitate, quam dicit nullam fuiſſe in negotio verſionis. Levis nempe & nullius momenti res ipſi videtur ſacras depravare Scripturas. Quorſum vero omnia iſtæc quæ congeſſit imprecationum exempla, quorum ne unum quidem eſt quod ad rem faciat? Millies plura potuiſſet adducere loca, ubi homines Diras

ſeu

ſeu Furias hominibus invocant leviſſimam & ſæpe nullam ob cauſam. Ut vero cognoſcat quantum fallatur cum putat morem imprecandi librorum corruptores nunquam obtinuiſſe, ſufficiant verba quæ in fine occurrunt Apocalypſeos; *Conteſtor enim audienti verba prophetiæ libri hujus. Siquis appoſuerit ad hæc: apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. Et ſiquis abſtulerit ex verbis libri prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus à libro vitæ & ex urbi ſancta & ex iis quæ ſcripta ſunt in libro iſto.* Laudat hunc morem *Euſebius* Hiſt. Eccl. lib. 5. cap. 20. de Irenæo agens; *Sed & in fine annotationem optimam invenimus, quæ huic noſtræ hiſtoriæ inſerenda mihi videtur. Sic vero ſeſe habet. Adjuro inquit te, qui deſcribes hunc librum, per dominum Jeſum Chriſtum & per glorioſum ejus adventum in quo judicaturus eſt vivos & mortuos, ut conferas quæ deſcripſeris, & diligenter emendes ad exemplar unde deſcripſeris. Utque adjurationem iſtam ſimiliter deſcribas & codici tuo inſeras.* Quin & addit idem Euſebius; *Atque hæc utiliter ab illo dicta & à nobis commemorata ſunt ut priſcos illos & ſine controverſia ſanctiſſimos viros tanquam pulcherrimum exemplum exactiſſimæ diligentiæ ſemper ante oculos habeamus.* Chronico itaque ſuo ſimilem adjurationem attexuit, ejus què exemplum ſecutus Hieronymus, in cujus antiquis exemplaribus grandioribus & aureis literis exarata comparet. Idem facit Ruffinus in præfatione Origenis περὶ ἀρχῶν. Sed quid opus exemplis, cum infinita illa ſint, & in libris veteribus paſſim obvia.

Nuſquam vero magis excandeſcit Oxonienſis Juvenis quam ubi refert Ariſteas Philadelphum viſis libris ſacris eos propemodum adoraſſe & converſum ad ſeniores dixiſſe; gratias ſe agere & illis, & huic qui eos miſiſſet, & præcipue Deo cujus iſta eſſent oracula. Acclamantibus vero Senioribus & aliis præſentibus; BENE O REX, contigiſſe ut Rex præ nimio gaudio lacrimas emitteret. Nihil hic dicitur quod non ſemper & ubique & ab omnibus qui-

bus

bus aliquis humanitatis ineſt ſenſus fieri ſoleat. Quis enim in tanto acclamantium cœtu & præ nimia lætitia non continentium lacrimas adeo rigido & atroci ſit animo, cui etiam nolenti non profluant lacrimæ? Attamen juvenis iſte Ariſteam hoc loco vocat inverecundum caput & impudenter & monſtroſe mentiri affirmat.

Multa quoque alia in ſcripto Oxonienſis hujus occurrunt juvenis, quæ caſtigari merito poſſint & debeant, ſed rectius fecerim ſi illa maturiori ejus ætati & adultiori committam judicio, quam ut importunis & ingratis ipſe ea perſequar monitis.

ISAACI VOSSII

AD TERTIAS

P. SIMONII

OBJECTIONES

RESPONSIO.

LECTORIS.

CUm tota ea quæ me inter & P. Simonium orta est controversia versetur circa LXX interpretes, quæraturque utrum illi aliquando peccarint, an vero recte reddiderint omnia; futurum existimaveram ut pluribus & melioribus P. Simonius instructus documentis intentatam jamdudum persequeretur litem, & si non bonis, speciosis saltem & aptis ad plausum popularem argumentis fortius aliquanto veritatem hujus versionis aggrederetur. Sed vero quam longe mea me fefellerit opinio, cognovi statim ubi ultimum ejus prodiit scriptum; in eo quippe relicta quæstione, relictis LXX interpretibus, quidquid ipsi bilis inest, totum id in me effundit, & pro sexcentis quos se collegisse dicit horum interpretum erroribus, sexcentis & pluribus in locis me ineptum vocat. Animus non fuerat quidquam rescribere, satis enim mihi ad incitas redacti videntur, qui cum viribus non valent ad vanam prolabuntur iram & plebeo more solis sæviunt maledictis. Quia tamen non defluere unus & alter inter amicos, qui recte me facturum censerent si missis puerilibus conviciis, istis respondeam cavillationibus, quas P. Simonius pro argumenentis obtrudere conatur, libenter & illorum & forsan tuo, MI LECTOR, obsecutus desiderio, damus ea quæ sequuntur, meliora daturus si fortior mihi contigisset adversarius.

Dixerat Simonius meum esse commentum id quod scripsi de Judæis, illos depravasse S. literas ut lucrarentur bis mille annos. Produxi locum illustrem ex Abulfarajo, qui

d ipſum quod ſcripſi clariſſimis adfirmat verbis. Respondet Simonius, illum eſſe ineptum ſcriptorem, quod quam verum ſit judicent illi qui legerunt præfationem *Edvardi Pokockii* viri eximii & quo nemo Chriſtianorum peritior eſt in linguis & rebus gentium Orientis. Docet is licet Chriſtianus fuerit Abulpharajus, meruiſſe tamen ut Rex doctorum & primus eruditorum ſeculi ſui ab ipſis quoque appellaretur Arabibus. Eſto tamen ut & ille, & complures alii Arabes, qui id ipſum ſcripſere, fuerint inepti. Erravit tamen Simonius, cum meum id eſſe commentum & me ſolum ſic ſentire affirmat, cum plures dederim teſtes qui iſtam depravationem ſcelus vocent Judæorum. Illis quoque jam addo R. Samuelem ben Juda Hiſpanum, qui quingentos & plures abhinc annos, poſtquam à Judæis ad Mahometanos defeciſſet, de hac ipſa Judæorum depravatione librum ſcripſit Arabice.

Iterum dein affirmat Simonius vaticinium quod Eliæ adſcribunt Judæi, eſſe alicujus Thalmudici doctoris, non autem Eliæ Prophetæ, idque manifeſte ex Thalmude conſtare. Atqui nunquam hoc ex Thalmude probabit P. Simonius, & illum quem adducit locum plerique Judæi de Propheta accipiant. De R. Katina quod ſubjungit eſt effugium, ut tamen acumen ingenii ſui oſtendat, petit à me ut omnes iſtiuſmodi Prophetas *albo ſanctorum quos Anglicana continet Liturgia adjiciam.. Multa enim in illius liturgiæ Calendario ſpatia vacua eſſe relicta, quibus omnes ſan. ſancti prophetæ & ſanctæ prophetides Voſſii facile inſeri poſſint.* Accipio conditionem ſed ea lege ut Reverendus P. Simonius prius mihi ſignificet num iſtas voces quas adeo amat, *coglionerie* nempe & *coglionatore*, ex ſuo hauſerit breviario. Quod ſi ea, ut puto, in illo deſint, efficiat ut inſerantur, & ut impoſterum breviaria Romanæ Eccleſiæ tam pulcris ornata prodeant vocabulis. Id ſi fiat, & ego quoque ſancte promitto facile me impetraturum ut omnia iſtæc prophetarum utriuſque ſexus nomina etiam aureis deſcripta literis noſtris inſerantur Liturgiis.

Pergit

Pergit tamen Simonius & audacter ſcribit iſtum Eliam fuiſſe Thalmudicum doctorem, neque vocat nugaciorem Thalmudiſtis, quia dixeram ipſum eſſe Rabbiniorem Rabbinis, utpote qui tam confidenter affirmet, de quo dubitarunt pauci tantum Rabbini, nam longe major pars ad Prophetam hoc vaticinium referunt Eliam. Negat ullos unquam fuiſſe qui poſteriora illa verba, *ſed propter peccata noſtra præterierunt anni qui præterierunt*, additamentum eſſe dixerint. Negat quoque vaticinium Eliæ Chaldea, additamentum vero Hebræa eſſe expreſſum dialecto, quod tamen ipſi non negant Judæorum magiſtri. Verum ut cognoſcamus quam in omnibus miſere fallatur, adſcribam ipſa Thalmudis verba, quæ exſtant in libro *Schebet Jehuda*, quæque ſic reddidit Helvicus; *Reſpondit Hieronymus; Hæc poſtrema verba non eſſe Eliæ, ſed aſſumentum Rabbinorum, qui cum recuſarent Chriſtum Jeſum pro Meſſia agnoſcere addiderunt hæc verba, quaſi etiam Eliæ eſſent: cum tamen ea in præterito loquantur; abierunt ex illis annis qui abierunt. Reſpondit R. Zerachia; Omnis qui venit ad coarguendum aliquem, non debet afferre teſtimonium ambiguum quod duplici interpretationi obnoxium ſit, quale eſt hoc. Hieronymus enim dicit, poſtrema verba eſſe aſſumentum Rabbinorum: nos autem negamus. Jam ſi ille quærat, cur negemus, nos quæremus, cur ille affirmet? ſic itaque in medio relinquitur teſtimonium, ut neuter noſtrum aliquid firmi inde evincere queat. II. Novit ipſe Hieronymus, quod hic modus obſervetur in Talmud: Si quis Rabbi aliquid proponat, & alter neget, ſi proponens non demonſtret ſuam Theſin, tum illa relinquitur in dubio, donec probetur. III. Probabilius eſt unum eſſe auctorem totius hujus pericopes allegatæ, quam duos. Nam conſuetudo Talmudica eſt, ut ſi quod novum apophthegma ponatur, præfigatur nomen hoc modo: Dixit ille vel ille: at hic id non fit, ſed eſt continua ſententia. IV. Neque certo conſtat, an hic Elias ſit Propheta ille priſcus, an alius quidam Rabbi. Veriſimile eſt autem fuiſſe alium quendam Rabbi. V. Etiamſi Meſſias*

 viniret

veniret demum in fine sexi millenarii, tamen satisfieret vaticinio huic, quia non exprimitur, an in principio, an in medio, an vero in fine venturus sit.

Adhæc respondit Hieronymus, ratio temporis adversatur, quominus de alio quopiam Rabbino intelligi possit. Elias enim Propheta vixit longe ante Captivitatem Babylonicam. Atqui hic dicitur, propter peccata nostra, quæ multiplicata sunt. Manifestum igitur est aliquem hæc dixisse tempore Captivitatis seu exilii, in quo Elias Propheta non fuit. Respondit R. Zerachia; Esto dixerint Talmudici postrema verba; tamen nondum sequitur, quod initio quinti millenarii venire debuerit, &c. Verum quo magis cognoscamus vera esse quæ scripsimus, hoc quoque addo; in libro inter Judæos celebri continente historiam Judaicam, edito Hebraice Thessalonicæ & dein Venetiis, postea non tantum Latine, sed & Lusitanice & Germanice literis tamen Hebraicis impresso, conscripto à Salomone filio Virgæ; fuse & copiose satis narrari hunc Judæorum congressum cum Hieronymo de S.Fide,appellato antea *Josua Lurki.* Habita fuit hæc disputatio *Cæsaraugustæ* An. CIↃCCCCXII præsente Pontifice Benedicto XIII. antea Petro de Luna dicto, cujus medicus erat iste Hieronymus. In hac autem tam prolixa disputatione omnes Judæorum magistri unanimiter admittunt verba illa de bis mille annis Messiæ, esse sanctissimi Prophetæ Eliæ, utpote cui Deus futurorum largitus fuerit scientiam. Sed vero cum viderent hac ratione fieri non posse, ut Messiæ tempus non præterierit, addunt, etiam clausulam seu verba quæ sequuntur, quæ Hieronymus tempore exilii Judaici assuta esse dicebat, quibusque ea quæ præcesserunt penitus evertuntur, esse ejusdem Prophetæ Eliæ. Quod si non admittatur clausula, nec sibi quoque necesse esse ut Prophetæ Eliæ hæc verba adscribant potius, quam alteri qui sub ficto hujus Prophetæ nomine miseris voluerit imponere Hebræis. Judicet nunc vel ipse P. Simonius, an male locutus sim, quum dixi illum esse Rabbinorem Rabbinis.

Iterum dein ad id quod toties dixit redit Simonius, & ut explicet enormem istam discrepantiam quæ inter Græcos & Hebræos est codices in annis Patriarcharum qui ante & post diluvium vixere, scribit; *istas lectionum diversitates in exemplarium discrepantiam rejiciendas esse, non in codicum depravationem.* Quod tantundem est ac si dixisset istam discrepantiam esse discrepantiam, non autem depravationem. Debuisset ostendere diversitatis seu discrepantiæ hujus causam, quam plerique non casui fortuito aut negligentiæ & supinitati librariorum adscribendam esse fatentur, cum manifesta appareat malitia studioque & data opera facta sit hæc depravatio, sive LXX Interpretibus, sive Judæorum eam tribuamus Magistris. Hic cum expedire se nequeat Simonius, ut solet ubique incipere & ubique desinere, mirifica metabasi facta, quia Hebræos codices mutos esse dixeram, addit, & illa quoque exemplaria unde LXX Interpretes suam adornarunt versionem fuisse muta. Libenter concessi, sed addidi, Interpretes hos scivisse mutos istos legere & intelligere codices, quos hodierni Judæi nec legere nec intelligere se posse fatentur. Pergit, hac ratione mutos quoque fore Samariticos codices, *quos tamen nemo sani judicii mutos appellaverit.* Inter istos insanos tamen & ego quoque nomen profiteor meum, & assensuros mihi credo plerosque rerum gnaros, qui omnes istos Orientalium gentium libros à quibus absunt vocales, concedunt aut mutos esse aut saltem semimutos, prout magis minusve compendiaria est scriptura. In loco Justini Martyris fœde me errasse dixerat P. Simonius. Respondi illum somniasse cum hæc scriberet. Nunc remittit ad cap. ix. disquisitionum suarum Criticarum, ac si sufficiat ad capreas me ablegasse silvestres, cum nec vola nec vestigium fœdi istius erroris ibi compareat. Ne tamen nihil dixisse videatur alium resumit Martyris hujus locum cum hac præfatione, *Longe plura afferri possunt quibus constaret Vossium Patrum Scripta ne quidem à limine salutavisse: at satis erit hoc loco expendere quæ habet Vossius de verbis Jonæ cap. 3. 4. adhuc*

quadraginta dies & Ninive ſubvertetur. Juſtinus Martyr gemino in loco producens hæc verba Jonæ habet *quadraginta tres,* eamque lectionem quare probandam cenſuerim dixi cap. xxiii. Audiamus nunc qua ratione P. Simonius efficiat me in verbis hujus Martyris fœde erraſſe. Dicit Juſtinum Martyrem interpolaſſe ſcripturam LXX Interpretum, & ex verſione Aquilæ addidiſſe *quadraginta.* Conſtare enim dicit *ſanctiſſimum illum Martyrem ſcripturæ verba haud infrequenter proferre ex* LXX *Interpretum ſimul & Aquilæ tralatione.* Nuſquam Aquilæ verſionem profert Juſtinus, quin ſimul damnet & abominetur. Vel unum ex omnibus hujus Martyris ſcriptis promat locum, ubi ille verſionem LXX Interpretum adulterarit verſione Aquilæ, id ſi fecerit, virum eſſe fatebor. Sententiam Theodoreti non opus erat laudare, cum prior eam laudarim, ſed ſic, ut longe prætulerim illam Juſtini Martyris lectionem, qui duobus in locis veram LXX Interpretum exhibet ſcripturam. Fruſtra argutatur quod in altero Juſtini loco adſcriptum fuerit in aliis LXX Interpretum exemplaribus legi *tres* non *quadraginta tres,* ut habet *Juſtinus.* Quis enim adeo eſt ignarus ut pleraque uncis incluſa, inducta & inſitiva eſſe neſciat? Et hic niſi fallor eſt fœdus ille error quem me commiſſe toties affirmat P. Simonius. Non imitabor ipſum in congerendis tot convitiis, hoc ſolum dixiſſe contentus, valde me dubitare utrum P. Simonius habeat naſum. Si forſan habeat, certe non habet naſum criticum, quem tamen valde affectat.

De acceptione vocis προφήτης & προφητεύειν, vix unicam implevi pagellam & tamen me verboſum & garrulum vocat P. Simonius. Dicit illa omnia quæ ſcripſi ad rem non pertinere, me latebras quærere, & nihil niſi nugas reponere. Ut aliquid habeat quo eludat ea quæ ſcripſi de varia vocis προφητεύειν ſignificatione non apud veteres tantum Judæos, ſed & ipſos quoque gentiles: pleraque mea verba confundit, & nequiter invertit, conjungens ea quæ diſtinxi-

diſtinxi & ſacra miſcens profanis. Sed quorſum omnia hæc niſi ut ſe nullo veritatis oſtendat teneri ſtudio & nihil omnino habere pudoris? Siquid enim haberet, relinqueret quæſtionem in ſuo ſtatu abſque ullis cavillationibus. Status autem quæſtionis eſt iſte? Num recte, & ſi recte, quo ſenſu & Philo Judæus & plerique antiqui Chriſtianorum patres tam Græci quam Latini nullo excepto præter unum Hieronymum, LXX. Interpretes prophetas & θεοπνεύστους & eorum verſionem προφητείαν appellarint. Hanc ego quæſtionem ſic ſolvi; ſi interpretes iſti S. Scripturas recte ſint interpretati, utique etiam fuere Prophetæ, teſte non Apoſtolo tantum 1 *Cor.* 14. ubi omnem S. literarum interpretationem vocat προφητείαν, ſed & ipſo Chriſto poſtremo Lucæ ubi diſcipulis donum confert intelligendiScripturas. Audiamus nunc quid ad iſtæc P. Simonius. Quæ reponit hæc ſunt; *Verum quo tendat iſta Voſſii garrulitas, tu ipſe judicabis, vir optime. Perinde illi eſt quid ſcribat, modo ſcribat.* Pulcra ſane ſolutio. Cum ipſe nihil habeat quod reſpondeat, remittit me ad hominem neſcio quem, viventem in loco neſcio, quo ut mihi reſpondeat neſcio quid & quando. Pergit tamen *debuiſſe me refellere Hieronymum & non excurrere inaniter.* Et hoc abunde à me factum & quidem non inaniter. Dixi enim non audiendum eſſe unum Hieronymum qui manifeſte Chriſto & Apoſtolo & omnibus antiquis contradicit patribus, cum à ſui temporis deceptus Judæis LXX. illos non Prophetas, ſed Interpretes fuiſſe ſcribit. At vero eundem Hieronymum audiendum eſſe quando Chriſtum & Apoſtolos ſecutus donum interpretandi non ſeparat à dono Prophetiæ, & LXX. Interpretes *plenos Spiritu Dei & quæ vera ſunt ſcripſiſſe* fatetur.

Latere aliquem probum eſt & Latinum & paſſim obvium. *Latere alicui* & hoc quoque rectum, ſed ambiguum & alterius ſignificationis, quia ſæpe ponitur pro latere propter aliquem, vel cauſa alicujus latere. Reprehenderat me Simonius

nius ac si dixissem præcepta Grammatica ante sexcentos demum annos à Judæis fuisse compilata, negat nunc Simonius se tale quid scripsisse, sed de punctis fuisse locutum. Sed P. Simonius seipsum loquentem audiat, sic enim scribit, Cap. xvii. pag. 133. *absque ullis præceptionibus grammaticis, quæ non à sexcentis tantum, ut contendit Vossius, sed à nongentis & amplius annis inventæ sunt.*

Dixeram ne nomen quidem Copticæ linguæ extitisse antequam Arabes Ægypto potirentur. Respondet Simonius; se nolle de nomine litigare; suam vero sic declarat sententiam. *Dico autem sermonem Copticum sive Ægyptiacum fuisse in Ægypto antequam Arabes potirentur illis regionibus. Verum sicut sub Græcis principibus Græcis vocibus auctus fuit, ita sub Arabibus Arabicis vocabulis adauctus fuit.* Non sic evadit P. Simonius. Qui sunt Grammatici & præsertim Critici, qualem se profitetur Simonius, illorum munus est propriis res quasque signare nominibus. Libenter quidem concesserim Copticæ linguæ nomen detortum esse ex Ægytiacæ, cum in medii ævi scriptoribus non semel Ecyptos pro Ægypto scriptum occurrat, sed non inde sequitur Copticum sermonem fuisse in Ægypto antequam Arabes ea potirentur. Exempla quæ addit non recte ab eo proponuntur, nihiloque melius succedunt, quam siquis hodiernam linguamGallicam eandem esse diceret,ac fuerit illa quæ ante Cæsarem in usu fuerit. De Turcica & persica linguis quæ scribit, in iis non habebit consentientes illos quos nominat populos. Qui probe Turcice norunt, si ad antiquam Turcarum patriam supra Caspium mare sitam peregrinentur, nihil omnino intelligunt. Persæ vero libenter fatentur se veteres suos libros ne legere quidem nosse. De Anglica lingua multo etiamnum magis fallitur, cum putat eandem esse ac fuerit illa quæ ante Guilhelmum Normannum obtinuit. Illa quippe erat Saxonica, quæ longius recedit ab hodierna Anglica, quam Latinus sermo à Græco. Cum vero scribit Ægyptium sermonem fuisse

usitatum

usitatum in Ægypto antequam eam invaderent Arabes, & tum quoque frustra est. In tota Ægypto proprie sic dicta, solus fere Græcus obtinuit sermo. Si qui in ea linguæ essent gnari Ægyptiæ, illi hanc aut ex libris, aut ab istis, quòs Arabægyptios & Libyægyptios vocat Ptolemæus, addiscere cogebantur. Istæ enim gentes cum nunquam Græcis aut Romanis dignæ visæ sint, quæ vincerentur; ideo linguam suam longe melius conservavere, quam urbani Ægyptii Nil accolæ, qui Græce loquebantur, cum aliorum, quos diximus, sermo fuerit Ægyptius, ut facile colligas ex Athanasio, Palladio & multis aliis. Quia vero horum terras infinita monachorum implevere examina, qui illorum addiscerent sermonem; hinc factum ut complures inter eos reperirentur, qui & Græce & Latine & Ægyptiace loquerentur. Nam si qui inter illos nascerentur & non essent advenæ, istos sermonis tantum Ægyptii gnaros fuisse multis potest confici exemplis. Postquam vero ante mille & quinquaginta annos Arabes invasere Ægyptum, in unam quasi gentem coaluere superioris Ægypti incolæ cum circumsitis populis, ut se contra inferioris Ægypti Arabas tuerentur, admissis in urbes Ægypti Arabægyptiis & Libyægyptiis, latronibus quidem, attamen à longo tempore Christianam profitentibus Religionem & demum factis Jacobitis ut testantur Arabes. Ex hac gentium mixtura prodiit illa quæ Coptica vocatur lingua, quæ tamen & ipsa non diu substitit. Tempore enim Saladini & Mammalucorum Principum ab annis nempe quingentis & aliquanto pluribus, jam prævalebat in ipsa quoque Thebaide inferioris Ægypti sermo & adscribi cœpere Arabica, quæ tamen absunt ab illis quos vidimus libris, qui sex vel etiam septem seculorum præ se ferunt antiquitatem. An id factum sit quod antiquatus jam illa tempestate esset sermo ille ut videtur existimasse Petrus Vallensis, an vero aliam ab causam, cognosci forsan possit ex Arabicis quæpræfiguntur præfationibus. De hoc enim nihilquod affirmem habeo.

In versione Syriaca opus non est ut *quæstionarium* mutetur in *custodiam*, cum apud medii ævi scriptores vox ista non semel occurrat pro carcere & loco torturæ. Ut ut tamen admittatur hæc mutatio, quid demum inde lucrabimur, cum in versionibus Syriacis tot occurrant loca unde confici possit, ut cum Bocharto loquar illas admodum esse recentes ?

Pergit dein ridere P. Simonius & simul ringi, quum nihil habeat quo eludat ea quæ scripsi de secunda Aquilæ editione quam δευτέρωσιν dictam fuisse cuique additas fuisse ostendimus traditiones Judaicas. Quid ad hæc Simonius ? Postquam Augustinum & Hieronymum traditionum Judaicarum meminisse monuit, subjungit; *Iidem quoque patres qui secundæ editionis Aquilæ mentionem fecerunt, nunquam illam δευτέρωσιν appellant.* Miror frontem Simonii, cum tam manifesta sint Anastasii Sinaitæ verba, qui non uno loco docet secundam Aquilæ editionem dictam fuisse τὴν Ακύλα δευτέρωσιν, ipsumque hoc confirmet Justinianus in novellis constitutionibus, qui vel solus multorum instar esse possit. Quærit tamen Simonius; *an ideo secunda illa editio, est secunda editio versionis Aquilæ, quia δευτέρωσιν vetus Novellarum interpres reddidit secundam editionem ?* Sed ostendat P. Simonius mentitum esse Justinianum cum δευτέρωσιν Aquilæ tribuit, ostendat errasse veterem ejus interpretem, ostendat quoque falsum esse Anastasium Sinaitam, cum id ipsum non uno confirmat in loco. Hodiernos Judæos Misnam vocare δευτέρωσιν quis nescit, aut quid ad rem facit ? Quis etiam nescit id quod ex Augustino probare conatur Judæos habere traditiones quas vocant orales ? Quærit tamen à me cur Epiphanius cum meminerit traditionum Mosis & Akibæ, nullam etiam mentionem fecerit traditionum Aquilæ ? Quia id minime fuit opus, cum eædem sint traditiones Akibæ & Aquilæ. Sufficit præceptorem nominasse, à quo illas habuit Aquila. Traditionum vero Aquilæ seu Onkelos, ut illum Judæi vocant, sæpius mentionem faciunt Rabbini.

Hic

Hic demum ubi tot LXX Interpretum errores congesserat, fortiter rem gerere & omne ingenii acumen explicare debuerat P. Simonius; verum nusquam maturius receptui canit, unum tantum hoc promisisse contentus editurum se librum quo iterum congrediatur & fortiorem se præstet. Verum ut opinor non iterum congredietur, sed iterum fugiet. In antecessum tamen hoc affirmat eadem arte eademque facilitate, qua ego LXX defendo Interpretes, posse quoq; defendi Aquilæ versionem. Magnam certe Judæorum promerebitur gratiam si quacunque ratione Aquilæ possit adstruere versionem. Id si præstiterit, facile quoque efficiet ut Talmud de Evangeliis & de Ecclesia triumphet Synagoga & ut ipse velut Messiæ præcursor ab omnibus adoretur Rabbinis.

Ut ostendat LXX Interpretes Græce nescisse profert dein Hieronymi locum scribentis vocem ἀποκαλύψεως ab illis esse confictam interptetibus, cum verbum id à nullo sapientium seculi apud græcos fuerit usurpatum. Sed insigniter errat. Si enim non sit Græcum, utique neque κατακάλυψις, παρακάλυψις, συγκάλυψις, ἐγκάλυψις & similia erunt Græca. Sed fefellit Hieronymum, vel quod simplex κάλυψις non sit sat Græcum, vel quod ἀποκαλύπτειν in contraria tantum positum reperisset significatione, pro tegere, obvelare & dolose recondere; cum tamen apud antiquissimos etiam Græcos eo quo apud sacros scriptores sensu acceptum occurrat.

Iterum dein LXX aggreditur, & ut ostendat lectionem hodiernam meliorem esse, ac fuerit ea, quam ipsi secuti sunt; profert locum proverb. vi. 16. ubi dicit LXX aliter legisse ac sit in hodiernis libris, quod verum est, legerunt enim שמח & postea ושבר quod autem dicit melius sensum constare & melius illum cum sequentibus cohærere in hodiernis versionibus quam in Græca, omnino id aliter se habet. Fefellit eum quod & alios fefellit, qui quod sensum laborare existimarent ante Ἐκχέει addiderunt ἐξολοθρευθήσονται, quomodo in multis editionibus perperam legitur. Sed vero verba illa Συντρί-

βεται

βεται δὲ δι' ἀκαθαρσίαν ψυχῆς ad ſequentia, non ad ea quæ præcedunt debent referri. *Quapropter cito venit ejus perditio , confractio & contritio incurabilis, quoniam gaudet omnibus quæ odio habet dominus. Conteruntur autem propter impuritatem animæ, oculus contumelioſi, lingua injuſta, manus effundentes ſanguinem juſtum, & cor ſtruens cogitationes malas, & pedes feſtinantes ad malefaciendum.* Judicet nunc lector quanto melius cum iis quæ præceſſere,& iſtis quæ ſequuntur hæc conveniant, quam quod vulgo legitur, *Sex ſunt quæ odit dominus & ſeptimum deteſtatur anima ejus*, quæ certe merum faciunt frigus.

Dicit dein perinde eſſe utrum in loco 24. Numer. Gog. legamus an *Agag*. quia aleph apud Hebræos ſæpe additur. Si dixiſſet iſtam literam in compendiaria Scriptura ſæpe omitti, aliquanto quidem melius, non tamen rectè fuiſſet locutus. In tota lingua Hebræa vel unum proferat exemplum ubi nomini proprio iſta in initio litera præfigatur.

In loco *Euſebii* de hexaplis cum adeo plana ſint omnia, ut nihil quod opponat hactenus comminiſci potuerit Simonius, non eſt ut diutius immoremur. Si quis non contentus iis quæ Valeſius ſcripſit ſequi malit errorem Petavii & qui temere illum ſecutus eſt Simonii, per me licet ut unuſquiſque pro captu ſuo ſentiat. Debuiſſet reſpondere argumentis Valeſii, quibus ille ſolide ſatis probavit Origenem nulla concinnaſſe Octapla, ſed hexapla & tetrapla? Quid ad hæc Simonius? Dicit *me totum ab aliis pendere, & ne quidem à limine Patres ſalutaſſe.* Ego quidem non ſoleo patrum ſalutare limina, illos etiam in ſuo Sacrario & in intimo latentes receſſu inviſo, & quidem abſque ullis præviis officiis, nec indigeo admiſſionali, cum ipſi melius ſuos mihi declarent ſenſus,quam ſi interprete utar Simonio.Dicit autem ille ea quæ ſcripſi non convenire cum iis quæ habet Valeſius, utpote qui Hebraica & eadem Hebraica Græcis expreſſa literis, duabus deſcripta fuiſſe exiſtimet paginis, cum ipſe una eademque illa incluſa fuiſſe dixerim pagina. Atqui

Si

Si diſſentiam à Valeſio, quomodo verum eſſe poteſt id quod paulo ante dixit, me totum ab aliis pendere? Ut tamen cognoſcat merito hac in parte me diſſentire à Valeſio, hoc dixiſſe ſufficiat, ſi illius ſequamur ſententiam, non ſatis bene conſtare rationem hexaplorum, quo enim referenda ſeptima editio? Quapropter ut intelligamus ſenſum Euſebii, operæ pretium fuerit verba ejus adſcribere, quæ totam rem conficiunt, clareque ſitum, ordinem & œconomiam oſtendunt hexaplorum. Sic itaque ille; Ἔνθε μὲν τοῖς ἑξαπλοῖς τῶν ψαλμῶν μετὰ τὰς ἐπισήμους τέσσαρας ἐκδόσεις, οὐ μόνον πέμπτην, ἀλλὰ καὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην παραθεὶς ἑρμηνείαν ἐπὶ μιᾶς αὖθις, σεσημείωται ὡς ἐν Ἱεριχοῖ εὑρημένας ἐν πίθῳ κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίνο τοῦ υἱοῦ Σεβήρου. Sic verba Euſebii legerunt cum alii, tum quoque Cedrenus & Nicephorus niſi quod ille omiſit ἐπὶ μιᾶς αὖθις. Unde apparet etiam olim in ambigua lectione hæſiſſe multos, neſcientes num ad præcedentia, an vero ad ea quæ ſequuntur referenda eſſent iſta ἐπὶ μιᾶς αὖθις. Hinc factum ut alii ſextam, alii ut Zonaras ſeptimam, alii utranque ſimul verſionem in Jericunte repertam fuiſſe ſcripſerint. Corruptum eſſe hunc locum cenſebat Petavius & infeliciter admodum corrigere conatur. Valeſius exactiſſimæ vir diligentiæ, tranſpoſitis prioribus verbis iſta ad ſequentia referenda eſſe cenſebat, ſic enim vertit; *Rurſus in principio unius notavit inventam illam fuiſſe Hierichunte in dolio*, ſecutus niſi fallor Zonaram & forſan Suidam, cum tamen Cedrenus, Nicephorus & alii utranque ſimul & ſextam & ſeptimam editiones in eodem iſtoc dolio repertas fuiſſe ſcribant, legerunt quippe εὑρημένας non εὑρημένης. Sed recte ſe habet ἐπὶ μιᾶς pro ἐπὶ μιᾶς σελίδος. Sextam enim & ſeptimam verſionem in una eademque Origenes exhibuit pagina, duas dimidiatas pro una computans verſione. Eadem ratione Nicetas in theſauro, ubi de Origene agit, affirmat illum, ἐπὶ μιᾶς σελίδος, ſive in una pagina, exhibuiſſe Hebraica Hæbræis eademque Græcis deſcripta literis. Non hæſiſſet Valeſi-

us

Ad Argumentum quo ostendi nihil in libris Mosis ab Esdra fuisse immutatum, quia nempe Philo & *Josephus* affirmant, à temporibus Mosis neminem ausum fuisse quidquam scriptis Mosis aut addere aut demere, nihil omnino reponit. Ad alterum vero quod ad confirmandam hanc ipsam veritatem ex convenientia codicis Samaritici attuli argumentum, valde respondet infeliciter. Dicit enim Samaritas fuisse idololatras usque ad tempora Esdræ & ab illo demum accepisse legem Mosis. Atqui contrarium sacræ docent literæ. Constat enim ex Reg. IV. cap. 17. Samaritas ut ab incursione leonum liberarentur admisisse legem Moysis & necessitate compulsos coluisse Deum verum, sic tamen ut antiqua sua non relinquerent idola: unde clare satis conficias illos ducentis pæne ante Esdram annis habuisse libros Moysis, ipsumque hoc satis testantur literæ quibus conscriptus est Samariticus codex, quem quod ab antiquis acceperint Hebræis, ideo quoque antiquas Hebræorum continet literas. Quod si ab Esdra libros Moysis accepissent Samaritæ, utique non antiquis Hebræorum literis, sed illis, qui Esdræ tempore usitati erant, descripti fuissent characteribus.

Sed audiamus quibus confisus testibus affirmat P. Simonius non superesse Moysis libros, sed tantum Scribarum nescio quæ collectanea. Primo producit Africanum, qui ut docet *Euseb.* Lib. I. cap. 7. Eccl. Hist. scriptis in archivis Judæorum exstitisse tabulas familiarum genealogicas, quas omnes combusserit Herodes. Hinc manifestum esse dicit, genealogias quæ in sacris occurrunt libris esse compendiarias. Inde demum concludit, nos non habere nisi Moysis & aliorum prophetarum breviaria, ideoque nihil certi ex sacris qui supersunt libris posse affirmari de

de rebus chronologicis & genealogicis. Si vel una ex his valeat consequentia, quidlibet è quolibet facile efficiemus. Quid enim factum hoc Herodis ad Moysis & prophetarum libros? An quia genealogicas Herodes combussit tabulas, ideone etiam mutilandi & abbreviandi sacri fuere libri? Quænam præterea fingi possit causa, ut cum antea in rebus chronologicis & genealogicis non laborarit fides Moysis & prophetarum, demum ea incerta & dubia esse debuerit postquam combusti indices fuere genealogici? Merito aliquis miretur miseris & præposteris adeo opiniones suas Simonium adstruere argumentis. Sed profecto sic semper solet & ut videatur multum trivisse patrum scripta, omnia congerit, præterquam ea quæ ad institutum faciant. Quid enim ad rem facit locus quem adducit Augustini, ubi scribit etiam ante Moysem fuisse inter Chaldæos & Ægytios qui libros ediderint? Quis enim de eo dubitat? sed & quid ad propositum faciunt ænigmatistæ apud Moysem? quam vocem perperam accipiendam esse dicit de ætatis illius scriptoribus, cum ænigmatistæ sint illi qui amant & captant ænigmata & parabolas etiamsi non scribant; quem sensum non admittunt tantum, sed & exigunt verba Moysis. Ut tamen efficiat nos non habere nisi compendium librorum Moysis, & similiter compendium librorum Josuæ, Samuelis & Regnorum, provocat ad Theodoretum, quo teste affirmat *libros hos* decurtatos *& ampliatos fuisse, cum illi, ipso referente, ex amplioribus prophetarum commentariis depromti fuerint, quibus etiam aliquid à posterioribus scribis additum fuerit.* Quot verba totidem quoque imposturæ, cum ne unum quidem horum apud Theodoretum illo positum invenias sensu. Nihil ille de contractione librorum Moysis in epitomen. De libro Josue quid senserit & an recte senserit infra videbimus. Libros Regnorum collectos esse dicit ex multorum prophetarum scriptis, qui diversis vixere temporibus. Primum quidem librum vocari prophetiam Samuelis. Quæ post Samuelem gesta fuere, illa conscripta

Q fuisse

fuiſſe ab aliis prophetis, quorum unuſquiſque res ſuæ ætatis memoriæ mandarit. Ex horum prophetarum ſcriptis compoſitos fuiſſe libros Regnorum. Poſt collectionem illam comprehenſam quatuor libris, permanſere illi in eo ſtatu in quo ſemper fuere. Nullos ille memorat ſcribas, qui aut addiderint aut detraxerint quidquam, ſed dicit alios fuiſſe hiſtoriographos, qui ea quæ in libris his eſſent omiſſa poſtea collegerint, & duos paralipomenon conſcripſerint libros. Sed ut cognoſcamus quam bona fide Simonius patrum advocet teſtimonia, videantur velim ipſa Theodoreti verba in illo ad quem provocat libris Regnorum præfixo prologo & conferantur cum prava & perverſa P. Simonii explicatione. Et tamen ac ſi rem factam haberet addit; *Sed quia Voſſius eſt bonus Chriſtianus Theodoretum, Procopium, Diodorum alioſque patres ſic ſentientes non recipiet.* Multo ſane libentius Patrum horum ſententiam admittet Voſſius, quam παρερμηνείδου Simoniii, qui fucum facit & vanum ſpargit pulverem ut caliginem inducat & infirmis moleſtiam creet oculis. Adeone enim quis ſimplex ut non videat Simonium in ambiguo ludere ſenſu, cum ſcribit nos non habere omnia prophetarum monumenta & integros illorum commentarios, ſed tantum horum compendia? Quis enim, ſi recto accipiatur ſenſu, iſtud negaverit, cum libri Regnorum & Paralipomenon toties remittant ad uberiora ſcripta, unde iſtæ quæ ſuperſunt deſumptæ fuere hiſtoriæ? Quis item neget Moyſem in iis quæ ætatem ejus præceſſere prolixiores à patriarchis relictos conſuluiſſe commentarios? Hoc ſi admittamus habemus ſaltem quæ Moyſes & Prophetæ ſcripſere compendia. Verum non hoc vult P. Simonius, ne quidem rerum à ſe, & majoribus geſtarum quod ab ipſo Moyſe conſcriptum ſit ut aliquod ſi ita loqui placeat compendium habeamus concedit. Nec Moyſis tantum, ſed & cæterorum quæ vocat prophetarum compendia permittit ut integra & inviolata ad manus noſtras pervenerint. Dicit & illa æque ac Moyſis compendium nullos certos habere auctores, nec permanſiſſe

in

in ſtatu in quo primitus fuere, ſed diverſis temporibus à diverſis ſcribis fuiſſe interpolata, aucta & diminuta, ita ut nihil certi ex illis haurire poſſimus. Nempe ut magis etiamnum vileſcant libri ſacri & omnia fiant incerta, fingit neſcio quos ſcribas, qui pro lubitu & ratione temporum decurtata, ampliata & mille modis reformata iſtæc ut vocat nobis obtruſerint compendia. Ne vero cuiquam durum videatur expulſis legitimis prophetis in illorum locum iſtiuſmodi ſacrorum librorum ſubſtituere corruptores, dicit & iſtos quoque ſcribas divino fuiſſe afflatos ſpiritu, & ut contumacem & reluctantem adeo tranſmittamus offam, hoc qualecunque putat ſufficere condimentum. Sed ſi prophetæ fuere, cur non vocat prophetas, cur in ambiguo ludit vocabulo & ſcribas nominat? Provocat ad Joſephum, ſed ille non ſcribas ſed prophetas hoc loco memorat, cur ab illo recedit? Cur non æque ac ille ſacrorum librorum ſcriptores prophetas appellat? Dicit Eſdram & alios ſimul ſcribas & prophetas fuiſſe, Eſto ſane, ſed quis neſcit etiam ruſticos, indoctos & idiotas fuiſſe aliquando prophetas, ideone ad omnes illiteratos propaganda eſt prophetarum appellatio? Munus ſcribarum fuiſſe contendit hiſtorias & annales condere. Dicit, ſed non probat. Quamvis varia ſcribarum ſeu γραμματέων apud Græcos, Romanos, Ægyptios, æque ac apud antiquos Hebræos, fuerint genera, ordines & appellationes; omnes tamen in eo conveniunt, officium ſcribarum fuiſſe notis excipere, deſcribere & cuſtodire quorumvis magiſtratuum, corporum aut collegiorum leges, ſtatuta & acta ſub variis titulis & indicibus digeſta in libros, quos regeſta ſcribarum vocarunt olim Latini, barbari regeſtoria, noſtro demum ſeculo *regiſtros*. Nuſquam invenias ſcribas, qui quatenus ſcribæ ſimul quoque hiſtoriographi aut annalium fuerint ſcriptores. Itaque Caſſiodorus lib. 12. 21. ubi agit de officio ſcribæ, jubet ut ille ſit *tranſlator, non conditor antiquorum geſtorum.* Conſtat ſane juſſu Caſſiodori complures Græcos libros à ſcribis in Lati-

 num

num fuiſſe converſos ſermonem. Deſcribendis vero non publicis tantum tabulis, ſed & quibuſvis aliis ſcriptis operam locaſſe, colligo quoque ex Flavio Vopiſco in vita Taciti Imperatoris, ubi ſic ſcribit; *Cornelium Tacitum ſcriptorem hiſtoriæ Auguſtæ, quod parentem ſuum eundem diceret, in omnibus bibliothecis collocari juſſit: & ne lectorum incuria deperiret, librum per annos ſingulos decies ſcribi publicitus in eicoſarchiis juſſit, & in bibliothecis poni.* Notum eſt ſcribas olim per decurias fuiſſe diſtributos. Licet vero duplicaretur hic numerus, uni tamen parebant decurioni, æque ac in militia. Ἐικοσαρχεῖον eſt itaque curia viginti ſcribarum. Torſit hic locus multos eruditos, quod veram non aſſecuti fuerint ſcripturam. Paſſim vero in inſcriptionibus & præſertim in provinciis occurrunt ſcribæ librarii, pro *copiſtis* ut vulgo vocantur, Ubique illi aliena deſcribunt, nuſquam ſua, ut pote quorum officium fuerit non ſcribere, ſed deſcribere. Quod ſi aliam apud Hebræos, Chaldæos aut Ægyptios ſcribarum conditionem fuiſſe exiſtimet, atque apud alias gentes; ne id quidem facile obtinebit, & etiamſi obtineat, nihil tamen efficiet. Apud Ægyptios quidem ubique prophetarum, qui erant ſuperioris ordinis ſacerdotes, occurrunt libri, nuſquam vero ſcribarum, & ne ἱερογραμματέων quidem, qui erant antiſtites ſcribarum, & quaſi ſcribæ recocti, ut Horatius loquitur, quorumque propter longam experientiam magna erat auctoritas, & ſæpe non minor, quam ipſorum prophetarum & pontificum. Illis tamen inſerviebant & illorum juſſu quidquid placuiſſet actis inſerebant ſacerdotalibus, & tales libri ut apud Romanos libri Pontificum, ita apud Ægyptios libri prophetarum vocabantur, non ſcribarum. In inſcriptionibus non ſemel occurrunt ſcribæ à libris pontificum. Non erat licitum ſcribis quidquam inde excerpere & luci committere, prohetarum & majorum Sacerdotum id erat officium, non ſcribarum. Ut itaque finem faciam, quæcunque P. Simonius de ſcribis & prophetis habet, iſta plane intempeſtiva & veri-

veritati sunt contraria, cum quos Josephus prophetas, ille scribas nominet; & inverso ordine scribis ea tribuat quæ solis conveniunt prophetis. Et tamen non ad Josephum tantum, sed & Eusebium & alios provocat patres, ut scribas suos faciat prophetas. Sed profecto mutos advocat testes, cum de commentitiis istis scribis altum apud omnes sit silentium. Hinc facile conficias ut sæpe alibi, ita quoque hoc in loco pleraque patrum & testium nomina ad speciem & pompam tantum facere, idemque in scriptis P. Simonii præstare officium, quod in scena præstant satellites.

Quod autem in loco Numenii, qui extat lib. 8. Eusebii de præp. Evang. ubi agit de Janne & Mambre ἱερογραμματεῖς P. Simonius Interpretatur sacrorum librorum scriptores, & tum quoque peccat, sacros scribas dicere debuerat. Libenter autem concedimus Moysis ætate scribas in Ægypto fuisse, cum nulla respublica absque his possit subsistere. Rectius tamen produxisset locum Josephi lib. 11. cap. 5. ubi refert vaticinium ἱερογραμματέως Ægyptii, de Moyse, Iste enim non scriba tantum, sed & verus simul fuit propheta.

Jam vero ut ad Theodoretum revertamur, recte monet P. Simonius illa ipsa quæ leguntur in præfatione ad libros Regnorum, legi quoque apud Procopium Gazæum, & quidem quod mirere iisdem verbis. Sed quod putat Procopium hæc descripsisse ex Theodoreto, in eo errat quam maxime. Æqualis enim Nestorio, Diodoro Tarsensi & Hieronymo fuit Procopius, ut ex epistolis ejus cognoscimus, è quibus illam quam ad Hieronymum scripsit, quod ætatem ejus manifestam faciat nen pigebit adscribere:

Προη-

Προκόπιος Ἱερωνύμῳ.

Πάλιν Αἴγυπτος καὶ τρυφὴ, καὶ πένητες ἡμεῖς παρὰ σοὶ, καὶ λόγος ἀπόντων οὐδείς. Οὐδὲν τοῦτο πρᾶγμα, γέλα μόνον χρυσῷ ῥέοντα τὸν Νεῖλον ὁρῶν· κἂν ἔτι μᾶλλον τὴν ὀφρῦν ἀνασπάσῃς, οἴσομεν πάντως ὑπερορώμενοι. Ἔσεται γὰρ ἦμαρ ὅτε πάλιν ὄψεις τὴν Ἐλοῦσαν καὶ δακρύβεις ψάμμον μηθισταμένην τοῖς πνεύμασι καὶ τέμνουσαν εἰς ῥίζας τὴν ἄμπελον. Ἔνθα καὶ νύμφαι ξέναι τινὲς καὶ θαλάττιαι καὶ Ζεὺς ὑέτιος οὐδαμοῦ. τότε γελάσω μὲν ἐγὼ καὶ κωμῳδήσω τὴν τύχην. σὺ δὲ νομίζεις εὐδαίμονα τὸν νῦν ἀπερριμμένον ἐμέ. Πλὴν ἐν ὅσῳ ἄν σοι δίδωσιν ὁ Νεῖλος τρυφᾶν, γράφε μόνον καὶ κάλει σμικροὺς ἡμᾶς καὶ χαμαί τινας ἐρχομένους. Οὕτω γὰρ καὶ σοῦ γράφοντος ἀπολαύσομεν καὶ σὴν ἀλαζονείαν τῇ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδι παραμυθήσομαι.

Procopius Hieronymo.

Iterum Ægyptus & mollities, nosque tibi pauperes, & absentium ratio nulla? Nihili est istud, rideas modo auro fluentem spectans Nilum. Etiamsi magis etiamnum attollas supercilium, contemptum omnino patiemur. Erit enim tempus cum iterum videbis Elusam, & flebis arenam disjectam ventis & radice tenus vastantem vites. Peregrinæ aliquæ & mari advenientes nymphæ & Jupiter pluvius ibi nusquam. Tunc quidem ipse ridebo & subsannabo fortunam. Tu vero me nunc abjectum, tum beatum putabis. Veruntamen dum tibi Nilus in deliciis vivere permittit, scribe tantummodo & nos minutos & velut quosdam humo prorepentes appelles. Sic enim & te scribente fruemur, & tuam superbiam futuri exspectatione mollius feram.

Elusa Idumææ oppidum, cujus cum multi alii, tum quoque Hieronymus facit mentionem. Ex hac vero Epistola apparet aut in manus latronum Arabum, qui late ibi domi-

dominantur, incidiſſe Hieronymum; aut certe in magno verſatum fuiſſe periculo. Monet itaque Hieronymum Procopius, ſi iterum Eluſam tranſeat & incidat in Saracenos, non ita facile evaſurum & Matronarum divitum quibuſcum verſabatur auream fruſtra invocaturum pluviam. Faſtus Hieronymi ab aliis quoque notatur Græcis. Verum ut ſuperbi de ſuperbis plerunque conqueruntur, ita neque Græcorum faſtum concoquere potuiſſe Hieronymum, non uno in loco ex ſcriptis ejus colligas. In Chronico ad Annum MMCCCXCII ubi legitur, *Baſilius Cæſarienſis Epiſcopus Cappadociæ clarus habetur*; hæc adduntur, *Qui multa continentiæ & ingenii bona uno ſuperbiæ malo perdidit.* Non leguntur hæc verba in editione Scaligeri, ſed exſtant in antiquis membranis. Verum hæc ad intellectum hujus Epiſtolæ & ſimul ut ſciamus Theodoretum recentiorem fuiſſe procopio dicta ſufficiant. Hinc quoque clare ſatis aliquis intelligat, pleraque illa loca in commentariis ad Pentateuchum, in quibus verſio Hieronymi laudatur, non poſſe eſſe à Procopio, ſed ut nonnulla quoque alia, ita quoque illa temere ab interprete fuiſſe aſſuta; unde credo factum ut complures integro ſeculo recentiorem Hieronymo fecerint Procopium.

Nunc videamus an recte ſenſerit Theodoretus, quod librum Joſue non ab ipſo conſcriptum fuiſſe dixerit Joſua, idque eo magis, quod hujus autoritate fretus idem de omnibus S. Scripturæ libris affirmare non dubitarit P. Simonius. Cauſa quamobrem ſic crederet Theodoretus ea fuit, quod exiſtimaret ſcriptum, ad quod relegat autor geſtorum Joſuæ, fuiſſe antiquum: unde conſequi videtur librum Joſuæ fuiſſe compoſitum ab aliquo qui poſtea vixerit, quique ad confirmandum illud de ſolis mora miraculum remittat ad librum τȣ͂ εὐθοῦς. Verum argumentum hoc valeret, ſi adderetur librum illum fuiſſe vetuſtum, quod non comparet in illis οὐχὶ τȣ͂το γεγραμμένον ἐπὶ βιβλίȣ τȣ͂ εὐθοῦς; Ad argumentum autem eorum qui putant abſurdum eſſe Joſuam

Joſuam uti teſtimonio atque autoritate libri qui illo ipſo quo vixit ſcriptus fuerit tempore, ad hoc ſic reſpondet Andreas Maſius; *imo vero minime abſurdum eſt, ſi publicarum literarum teſtimonio res à ſe geſtas comprobarit.* Quod ſi ab ipſo Joſua librum illum conſcriptum fuiſſe exiſtimemus, ne ſic quidem aliqua ſupererit difficultas, ſi ad aliud, quo fuſius à ſe expoſitum illud fuerit miraculum, remittat ſcriptum.

Liber vero, quem hoc loco citat Joſua, cujuſque mentionem invenias libro Reg. II. cap. I. 18. ſive alius fuit, ſive idem, ab illis nempe qui poſtea vixere continuatus prophetis; ut ejuſdem nominis, ita quoque ejuſdem fuiſſe argumenti vel ipſe ſatis declarat titulus. Liber enim recti id eſt recte factorum inſcribebatur, quia continebat omnia ea, quæ juſte & legitime à populo Iſraelitico & ducibus ejus gererentur, quæque prophetæ & præcipui ſacerdotes digna exiſtimarent, quæ æternæ traderentur memoriæ. Facta vero injuſta, quæque & deo & Sacerdotibus ejus diſplicerent, illa non inſerebantur huic libro, utpote quæ perpetua oblivione obruenda eſſe cenſerent. Morem hunc ut multis aliis populis, ita præcipue Hebræis uſitatum fuiſſe, pluribus alibi oſtendimus exemplis, quæ opus non eſt hic repetere.

Alterum argumentum quod affertur, non potuiſſe à Joſua librum illum ſcribi, quia ſæpe in illo occurrunt verba iſtæc *uſque in hodiernum diem,* ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας, id omnes ex Hieronymo hauſere, qui quod hæc ipſa inveniantur quoque non uno in loco apud Moyſem, dubitat num Moyſes, an potius Eſdras fuerit auctor pentateuchi. Nam inquit in ſcripto contra Helvidium *hodiernus dies illius temporis exiſtimandus eſt, quo hiſtoria ipſa contexta eſt, ſive Moyſem dicere volueris auctorem pentateuchi, ſive Eſdam ejuſdem inſtauratorem operis, &c.* Sed vero errorem Hieronymi clare oſtendit Samariticus pentateuchus, quem jam à ducentis antequam Eſdras Hieroſolyma veniret Samaritæ habuere

habuere annis, in quo pleraque ea loca, quæ hic memorat Hieronymus, eodem plane modo atque in aliis leguntur pentateuchis. Exceptionem enim, quam interponit P. Simonius, non ſubſiſtere jam oſtendimus.

Quod alterum attinet *uſque in hodiernum diem*, miror non Hieronymum tantum, ſed & tot eruditos noſtri ſeculi viros tam levi perſuaſos argumento dubitaſſe de eo, de quo qui dubitarit jam à tot annorum millibus repertus eſt nemo. Cum toties & paſſim in veteris & novi teſtamenti libris hæc occurrat locutio, debuiſſent ſaltem advertere, non poſſe ita ut vulgo intelliguntur verba hæc accipi, cum ea quæ ſemper fiunt, & quæ multis etiam ſeculis poſtea contingunt, in ſacris tamen literis hodie fieri dicantur. Cum multa alia loca, tum vel illa, quæ in Epiſtola ad Hebræos cap. 3. 13. leguntur verba, docere eos debuiſſent, vocem *hodie* non præſens tantum, ſed & indeterminate omne quod huic adhæret notare tempus, ſive quodcunque tempus quod non præteriit; παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται. Hodiernus itaque dies eſt non præſens tantum aut craſtinus, ſed & omnes quotquot non præterierunt dies, qui quandocunque aderunt, erunt quoque hodierni. Origenes ad Joannem ubi carpit quoſdam, qui in illis verbis *hodie mecum eris in paradiſo*, expungendam eſſe crederent vocem *hodie*, propter triduanam Chriſti ſepulturam; σήμερον interpretatur τὸν ἐνεστηκότα αἰῶνα, pluraque & iſtic & alibi affert Scripturæ loca in quibus *hodie* ſignificat totum præſentis ævis continuitatem, dividens totum tempus in ævum præteritum & ævum præſens, nulla habita ratione momenti quod in medio eſt, ut pote quod incomprehenſibile. In hac expoſitione conveniunt fere quotquot ſunt patres, qui vel de ſuccedentibus diebus, annis & ſeculis, vel ſi de deo & Chriſto ſermo eſt, pro eo quod ſemper eſt & de tota æternitate vocem σήμερον accipiendam eſſe affir-

mant. Fruſtra itaque Hieronymus aliique qui eum ſequuntur, ut Moyſis libros non eſſe Moyſis obtineant, hodiernum diem & tempus ad breve ſpatium reſtringere conantur, cum tam multa ſcripturæ ſacræ loca contrarium teſtentur.

LETTRE

LETTRE
DE
M. COLOMIES
A
M. JUSTEL.

Touchant l'Hiſtoire Critique du Vieux Teſtament du Pére Simon.

LETTRE
A
M. JUSTEL.

MONSIEUR,

J'Achetay il y a quelques jours la fameuſe Hiſtoire Critique du Vieux Teſtament, faite par le Pere Richard Simon, & imprimée à *Amſterdam* depuis quelques mois. Comme cette édition eſt plus exacte & plus ample que les precedentes, je l'ay lûë avec aſſez de ſoin, & y ay trouvé d'abord une Preface Apologetique, dont l'auteur, quoy que l'on en diſe, ne peut eſtre autre que le Pere Simon. Bien qu'il ait pris à taſche de ſ'y déguiſer, & d'y parler en Proteſtant, il eſt aiſé de le reconnoiſtre à ſes manieres ; & pour peu qu'on ayt lû ſes autres Ouvrages, où il paroiſt ſous divers noms & ſous diſérentes formes, on n'aura pas de peine à tomber dans mon ſentiment. Parmy pluſieurs perſonnes qu'il maltraite dans cette Preface, j'ay eſté ſurpris de m'y rencontrer ; d'autant plus que dans ma Lettre à M. Claude, au ſujet de laquelle il me calomnie, je n'ay parlé de luy qu'avec grande eſtime. Ainſi je ne puis deviner d'autre cauſe de ſon chagrin à mon égard, que les loüanges que j'ay données à M. *Voſſius* en pluſieurs endroits de mes Livres. Et c'eſt ce que le Pere Simon luy meſme ſemble avoüer, lors qu'il dit que *dans mes petits livrets*, comme il les appelle, *je ne parle preſque d'autre*

d'autre chose que du grand Vossius. D'où ce bon Pere conclut, par vne justesse de raisonnement admirable, que *je suis un auteur à juste prix, & gagné par M. Vossius pour faire des Livres.* Il est vray, MONSIEUR, que j'ay rendu plus d'une fois justice au mérite de cet excellent Homme; & que, quelque foible que fust ma voix, je n'ay pas laissé de la méler parmy celles de tant de Savans qui l'ont couronné de leurs éloges. Si ces loüanges déplaisent au Pere Simon, je ne puis qu'y faire; Je ne suis pas resolu de changer de stile pour l'obliger: Tout ce que je puis luy promettre, c'est que si à force d'estude il devient aussi habile homme que l'est aujourd'huy M. Vossius, je luy doneray avec joye les mesme éloges. Sur ce qu'il dit que *je suis un auteur à juste prix, & gagné par M. Vossius pour faire des Livres,* il me seroit fort aisé de recriminer: Mais je fais gloire d'imiter cette Religieuse Payenne, qui disoit autrefois à Alcibiade, qu'elle n'estoit pas faite pour maudire, mais bénir. J'en dis autant au Pere Simon; qui aprendra par mes Raretez d'estude, par mes Notes sur Quintilien & par mes Observations Sacrées, que si j'ay loüé M. Vossius en quelques endroits, je l'ay repris librement en d'autres: Preuve évidente que je ne suis pas si esclave de ses sentimens que ce bon Pere se l'imagine.

Aprés cette Preface Apologétique, j'ay parcouru les petites notes, qui se trouvent au bas des pages de l'Histoire. Bien que ces notes soyent sans nom d'auteur, je n'ay pas eu de peine à y reconnoistre le Pére Simon, qui y fait le mesme personnage que dans la Preface, & qui semble ne s'y estre caché, que pour avoir lieu d'adoucir ou de retracter plus librement plusieurs choses, qui luy paroissoient trop fortement dites ou peu soûtenües. Quoy qu'il en soit, j'ay lû ces remarques avec plaisir.

Je viens maintenant, MONSIEUR, à l'Histoire mesme, sur laquelle j'ay fait diverses observations, moins pour refuter le Pere Simon, que pour illustrer son Ouvrage. Dés l'entrée,

trée, ce Pére fait une faute qui luy eſt commune avec bien des Savans. C'eſt lors qu'il prétend que Sunia & Fretela, à qui S. *Jérôme* écrit, ayent eſté des Femmes. Cependant voicy ce qu'ont d'anciens Manuſcripts au devant de l'Epitre que cite le Pere *Simon*, *Chariſſimis Fratribus Suniæ & Fretelæ.* Le premier qui m'a fait prendre garde à cela, & qui m'a tiré en meſme tems de l'erreur où j'eſtois avec beaucoup d'autres, eſt M. *Ferrand*, Avocat au Parlement de *Paris*, qui vous eſt ſans doute connu, & qui nous a donné une Paraphraſe & des Remarques ſur les Pſeaumes qui ſont préférables, à mon avis, à toutes celles que nous avons.

Le Pere *Simon* parlant en ſuite aſſez au long du celébre Manuſcrit de M. de Béze, qui ſe void aujourd'huy à *Cambrige*, m'a fait ſouvenir d'une remarque que j'ay faite il y a long tems. C'eſt que ce Manuſcrit, auſſi bien que le *Codex Claromontanus* de Meſſieurs Du Puy, qui en fait l'autre partie, s'ccorde ordinairement avec les citations de S. Irenée. D'où j'inféré qu'ayant eſté trouvé à Lyon, au Monaſtere qui porte le nom de ce S. Docteur, comme le dit M. de *Beze*, ce pourroit bien avoir eſté ſon exemplaire, ou pour le moins une copie. Ce pieux Solitaire du voiſinage de M. l'Eveſque de S. *Aſaph*, qui nous a déja donné de ſavantes Diſſertations ſur S. *Cyprien*, & qui travaille preſentement ſur S. *Irenée*, aparamment ne manquera pas de remarquer la conformité des paſſages aléguez par ce S. Docteur avec le Manuſcrit de M. de *Beze*. Le docte Pierre Pithou, qui n'eſtoit pas moins grand Critique qu'il eſtoit grand Juriſconſulte, & qui avoit vû dés l'autre ſiecle les deux parties de ce Manuſcrit, eu parle en ces termes dans ſa Diſſertation des Interprétes Latins de la Bible : *Vidimus aliquando vetuſtiſſimum exemplar Evangeliorum literis majoribus exaratum, adjectis è regione Græcis, quod olim fuiſſe dicebatur Eccleſiæ Lugdunenſis. Vidimus & aliud Epiſtolarum ejuſdem formæ & ætatis, ex Corbeiæ majoris Galliæ Monaſterio, quæ tanquam ſanctioris antiquitatis* Κειμήλια *non ſine religione & ſuſpicimus & veneramur.* Pag. 122

Il

P.110. Il eſt vray que S. *Auguſtin* preféré quelquefois l'Hebreu aux Septante. Mais l'endroit qu'en cite le Pere *Simon*, n'eſt pas fidélement raporté. S. *Auguſtin* au 18. livre de la Cité de Dieu chapitre 44. examine s'il faut lire dans le Prophete Jonas *trois jours*, comme il y a dans les Septante, ou *quarante jours*, comme il y a dans l'Hebreu. Le Pere *Simon* au contraire raportant cet endroit de S. *Auguſtin*, attribuë la premiere de ces deux leçons à l'Hebreu, & l'autre aux Septante. Il ſe peut faire auſſi que cette erreur là, ſoit moins du Pere *Simon* que de ſon Copiſte. Quoy qu'il en ſoit, ſi S. *Auguſtin* euſt eſté aſſez ſavant dans la langue Grecque, pour lire les Oeuvres de S. *Juſtin*, il y auroit trouvé la véritable leçon des Septante, qui eſt *quarante trois jours*, & non pas *trois jours*, comme liſent toutes les editions, & preſque tous les Peres, tant Grecs que Latins.

P.210 L'edition des Septante de *Rome* eſt aſſurément la meilleure de toutes celles que nous avons; & je ſuis icy plûtoſt du ſentiment du Pere *Simon* que de celuy de M. *Voſſius*. Le Pere Fronton du Duc Jeſuite, & l'un des plus excellens Hommes de cet Ordre là, eſtoit auſſi de ce meſme avis, ayant choiſi l'edition de *Rome* plûtoſt qu'aucune autre, pour la faire imprimer plus correcte qu'elle n'eſtoit. Pour cela ce ſavant Homme avoit ramaſſé de fort belles choſes; lors que s'aviſant d'ecrire aux Jeſuites de *Rome* ſes confréres, pour les prier de l'aider dans ſon deſſein; ces Peres, bien loin de répondre à ſon attente, luy r'écrivirent, que toutes ces diverſes leçons de Bible cauſoyent plus de trouble que d'édification, &, non contens de luy parler de la ſorte, il luy ordonnerent meſme d'envoyer à *Rome* tous ſes papiers. Quelque repugnance qu'euſt ce pauvre Pere à obéïr à un ordre ſi rigoureux, il falut pourtant en paſſer par là, & priver en meſme tems la republique des lettres du fruit de ſes longs travaux. Je tiens cette hiſtoire de feu M. *Sarrau*, Conſeiller au Parlement de *Paris*, qui l'avoit apriſe du Pere Sirmond. S'il plaiſt à Dieu de continuer à

me

me favoriser de sa grace, je tascheray de supléer au defaut du Pére Fronton, en donnant l'Edition des Septante de *Rome* avec le Nouveau Testament, corrigée en plusieurs endroits, & enrichie d'un grand nombre de passages paralléles qui tiendront lieu de Commentaire, & qui justifieront clairement que la plus part des mots spécieux & des phrases particulieres, qu'employent les Evangelistes & les Apôtres, sont ordinairement tirez des Septante.

Je suis aussi volontiers, MONSIEUR, du sentiment du Pere *Simon*, lors qu'il blâme les Protestans d'Angleterre & d'Alemagne, d'avoir changé l'ordre de livres entiers, faisant imprimer les Septante. Mais il faut aussy qu'il m'avoüe, que les Protestans ne sont pas les seuls coupables de ce changement. Le Pere Comitolus Jésuite dans sa Chaîne sur le Livre de *Job*, dit que dans le Manuscrit des Septante du Vatican, ce Livre se trouve aprés le Cantique des Cantiques; & cela conformément au Catalogue des Livres du Vieux Testament, raporté par Méliton, par le Concile de Laodicée & par S. *Athanase*. Cependant dans l'édition de *Rome*, faite sur cet exemplaire du Vatican, ce Livre de *Job*, est dans un autre ordre. P. 202.

Au verset 15. du 3. chapitre de la Genése, l'on ne peut douter qu'au lieu d'αὐτός, il ne faille lire αὐτό, quoy que la faute soit si ancienne qu'elle se trouvast mesme dans l'exemplaire de Philon. J'avois crû d'abord que nous devions cette correction à M. *Vossius*; mais depuis je l'ay rencontrée parmy plusieurs diverses leçons, à la fin de la Bible Grecque imprimée à Basle l'an 1545. Pour le mot τηρήσει, qui est dans le mesme verset, il n'est pas besoin de le changer en celuy de τειρήσει, avec le Pere *Simon*, ny en celuy de τρήσει, avec M. *Vossius*. C'est ce que j'ay sufisamment prouvé dans mes Observations Sacrées, & ce qu'a mesme enfin reconnu M. *Vossius*, dans sa Replique au Pere *Simon*. P. 315.

P. 220. Au verſet 21. du 49. chapitre, au lieu *d'arbriſſeau,* je traduirois *tronc*; le mot ϛέλεχος, qui eſt dans les Septante, ſignifiant proprement le tronc d'un arbre. De là vient qu'en quelques Provinces de *France,* comme dans le Poitou, l'on appelle une buſche *eſtelle,* mot aparamment corrompu de ϛέλεχος, comme le ſoupçonne ingénieuſement le docte M. *Beſly,* dans ſes Notes ſur les Hymnes de Ronſard. Στέλεχος ſignifie la meſme choſe dans ce paſſage de *Job, ch.* 29. *v.* 18. Ἡ ἡλικία μου γηράσει ὥσπερ ϛέλεχος φοίνικος, πολὺν χρόνον βιώσω, & non pas *ſtirps* & *ſtemma,* comme ſemble inſinuer Monſieur l'Eveſque d'*Oxford* dans ſes Notes ſur la celébre Epitre de S. *Clement.* Conſultez, ſ'il vous plaiſt, dans les Septante le 15. *ch.* de l'*Exode v.* 27. & le 33. des *Nombres v.* 9. & vous ne croirez pas aiſément qu'il ſoit fait mention du Phœnix dans l'endroit de *Job.*

P. 246. Parmy les anciens Docteurs qui ont blâmé S. *Jerôme* d'avoir fait une Verſion de la Bible ſur l'Hebreu, perſonne ne s'eſt encore aviſé de mettre *Théodore* de Mopſueſte, Maiſtre du grand *Théodoret* & ſi eſtimé par Facundus. Cependant ſi l'on vient à lire avec quelque ſoin la page 396. de la Bibliothéque de *Photius* imprimée à Roüen, l'on verra que cet Eveſque parlant de S. *Jerôme* en termes couverts, le blâme fort en ſuite d'avoir oſé faire une Traduction de la Bible ſur l'Hébreu, ſans avoir eu d'autre connoiſſance de la langue, que celle qu'il avoit tirée de quelques miſerables Juifs. Faiſant imprimer il y a peu de jours mon Suplément à la Bibliothéque Eccléſiaſtique de M. *Cave,* tres digne Chanoine de *Windſor,* j'y inſeray que je ne ſavois perſonne qui euſt fait avant moy cette découverte. Depuiu, fueilletant le Marius Mercator du Pere Garnier, j'ay trouvé la meſme remarque à la page 101.

La clauſe, *Vidit Deus quòd eſſet bonum,* du verſet 10. du
P. 2[illegible]. premier Chapitre de la Généſe, ne répond point à la création du ſecond jour, comme prétend le Pere *Simon,* mais bien à celle du troiſieſme; & elle ſ'y rencontre deux fois,

parce

parce que Dieu fit des choſes diférentes le troiſieſme jour. Par la meſme raiſon cette meſme clauſe ſe trouve deux fois au ſixieſme jour. Ainſi je crois que quand les Septante ont mis une approbation au ſecond jour, ç'a eſté ſuivant les exemplaires Hébreux qu'ils avoyent, qui eſtoyent plus entiers que les nôtres.

Le Pere *Simon* croit que le changement du nom de *Sara* en *Sarra*, ſoit une erreur qui doit eſtre rejettée ſur les Copiſtes Grecs, *bien qu'elle ſoit*, ajoute-t-il, *fort ancienne*. Mais pour moy, MONSIEUR, je ne voudrois pas, condanner cette leçon ſi facilement; d'autant plus qu'elle eſt autoriſée par le Juif Tryphon dans l'Entretien que *Juſtin Martyr* eut avec luy. J'ay parlé plus au long de cet endroit des Septante dans ma Lettre à M. *Claude*. P. 255.

L'endroit où le Pere *Simon* parle d'une Congregation tenüe à *Rome* l'an 1576. qui déclara que l'on devoit ſe ſouſmettre entierement à la Vulgate, meſme juſqu'aux poincts & aux virgules, m'a paru tout à fait plaiſant, & m'a fait ſouvenir ce que raporte le Jéſuite Turrien dans ſon Apologie pour les Epitres des Papes. C'eſt que quelques années avant la tenüe de cette Congregation, il ſe trouva des gens à *Rome*, qui eſtoyent ſi enteſtez de la Vulgate, que comme on voulut y imprimer les Oeuvres de S. *Cyprien*, ils furent d'avis qu'au lieu des paſſages aléguez par ce S. *Martir* ſuivant la Verſion faite ſur les Septante, on y mît la Verſion Vulgate. Mais de quoy n'eſt-on point capable à *Rome*? P. 268.

Depuis S. *Jérôme* juſqu' à Pagnin, le Pere *Simon* ne fait mention de perſonne, qui ait fait une verſion Latine de la Bible ſur l'Hébreu. Cependant un *Cardinal* Anglois, nommé *Adam Eſton*, en avoit fait une long tems avant Pagnin. *Robert Wakfeld*, auſſi Anglois, Chapelain du Roy *Henry* 8. & aſſez ſavant pour ſon tems dans les langues Orientales, dit dans ſon Traité de la ſincerité du Texte Hebreu, qu'il poſſédoit la Traduction de ce *Cardinal*, & qu'elle luy fut derobée, avec d'autres Livres, par un Chartreux nommé *Richard Colier*. Balæus, qui a fait l'éloge de ce *Cardinal*, parle auſſi de cette Verſion. P. 313.

P. 316. Benoist Arias se nommoit *Montanus*, à cause de son pays. C'est ce que découvre Cyprien de Valére dans sa Préface sur la Bible Espagnole: *Benito Arias*, dit-il, *natural de Frexenal de la Sierra, por esso se llama Montano, al qual yo conoci estudiando en Sevilla.* Je suis assez du sentiment du Pere *Simon* touchant Benoist Arias & ses Ouvrages. Je souhaiterois seulement de voir son Apologie, qu'il écrivit en Espagnol, & que l'on garde Manuscrite à *Oxford*, si l'on en croit Sixtinus Amama dans son Antibarbare contre la Vulgate. Comme Arias n'avoit pas de sujet d'aimer les Jésuites, aparamment il ne les épargne pas en se défendant, comme il ne les a pas épargnez dans sa Lettre à *Philippe* 2. publiée par l'inconstant Scioppius.

P. 396. L'auteur Anglois, qui à mis une Préface à la teste de la Bible Grecque imprimée à *Cambrige*, est l'illustre Monsieur *Pearson*, Evesque de *Chester*, l'un des plus savans Hommes de l'*Europe*. Si le Pere *Simon* veut prendre la peine de recueillir ce grand nombre d'erreurs, que S. *Jérôme*, à son avis, a doctement remarquées dans les Septante, & dont il dit que M. *Pearson* devoit faire mention, on taschera de défendre ces Interprétes.

P. 412. Je crois avec le Pere Comitolus que le Diacre Olympiodore est l'auteur de la Compilation sur le Livre de *Job*; & je trouve qu'il apuye son sentiment de fortes raisons, sur tout dans la seconde édition de cette Chaîne, faite à Venise l'an 1587. in quarto, Le Pere *Simon* semble n'avoir pas vû cette seconde édition, non plus que Patrice Junius, qui nous a donné celle de Londres, & qui n'auroit pas manqué, s'il l'avoit vûë, d'insérer dans son édition plusieurs beaux fragmens qui se trouvent dans celle-cy, tirez de diverses Chaînes Manuscrites sur *Job*; ou de marquer au moins dans sa Préface qu'il les avoit vûs.

P. 415. Le nom de *Paul* Evesque de Burgos, avant qu'il se fist Chrêtien, estoit *Solomon Levita*, au raport d'Abrabanel sur le 34. d'*Esaie*. Mais je n'ay pû trouver jusqu'icy

le

le nom d'un autre Juif, qui se convertit à *Rome*, & qui fut nommé Jean Baptiste; dont il y a dans la Bibliothéque de *Lambeth* un Livre assez rare, dedié au Cardinal Bernardin Carvajal, intitulé *Confutatio Hebraicæ Sectæ.* Je ne puis découvrir non plus quel a esté le nom Arabe du fameux, Jean Leon, dont nous avons l'Histoire d'Afrique; & à moins que quelqun ne déterre le Manuscrit Arabe de cette Histoire, que possédoit autrefois Vincent Pinelli, nous courons risque d'ignorer toûjours son premier nom. Mais, il n'est pas dificile de s'en consoler; d'autant plus qu'il y en a bien d'autres, quil est impossible de découvrir, spécifiez par ce grand Bibliothécaire M. Naudé, dans son Apologie pour le Cardinal *Mazarin* p. 97.

Walton n'est pas le seul Protestant qui ayt dit que S. *Jé-* P. 491.
rôme avoit tourné l'Ecriture dans la langue des Dalmates; mais généralement tous les Docteurs du mesme party sont tombez dans la mesme erreur. Et, entre les Catholiques Romains, le Cardinal Hosius, Alfonse de Castro, Sixte de Sienne & Frédéric Furius, Espagnol, dans son docte & pieux Traité contre Bononia, pour les Versions de la Bible en langue vulgaire. Il est étonnant que tant de personnes se soyent comme donné la main pour suivre l'égarement d'Erasme; d'autant plus que les paroles de S. *Jérôme* dans son Epitre à Sophronius, se peuvent trés clairement expliquer par une autre à S. *Augustin*, qui est la 89. & par son second livre contre Rufin.

Quelq; estime que le Pape Grégoire 13. témoigne faire dans P. 517.
sa Lettre à *Philippe* 2. de la Bible Royale d'Anvers, on ne laissa pas quelque tems aprés de tenir une Congrégation en présence de ce mesme Pape, où il fut résolu que l'on suspendroit la publication de la Bible Royale, jusqu' à ce qu'on en eust retranché la Paraphrase Chaldaïque: La commission en ayant esté donnée à *Bellarmin*, avant sa promotion au Cardinalat. C'est ce que nous aprend un Moine Italien nommé Fortuné, (à qui *Bellarmin* luy mesme l'avoit écrit)

dans

dans la Preface de ſa Bible, imprimée à Veniſe l'an 1609. Je ne ſçay qui empeſcha depuis que l'on ne retranchaſt cette Paraphraſe.

p. 525. Le Pere *Simon*, &, avant luy, le Cardinal Bona dans ſes Liturgiques, aſſurent qu'il ne nous reſte plus rien de l'ancienne Vulgate, qui a eſté en uſage dans l'Occident dés les premiers ſiecles du Chriſtianiſme. Cependant le docte Pierre Pithou, dans ſa Diſſertation des Interpretes Latins de la Bible, dit que preſque toute cette Vulgate ſe trouve Manuſcrite en menus caracteres au Monaſtére de S. *Germain* des Prez à *Paris*. A qui des deux croirons nous, MONSIEUR, au Pere *Simon* ou à Pithou? Ce dernier ajoûte, que l'on void dans le meſme Monaſtére le Pſautier de S. *Germain* Eveſque de *Paris*, écrit en lettres capitales d'argent; & le Pere du Breul, Benedictin, dans ſes Antiquitez de *Paris* p. 376. remarque parlant de ce Pſautier, qu'au lieu que dans l'édition commune au Pſaume 78. il y a, *Poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam*, le Pſautier de S. *Germain* a, *in caſam pomarii*, qui eſt, à mon avis, la véritable verſion du mot ὀπωροφυλάκιον des Septante. C'eſt ce qu' Heſychius confirme, expliquant ce mot là par celuy de σκηνὴ ou de καλύβη τοῦ φυλάσσοντος; où il faut ſupléer, avec le docte Pricæus, τὰς ὀπώρας. Il ſeroit à ſouhaiter que nous euſſions ce Pſautier imprimé; qui eſt peut eſtre mieux tourné du Grec, que ceux que nous a donné Jaques le Févre.

p. 533. Quand le Pere *Simon* dit que l'on atribuë une Verſion Irlandoiſe du Nouveau Teſtament à *Uſſerius*, il n'y a perſonne qui ne porte ſa penſée au ſavant *Uſſerius* Archeveſque d'Armach, dont nous avons pluſieurs Ouvrages. Cependant Bootius, Médecin Hollandois, que le Pere *Simon* a icy copié, parle dans ſes Animadverſions Sacrées de *Guillaume Uſſerius*, Chevalier d'*Irlande*; de qui il dit qu'il fit traduire par un ſavant homme le Nouveau Teſtament en *Irlandois*. Ce ſavant homme, que *Bootius* n'a pas nommé, eſt

eſt *Guillaume Daniel* ou *O-Donnel*, qui fut en ſuite Archeveſque de *Tuam* en *Irlande*, au raport du Chevalier *Waræus*, dans ſon bel Ouvrage des Prélats d'*Irlande*.

Comme le Pere *Simon* promettoit une Hiſtoire Critique du Nouveau Teſtament, il ſe peut faire qu'il n'ait dit dans celle-cy, de deſſein formé, que deux mots de François de Enzinas. Mais comme il n'eſt pas reſolu, à ce que j'aprens, de nous tenir ſa parole, je parleray icy un peu plus au long de cet Eſpagnol. De Enzinas ne ſignifie pas en François *du Cheſne*, comme pluſieurs ſe ſont imaginez, mais *du Houx*; arbre nommé par les Latins *Aquifolium*, ou *Aquifolia*, & par les Grecs, tantoſt σμίλαξ, tantoſt φελλόδρυς, tantoſt ἀγρία, comme là remarqué, aprés Théophraſte, Sepulveda, dans une de ſes Lettres à Pincianus, le plus grand Critique de l'Eſpagne. Ainſi François de Enzinas, eſt François *du Houx*. Cet Eſpagnol ayant traduit le Nouveau Teſtament en ſa langue, il le dédia à l'Empereur Charles Quint. Comme ſa Traduction luy cauſa de grands demélez avec les Théologiens des Pais-Bas, il en écrivit l'Hiſtoire en Latin, addreſſée à *Phil. Mélancthon*, qu'il appelle ſon Maiſtre. Camérarius dans la Vie de *Mélancthon*, & *Mélancthon* luy meſme dans ſes Lettres, publiées par feu M. *Spanheim*, parlent de luy avec éloge ſous le nom de François *Dryander*. Les Catholiques Romains, & ſur tout les Eſpagnols ſes compatriotes, ou ne parlent point du tout de luy, ou n'en parlent que fort ſeichement, comme à fait depuis peu *Nicolas Antonio*, Chanoine de *Seville*, dans ſa Bibliothéque Eſpagnole. Tous ayant eu pour but d'éteindre la mémoire de ce Grand Homme, de qui le courage & la pieté ne mourront jamais. Il eſtoit frére de *Jean* de *Enzinas*, qui fut brulé à *Rome*, ſuivant la Politique de ce pais là, pour avoir eſte trop bon Chrêtien. P. 534.

Il ſemble que le Pere *Simon* ait vû les endroits de *Selden*, où il parle du Manuſcrit de Léon de *Modéne*, qui eſtoit plus ample que les imprimez, & qui luy fut donné par *Guillaume* P. 541.

Boſwel,

P.110. *Boswel,* Ambaſſadeur d'Angleterre à *Veniſe.* Mais il ſemble auſſy que ce Pere n'ayt pas eu aſſez de courage pour inſérer, dans la Traduction qu'il à faite de ce Rabin, & qu'il à dédiée à M. de Meaux, ces paroles conſidérables, qui eſtoyent dans le Manuſcrit de Leon, autrement que dans les imprimez : *Gl' è lecito*, dit-il parlant des Juifs, *pigliar piu d'una è quante moglie vonno, ſe non in caſo che non habbia con la prima figlioli, che conoſca che lo faci per queſto, ed in Italia hanno uſato chiederne licenza & pigliare diſpenſa dal Papa.* Cet endroit eſt d'autant plus remarquable, que Buxtorfe le fils, (j'entens le Pere du docte Buxtorfe d'aujourd'huy) homme extraordinairement verſé dans les Couſtumes des Juifs, a écrit dans ſa Synagogue, dediée à l'Eveſque *Walton,* que la Polygamie, ou la Digamie, n'eſtoit plus en uſage, ny meſme permiſe, parmy les Juifs de l'*Europe.*

P.210 *Auguſtin Juſtinien* n'eſt pas l'auteur de la Verſion Latine du *More Nevokim* de Rambam, comme dit le Pere *Simon.* Ce Prélat n'eſt que l'éditeur de cette Verſion, dont l'auteur vivoit long-tems avant luy. C'eſt ce que le Pere *Simon* trouvera dans l'Epitre dédicatoire à Eſtienne Poncher, Archéveſque de Sens.

En voila aſſez, MONSIEUR, pour juſtifier, comme je l'ay dit dés l'entrée, que mon deſſein dans cette Lettre, eſtoit moins de réſuter le Pere *Simon,* que d'illuſtrer ſon Hiſtoire. Ainſy s'il luy prenoit par hazard envie de répondre un de ces jours à ma Lettre, je luy déclare par avance que je ne luy repliqueray point, aymant mieux fueilleter mes Livres, que *reciprocare ſerram* inutilement. Je ſuis avec beaucoup de paſſion & d'eſtime,

Du Palais Archiepiſcopal de *Lambeth,*
le 3 *Oct.* 1685.

Monſieur,

Vôtre trés humble

& tres obeiſant Serviteur

COLOMIES.

ERRATA.

PAg. 3. v. 25. quod ſi obſtruatur. Pag. 5. v. 28. Colubraria. Pag. 7. v. 26. faciat. Pag. 8. v. 26 Paulo. Pag. 9. v. 33. Cyrenaicis. Pag. 12. v. 24. Moſchi. Pag. 18. v. 6. δακρύσεις. Ibid. 13. μέλλοντος.. P. 121. v. 26. ἐνεστηκότα Ibid. 27. totam præſentis ævi. Pag. 20. v. 16. fuerint. Ib. v. 17. agebantur. P. 25. v. 1. οἰκηματίας Pag 26. v. 30. κολπῖται. Pag. 27. v. 2. illis locum *dele*. Pag. 31. v. 8. putat. Pag. 33. v. 16. voce, Agrippas. Ib. 28. Myconios. Ibid. 29. capitis. Pag. 37. v. 17. feroculus. Ibid. v. ult. προσερρήθη. Pag. 39. v. 10. Parentheſes. Pag. 40. v. 7. ἑπταστάδιος. Pag. 42. v. ult. Patras. Pag. 43. v. 15. Avaticos. Pag. 44. v. 2. oſtio, & *ſic poſtea*. Pag. 46. v. 20. Tarraconem. Pag. 53. v. 32. ὡραίων. Pag. 54. v. 13. εἰδὲς aut εἰδῆς. Pag. 56. v. 9. exiſtimari. Pag. 57. v. 10. contentus ſtabilita. Pag. 61. v. 1. Annis IV. Pag. 68. v. 12. ipſum conveniſſent. Pag. 71. v. 9. urbe. Pag. 76. v. 1. Reſpondent. Ibid. v. 22. accipiunt. Pag. 77. v. 2. meque. Pag. 78. v. 1. ſexti. Pag. 80. v. 22. commiſiſſe. Pag. 81. v. 20. neſcio quo, ut. Pag. 83. v. 9. Nili accolæ. Pag. 86. v. 1. δι' ἀκαθαρσίαν. Pag. 87. v. 12. μιᾶς ἅυθις σεο. Pag. 88. v. 17. ὀκταπλᾶ. Ibid. v. ſeq. continebantur; quæ quomodo.. Pag. 93. v. 20. quum liberos. Pag. 96. v. 12. cetub. Pag. 97. v. 23. Jochanan. Pag. 98. v. 31. hanc ſeu linguam. Pag. 104. v. 25. characteres. Ibid. v. 30. imbibiſſe ſimul duas. Pag. 106. v. 6. Nebucadneſar. Verum hic agitur. Pag. 107. v. 19. Hebraica. Pag. 109. v. 17. κακοζηλίαν.

13428

76-

2 vols in 1

4/0/-